OBRAS DE SAN AGUSTIN

XVII

LA EDITORIAL CATOLICA, S. A. APARTADO 466

MADRID • MCMLVIII

OBRAS
DE
SAN AGUSTIN

EDICION BILINGÜE

TOMO XVII

La Ciudad de Dios

EDICIÓN PREPARADA POR EL PADRE

FR. JOSE MORAN, O. S. A.

BIBLIOTECA DE AUTORES CRISTIANOS

MADRID • MCMLVIII

Nihil obstat: Dr. Vicente Serrano, Censor.

Imprimi potest: Fr. Crescencio Fernández, Provincial.

Imprimatur: † José María, Ob. aux. y Vic. gen.
Madrid, 15 abril 1958.

INDICE GENERAL

INTRODUCCION GENERAL

LA CIUDAD DE DIOS

LIBRO XIII

En él se prueba que la muerte de los hombres es penal y que fué originada por el pecado de Adán.

CAPITULO I

La caída del primer hombre es la causa de la muerte

Desembarazados ya de estas difíciles cuestiones sobre el origen del mundo y sobre el principio del género humano, el plan de la obra nos exige abordar el problema de la caída del primer hombre, mejor, de los primeros hombres, y del origen y propagación de la muerte. Dios, en efecto, no había creado a los hombres en las mismas condiciones que a los ángeles, es decir, de forma que, si pecaran, no pudieran morir. Los creó de tal suerte, que a los cumplidores fieles de su obediencia, sin mediar la muerte, seguiría una inmortalidad angélica y una eternidad feliz, y, para los desobedientes, la muerte sería su justo castigo y su más justa condenación. Esto ya lo hemos notado en el libro anterior [1].

LIBER XIII

In quo docetur, mortem in hominibus esse poenalem, ortamque ex Adami peccato.

CAPUT I

De lapsu primi hominis, per quem est contracta mortalitas

Expeditis de nostri saeculi exortu et de initio generis humani difficillimis quaestionibus, nunc iam de lapsu primi hominis, imo primorum hominum, et de origine ac propagine mortis humanae disputationem a nobis institutam rerum ordo deposcit. Non enim eo modo quo Angelos, condiderat Deus homines; ut etiam si peccassent, mori omnino non possent: sed ita ut perfunctos obedientiae munere sine interventu mortis angelica immortalitas et beata aeternitas sequeretur; inobedientes autem mors plecteret damnatione iustissima: quod etiam in libro superiore iam diximus [1].

[1] C. 21.

CAPITULO II

La muerte del alma y la del cuerpo

Pero creo que debe profundizarse con más detenimiento y esmero en la naturaleza de la muerte. El alma humana, aunque en realidad aparezca inmortal, tiene, con todo, también cierta muerte, que le es propia. Se llama inmortal justamente porque, en cierta manera, no deja nunca de vivir y de sentir, mientras que el cuerpo se dice mortal porque puede ser privado de toda vida y por sí mismo carece de ella. La muerte del alma tiene lugar cuando la abandona Dios, como la del cuerpo cuando el alma se aleja [2]. Luego la muerte de los dos, es decir, del hombre entero, acaece cuando el alma, abandonada de Dios, abandona el cuerpo. Entonces ni ella vive de Dios ni el cuerpo de ella. A esta muerte del hombre total sigue la llamada por la autoridad de la Palabra divina muerte segunda. De ésta habla el Salvador cuando dice: *Temed a Aquel que tiene poder para arrojar el cuerpo y el alma al infierno.* Como esta amenaza no surte su efecto antes de que el alma se una al cuerpo, sin que desgarramiento alguno pueda separarlos, parecerá extraño el decir que el cuerpo perece por una muerte que no consiste en ser abandonado por el alma, sino en ser atormentado estando animado y siendo senciente. Porque es razonable decir que el alma muere en ese último y eterno suplicio, del que hablare-

---

CAPUT II

De ea morte quae animae semper utcumque victurae accidere potest, et ea cui corpus obnoxium est

Sed de ipso genere mortis video mihi paulo diligentius disserendum. Quamvis enim humana anima veraciter immortalis perhibeatur, habet tamen quamdam etiam ipsa mortem suam. Nam ideo dicitur immortalis, quia modo quodam quantulocumque non desinit vivere atque sentire: corpus autem ideo mortale, quoniam deseri omni vita potest, nec per se ipsum aliquatenus vivit. Mors igitur animae fit, cum eam deserit Deus: sicut corporis, cum id deserit anima. Ergo utriusque rei id est totius hominis, mors est cum anima a Deo deserta deserit corpus. Ita enim nec ex Deo vivit ipsa, nec corpus ex ipsa. Huiusmodi autem totius hominis mortem illa sequitur, quam secundam mortem divinorum eloquiorum appellat auctoritas [2]. Hanc Salvator significavit, ubi ait: *Eum timete, qui habet potestatem et corpus et animam perdere in gehennam* [3]. Quod cum ante non fiat, quam cum anima corpori sic fuerit copulata, ut nulla diremptione separentur; mirum videri potest quomodo corpus ea morte dicatur occidi, qua non ab anima deseritur, sed animatum sentiensque cruciatur. Nam in illa poena ultima ac sempiterna, de qua diligentius suo loco disseren-

[2] Apoc. 2,11; 21,8.
[3] Mt. 10,28.

mos con más detenimiento en su lugar debido, ya que no vive de Dios; pero ¿cómo decir que muere el cuerpo, viviendo el alma? Es cierto que no puede sentir de otro modo los dolores corporales que seguirán a la resurrección. ¿O es que, siendo la vida, cualquiera que sea, un bien, y el dolor un mal, no debe decirse que vive el cuerpo, porque el alma no es la causa de su vida, sino de su dolor? Vive, pues, el alma de Dios cuando vive bien, y no puede vivir bien sino obrando Dios en ella lo que es bueno [3]. El cuerpo todo vive del alma cuando el alma vive en el cuerpo, viva ella de Dios o no. La vida de los impíos en los cuerpos es vida, no de las almas, sino de los cuerpos; vida que les comunican las almas aun muertas, es decir, abandonadas por Dios, sin perder su vida propia, sea cual sea, por la que son inmortales. Sin embargo, en la última condenación, aunque es verdad que el hombre no dejará de sentir, como esta sensación ni será suave por el placer ni saludable por la quietud, sino penal por el dolor, no carece de razón darle el nombre de muerte y no de vida. Y el de muerte además segunda, porque es después de la primera, que consiste en el desgarramiento de la unión existente entre dos naturalezas, la de Dios y la del alma, o la del alma y la del cuerpo [4]. Sobre la primera muerte del cuerpo puede decirse que para los buenos es buena, y mala para los malos. Pero la segunda, como no es para los buenos, está fuera de duda que no es buena para nadie [5].

---

dum est, recte mors animae dicitur, quia non vivit ex Deo: mors autem corporis quonam modo, cum vivat ex anima? non enim aliter potest ipsa corporalia, quae post resurrectionem futura sunt, sentire tormenta. An quia vita qualiscumque aliquod bonum est, dolor autem malum, ideo nec vivere corpus dicendum est, in quo anima non vivendi causa est, sed dolendi? Vivit itaque anima ex Deo, cum vivit bene; non enim potest bene vivere, nisi Deo in se operante quod bonum est: vivit autem corpus ex anima, cum anima vivit in corpore; seu vivat ipsa, seu non vivat ex Deo. Impiorum namque in corporibus vita, non animarum, sed corporum vita est: quam possunt eis animae etiam mortuae, hoc est a Deo desertae, quantulacumque propria vita, ex qua et immortales sunt, non desistente, conferre. Verum in damnatione novissima quamvis homo sentire non desinat, tamen quia sensus ipse nec voluptate suavis, nec quiete salubris, sed dolore poenalis est, non immerito mors est potius appellata quam vita. Ideo autem secunda, quia post illam primam est, qua fit cohaerentium diremptio naturarum, sive Dei et animae, sive animae et corporis. De prima igitur corporis morte dici potest, quod bonis bona sit, malis mala. Secunda vero sine dubio sicut nullorum bonorum est, ita nulli bona.

CAPITULO III

¿ES LA MUERTE, TRANSMITIDA A TODA LA HUMANIDAD POR EL PECADO DE LOS PRIMEROS HOMBRES, PENA AUN PARA LOS JUSTOS?

Aquí se presenta una nueva cuestión que no debe soslayarse: ¿Es realmente buena para los buenos la muerte, que consiste en la separación del cuerpo y del alma? Y, si esto es así, ¿cómo es posible llegar a la conclusión de que es pena del pecado? Porque es cierto que los primeros hombres, de no haber pecado, no la hubieran sufrido. ¿Cómo puede ser buena para los buenos, si no puede suceder más que a los malos? Por otra parte, si no pudiera sobrevenir más que a los malos, no debería ser buena para los buenos, sino que no debía existir para ellos. ¿Por qué iba a haber pena donde no había males que castigar? [6]. Por eso es preciso admitir que los primeros hombres fueron creados en tal estado, que, de no pecar, no sufrirían género alguno de muerte, porque, en habiendo pecado, fueron castigados con una muerte que por eso mismo se haría extensiva a todos sus descendientes [7]. La razón es que de ellos no nacería otra cosa que lo que ellos fueran. La enormidad de la culpa y la condenación consiguiente corrompió la naturaleza, y lo que en los primeros hombres pecadores precedió como penal, en los descendientes vino a ser natural. En efecto, el hombre no procede del hombre, como el hombre procedió del polvo. El polvo en la creación del hombre fué la materia, y el

---

CAPUT III

UTRUM MORS, QUAE PER PECCATUM PRIMORUM HOMINUM IN OMNES HOMINES PERTRANSIIT, ETIAM SANCTIS POENA PECCATI SIT

Non autem dissimulanda nascitur quaestio, utrum revera mors, qua separantur anima et corpus, bonis sit bona. Quia si ita est, quomodo poterit obtineri quod etiam ipsa sit poena peccati? Hanc enim primi homines, nisi peccavissent, perpessi utique non fuissent. Quo igitur pacto bona esse possit bonis, quae accidere non posset nisi malis? Sed rursus si nonnisi malis posset accidere, non deberet bonis bona esse, sed nulla. Cur enim esset ulla poena, in quibus non essent ulla punienda? Quapropter fatendum est, primos quidem homines ita fuisse institutos, ut, si non peccassent, nullum mortis experirentur genus: sed eosdem primos peccatores ita fuisse morte mulctatos, ut etiam quidquid de eorum stirpe esset exortum, eidem poenae teneretur obnoxium. Non enim aliud ex eis, quam quod ipsi fuerant, nasceretur. Pro magnitudine quippe culpae illius naturam damnatio mutavit in peius; ut quod poenaliter praecessit in peccantibus hominibus primis, etiam naturaliter sequeretur in nascentibus caeteris. Neque enim ita homo ex homine, sicut homo ex pulvere. Pulvis namque homini faciendo materies fuit: homo autem homini gignendo

hombre en la generación del hombre es el padre. Por eso la carne no es de la misma naturaleza que la tierra, aunque haya sido hecha de la tierra; en cambio, el hijo es hombre igual que lo es el padre. Todo el género humano, que había de pasar a la posteridad por medio de la mujer, estaba en el primer hombre cuando la unión de los cónyuges recibió de Dios la sentencia de su condena. Y, por lo que hace al origen del pecado y de la muerte, el hombre engendró lo que se hizo de propia cosecha, no al ser creado, sino al pecar y ser castigado, sólo que el primero no fué reducido por el pecado o la pena del mismo a la rudeza infantil y a esa endeblez de alma y de cuerpo que vemos en los niños. Dios ha querido que la entrada en el mundo de éstos, cuyos padres fueron arrojados por El a una vida bestial y a la muerte, fuera como la de los cachorrillos. Así está escrito: *El hombre, constituído en honor, no ha tenido discernimiento. Se ha igualado a los brutos, carentes de entendimiento, y se ha hecho como uno de ellos.* Observemos además que los niños, en el uso y movimiento de sus miembros y en su sentido de apetecer y evitar, son más delicados que los animalitos más tiernos, como si la virtualidad del hombre se lanzara hacia arriba sobre los demás animales tanto más cuanto más se encogiera su impulso, como la flecha cuando se tensa el arco [8]. No fué, pues, despeñado o impulsado el primer hombre, por su injusta presunción y por justa condenación, a esa rudeza infantil [9], sino que en él la naturaleza humana quedó tan viciada y cambiada, que sentía luchar en sus miembros la desobediencia concupiscencial, y se vió constreñida a morir necesariamente. Y así, por haberse hecho tal por vicio y por pena, engendró

---

parens. Proinde quod est terra, non hoc est caro; quamvis ex terra facta sit caro. Quod est autem parens homo, hoc est et proles homo. In primo igitur homine per feminam in progeniem transiturum universum genus humanum fuit, quando illa coniugum copula divinam sententiam suae damnationis excepit: et quod homo factus est, non cum crearetur, sed cum peccaret et puniretur, hoc genuit, quantum quidem attinet ad peccati et mortis originem. Non enim ad infantilem hebetudinem et infirmitatem animi et corporis, quam videmus in parvulis, peccato vel poena ille redactus est: quae Deus voluit esse tanquam primordia catulorum, quorum parentes in bestialem vitam mortemque deiecerat; sicut scriptum est, *Homo cum in honore esset, non intellexit; comparatus est pecoribus non intelligentibus, et similis factus est illis*[4]. Nisi quod infantes infirmiores etiam cernimus in usu motuque membrorum et sensu appetendi atque vitandi, quam sunt aliorum tenerrimi fetus animalium: tanquam se tanto attollat excellentius supra caetera animantia vis humana, quanto magis impetum suum, velut sagitta, cum arcus extenditur, retrorsum reducta distulerit. Non ergo ad ista infantilia rudimenta praesumptione illicita et damnatione iusta prolapsus vel impulsus est primus homo: sed hactenus in eo natura humana vitiata atque mutata est, ut repugnantem pateretur in membris inobedientiam concupiscendi, et obstringeretur necessitate moriendi; atque ita id quod vitio poenaque factus est, id est, obnoxios peccato

[4] Ps. 48,13.

eres sujetos al pecado y a la muerte. Si los niños son desligados del vínculo del pecado por la gracia del Mediador [10], olo pueden sufrir esta muerte que separa el alma del cuerpo y, libres de la obligación del pecado, no pasan a la muerte egunda, penal, sin fin.

CAPITULO IV

¿POR QUÉ LOS QUE HAN SIDO ABSUELTOS DEL PECADO POR LA GRACIA DE LA REGENERACIÓN ESTÁN SUJETOS A LA MUERTE, ES DECIR, A LA PENA DEL PECADO?

Si a alguien le inquietara este problema, por qué padecen la muerte, que es pena del pecado, aquellos cuyo reato ha sido perdonado por la gracia, le remito a una obra mía que lleva por título *Del bautismo de los párvulos* [11], en la que se trata y se resuelve este punto. En ella se dice que se dejaba al alma el experimentar la separación del cuerpo, perdonado ya el pecado, precisamente porque, si al sacramento de la regeneración siguiera inmediatamente la inmortalidad del cuerpo, se enervaría la fe, que es fe cabalmente cuando se espera en esperanza lo que aún no se ve en realidad [12]. Con el robustecimiento y la lucha por la fe, en la edad madura había, además, de ser superado el temor a la muerte, cosa que apareció grandemente en los santos mártires. Es innegable que no sería victoria ni gloria del combate, pues que no podría haber combate siquiera si, después del lavacro de la regeneración, ya santos,

---

mortique generaret. A quo peccati vinculo, si per Mediatoris gratiam solvuntur infantes, hanc solam mortem perpeti possunt, quae animam seiungit a corpore: in secundam vero illam sine fine poenalem liberati a peccati obligatione non transeunt.

CAPUT IV

CUR AB HIS QUI PER GRATIAM REGENERATIONIS ABSOLUTI SUNT A PECCATO, NON AUFERATUR MORS, ID EST, POENA PECCATI

Si quem vero movet, cur vel ipsam patiantur, si et ipsa poena peccati est, quorum per gratiam reatus aboletur; iam ista quaestio in alio nostro opere, quod scripsimus de Baptismo parvulorum, tractata ac soluta est: ubi dictum est, ad hoc relinqui animae experimentum separationis a corpore, quamvis ablato iam criminis nexu; quoniam, si regenerationis Sacramentum continuo sequeretur immortalitas corporis, ipsa fides enervaretur, quae tunc est fides, quando exspectatur in spe quod in re nondum videtur. Fidei autem robore atque certamine, in maioribus duntaxat aetatibus, etiam mortis fuerat superandus timor, quod in sanctis martyribus maxime eminuit: cuius profecto certaminis nulla esset victoria, nulla gloria; quia nec ipsum omnino posset esse certamen, si post lavacrum regenerationis iam sancti non possent mortem perpeti corporalem. Cum

no pudieran sufrir la muerte corporal [13]. ¿Quién no se daría prisa a llevar a sus pequeñuelos a bautizar justamente para que no fueran desligados del cuerpo? [14]. De esta suerte no se probaría la fe con el premio invisible, sino que ya no sería ni fe, porque se buscaría y se cobraría al instante la recompensa de la obra. En la nueva economía, sin embargo, por una gracia del Salvador mayor y más admirable, el castigo del pecado se ha trocado en instrumento de justicia. Entonces se dijo al hombre: Si pecas, morirás; y ahora se dice al mártir: Muere para no pecar. Entonces se les dijo: Si traspasáis el mandamiento, moriréis de muerte; y ahora se les dice: Si rehusáis la muerte, traspasaréis el mandamiento. Lo que entonces debía temerse para no pecar, ahora debe aceptarse por miedo a pecar. Así, por la misericordia inefable de Dios, la pena de los vicios viene a ser instrumento de virtud y el suplicio del pecado se torna en mérito del justo. Entonces se adquirió la muerte pecando y ahora se perfecciona la justicia muriendo [15]. Pero esto tiene aplicación para los santos mártires, a quienes el perseguidor ponía la disyuntiva: o desertar de la fe o sufrir la muerte, porque los justos aman más padecer creyendo lo que los primeros prevaricadores padecieron por no creer. Aquéllos, de no haber pecado, no habrían muerto, y éstos, si no mueren, pecarán. Aquéllos murieron, porque pecaron, y éstos no pecan, porque mueren. La culpa de aquéllos acarreó la pena, y la pena de éstos previene la culpa. Y esto, no porque la muerte, que antes fué un mal, se haya tornado en bien, sino porque Dios concedió esta gracia a la fe: que la muerte, que es contraria a la vida, haya pasado a ser el puente que lleva a la vida [16].

parvulis autem baptizandis quis non ad Christi gratiam propterea potius curreret, ne a corpore solveretur? Atque ita non invisibili praemio probaretur fides; sed iam nec fides esset, confestim sui operis quaerendo et sumendo mercedem. Nunc vero maiore et mirabiliore gratia Salvatoris in usus iustitiae peccati poena conversa est. Tunc enim dictum est homini, Morieris, si peccaveris: nunc dicitur martyri, Morere, ne pecces. Tunc dictum est, Si mandatum transgressi fueritis, morte moriemini [5]: nunc dicitur, Si mortem recusaveritis, mandatum transgrediemini. Quod tunc timendum fuerat, ut non peccaretur; nunc suscipiendum est, ne peccetur. Sic per ineffabilem Dei misericordiam, et ipsa poena vitiorum transit in arma virtutis, et fit iusti meritum etiam supplicium peccatoris. Tunc enim mors est acquisita peccando, nunc impletur iustitia moriendo. Verum hoc in sanctis martyribus, quibus alterutrum a persecutore proponitur, ut aut deserant fidem, aut sufferant mortem. Iusti enim malunt credendo perpeti, quod sunt primi iniqui non credendo perpessi. Nisi enim peccassent illi, non morerentur: peccabunt autem isti, nisi moriantur. Mortui sunt ergo illi, quia peccaverunt: non peccant isti, quia moriuntur. Factum est per illorum culpam, ut veniretur in poenam: fit per istorum poenam, ne veniatur in culpam; non quia mors bonum aliquod facta est, quae antea malum fuit; sed tantam Deus fidei praestitit gratiam, ut mors, quam vitae constat esse contrariam, instrumentum fieret per quod transiretur ad vitam.

[5] Gen. 2,17.

CAPITULO V

COMO LOS PECADORES USAN MAL DE LA LEY, QUE ES BUENA, ASÍ LOS JUSTOS USAN BIEN DE LA MUERTE, QUE ES MALA

El Apóstol, queriendo poner de relieve el gran poder nocivo del pecado en ausencia de la gracia, no dudó en llamar fuerza del pecado a la ley que lo prohibe. *El aguijón de la muerte* —dice— *es el pecado, y la fuerza del pecado es la ley*. Y con muchísima verdad, porque la prohibición aumenta el deseo de obrar mal cuando el amor a la justicia no es tanto que su gusto supere la codicia de pecar [17]. Mas sólo la gracia de Dios puede dar el amor y el gusto de la verdadera justicia. Pero, a fin de que el apelativo *fuerza del pecado* dado a la ley no haga pensar que la ley es mala, dice en otro lugar tratando del mismo asunto: *La ley es santa, y el mandamiento, santo, justo y bueno. ¿Pero que lo que es bueno me ha causado a mí la muerte? Ni mucho menos. Sino que el pecado es el que, habiéndome causado la muerte por medio de una cosa buena, ha manifestado lo que él es, de manera que, por ocasión del mismo mandamiento, se ha hecho el pecador o el pecado sobremanera maligno.* Dijo *sobremanera* porque, cuando aumenta la libido de pecar y es despreciada la ley, se añade, además, la prevaricación. ¿Por qué hemos creído esto digno de ser citado? Porque, como la ley no es un mal cuando acrece la concu-

CAPUT V

QUOD SICUT INIQUI MALE UTUNTUR LEGE QUAE BONA EST, ITA ET IUSTI BENE UTUNTUR MORTE QUAE MALA EST

Apostolus cum vellet ostendere, quantum peccatum, gratia non subveniente, ad nocendum valeret, etiam ipsam legem qua prohibetur peccatum, non dubitavit dicere virtutem esse peccati. *Aculeus*, inquit, *mortis est peccatum; virtus autem peccati, lex* [6]. Verissime omnino. Auget enim prohibitio desiderium operis illiciti, quando iustitia non sic diligitur, ut peccandi cupiditas eius delectatione vincatur. Ut autem diligatur et delectet vera iustitia, nonnisi divina subvenit gratia. Sed ne propterea lex putaretur malum quoniam virtus est dicta peccati; ideo ipse alio loco versans huiusmodi quaestionem, inquit, *Lex quidem sancta, et mandatum sanctum et iustum et bonum. Quod ergo bonum est*, inquit, *mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, ut fiat supra modum peccator aut peccatum per mandatum* [7]. *Supra modum*, dixit; quia etiam praevaricatio additur, cum peccandi aucta libidine etiam lex ipsa contemnitur. Cur hoc commemorandum putavimus? Quia scilicet sicut lex non est malum, quando auget peccantium

[6] I Cor. 15,56.
[7] Rom. 7,12.13.

piscencia del pecado, así la muerte no es un bien cuando aumenta la gloria de los que la sufren, bien se dé de mano a aquélla por la iniquidad, y haga prevaricadores, bien se acepte ésta por la verdad, y haga mártires. La ley es buena justamente porque es prohibición del pecado, y la muerte es mala porque es estipendio del mismo. Pero así como los pecadores usan mal no sólo de los males, sino también de los bienes, así los justos usan bien no sólo de los bienes, sino también de los males [18]. He aquí el porqué de que los malos usen mal de la ley, aunque la ley es un bien, y de que los buenos usen bien de la muerte, a pesar de que la muerte es un mal.

CAPITULO VI

El mal de la muerte consiste en la ruptura de la unión existente entre el alma y el cuerpo

La muerte del cuerpo y lo que la constituye en tal, es decir, la separación del alma y del cuerpo, cuando la sufren los llamados moribundos, no es bien para nadie, porque ese desgarramiento de lo unido y entretejido en el viviente es duro para la sensibilidad y contrario a la naturaleza mientras el alma mora en el cuerpo, hasta que se pierde todo el sentido que procedía del abrazo entre el alma y la carne [19]. A veces, un golpe del cuerpo o un rapto del alma ataja toda esa agonía y no permite sentirla anticipándose la hora. Empero, cuanto hay en los moribundos de esa crisis, que con sensación

---

concupiscentiam; ita nec mors bonum est, quando auget patientium gloriam: cum vel illa pro iniquitate deseritur, et efficit praevaricatores; vel ista pro veritate suscipitur, et efficit martyres. Ac per hoc lex quidem bona est, quia prohibitio est peccati; mors autem mala, quia stipendium est peccati: sed quemadmodum iniusti male utuntur non tantum malis, sed etiam bonis; ita iusti bene non tantum bonis, sed etiam malis. Hinc fit ut et mali male lege utantur, quamvis sit lex bonum; et boni bene moriantur, quamvis sit mors malum.

CAPUT VI

De generalis mortis malo, quo animae et corporis societas separatur

Quapropter, quod attinet ad corporis mortem, id est separationem animae a corpore, cum eam patiuntur qui morientes appellantur, nulli bona est. Habet enim asperum sensum et contra naturam vis ipsa qua utrumque divellitur, quod fuerat in vivente coniunctum atque consertum, quamdiu moratur, donec omnis adimatur sensus, qui ex ipso inerat animae carnisque complexu. Quam totam molestiam nonnunquam unus ictus corporis vel animae raptus intercipit, nec eam sentiri praeveniente celeritate permittit. Quidquid tamen illud est in morientibus, quod cum gravi sensu adimit

de dolor pierden la sensibilidad, tolerado resignada y fielmente, aumenta el mérito de la paciencia, pero no excluye la palabra *pena*. Así, siendo la muerte pena del que nace, como rama de aquel primer tronco, si se mide por la piedad y por la justicia, se torna en gloria del que renace, y, siendo retribución del pecado, obtiene a veces que al pecado no se retribuya nada [20].

CAPITULO VII

La muerte aceptada por los no bautizados por confesar a Cristo

En efecto, cuantos mueren por confesar a Cristo, aun sin haber recibido el baño de la regeneración, tienen una muerte que produce en ellos tantos efectos, en cuanto a la remisión de los pecados, cuantos produciría el baño en la fuente sagrada del bautismo [21]. El que dijo: *Quien no renaciere del agua y del Espíritu Santo, no puede entrar en el reino de los cielos*, en otro lugar, hablando de un modo no menos general, hizo esta honrosa excepción: *Al que me confesare delante de los hombres, yo también le confesaré delante de mi Padre, que está en los cielos*; y en otro pasaje: *Quien perdiere su vida por amor de mí, la encontrará*. He aquí el porqué de aquellas palabras: *De gran precio es, a los ojos del Señor, la muerte de sus santos*. Pues ¿qué hay de más valor que una muerte que causa la remisión de todos los pecados y un aumento más col-

---

sensum, pie fideliterque tolerando auget meritum patientiae, non aufert vocabulum poenae. Ita cum ex hominis primi perpetuata propagine procul dubio sit mors poena nascentis; tamen si pro pietate iustitiaque pendatur, fit gloria renascentis: et cum sit mors peccati retributio, aliquando impetrat ut nihil retribuatur peccato.

CAPUT VII

De morte, quam non regenerati pro Christi confessione suscipiunt

Nam quicumque etiam non percepto regenerationis lavacro pro Christi confessione moriuntur, tantum eis valet ad dimittenda peccata, quantum si abluerentur sacro fonte Baptismatis. Qui enim dixit, *Si quis non renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non intrabit in regnum caelorum* [8]: alia sententia istos fecit exceptos, ubi non minus generaliter dixit, *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo qui in caelis est* [9]; et alio loco, *Qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam* [10]. Hinc est quod scriptum est, *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius* [11]. Quid enim pretiosius quam mors, per quam fit ut et delicta omnia dimittantur, et merita cumulatius augeantur?

[8] Io. 3,5.
[9] Mt. 10,32.
[10] Ibid., 16,25.
[11] Ps. 115,15.

mado de méritos? No cabe parangonar los méritos de aquellos que, no pudiendo diferir la muerte, son bautizados y salen de esta vida después de haber sido borrados todos sus pecados, con los de quienes, pudiendo, no difirieron la muerte, porque quisieron más terminar la vida confesando a Cristo que llegar al bautismo negándole [22]. Es cierto que, de haberlo hecho, se les remitiría también en ese lavacro esto, el haber negado a Cristo por miedo a la muerte, porque es verdad que a los que dieron muerte a Cristo se les remitió crimen tan horrendo. Pero ¿cómo, sin una gracia torrencial de ese Espíritu que sopla donde quiere, podrían amar a Cristo hasta el extremo de no poder negarlo en tal riesgo de su vida y con una esperanza tan grande de perdón? [23]. La valiosa muerte de los santos, a quienes precedió y pagó anticipadamente con tanta gracia la muerte de Cristo para que no vacilaran en entregar la suya por conseguirle a El, probó que lo constituído antes como pena del pecador fué reducido ahora a estos usos con el fin de que de allí dimanara un fruto más abundante de justicia. La muerte, por tanto, no debe considerarse como un bien en sí por haber sido destinada a tamaña utilidad, no por propia virtud, sino por la gracia de Dios. Antes se propuso como objeto de temor para que no se cometiera el pecado, y ahora debe ser aceptada para no cometer pecado, o para borrar el cometido, o para dar la palma de justicia debida a victoria tan gloriosa.

Neque enim tanti sunt meriti, qui, cum mortem differre non possent, baptizati sunt, deletisque omnibus peccatis ex hac vita emigrarunt, quanti sunt hi qui mortem, cum possent, ideo non distulerunt, quia maluerunt Christum confitendo finire vitam, quam eum negando ad eius Baptismum pervenire. Quod utique si fecissent, etiam hoc eis in illo lavacro dimitteretur, quod timore mortis negaverant Christum; in quo lavacro et illis facinus tam immane dimissum est, qui occiderant Christum. Sed quando sine abundantia gratiae Spiritus illius, qui ubi vult spirat [12], tantum Christum amare possent, ut eum in tanto vitae discrimine tanta sub spe veniae negare non possent? Mors igitur pretiosa sanctorum, quibus cum tanta gratia est praemissa et praerogata mors Christi, ut ad eum acquirendum suam non cunctarentur impendere, in eos usus redactum esse monstravit, quod ad poenam peccantis antea fuerat constitutum, ut inde iustitiae fructus uberior nasceretur. Mors ergo non ideo bonum videri debet, quia in tantam utilitatem non vi sua, sed divina opitulatione conversa est; ut quae tunc metuenda proposita est, ne peccatum committeretur, nunc suscipienda proponatur, ut peccatum non committatur, commissumque deleatur, magnaeque victoriae debita iustitiae palma reddatur.

[12] Io. 3,8.

CAPITULO VIII

Los justos, aceptando la muerte primera por la verdad, se ven libres de la segunda

Si consideramos esto con más detenimiento, aun en el caso de que uno muera fiel y loablemente por la verdad, rehuye la muerte. Acepta una parte de ella por temor a que le sobrevenga toda y se le añada la segunda, que no tendrá fin. Acepta la separación del alma y del cuerpo por miedo a que, alejado Dios del alma, se aleje el alma del cuerpo, y así, finalizada la muerte primera de todo el hombre, se vea en la garra de la segunda, que es eterna. Así, la muerte, como he dicho cuando la sufren los moribundos y obra en ellos el morir, no es un bien para nadie, pero el tolerarla es loable por conservar o conseguir el bien. Empero, cuando son los muertos los que están ya bajo su dominio, se dice, y no absurdamente, que es mala para los malos y buena para los buenos, porque las almas de los buenos, separadas de los cuerpos, están en el descanso, y las de los impíos están en penas. Y estarán así hasta que los cuerpos de unos resuciten para la vida eterna, y los de los otros, para la muerte eterna, llamada segunda.

CAPUT VIII

Quod in sanctis primae mortis pro veritate susceptio, secundae sit mortis absolutio

Si enim diligentius consideremus, etiam cum quisque pro veritate fideliter et laudabiliter moritur, mors cavetur. Ideo quippe aliquid eius suscipitur, ne tota contingat, et secunda insuper, quae nunquam finiatur, accedat. Suscipitur enim animae a corpore separatio, ne Deo ab anima separato etiam ipsa separetur a corpore, ac sic totius hominis prima morte completa, secunda excipiat sempiterna. Quocirca mors quidem, ut dixi, cum eam morientes patiuntur, cumque in eis ut moriantur facit, nemini bona est, sed laudabiliter toleratur pro tenendo vel adipiscendo bono. Cum vero in ea sunt, qui iam mortui nuncupantur, non absurde dicitur et malis mala, et bonis bona. In requie enim sunt animae piorum a corpore separatae; impiorum autem poenas luunt: donec istarum ad aeternam vitam, illarum vero ad aeternam mortem, quae secunda dicitur, corpora reviviscant.

CAPITULO IX

¿CUÁL ES EL MOMENTO PRECISO DE LA MUERTE O DE LA PÉRDIDA DEL SENTIDO DE LA VIDA?

¿Cómo debe llamarse el tiempo en que las almas, separadas del cuerpo, están ya gozando o padeciendo: Después de la muerte o en la muerte? [24]. Si es después de la muerte, ya no es buena o mala la muerte, porque ya ha pasado y dejado de ser, sino la vida presente del alma después de ella. La muerte era mala para ellos justamente cuando existía, es decir, en el momento de padecerla, en el momento de morir, porque entonces sentían la sensación de malestar y de molestia. De este mal precisamente usan bien los buenos. Una vez pasada la muerte, ¿cómo es buena o mala, si ya no existe? Por eso, si nos fijamos un poco más, ni la sensación de malestar y de molestia que se da en los moribundos es la muerte. Mientras tienen sensibilidad, viven, y, si viven, es más propio decir que están antes de la muerte que en la muerte, porque, cuando ésta llegue, priva al cuerpo de toda sensación, que es de molestia al acercarse ella. Por este motivo es difícil de explicar el modo y el porqué de llamar moribundos a los que aún no han muerto, sino que, a la vista de la muerte, se agitan en una agonía mortal y extrema, aunque en realidad reciben propiamente el nombre de moribundos, porque, cuando la muerte que amenaza llegare, no se llamarán ya moribundos, sino muertos. Nadie es moribundo si no vive, porque, cuando su vida se halla ya en las últimas, en que se hallan los que decimos que están dando las bocanadas, si aún no está privada de alma, aún vive [25]. Luego uno y el mismo es a la vez moribundo y viviente, pero acercándose a la muerte y alejándose de la vida. Sin embargo, aún está en vida, ya que el cuerpo tiene alma y aún no está en la muerte, porque aún no se ha separado del cuerpo. Mas si, una vez que se separare de él, ni aun entonces estará en la muerte, sino después de la muerte, ¿quién podrá decir cuándo está en la muerte? Porque, si nadie puede ser a la vez moribundo y viviente, no existirá moribundo alguno, puesto que, mientras está el alma en el cuerpo, no podemos negar que es un viviente. Por otra parte, debe llamarse moribundo a aquel en cuyo cuerpo se está obrando ya la muerte, y, si nadie puede ser a la vez moribundo y viviente, no sé cuándo se es viviente [26].

CAPUT IX

TEMPUS MORTIS, QUO VITAE SENSUS AUFERTUR, IN MORIENTIBUS, AN IN MORTUIS ESSE DICENDUM SIT

Sed id tempus, quo animae a corpore separatae aut in bonis sunt, aut in malis, utrum post mortem potius, an in morte dicendum est? Si enim post mortem est, iam non ipsa mors, quae transacta atque praeterita est, sed post eam vita praesens animae, bona seu mala est. Mors autem tunc eis mala erat, quando erat, hoc est, quando eam patiebantur, cum morerentur: quoniam gravis et molestus eis inerat sensus; quo malo bene utuntur boni. Peracta autem mors quonam modo vel bona, vel mala est, quae iam non est? Porro, si adhuc diligentius attendamus, nec illa mors esse apparebit, cuius gravem ac molestum in morientibus diximus sensum. Quamdiu enim sentiunt, adhuc utique vivunt; et si adhuc vivunt, ante mortem quam in morte potius esse dicendi sunt: quia illa cum venerit, aufert omnem corporis sensum, qui ea propinquante molestus est. Ac per hoc, quomodo morientes dicamus eos qui nondum mortui sunt, sed imminente morte iam extrema et mortifera afflictione iactantur, explicare difficile est: etiamsi recte isti appellantur morientes; quia cum mors quae iam impendet, advenerit, non morientes, sed mortui nuncupantur. Nullus est ergo moriens, nisi vivens; quoniam cum in tanta est extremitate vitae, in quanta sunt quos agere animam dicimus, profecto qui nondum anima caruit, adhuc vivit. Idem ipse igitur simul et moriens est et vivens: sed morti accedens, vita decedens; adhuc tamen in vita, quia inest anima corpori; nondum autem in morte, quia nondum abscessit a corpore. Sed si cum abscesserit, nec tunc in morte, sed post mortem potius erit; quando sit in morte quis dixerit? Nam neque ullus moriens erit, si moriens et vivens simul esse nullus potest: quamdiu quippe anima in corpore est, non possumus negare viventem. Aut si moriens potius dicendus est, in cuius iam corpore agitur ut moriatur, nec simul quisquam potest esse vivens et moriens; quando sit vivens nescio.

CAPITULO X

A LA VIDA DE LOS MORTALES LE CUADRA MEJOR EL NOMBRE DE MUERTE QUE EL DE VIDA

Desde el instante en que comenzamos a existir en este cuerpo mortal, nunca dejamos de tender hacia la muerte [27]. Esta es la obra de la mutabilidad durante todo el tiempo de la vida (si es que vida debe llamarse): el tender hacia la muerte [28]. No existe nadie que no esté más cercano a la muerte después de un año que antes de él, y mañana más que hoy, y hoy más que ayer, y poco después, más que ahora, y ahora, poco más

CAPUT X

DE VITA MORTALIUM, QUAE MORS POTIUS QUAM VITA DICENDA EST

Ex quo enim quisque in isto corpore morituro esse coeperit, nunquam in eo non agitur ut mors veniat. Hoc enim agit eius mutabilitas toto tempore vitae huius (si tamen vita dicenda est), ut veniatur in mortem. Nemo quippe est qui non ei post annum sit, quam ante annum fuit, et cras quam hodie, et hodie quam heri, et paulo post quam nunc, et nunc quam

que antes. Porque el tiempo vivido es un pellizco dado a la vida, y diariamente disminuye lo que resta; de tal forma, que esta vida no es más que una carrera hacia la muerte. No permite a nadie detenerse o caminar más despacio, sino que todos siguen el mismo compás y se mueven con igual presteza. Efectivamente, el que tuvo una vida más corta no cruzó el tiempo con más celeridad que el que la tuvo más larga, sino que, arrancados sus momentos de igual modo a ambos, uno tuvo la meta más cercana, y el otro, más alejada, meta a la que uno y otro corrían con idéntica velocidad [29]. Una cosa es haber andado más camino, y otra, haber caminado más despacio. En consecuencia, el que hasta llegar a la muerte apura espacios más largos de tiempo, no corre más despacio, sino que anda más camino.

Por tanto, si cada uno comienza a morir, o sea, a estar en la muerte, desde el instante en que empieza a obrarse en él la muerte, es decir, la substracción de la vida, pues que, terminada la substracción, estará ya después de la muerte, no en la muerte, es indudable que, desde el momento en que comenzamos a existir en este cuerpo, estamos en la muerte [30]. ¿Qué otra cosa se hace en cada día, en cada hora y en cada momento hasta que apurada la última gota de la vida, se completa la muerte, que iba obrándose y comienza a existir ya el tiempo posterior a la muerte que en el *fieri* de la substracción de la vida estaba en la muerte? Si, pues, el hombre no puede estar a la vez en vida y en muerte, nunca jamás, desde que mora en este cuerpo moribundo más bien que viviente, está en vida. ¿O diremos que está a la vez en vida y en muerte, es decir, en la vida, en que vive hasta que le sea substraída toda, y en la muerte, con que ya muere cuando le es substraída la vida?

paulo ante propinquior. Quoniam quidquid temporis vivitur, de spatio vivendi demitur; et quotidie fit minus minusque quod restat: ut omnino nihil sit aliud tempus vitae huius, quam cursus ad mortem, in quo nemo vel paululum stare, vel aliquanto tardius ire permittitur: sed omnes urgentur pari motu, nec diverso impelluntur accessu. Neque enim cui vita brevior fuit, celerius diem duxit, quam ille cui longior: sed cum aequaliter et aequalia momenta raperentur ambobus, alter habuit propius, alter remotius quo non impari velocitate ambo currebant. Aliud est autem amplius viae peregisse, aliud tardius ambulasse. Qui ergo usque ad mortem productiora spatia temporis agit, non lentius pergit, sed plus itineris conficit. Porro si ex illo quisque incipit mori, hoc est esse in morte, ex quo in illo agi coeperit ipsa mors, id est vitae detractio; quia, cum detrahendo finita fuerit, post mortem iam erit, non in morte: profecto ex quo esse incipit in hoc corpore, in morte est. Quid enim aliud diebus, horis, momentisque singulis agitur, donec ea consumpta mors quae agebatur, impleatur; et incipiat iam tempus esse post mortem, quod cum vita detraheretur, erat in morte? Nunquam igitur in vita homo est, ex quo est in corpore isto moriente potius quam vivente, si et in vita et in morte simul non potest esse. An potius et in vita et in morte simul est: in vita scilicet in qua vivit, donec tota detrahatur; in morte autem, qua iam moritur, cum vita

Porque, si no está en vida, ¿qué es lo que se substrae hasta que se realice su perfecta consunción? Y si no está en muerte, ¿qué es la substracción de la vida? No en vano se dice que, una vez substraída al cuerpo toda la vida, está ya después de la muerte, sino porque existía la muerte cuando se le substraía la vida. Y si, substraída la vida, no está el hombre en la muerte sino después de la muerte, ¿cuándo estará en la muerte sino cuando le es substraída? [31].

CAPITULO XI

¿PUEDE ALGUIEN SER AL MISMO TIEMPO VIVIENTE Y MUERTO?

1. Si es absurdo decir que el hombre antes de encararse con la muerte está ya en la muerte (¿a qué meta acerca el caminar de su vida, si está ya en ella?), y como, además, es demasiado atrevimiento afirmar que es a un tiempo viviente y moribundo, pues que no se puede estar a la vez velando y durmiendo, es preciso preguntar cuándo será moribundo. Antes de que la muerte llegue, no es moribundo, sino viviente, y, una vez llegada la muerte, será ya muerto, no moribundo. Aquello está aún antes de la muerte y esto ya pasó su frontera. ¿Cuándo está en la muerte, pues entonces es realmente moribundo?

Estas tres cosas distintas: antes de la muerte, en la muerte y después de la muerte, tiene cada una su nombre propio: viviente, moribundo y muerto. Es, pues, muy difícil determinar cuándo un hombre es moribundo, es decir, cuándo está en la muerte; cuándo ni es viviente, que es antes de la muerte, ni

detrahitur? Si enim non est in vita, quid est quod detrahitur, donec eius fiat perfecta consumptio? Si autem non est in morte, quid est vitae ipsa detractio? Non enim frustra, cum vita fuerit corpori tota detracta, post mortem iam dicitur, nisi quia mors erat, cum detraheretur. Nam si ea detracta non est homo in morte, sed post mortem; quando, nisi cum detrahitur, erit in morte?

CAPUT XI

AN QUISQUAM SIMUL ET VIVENS ESSE POSSIT, ET MORTUUS

1. Si autem absurdum est ut hominem, antequam ad mortem perveniat, iam esse dicamus in morte; (cui enim propinquat peragendo vitae suae tempora, si iam in illa est?) maxime quia nimis est insolens, ut simul et vivens esse dicatur et moriens, cum vigilans et dormiens simul esse non possit: quaerendum est quando erit moriens. Etenim antequam mors veniat, non est moriens, sed vivens: cum vero mors venerit, mortuus erit, non moriens. Illud ergo est adhuc ante mortem, hoc iam post mortem. Quando ergo in morte? (tunc enim est moriens): ut quemadmodum tria sunt cum dicimus, Ante mortem, in morte, post mortem; ita tria singulis singula, Vivens, moriens, mortuusque reddantur. Quando itaque sit moriens, id est in morte, ubi neque sit vivens, quod est ante mortem, neque

muerto, que es después de la muerte, sino moribundo, o sea, en la muerte. Mientras el alma está en el cuerpo, máxime si aún siente, el hombre, que consta de alma y de cuerpo, vive, y, por tanto, no debe decirse en la muerte, sino antes de la muerte. Con todo, cuando el alma se separa y priva al cuerpo de toda sensación, aparece ya después de la muerte, y se llama muerto. Luego fina en ese comedio en que es moribundo o está en la muerte, porque, si aún vive, está antes de la muerte, y, si dejó de vivir, está ya después de la muerte. En conclusión: no es posible comprender cuándo es moribundo o cuándo está en la muerte. Lo mismo ocurre con el tiempo. Se busca el presente y no se da con él, porque el cruzar del futuro al pasado es un espacio inapreciable. ¿No será lógico concluir de aquí que la muerte del cuerpo no existe? Pues, si existe, ¿cuándo existe, si no puede estar en ninguno y ninguno puede estar en ella? En efecto, si se vive, aún no existe la muerte, porque esto es antes de la muerte, no en la muerte, y, si se dejó de vivir, ya no existe, porque esto es después de la muerte, no en la muerte. Si la muerte no existe antes o después de ella misma, ¿qué significa decir antes de la muerte o después de la muerte? La verdad es que decir esto carece de sentido, si no existe la muerte. ¡Ojalá hubiéramos conseguido, viviendo bien en el pasado, que no existiera muerte alguna! Sin embargo, ahora es tan esquiva, que ni puede explicarse con palabras ni evitarse con razones [32].

2. Hablemos, pues, según el uso corriente, pues que así lo exigen nuestras maneras, y digamos: Antes de la muerte igual a antes de que la muerte suceda, como está escrito: *Antes de la muerte no alabes a hombre alguno.* Digamos también una vez que haya sobrevenido: Después de la muerte de éste o de aquél sucedió tal o cual cosa. Digamos también de presente, como nos sea posible: Aquel moribundo hizo testamento y dejó al morir esto o lo otro a éste o a aquél, aunque en realidad, si no viviera, no hubiera podido hacerlo, y lo haya hecho más bien antes de la muerte que en la muerte [33]. Hablemos también como habla la divina Escritura, que no duda en llamar muertos no a los que han muerto ya, sino a los que están en la muerte. Así en aquel pasaje: *Porque no hay en la muerte quien se acuerde de ti.* Dice, y con razón, que están en la muerte hasta que resuciten, como se dice que uno está en sueño hasta que despierta, aunque a los que están en sueño los llamamos durmientes, y no podamos sin embargo, de igual modo, llamar moribundos a los que han muerto. Porque no mueren aún quienes, por lo que hace a la muerte corporal, de la que ahora tratamos, ya están separados de los cuerpos. Precisamente a esto me refería al decir que no puede explicarse con palabras cómo llamamos moribundos a los que aún viven, o decimos de los ya muertos, aun después de la muerte, que están todavía en la muerte. ¿Cómo después de la muerte, si aún están en la muerte, sabiendo además que no les llamamos moribundos, como llamamos durmientes a los que están en sueño, y enfermos a los que están en enfermedad, y dolientes a los que están en dolor, y vivientes a los que están en vida? Con todo, los muertos antes de resucitar se dice que están en la muerte, y, sin embargo, no podemos llamarlos moribundos [34].

De aquí deduzco que no carece de oportunidad y de sentido

---

mortuus, quod est post mortem, sed moriens, id est in morte, difficillime definitur. Quamdiu quippe est anima in corpore, maxime si etiam sensus adsit, procul dubio vivit homo, qui constat ex anima et corpore; ac per hoc adhuc ante mortem, non in morte esse dicendus est: cum vero anima abscesserit, omnemque abstulerit corporis sensum, iam post mortem mortuusque perhibetur. Perit igitur inter utrumque, quo moriens, vel in morte sit: quoniam si adhuc vivit, ante mortem est; si vivere destitit, iam post mortem est. Nunquam ergo moriens, id est in morte esse comprehenditur. Ita etiam in transcursu temporum quaeritur praesens, nec invenitur: quia sine ullo spatio est, per quod transitur ex futuro in praeteritum. Nonne ergo videndum est, ne ista ratione mors corporis nulla esse dicatur? Si enim est, quando est quae in nullo, et in qua ullus esse non potest? quandoquidem si vivitur, adhuc non est; quia hoc ante mortem, non in morte: si autem vivere iam cessatum est, iam non est; quia et hoc post mortem est, non in morte. Sed rursus si nulla mors est ante vel post, quid est quod dicitur ante mortem, sive post mortem? nam et hoc inaniter dicitur, si mors nulla est. Atque utinam in paradiso bene vivendo egissemus, ut revera nulla esset mors. Nunc autem non solum est, verum etiam tam molesta est, ut nec ulla explicari locutione possit, nec ulla ratione vitari.

2. Loquamur ergo secundum consuetudinem; non enim aliter debemus: et dicamus, Ante mortem, prius quam mors accidat; sicut scriptum est, *Ante mortem ne laudes hominem quemquam* [13]. Dicamus etiam cum acciderit, Post mortem illius vel illius factum est illud vel illud. Dicamus et de praesenti tempore ut possumus, velut cum ita loquimur, Moriens ille testatus est, et illis atque illis illud atque illud moriens dereliquit: quamvis hoc nisi vivens omnino facere non posset, et potius hoc ante mortem fecerit, non in morte. Loquamur etiam sicut loquitur Scriptura divina, quae mortuos quoque non post mortem, sed in morte esse non dubitat dicere. Hinc enim est illud: *Quoniam non est in morte, qui memor sit tui* [14]. Donec enim reviviscant, recte dicuntur esse in morte; sicut in somno esse quisque, donec evigilet, dicitur: quamvis in somno positos dicamus dormientes, nec tamen eo modo possumus dicere eos qui iam sunt mortui, morientes. Non enim adhuc moriuntur qui, quantum attinet ad corporis mortem, de qua nunc disserimus, iam sunt a corporibus separati. Sed hoc est quod dixi explicari aliqua locutione non posse, quonam modo vel morientes dicantur vivere, vel iam mortui etiam post mortem adhuc esse dicantur in morte. Quomodo enim post mortem si adhuc in morte? Praesertim cum eos nec morientes dicamus, sicuti eos qui in somno sunt dicimus dormientes; et qui in languore, languentes; et qui in dolore, utique dolentes; et qui in vita, viventes: at vero mortui priusquam resurgant, esse dicuntur in morte, nec tamen possunt appellari morientes. Unde non im-

[13] Eccli. 11,30.
[14] Ps. 6,6.

mi opinión de que, quizá no por industria humana, pero sí por dispensación divina, este verbo *moritur* (muere) en latín no haya podido ser conjugado por los gramáticos por la misma regla con que se conjugan los demás. De *oritur* (nace), por ejemplo, se forma el pretérito *ortus est* (nació), y así los demás tiempos que se conjugan con los participios de pretérito. Mas, si preguntamos por el pretérito del verbo *moritur*, se nos responderá, como de costumbre, *mortuus est* (murió), duplicada la letra *u*. Se dice *mortuus* (muerto), como *fatuus* (fatuo), *arduus* (difícil), *conspicuus* (conspicuo), y otros por el estilo que no son participios, sino que por ser nombres se declinan sin tiempo. Sin embargo, en aquél, simulando declinar lo indeclinable, se pone el nombre en lugar del participio de pasado. Esto lleva en sí un sentido, y es que, así como lo significado por el verbo no puede ser declinado, así el verbo que lo significa no puede declinarse hablando [35]. Pero al menos podemos, con la ayuda de la gracia de nuestro Redentor, declinar la muerte segunda. Esta es la más grave y el peor de todos los males, porque no consiste en la separación del alma y del cuerpo, sino en el abrazo de uno y de otro para penar eternamente. Allí es donde estarán los hombres siempre en la muerte, no antes ni después de la muerte, y por eso nunca más serán vivientes y nunca más serán muertos, sino eternamente moribundo. Nunca irá peor al hombre en la muerte que cuando la muerte sea inmortal.

portune neque incongrue arbitror accidisse, etsi non humana industria, iudicio fortasse divino, ut hoc verbum quod est, moritur, in latina lingua nec grammatici declinare potuerint, ea regula qua caetera talia declinantur. Namque ab eo quod est oritur, fit verbum praeteriti temporis, ortus est: et si qua similia sunt, per temporis praeteriti participia declinantur. Ab eo vero quod est moritur, si quaeramus praeteriti temporis verbum, responderi assolet, mortuus est, u littera geminata. Sic enim dicitur mortuus, quomodo fatuus, arduus, conspicuus, et si qua similia, quae non sunt praeteriti temporis, sed quoniam nomina sunt, sine tempore declinantur. Illud autem, quasi ut declinetur quod declinari non potest, pro participio praeteriti temporis ponitur nomen. Convenienter itaque factum est, ut, quemadmodum id quod significat, non potest agendo, ita ipsum verbum declinari loquendo non possit. Agi tamen potest in adiutorio gratiae Redemptoris nostri, ut saltem secundam mortem declinare possimus. Illa enim est gravior, et omnium malorum pessima, quae non fit separatione animae et corporis, sed in aeternam poenam potius utriusque complexu. Ibi e contrario non erunt homines ante mortem atque post mortem, sed semper in morte: ac per hoc nunquam viventes, nunquam mortui, sed sine fine morientes. Nunquam enim erit homini peius in morte, quam ubi erit mors ipsa sine morte.

CAPITULO XII

¿Qué muerte había conminado Dios a los primeros hombres si quebrantaban su mandamiento?

Cuando se pregunta qué muerte había conminado Dios a los primeros hombres en caso de quebrantar el mandamiento recibido y de no obedecerlo, si era la muerte del alma, la del cuerpo, la de todo el hombre o la llamada segunda, debe contestarse que todas. La primera comprende dos de ellas, y la segunda, todas. Como la tierra universal consta de muchas regiones, y la Iglesia universal de muchas iglesias, así la muerte total consta de todas las muertes. Porque la primera comprende dos, una del alma y otra del cuerpo, de forma que la primera muerte de todo el hombre tiene lugar cuando el alma sin Dios y sin cuerpo sufre temporalmente el castigo, y la segunda, cuando el alma sin Dios y con el cuerpo sufre las penas eternas [36]. Cuando Dios dijo al primer hombre que colocó en el paraíso, hablando del fruto prohibido: *En cualquier día que comiereis de él, moriréis de muerte*, no hizo extensiva esta conminación sólo a la primera parte de la muerte primera, en que el alma se ve privada de Dios; ni solamente a la segunda parte, en la que el cuerpo se ve privado del alma; ni sólo a la primera muerte total, en que el alma, separada de Dios y del cuerpo, es castigada, sino a cuantas muertes hay, hasta la última, llamada segunda y que no tiene siguiente.

CAPUT XII

Quam mortem primis hominibus Deus, si mandatum eius transgrederentur, fuerit comminatus

Cum ergo requiritur, quam mortem Deus primis hominibus fuerit comminatus, si ab eo mandatum transgrederentur acceptum, nec obedientiam custodirent; utrum animae, an corporis, an totius hominis, an illam quae appellatur secunda: respondendum est, Omnes. Prima enim ex duabus constat; secunda ex omnibus tota. Sicut enim universa terra ex multis terris, et universa Ecclesia ex multis constat Ecclesiis; sic universa mors ex omnibus. Quoniam prima constat ex duabus, una animae, altera corporis: ut sit prima totius hominis mors, cum anima sine Deo et sine corpore ad tempus poenas luit; secunda vero, ubi anima sine Deo cum corpore poenas aeternas luit. Quando ergo dixit Deus primo illi homini, quem in paradiso constituerat, de cibo vetito, *Quacumque die ederitis ex eo, morte moriemini* [15]: non tantum primae mortis partem priorem, ubi anima privatur Deo; nec tantum posteriorem, ubi corpus privatur anima; nec solum ipsam totam primam, ubi anima et a Deo et a corpore separata punitur: sed quidquid mortis est usque ad novissimam, quae secunda dicitur, qua est nulla posterior, comminatio illa complexa est.

[15] Gen. 2,17.

CAPITULO XIII

¿Cuál fué el primer castigo de la prevaricación de los primeros padres?

Tan pronto como se llevó a efecto la transgresión del precepto, desamparados de la gracia de Dios, se ruborizaron de la desnudez de sus cuerpos. De aquí que cubrieran sus vergüenzas con hojas de higuera, las primeras tal vez que les vinieron a mano en medio de su turbación. Estos miembros los tenían ya antes, pero no eran vergonzosos. Sintieron, pues, un nuevo movimiento en su carne desobediente como castigo debido a su desobediencia [37]. El alma, complacida en el uso desordenado de su propia libertad, y desdeñando servir a Dios, se vió privada de la primera sujeción de su cuerpo, y, por haber abandonado libremente al Señor superior, no mantenía sometido al siervo inferior, ni tenía sometida a sí misma la carne, como la hubiera podido tener siempre, de haber permanecido ella sometida a Dios [38]. Entonces comenzó la carne a desear contra el espíritu. En este combate hemos nacido, arrastrando un germen de muerte y llevando en nuestros miembros y en nuestra viciada naturaleza la disyuntiva de lucha y de victoria de la primera prevaricación.

CAPUT XIII

Praevaricatio primorum hominum, quam primam senserit poena

Nam posteaquam praecepti facta transgressio est, confestim gratia deserente divina, de corporum suorum nuditate confusi sunt. Unde etiam foliis ficulneis, quae forte a perturbatis prima comperta sunt, pudenda texerunt [16]: quae prius eadem membra erant, sed pudenda non erant. Senserunt ergo novum motum inobedientis carnis suae, tanquam reciprocam poenam inobedientiae suae. Iam quippe anima libertate in perversum propria delectata, et Deo dedignata servire, pristino corporis servitio destituebatur: et quia superiorem Dominum suo arbitrio deseruerat, inferiorem famulum ad suum arbitrium non tenebat: nec omni modo habebat subditam carnem, sicut semper habere potuisset, si Deo subdita ipsa mansisset. Tunc ergo coepit caro concupiscere adversus spiritum [17]: cum qua controversia nati sumus, trahentes originem mortis, et in membris nostris vitiataque natura contentionem eius sive victoriam de prima praevaricatione gestantes.

[16] Gen. 3,7.
[17] Gal. 5,17.

CAPITULO XIV

El hombre, creado por Dios, y su libre caída

Dios, Autor de las naturalezas, no de los vicios, creó al hombre recto; pero él, depravado por propia voluntad y justamente condenado, engendró seres desordenados y condenados. Todos estuvimos en aquel uno cuando fuimos todos aquel uno, que cayó en pecado por la mujer, hecha de él antes del pecado. Aún no había sido creada y difundida nuestra forma individual, forma que cada uno habíamos de tener, pero ya existía la naturaleza germinal, de la que nos habíamos de propagar todos [39]. De ésta, viciada por el pecado y ligada con el vínculo de la muerte y justamente condenada, el hombre, naciendo del hombre, no nacería de otra condición. Por eso, del mal uso del libre albedrío se originó una serie de desventuras, que desde un principio viciado, como corrompido de raíz el género humano, arrastraría a todos en concatenación de miserias hasta el abismo de la muerte segunda, que no tiene fin, si la gracia de Dios no librara a algunos.

CAPUT XIV

Qualis homo sit factus a Deo, et in quam sortem deciderit suae voluntatis arbitrio

Deus enim creavit hominem rectum, naturarum auctor, non utique vitiorum: sed sponte depravatus iusteque damnatus, depravatos damnatosque generavit. Omnes enim fuimus in illo uno, quando omnes fuimus ille unus, qui per feminam lapsus est in peccatum, quae de illo facta est ante peccatum. Nondum erat nobis singillatim creata et distributa forma, in qua singuli viveremus; sed iam natura erat seminalis, ex qua propagaremur: qua scilicet propter peccatum vitiata, et vinculo mortis obstricta, iusteque damnata, non alterius conditionis homo ex homine nasceretur. Ac per hoc a *liberi arbitrii malo usu series huius calamitatis exorta est*, quae humanum genus origine depravata, velut radice corrupta, usque ad secundae mortis exitium, quae non habet finem, solis eis exceptis qui per gratiam Dei liberantur, miseriarum connexione perducit.

CAPITULO XV

Adán, pecando, abandonó a Dios antes que Dios le abandonara a él. La primera muerte del alma consistió en su apartamiento de Dios

Por este motivo, como en estas palabras: *Moriréis de muerte*, no se dijo: de muertes, debe entenderse sólo aquella que tiene lugar cuando el alma es abandonada por su vida, que es Dios [40]. (Porque no fué abandonado para que abandonase, sino que abandonó para ser abandonado, ya que, para su mal, es primero la propia voluntad, y, para su bien, es primero la voluntad del Creador, sea para hacerla cuando aún no existía, sea para rehacerla cuando pereció en su caída.) Con todo, aunque entendamos que Dios quiso significar esta muerte en esas palabras: *El día que comiereis de él, moriréis de muerte*, como si dijera: El día que me abandonéis por la desobediencia, os abandonaré yo por justicia, es indudable que en esa muerte se anunciaron también las demás que habían de suceder. Al originarse en la carne del alma desobediente un movimiento desobediente, por el cual cubrieron sus vergüenzas, se sintió la muerte, en la que Dios abandonó al alma. Esta quedó significada en aquellas palabras que Dios dirigió al hombre cuando se escondía en su loco temor: *Adán, ¿dónde estás?* Y lo dijo, no preguntando, como si lo ignorase, sino advirtiéndole con reproche que se percatase dónde estaba, porque Dios ya no estaba con él. Luego, al abandonar el alma al cuerpo, arrugado por la

CAPUT XV

Quod Adam peccans prius reliquerit Deum, quam relinqueretur a Deo; et primam fuisse animae mortem a Deo recessisse

Quamobrem etiamsi in eo quod dictum est, *Morte moriemini*, quoniam non est dictum, Mortibus, eam solam intelligamus, quae fit cum anima deseritur sua vita, quod illi Deus est (non enim deserta est ut desereret, sed ut desereretur, deseruit: ad malum quippe eius prior est voluntas eius; ad bonum vero eius prior est voluntas Creatoris eius, sive ut eam faceret quae nulla erat, sive ut reficiat quae lapsa perierat): etiamsi ergo hanc intelligamus Deum denuntiasse mortem, in eo quod ait, *Qua die ederitis ex illo, morte moriemini;* tanquam diceret, Qua die me deserueritis per inobedientiam, deseram vos per iustitiam: profecto in ea morte etiam caeterae denuntiatae sunt, quae procul dubio fuerant secuturae. Nam in eo quod inobediens motus in carne animae inobedientis exortus est, propter quem pudenda texerunt, sensa est mors una in qua deseruit animam Deus. Ea significata est verbis eius, quando timore dementi sese abscondenti homini dixit, *Adam, ubi es?* [18] non utique ignorando quaerens, sed incre-

[18] Gen. 3,9.

edad y encogido por la vejez, llegó a experimentar la otra muerte, de la que Dios había dicho cuando imponía sus castigos al hombre: *Eres tierra, y a la tierra irás*. Así, estas dos muertes completarían la primera, que es de todo el hombre, y a ella seguiría, al fin, la segunda, si el hombre no es librado por la gracia. El cuerpo, que procede de la tierra, no tornaría a ella sino por la muerte, que le sobreviene cuando se ve privado de su vida, o sea, del alma.

De aquí que los cristianos, fieles y veraces custodios de la fe católica, den constancia de que la muerte del cuerpo nos es infligida no por ley de naturaleza, pues que Dios no dió al hombre muerte alguna, sino por merecido del pecado. Dios, al vengar el pecado, dijo al hombre, en quien entonces estábamos todos: *Eres tierra, y a la tierra irás* [41].

CAPITULO XVI

Hay filósofos que piensan que la separación del cuerpo y del alma no es una pena, y se basan en que Platón introduce al Dios supremo prometiendo a los dioses inferiores el no ser nunca destituídos de sus cuerpos

1. Pero hay filósofos, contra cuyas calumnias defendemos la Ciudad de Dios, es decir, la Iglesia, que se mofan, según ellos, sabiamente de lo que acabamos de decir: de que la separación del alma y del cuerpo debe numerarse entre las penas.

pando admonens, ut attenderet ubi esset in quo non esset Deus. Cum vero corpus anima ipsa deseruit aetate corruptum et senectute confectum, venit in experimentum mors altera, de qua Deus peccatum adhuc puniens homini dixerat, *Terra es, et in terram ibis* [19]: ut ex his duabus mors illa prima, quae totius est hominis, compleretur, quam secunda in ultimo sequitur, nisi homo per gratiam liberetur. Neque enim corpus quod de terra est, rediret in terram, nisi sua morte, quae illi accidit, cum deseritur sua vita, id est anima. Unde constat inter Christianos veraciter catholicam tenentes fidem, etiam ipsam nobis corporis mortem, non lege naturae, qua nullam mortem homini Deus fecit, sed merito inflictam esse peccati: quoniam peccatum vindicans Deus, dixit homini, in quo tunc omnes eramus, *Terra es, et in terram ibis.*

CAPUT XVI

De philosophis, qui animae separationem a corpore non putant esse poenalem, cum Plato inducat summum Deum diis minoribus promittentem, quod nunquam sint corporibus exuendi

1. Sed philosophi, contra quorum calumnias defendimus civitatem Dei, hoc est eius Ecclesiam, sapienter sibi videntur irridere quod dicimus, animae a corpore separationem inter poenas eius esse deputandam: quia

[19] Ibid., 19.

Y se fundan en que—es opinión suya—el alma alcanza la perfecta felicidad cuando, desligada en absoluto de todo cuerpo, torna a Dios simple y sola y en cierto modo desnuda. Si en sus mismos escritos no hallara nada con que refutar esta opinión, debería alargarme un tanto en demostrar que el cuerpo no es oneroso al alma sino por ser corruptible. Aquí viene a pelo aquel pasaje de nuestras Escrituras citado en el libro anterior: *El cuerpo corruptible apesga al alma.* Al añadir *corruptible* da a entender que apesga al alma no cualquier cuerpo, sino el hecho por el castigo consiguiente al pecado. Y, aunque no lo hubiera añadido, no debiéramos entender otra cosa.

Sin embargo, pregonando Platón a todos los vientos que los dioses hechos por el Dios soberano tienen cuerpos inmortales, e introduciendo a Dios, Hacedor de ellos, prometiéndoles, como singular beneficio, una estancia eterna en sus cuerpos y el no ser desligados de ellos por muerte alguna, ¿a qué viene el que éstos, para perseguir la fe cristiana, finjan desconocer lo que conocen? ¿Por qué, en pugna consigo mismos, prefieren decir eso con tal de no cejar en su empeño de contradecirnos? Voy a citar las propias palabras de Platón, traducidas al latín por Cicerón [42], en las que introduce al Dios soberano perorando y diciendo a los dioses que hizo: «Vosotros, hijos de los dioses, considerad de qué obras soy yo padre y hacedor. Sois indisolubles contra mi voluntad [43], aunque todo lo compuesto pueda disolverse, pero no es propio del bien querer separar lo que la razón ha unido. Mas, por haber nacido, no podéis ser inmortales, indisolubles. Sin embargo, no os disolveréis ni hado alguno de muerte os quitará la vida, porque no será más poderoso que mi voluntad, que es un vínculo más

videlicet eius perfectam beatitudinem tunc illi fieri existimant, cum omni prorsus corpore exuta ad Deum simplex et sola et quodammodo nuda redierit. Ubi si nihil, quo ista refelleretur opinio, in eorum litteris invenirem, operosius mihi disputandum esset, quo demonstrarem non corpus esse animae, sed corruptibile corpus onerosum. Unde illud est quod de Scripturis nostris in superiori libro commemoravimus [20], *Corpus enim corruptibile aggravat animam* [21]. Addendo utique *corruptibile*, non qualicumque corpore, sed quale factum est ex peccato consequente vindicta, animam perhibuit aggravari. Quod etiamsi non addidisset, nihil aliud intelligere deberemus. Sed cum apertissime Plato deos a summo Deo factos habere immortalia corpora praedicet, eisque ipsum Deum, a quo facti sunt, inducat pro magno beneficio pollicentem, quod in aeternum cum suis corporibus permanebunt, nec ab eis ulla morte solventur: quid est quod isti ad exagitandam christianam fidem fingunt se nescire quod sciunt; aut etiam sibi repugnantes adversum se ipsos malunt dicere, dum nobis non desinant contradicere? Nempe Platonis haec verba sunt, sicut ea Cicero in latinum vertit, quibus inducit summum Deum deos quos fecit alloquentem ac dicentem: «Vos qui deorum satu orti estis, attendite quorum operum ego parens effectorque sum. Haec sunt indissolubilia me

[20] C.15.
[21] Sap. 9,15.

fuerte para vuestra perpetuidad que el hado a que quedasteis ligados al comenzar vuestra existencia». Cata que Platón dice que los dioses, por la ligadura del cuerpo y del alma, son mortales, y que, con todo, por voluntad y decisión del Dios que los hizo son inmortales. Si, pues, es una pena para el alma estar ligada a un cuerpo, ¿qué significa que, hablándoles Dios como a temerosos de que la muerte se asome a sus puertas, o sea, de separarse de sus cuerpos, les asegura su inmortalidad? Y esto no por la naturaleza de esos dioses, que es compuesta, no simple, sino por la insuperable voluntad de Dios, que puede hacer que ni lo nacido muera ni lo ligado se desligue, sino que persevere incorruptiblemente.

2. Saber si en realidad este sentir de Platón, aplicado a los astros, es verdadero, es otra cuestión. No debe concederse a la ligera que esos globos de luz o pequeños círculos que iluminan con su luz corpórea la tierra de día o de noche, tengan ánimos propios inteligentes y dichosos que los vivifiquen. Esto lo afirma él con insistencia del mundo universo, como de un gran animal que contiene todos los demás animales [44]. Pero, como queda dicho, ésta es otra cuestión, y al presente no me he comprometido a discutirla. Sencillamente, yo he creído un deber citar ese texto contra aquellos que se glorían de llamarse o ser platónicos, orgulloso título que les ruboriza de ser cristianos, porque este nombre sería común a ellos y al vulgo, y el suyo de paliados [45], cuyo número es tanto más fastuoso cuanto más exiguo, se haría despreciable. Estos, buscando pun-

invito: quanquam omne colligatum solvi potest. Sed haudquaquam boni est, ratione vinctum velle dissolvere. Sed quoniam estis orti, immortales vos quidem esse et indissolubiles non potestis: nequaquam tamen dissolvemini, neque vos ulla mortis fata periment, nec erunt valentiora quam consilium meum, quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestram, quam illa quibus estis, tum cum gignebamini, colligati». Ecce deos Plato dicit et corporis animaeque colligatione mortales, et tamen immortales Dei a quo facti sunt voluntate atque consilio. Si ergo animae poena est in qualicumque corpore colligari, quid est quod eos alloquens Deus tanquam sollicitos, ne forte moriantur, id est dissolvantur a corpore, de sua facit immortalitate securos; non propter eorum naturam, quae sit compacta, non simplex, sed propter suam invictissimam voluntatem, qua potens est facere, ut nec orta occidant, nec connexa solvantur, sed incorruptibiliter perseverent?

2. Et hoc quidem utrum Plato verum de sideribus dicat, alia quaestio est: neque enim ei continuo concedendum est, globos istos luminum sive orbiculos luce corporea super terras, seu die, seu nocte fulgentes, suis quibusdam propriis animis vivere, eisque intellectualibus et beatis, quod etiam de ipso universo mundo, tanquam uno animali maximo, quo cuncta caetera continerentur animalia, instanter affirmat. Sed haec, ut dixi, alia quaestio est, quam nunc discutiendam non suscepimus. Hoc tantum contra istos commemorandum putavi, qui se Platonicos vocari vel esse gloriantur, cuius superbia nominis erubescunt esse Christiani, ne commune illis cum vulgo vocabulum, vilem faciat palliatorum, tanto magis inflatam, quanto

tos en que reprender la doctrina cristiana, apelan a la eternidad de los cuerpos, como si fueran contrarios entre sí buscar la felicidad del alma y querer que viva siempre en el cuerpo como ligada a un vínculo penoso. Y lo hacen a pesar de que Platón, su autor y maestro, dice que el Dios soberano concedió a los dioses hechos por El este don, el no morir nunca, es decir, el no ser separados de los cuerpos a que los había ligado.

CAPITULO XVII

CONTRA LOS QUE AFIRMAN QUE LOS CUERPOS TERRENOS NO PUEDEN TORNARSE INCORRUPTIBLES Y ETERNOS

1. Defienden además estos filósofos que los cuerpos terrestres no pueden ser eternos, bien que no dudan que la misma tierra es miembro de un dios, no ciertamente del supremo, pero sí de uno grande, del mundo, intermedio y eterno. En efecto, el Dios supremo creó otro dios pretendido, esto es, el mundo [46], superior a los demás dioses inferiores y considerado como un animal, o sea, como un ser con alma, según ellos racional o intelectual, en una masa corporal tan enorme. Además le dotó de una especie de miembros, colocados en sus lugares y dispuestos en el cuerpo, de cuatro elementos, cuya unión quieren que sea indisoluble y eterna para que ese dios no muera. Y, si esto es así, ¿qué razón hay para que la tierra, como el miembro central en el cuerpo de ese gran animal, sea eterna, y los cuerpos de los demás animales, terrestres, si Dios lo quiere, como quiso lo otro, no puedan ser eternos?

Pero la tierra—replican—ha de tornar a la tierra, de donde fueron sacados los cuerpos de los animales terrestres. De donde se deduce—añaden—que necesariamente han de disolverse y morir, y de este modo ser reintegrados a la tierra estable y eterna, de que habían sido sacados. Si alguien afirma otro tanto del fuego y dice que han de tornar al fuego universal los cuerpos sacados de él para hacer los animales celestes, ¿no vendrá a echar por tierra, como huracán de esta contienda, la inmortalidad, que prometió Platón a tales dioses en aquel discursito que puso en boca del Dios supremo? ¿O es que eso allí no sucede justamente porque Dios no quiere, cuya voluntad, como dice Platón, no es vencida por fuerza alguna? ¿Qué impide al poder de Dios hacer esto con los cuerpos terrenos, si Platón admite que Dios puede hacer que ni muera lo que ha nacido, ni se desligue lo ligado, ni se torne a los elementos lo tomado de ellos y que las almas ligadas a los cuerpos nunca los abandonen y gocen con ellos de inmortalidad y de eterna dicha? ¿Por qué, pues, no puede hacer que no mueran tampoco los cuerpos terrenos? ¿O es que el poder de Dios no se extiende hasta donde creen los cristianos, sino hasta donde quieren los platónicos? ¿Es verdad que los filósofos platónicos han podido conocer el consejo de Dios y no lo han podido conocer los profetas? Al contrario, el Espíritu de Dios enseñó a los profetas a anunciar la voluntad de Dios, cuanto El se dignó mostrarles, y, en cambio, los filósofos, al conocerla, sufrieron el engaño de las humanas conjeturas [47].

---

magis exiguam paucitatem: et quaerentes quid in doctrina christiana reprehendant, exagitant aeternitatem corporum, tanquam haec sint inter se contraria, ut et beatitudinem quaeramus animae, et eam semper esse velimus in corpore, velut aerumnoso vinculo colligatam: cum eorum auctor et magister Plato, donum a Deo summo diis ab illo factis dicat esse concessum, ne aliquando moriantur, id est a corporibus, quibus eos connexuit, separentur.

CAPUT XVII

CONTRA EOS QUI ASSERUNT, TERRENA CORPORA INCORRUPTIBILIA FIERI ET AETERNA NON POSSE

1. Contendunt etiam isti, terrestria corpora sempiterna esse non posse, cum ipsam universam terram dei sui, non quidem summi, sed tamen magni, id est totius huius mundi, membrum in medio positum et sempiternum esse non dubitent. Cum ergo Deus ille summus fecerit eis alterum quem putant deum [22], id est istum mundum, caeteris diis qui infra eum sunt praeferendum, eumdemque esse existiment animantem, anima scilicet, sicut asserunt, rationali vel intellectuali in tam magna mole corporis eius inclusa; ipsiusque corporis tanquam membra locis suis posita atque digesta, quatuor constituerit elementa, quorum iuncturam, ne unquam deus eorum tam magnus moriatur, insolubilem ac sempiternam velint: quid causae est, ut in corpore maioris animantis tanquam medium membrum aeterna sit terra, et aliorum animantium terrestrium corpora, si, Deus sicut illud velit, aeterna esse non possint? Sed terrae, inquiunt, terra reddenda est, unde animalium terrestria sumpta sunt corpora: ex quo fit, inquiunt, ut ea sit necesse dissolvi et emori; et eo modo terrae stabili ac sempiternae, unde fuerant sumpta, restitui. Si quis hoc etiam de igne similiter affirmet, et dicat reddenda esse universo igni corpora, quae inde sumpta sunt, ut caelestia fierent animalia; nonne immortalitas, quam talibus diis, velut Deo summo loquente, promisit Plato, tanquam violentia disputationis huius intercidet? An ibi propterea non fit, quia Deus non vult, cuius voluntatem, ut ait Plato, nulla vis vincit? Quid ergo prohibet, ut hoc etiam de terrestribus corporibus Deus possit efficere, quandoquidem ut nec ea quae orta sunt, occidant, nec ea quae sunt iuncta solvantur, nec ea quae sunt ex elementis sumpta reddantur, atque ut animae in corporibus constitutae nec unquam ea deserant, et cum eis immortalitate ac sempiterna beatitudine perfruantur, posse Deum facere confitetur Plato? Cur ergo non possit, ut nec terrestria moriantur? An Deus non est potens quousque Christiani credunt, sed quousque Platonici volunt? Nimirum quippe consilium Dei et potestatem potuerunt philosophi, nec potuerunt nosse Prophetae? cum potius e contrario Dei Prophetas ad enuntiandam eius, quantum dignatus est, voluntatem, Spiritus eius docuerit; philosophos autem in ea cognoscenda coniectura humana deceperit.

[22] PLATO, in *Timaeo*.

2. Sin embargo, no debían haber llevado su error, no por ignorancia, sino por obstinación, hasta el extremo de contradecirse manifiestamente entre sí, afirmando, por una parte, con todas sus fuerzas dialécticas que el alma, para poder ser feliz, debe huir no solamente el cuerpo terreno, sino todo cuerpo, e insistiendo, por otra, en que los dioses tienen almas muy felices, ligadas, con todo, a cuerpos eternos, y las celestes, a cuerpos ígneos. Insisten también en que el alma de Júpiter, que pretenden que sea este mundo, se halla repartida en todos los elementos corpóreos de que se compone toda esta mole que se eleva desde la tierra al cielo. Platón opina que esta alma, desde el medio íntimo de la tierra, llamado por los geómetras centro, hasta la sumidad más suma del cielo, está difundida y extendida por todas sus partes según los números musicales. De esta suerte, el mundo es, para él, el animal mayor y más feliz y eterno, y su alma goza de la perfecta felicidad de la sabiduría y no abandona su cuerpo propio. Su cuerpo vive por ella eternamente, y, aunque no es simple, sino compuesto de tantos y tan enormes cuerpos, no pueden embotarlo ni retrasar su ascensión. Dando esta libertad a sus sospechas, ¿por qué no quieren creer que pueden llegar a ser inmortales, por voluntad y por el poder de Dios, los cuerpos terrenos, en que vivan eterna y felizmente [48] las almas no separadas de ellos por muerte alguna, ni apesgadas por sus pesos, cosa que, según ellos, pueden sus dioses en los cuerpos ígneos, y Júpiter, rey de los mismos, en todos los elementos corpóreos?

Si el alma para ser feliz debe huir todo cuerpo, huyan los dioses de los globos siderales, huya Júpiter del cielo y de la tierra. Y, si no son capaces de ello, téngaseles por miserables. Pero no se allanan ni a una cosa ni a otra. No se atreven a atribuir a sus dioses la separación de los cuerpos, por temor a parecer que dan culto a seres mortales, ni a atribuirles la privación de la beatitud, para no tener que confesar que son infelices [49]. En conclusión: para conseguir la felicidad no deben huirse todos los cuerpos, sino los corruptibles, los pesados, los mortales, los molestos; no tales cuales fueron los que dió la bondad de Dios a los primeros hombres, sino cuales les obligó a ser la pena del pecado [50].

---

2. Verum non usque adeo decipi debuerunt, non solum ignorantia, sed magis etiam pervicacia, ut et sibi apertissime refragentur, magnis disputationum viribus asserentes, animae, ut beata esse possit, non terrenum tantum, sed omne corpus esse fugiendum; et deos rursus dicentes habere beatissimas animas, et tamen aeternis corporibus illigatas, caelestes quidem igneis, Iovis autem ipsius animam, quem mundum istum volunt, omnibus omnino corporeis elementis, quibus haec tota moles a terra in caelum surgit, inclusam. Hanc enim animam Plato ab intimo terrae medio, quod geometrae centrum vocant, per omnes partes eius usque ad caeli summa et extrema diffundi et extendi per numeros musicos opinatur, ut sit iste mundus animal maximum, beatissimum, sempiternum, cuius anima et perfectam sapientiae felicitatem teneret, et corpus proprium non relinqueret; cuiusque corpus et in aeternum ex illa viveret, et eam quamvis non simplex, sed tot corporibus tantisque compactum, hebetare atque tardare non posset. Cum igitur suspicionibus suis ista permittant, cur nolunt credere, divina voluntate atque potentia immortalia corpora fieri posse terrena, in quibus animae nulla ab eis morte separatae, nullis eorum oneribus aggravatae, sempiterne ac feliciter vivant; quod deos suos posse asserunt in corporibus igneis, Iovemque ipsum regem eorum in omnibus corporeis elementis? Nam si animae, ut beata sit, corpus est omne fugiendum, fugiant dii eorum de globis siderum, fugiat Iupiter de caelo et terra: aut si non possunt, miseri iudicentur. Sed neutrum isti volunt, qui neque a corporibus separationem audent dare diis suis, ne illos mortales colere videantur; nec beatitudinis privationem, ne infelices eos esse fateantur. Non ergo ad beatitudinem consequendam omnia fugienda sunt corpora; sed corruptibilia, molesta, gravia, moribunda; non qualia fecit primis hominibus bonitas Dei, sed qualia esse compulit poena peccati.

CAPITULO XVIII

Los filósofos afirman que los cuerpos terrenos no pueden convenir a seres celestiales, porque su peso natural los inclina a la tierra

Pero necesariamente—dicen—el peso natural retiene a los cuerpos terrenos en la tierra, o al menos los inclina con violencia a ella, y por eso no pueden estar en el cielo [51]. Es verdad que los primeros hombres habitaban una tierra nemorosa y fructífera, que recibió el nombre de paraíso. Mas, como esta objeción no debe quedar sin respuesta, bien por mor del cuerpo con que Cristo ascendió al cielo, bien por el que han de tener los santos en la resurrección, consideren en primer lugar con un poquito más de atención la naturaleza de los pesos terrenos. Si el arte humano es capaz de hacer que floten sobre el agua vasos fabricados de metales, que, puestos sobre ella, se van al fondo al instante, ¡cuánto más creíble y poderoso es Dios, por cuya

---

CAPUT XVIII

De terrenis corporibus, quae philosophi affirmant in caelestibus esse non posse; quia quod terrenum est, naturali pondere vocetur ad terram

Sed necesse est, inquiunt, ut terrena corpora naturale pondus vel in terra teneat, vel cogat ad terram: et ideo in caelo esse non possint. Primi quidem illi homines in terra erant nemorosa atque fructuosa, quae paradisi nomen obtinuit: sed quia et ad hoc respondendum est, vel propter Christi corpus cum quo ascendit in caelum, vel propter sanctorum qualia in resurrectione futura sunt, intueantur paulo attentius pondera ipsa terrena. Si enim ars humana efficit ut ex metallis, quae in aquis posita continuo submerguntur, quibusdam modis vasa fabricata etiam natare possint;

omnipotentísima voluntad, según Platón, no puede ni perecer lo nacido ni ser desligado lo ligado, para, por modos ocultos, dar a los cuerpos terrenos el no ser atraídos por peso alguno hacia abajo, siendo mucho más admirable la unión entre lo corpóreo y lo incorpóreo que entre lo corpóreo y lo corporal! Y concede además a los ánimos perfectamente bienaventurados que sitúen sus cuerpos, terrenos, es verdad, pero incorruptibles, donde quieran y que obren donde les plazca con una posición y un movimiento facilísimo. ¿O es que debe creerse que, si los ángeles realizan obras como éstas, arrebatar a ciertos animales terrestres de donde se hallan y constituirlos donde les place, no puedan hacerlo sin trabajo o sentir las cargas? ¿Por qué hemos de creer que los espíritus de los santos, perfectos y felices por gracia divina, pueden sin ninguna dificultad llevar sus cuerpos donde les agrade y no hemos de creer que puedan colocarlos donde les parezca? Aunque es cierto que, como solemos apreciar cuando pujamos algo, cuanto es mayor la masa de los cuerpos terrenos, tanto mayor es también su pesadez, de forma que oprime más lo que más pesa, sin embargo, el alma lleva los miembros de su carne con más ligereza cuando gozan de robustez y de salud que cuando están debiluchos por la enfermedad. Y aunque, cuando lo puja otro, es más pesado el sano y robusto que el flaco y enfermizo, con todo, uno mismo es más ágil para mover y llevar su cuerpo cuando con buena salud tiene más masa que cuando en enfermedad o hambre tiene el mínimo de robustez. ¡Tanto vale en los cuerpos terrenos, corruptibles aún y mortales, no el peso de la cantidad, sino el modo del temperamento! Y ¿quién explicará con palabras la distancia que media entre la llamada salud presente y la inmortalidad futura? No redarguyan, pues, nuestra fe los filósofos basados en los pesos de los cuerpos [52].

Además, no quiero preguntar por qué no creen que el cuerpo terreno pueda estar en el cielo, siendo así que la tierra toda estriba sobre la nada [53]. Quizá sea un argumento de no menor probabilidad el tomado del centro del mundo, en el sentido de que en él se dan cita las cosas más pesadas. Me limito únicamente a decir: Si los dioses inferiores, a quienes comisionó Platón el hacer al hombre entre los demás animales terrestres, pudieron, como él dice, remover del fuego la cualidad de quemar y dejarle la de lucir que se percibe por los ojos [54], ¿dudaremos conceder esto al Dios soberano, a cuya voluntad y poder concedió él que no muriera lo nacido: que cosas tan diversas y tan desemejantes como son las corpóreas y las incorpóreas, unidas entre sí, no pudieran ser separadas? De este modo quita a la carne del hombre la corrupción y le da la inmortalidad, le deja la naturaleza, le conserva la congruencia de su figura y de sus miembros y le suprime la retardación del peso. Mas sobre la fe en la resurrección de los muertos y sobre sus cuerpos inmortales se tratará con más detención, si Dios quiere, al final de esta obra.

---

quanto credibilius et efficacius occultus aliquis modus operationis Dei, cuius omnipotentissima voluntate Plato dicit nec orta interire, nec colligata posse dissolvi, cum multo mirabilius incorporea corporeis, quam quaecumque corporea quibuscumque corporibus copulentur, potest molibus praestare terrenis, ut nullo in ima pondere deprimantur; ipsisque animis perfectissime beatis, ut quamvis terrena, tamen incorruptibilia iam corpora ubi volunt ponant, et quo volunt agant, situ motuque facillimo? An vero si hoc Angeli faciant, et quaelibet animalia terrestria rapiant unde libet, constituantque ubi libet, aut eos sine labore non posse, aut onera sentire credendum est? Cur ergo sanctorum perfectos et beatos divino munere spiritus sine ulla difficultate posse ferre quo voluerint, et sistere ubi voluerint sua corpora non credamus? Nam cum terrenorum corporum, sicut onera in gestando sentire consuevimus, quanto maior est quantitas, tanto maior sit et gravitas, ita ut plura pondo quam pauciora plus premant: membra tamen suae carnis leviora portat anima cum in sanitate robusta sunt, quam in languore cum macra sunt. Et cum aliis gestantibus onerosior sit sanus et validus, quam exilis et morbidus; ipse tamen ad suum corpus movendum atque portandum agilior est, cum in bona valetudine plus habet molis, quam cum in peste vel fame minimum roboris. Tantum valet in habendis etiam terrenis corporibus, quamvis adhuc corruptibilibus atque mortalibus, non quantitatis pondus, sed temperationis modus. Et quis verbis explicet, quantum distet inter praesentem, quam dicimus sanitatem, et immortalitatem futuram? Non itaque nostram fidem redarguant philosophi de ponderibus corporum. Nolo enim quaerere, cur non credant terrenum posse esse corpus in caelo, cum terra universa libretur in nihilo. Fortassis enim de ipso medio mundi loco, eo quod in eum coeant quaeque graviora, etiam argumentatio verisimilior habeatur. Illud dico: si dii minores, quibus inter animalia terrestria caetera etiam hominem faciendum commisit Plato [23], potuerunt, sicut dicit, ab igne removere urendi qualitatem, lucendi relinquere quae per oculos emicaret [24]; itane Deo summo concedere dubitabimus, cuius ille voluntati potestatique ne moriantur concessit quae orta sunt, et tam diversa, tam dissimilia, id est corporea et incorporea, sibimet connexa, nulla possint dissolutione seiungi, ut de carne hominis, cui donat immortalitatem, corruptionem auferat, naturam relinquat, congruentiam figurae membrorumque detineat, detrahat ponderis tarditatem? Sed de fide resurrectionis mortuorum, et de corporibus eorum immortalibus diligentius, si Deus voluerit, in fine huius operis disserendum est.

[23] In *Timaeo*.
[24] Ibid.

CAPITULO XIX

CONTRA AQUELLOS QUE NO CREEN QUE LOS PRIMEROS HOMBRES, DE NO HABER PECADO, HABÍAN DE SER INMORTALES

Ahora expliquemos el punto propuesto sobre los cuerpos de los primeros hombres. A éstos, ni la muerte, que es buena para los buenos, conocida no sólo por unos pocos que la entienden o creen, sino por todos, que consiste en la separación del cuerpo y del alma, por la que el cuerpo del animal, que evidentemente vivía, muere, les hubiera podido sobrevenir de no haberla merecido por el pecado. Bien que no está permitido dudar que las almas de los justos y piadosos después de la muerte no vivan en el descanso; sin embargo, les fuera mejor vivir con sus cuerpos sanos [55], hasta el punto de que, aun quienes piensan que el súmmum de la beatitud es estar sin cuerpo, aprueban esta opinión contra su propio sentir. Ninguno de ellos se atreve a anteponer los hombres, por más sabios que sean, o los que han de morir, o los ya muertos, es decir, los que carecen ya de cuerpos, o los que han de abandonarlos, a los dioses inmortales, a quienes el Dios supremo, en Platón, promete un don singular, a saber, una vida indisoluble, o sea, un eterno consorcio con sus cuerpos. El mismo Platón piensa que dice muy bien con los hombres, si han vivido piadosa y justamente, el que, separados de sus cuerpos, sean recibidos en el seno de los dioses, que nunca abandonaron sus cuerpos [56]:

CAPUT XIX

CONTRA EORUM DOGMATA, QUI PRIMOS HOMINES, SI NON PECCASSENT, IMMORTALES FUTUROS FUISSE NON CREDUNT

Nunc de corporibus primorum hominum quod instituimus explicemus: quoniam nec mors ista, quae bona perhibetur bonis, nec tantum paucis intelligentibus sive credentibus, sed omnibus nota est, qua fit animae a corpore separatio, qua certe corpus animantis, quod evidenter vivebat, evidenter emoritur, eis potuisset accidere, nisi peccati meritum sequeretur. Licet enim iustorum ac piorum animae defunctorum, quod in requie vivant, dubitare fas non sit, usque adeo tamen eis melius esset cum suis corporibus bene valentibus vivere, ut etiam illi qui omni modo esse sine corpore beatissimum existimant, hanc opinionem suam sententia repugnante convincant. Neque enim quisquam audebit illorum sapientes homines, sive morituros, sive iam mortuos, id est, aut carentes corporibus, aut corpora relicturos, diis immortalibus anteponere, quibus Deus summus apud Platonem munus ingens, indissolubilem scilicet vitam, id est aeternum cum suis corporibus consortium, pollicetur. Optime autem cum hominibus agi arbitratur idem Plato, si tamen hanc vitam pie iusteque peregerint, ut a suis corporibus separati, in ipsorum deorum, qui sua corpora nunquam deserunt, recipiantur sinum [25]:

[25] In *Phaedone* et *Phaedro*.

Perdido ya todo recuerdo, pueden ver otra vez la bóveda celeste
y disponerse a entrar en cárceles humanas.

Celebran también que Virgilio dijo esto en conformidad con la doctrina platónica. A este tenor, afirma que las almas de los mortales no pueden ni existir siempre en sus propios cuerpos, sino que la muerte los ha de disolver necesariamente; ni permanecer perpetuamente sin cuerpos, sino que, según él, en alternativa continua, se hacen constantemente, de los muertos, vivos, y de los vivos, muertos. De tal suerte es esto así, que creen que los sabios difieren de los demás hombres en que, después de la muerte, serán llevados a los astros con el fin de que gocen de un descanso más largo en su astro propio, y que allí, olvidados de nuevo de la primitiva miseria y vencidos por el deseo de tener cuerpo, tornan a los trabajos y a las molestias de los mortales. En cambio, aquellos que hubieren llevado una vida sin control, vuelven luego a los cuerpos debidos a sus merecimientos, cuerpos de hombres o de bestias [57]. A esta condición tan dura sometió a las almas buenas y sabias, a las que no se dieron tales cuerpos, con que vivieran siempre e inmortalmente, de forma que ni pudieran seguir en los cuerpos ni subsistir sin ellos en eterna pureza. En los libros anteriores [58] hemos mencionado ya el rubor de Porfirio sobre este sentir platónico en tiempos cristianos, y hemos dicho que no solamente removió de las almas humanas los cuerpos de las bestias, sino que además quiso que las almas de los sabios se vieran libres de los lazos corporales, de modo que, huyendo todo cuerpo, se mantengan felices sin fin cabe el Padre. Así, para no verse vencido por Cristo, que promete a los santos una vida eterna, también

Scilicet immemores supera ut convexa revisant,
Rursus et incipiant in corpora velle reverti [26].

Quod Virgilius ex Platonico dogmate dixisse laudatur. Ita quippe animas mortalium, nec in suis corporibus semper esse posse existimat, sed mortis necessitate dissolvi; nec sine corporibus durare perpetuo, sed alternantibus vicibus indesinenter vivos ex mortuis, et ex vivis mortuos fieri putat: ut a caeteris hominibus hoc videantur differre sapientes, quod post mortem ferantur ad sidera, ut aliquanto diutius in astro sibi congruo quisque requiescat, atque inde rursus miseriae pristinae oblitus et cupiditate habendi corporis victus, redeat ad labores aerumnasque mortalium; illi vero qui stultam duxerint vitam, ad corpora suis meritis debita, sive hominum, sive bestiarum, de proximo revolvantur [27]. In hac itaque durissima conditione constituit etiam bonas atque sapientes animas, quibus non talia corpora distributa sunt, cum quibus semper atque immortaliter viverent, ut neque in corporibus permanere, neque sine his possint in aeterna puritate durare. De quo Platonico dogmate iam in libris superioribus [28] diximus christiano tempore erubuisse Porphyrium, et non solum ab humanis animis removisse corpora bestiarum, verum etiam sapientium animas ita voluisse de corporeis nexibus liberari, ut corpus omne fugientes beatae apud Pa-

[26] VIRGIL., *Aeneid.* 1.6 v.750-751.
[27] In *Phaedro*.
[28] Praesertim in l.10 c.30.

él determinó una felicidad eterna para las almas purificadas, sin tener que retornar a las miserias primeras. Y para oponerse a Cristo, negando la resurrección de los cuerpos incorruptibles, afirmó que habían de vivir eternamente no sólo sin cuerpos terrenos, sino sin cuerpo alguno en absoluto [59].

Sin embargo, con esta deslavazada opinión no ordenó que no rindieran culto religioso a los dioses corporales. ¿Por qué sino porque creyó que las almas, aunque no estuvieran unidas a cuerpo alguno, no eran mejores que los dioses? Por eso, si no se atreverán éstos, como pienso yo que no han de atreverse, a anteponer las almas humanas a los dioses felicísimos, y, con todo, ligados a cuerpos eternos, ¿por qué les parece absurdo lo que la fe cristiana enseña, a saber: que los primeros hombres fueron creados en tal condición que, si no pecaban, no serían desligados de sus cuerpos por la muerte, sino que, dotados de inmortalidad, en conformidad con los méritos de su obediencia, vivirían con ellos eternamente, y que los santos en la resurrección han de tener los mismos cuerpos en que se santificaron en la tierra, de tal manera que ni a su carne pueda venir corrupción u óbice alguno, ni a su beatitud, dolor o infelicidad?

---

trem sine fine teneantur. Itaque ne a Christo vinci videretur vitam sanctis pollicente perpetuam, etiam ipse purgatas animas sine ullo ad miserias pristinas reditu in aeterna felicitate constituit: et ut Christo adversaretur, resurrectionem incorruptibilium corporum negans, non solum sine terrenis, sed sine ullis omnino corporibus eas asseruit in sempiternum esse victuras. Nec tamen ista qualicumque opinione praecepit saltem ne diis corporatis religionis obsequio subderentur. Quid ita, nisi quia eas quamvis nulli corpori sociatas, non credidit illis esse meliores? Quapropter, si non audebunt isti, sicut eos ausuros esse non arbitror, diis beatissimis, et tamen in aeternis corporibus constitutis, humanas animas anteponere; cur eis videtur absurdum, quod fides christiana praedicat, et primos homines ita fuisse conditos, ut si non peccassent, nulla morte a suis corporibus solverentur, sed pro meritis obedientiae custoditae immortalitate donati, cum eis viverent in aeternum; et talia sanctos in resurrectione habituros ea ipsa, in quibus hic laboraverunt, corpora, ut nec eorum carni aliquid corruptionis vel difficultatis, nec eorum beatitudini aliquid doloris et infelicitatis possit accidere?

CAPITULO XX

LA CARNE DE LOS SANTOS RESUCITADOS SERÁ MÁS PERFECTA QUE LA DE LOS PRIMEROS HOMBRES ANTES DEL PECADO

Por eso, la muerte ahora carece de dureza para las almas de los fieles difuntos, esa muerte que los separó de sus cuerpos, porque su carne reposa en esperanza, sean cualesquiera los ultrajes recibidos después de perdida la sensibilidad. Porque no suspiran, como pensó Platón, por los cuerpos por haberse olvidado de ellos, sino más bien porque recordaron la promesa de Aquel que no engaña a nadie y que les garantizó la integridad de sus cabellos. Esta es la razón de que esperen con ansia y con paciencia la resurrección de los cuerpos, en que sufrieron tantas durezas y en los que no sentirán en adelante nada similar. Si, pues, no odiaban su carne, al reprimirla por derecho espiritual, cuando se revolvía por su flaqueza contra la mente, ¿cuánto más la amarán al hacerse espiritual?

Como el espíritu, esclavo de la carne, se llama, y no impropiamente, carnal, así la carne, sometida al espíritu, recibirá el nombre de espiritual. Y esto no porque se convierta en espíritu, como algunos se imaginan, movidos por estas palabras: *Es puesto en la tierra un cuerpo animal y resucitará un cuerpo espiritual* [60], sino porque se someterá al espíritu, con suma y admirable facilidad obediencial, hasta la misma voluntad segurísima de su inmortalidad indisoluble, y libre ya de toda

---

CAPUT XX

QUOD CARO SANCTORUM, QUAE NUNC REQUIESCIT IN SPE, IN MELIOREM REPARANDA SIT QUALITATEM, QUAM FUIT PRIMORUM HOMINUM ANTE PECCATUM

Proinde nunc sanctorum animae defunctorum ideo non habent gravem mortem, qua separatae sunt a corporibus suis, quia caro eorum requiescit in spe, quaslibet sine ullo iam sensu contumelias accepisse videatur. Non enim, sicut Platoni visum est, corpora oblivione desiderant: sed potius, quia meminerunt quid sibi ab eo sit promissum, qui neminem fallit, qui eis etiam de capillorum suorum integritate securitatem dedit [29], resurrectionem corporum, in quibus multa dura perpessi sunt, nihil in eis ulterius tale sensuri, desiderabiliter et patienter exspectant. Si enim carnem suam non oderant [30], quando eam suae menti infirmitate resistentem, spirituali iure coercebant, quanto magis eam diligunt etiam ipsam spiritualem futuram? Sicut enim spiritus carni serviens non incongrue carnalis, ita caro spiritui serviens recte appellabitur spiritualis; non quia in spiritum convertetur, sicut nonnulli putant ex eo quod scriptum est, *Seminatur corpus*

[29] Lc. 21,18.
[30] Eph. 5,29.

sensación de molestia, de toda corruptibilidad y de toda pesadez. No solamente no será tal cual es ahora en el más robusto y sano, sino que no será tampoco cual fué en los primeros hombres antes del pecado. Estos, aunque no habían de morir si no pecaran, con todo, como hombres, portadores, por tanto, de cuerpos, no espirituales, sino materiales, usaban de alimentos. Y, aunque la vejez no les atacase, de modo que caminaran a la muerte necesariamente (era el árbol de la vida, colocado en medio del paraíso con el árbol prohibido, el que, por gracia maravillosa de Dios, les brindaba ese estado), sin embargo, tomaban los alimentos al margen del árbol que estaba en entredicho, no porque era malo, sino para encarecer el bien de la obediencia pura y sencilla, que es la virtud cumbre de la criatura racional sujeta a Dios, su Creador. La razón es que donde no andaba por medio mal alguno, es indudable que, si se acercaban a lo prohibido, pecaban por sola la desobediencia [61]. Se alimentaban de otras cosas, y las tomaban para que sus cuerpos animales no sintieran la molestia del hambre y de la sed. Empero, del árbol de la vida gustaban con el fin de que la muerte no se enroscara a su vida o murieran consumidos por la vejez, corriendo aprisa los espacios de la vida, como si lo demás fuera alimento, y esto entrañara un sacramento. Así se daba a entender que el árbol de la vida fué en el paraíso corporal como la Sabiduría de Dios en el paraíso espiritual, es decir, en el paraíso inteligible, de la cual Sabiduría está escrito: *Es árbol de la vida para los que echan mano de él.*

---

animale, resurget corpus spirituale [31]: sed quia spiritui summa et mirabili obtemperandi facilitate subdetur, usque ad immortalitatis indissolubilis securissimam voluntatem omni molestiae sensu, omni corruptibilitate et tarditate detracta. Non solum enim non erit tale, quale nunc est in quavis optima valetudine; sed nec tale quidem quale fuit in primis hominibus ante peccatum. Qui licet morituri non essent, nisi peccassent; alimentis tamen ut homines utebantur, nondum spiritualia, sed adhuc animalia corpora terrena gestantes. Quae licet senio non veterascerent, ut necessitate perducerentur ad mortem (qui status eis de ligno vitae, quod in medio paradiso cum arbore vetita simul erat, mirabili Dei gratia praestabatur): tamen et alios sumebant cibos praeter unam arborem, quae fuerat interdicta, non quia ipsa erat malum, sed propter commendandum purae et simplicis obedientiae bonum, quae magna virtus est rationalis creaturae sub Creatore Domino constitutae. Nam ubi nullum malum tangebatur, profecto si prohibitum tangeretur, sola inobedientia peccabatur. Alebantur ergo aliis quae sumebant, ne animalia corpora molestiae aliquid esuriendo ac sitiendo sentirent: de ligno autem vitae propterea gustabatur, ne mors eis undecumque subreperet, vel senectute confecta decursis temporum spatiis interirent: tanquam caetera essent alimento, illud sacramento; ut sic fuisse accipiatur lignum vitae in paradiso corporali, sicut in spirituali, hoc est intelligibili paradiso, Sapientia Dei, de qua scriptum est, *Lignum vitae est amplectentibus eam* [32].

[31] 1 Cor. 15,42.
[32] Prov. 3,18.

CAPITULO XXI

El paraíso en que estaban los primeros hombres puede muy bien entenderse como algo espiritual, dejando siempre a salvo la verdad de la narración histórica sobre el lugar corporal

Fundados en esto, algunos refieren el paraíso, donde, según la verídica narración de la santa Escritura, estuvieron los primeros hombres, padres del género humano, a cosas espirituales, y convierten los árboles y plantas frutales en virtudes y costumbres de vida [62], como si no hubieran existido aquellas cosas corporales y visibles, sino que son un modo de expresión para significar las cosas inteligibles. Como si no pudiera existir el paraíso corporal, porque pueda entenderse también el espiritual; o como si no hubieran sido dos mujeres, Agar y Sara, y de ellas dos los hijos de Abrahán, uno de la esclava y otro de la libre, porque dice el Apóstol que están figurados en ellos los dos Testamentos; o como si no hubiera brotado el agua de la piedra herida por la vara de Moisés, porque puede entenderse también allí en significación figurada Cristo, según las palabras del Apóstol: *La piedra era Cristo* [63].

Así, pues, nadie prohibe entender por paraíso la vida de los bienaventurados; por sus cuatro ríos, las cuatro virtudes cardinales, prudencia, fortaleza, templanza y justicia; por sus árboles, todas las disciplinas útiles; por los frutos de estos árbo-

---

CAPUT XXI

De paradiso, in quo primi homines fuerant, quod recte possit significatione eius spirituale aliquid intelligi, salva veritate narrationis historicae de corporali loco

Unde nonnulli totum ipsum paradisum, ubi primi homines parentes generis humani sanctae Scripturae veritate fuisse narrantur, ad intelligibilia referunt, arboresque illas et ligna fructifera in virtutes vitae moresque convertunt: tanquam visibilia et corporalia illa non fuerint, sed intelligibilium significandorum causa eo modo dicta vel scripta sint. Quasi propterea non potuerit esse paradisus corporalis, quia potest etiam spiritualis intelligi: tanquam ideo non fuerint duae mulieres, Agar et Sara, et ex illis duo filii Abrahae, unus de ancilla, alius de libera, quia duo Testamenta in eis figurata dicit Apostolus [33]: aut ideo de nulla petra Moyse percutiente aqua defluxerit [34], quia potest illic figurata significatione etiam Christus intelligi, eodem apostolo dicente, *Petra autem erat Christus* [35]. Nemo itaque prohibet intelligere paradisum, vitam beatorum; quatuor eius flumina, quatuor virtutes, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, atque iustitiam; et ligna eius, omnes utiles disciplinas; et lignorum fruc-

[33] Gal. 4,22-24.
[34] Ex. 17,6; Num. 20,11.
[35] 1 Cor. 10,4.

les, las costumbres de los piadosos; por el árbol de la vida, la sabiduría, madre de todos los bienes, y por el árbol de la ciencia del bien y del mal, la experiencia del mandamiento transgredido [64]. Dios decretó una pena para los pecados, y está bien, porque lo hizo justamente, pero el hombre la experimentó no por su bien.

Sin embargo, todo esto podría entenderse mejor de la Iglesia, y lo interpretaríamos como signos proféticos que preceden a lo venidero. El paraíso sería la misma Iglesia, como se lee de ella en el Cantar de los Cantares; los cuatro ríos del paraíso serían los cuatro evangelios; los árboles frutales, los santos; sus frutos, sus obras; el árbol de la vida, el Santo de los santos, Cristo; el árbol de la ciencia del bien y del mal, el libre albedrío de la voluntad humana. El hombre, despreciando la voluntad de Dios, no puede hacer de la suya más que un uso pernicioso, y así cae en la cuenta de qué es lo que le importa adherirse al bien común a todos o deleitarse en el propio. Amándose a sí se entrega a sí mismo, y por eso, abrumado de temores y de tristezas, canta con el salmista, si es que siente sus males: *Turbada está interiormente mi alma,* y, enmendado, dice: *En ti he depositado mi fortaleza.* Si se permite decir estas y otras cosas sobre una interpretación espiritualista del paraíso, díganse sin prohibición alguna, con tal que se crea la verdad fidelísima de la historia presentada en la narración de los acontecimientos allí realizados.

---

tus, mores piorum; et lignum vitae, ipsam bonorum omnium matrem sapientiam; et lignum scientiae boni et mali, transgressi mandati experimentum. Poenam enim peccatoribus bene utique, quoniam iuste, constituit Deus, sed non bono suo experitur homo. Possunt haec etiam in Ecclesia intelligi, ut ea melius accipiamus tanquam prophetica indicia praecedentia futurorum: paradisum scilicet ipsam Ecclesiam, sicut de illa legitur in Cantico canticorum [36]: quatuor autem paradisi flumina, quatuor Evangelia; ligna fructifera, sanctos; fructus autem eorum, opera eorum; lignum vitae, Sanctum sanctorum, utique Christum; lignum scientiae boni et mali, proprium voluntatis arbitrium. Nec se ipso quippe homo divina voluntate contempta nisi perniciose uti potest: atque ita discit, quid intersit, utrum inhaereat communi omnibus bono, an proprio delectetur. Se quippe amans donatur sibi, ut inde timoribus moeroribusque completus cantet in Psalmo, si tamen mala sua sentit, *Ad me ipsum turbata est anima mea* [37]: correctusque iam dicat: *Fortitudinem meam ad te custodiam* [38]. Haec, et si qua alia commodius dici possunt de intelligendo spiritualiter paradiso, nemine prohibente dicantur: dum tamen et illius historiae veritas fidelissima rerum gestarum narratione commendata credatur.

[36] Cant. 4,13.
[37] Ps. 41,7.
[38] Ps. 58,10.

CAPITULO XXII

LOS CUERPOS DE LOS SANTOS, DESPUÉS DE LA RESURRECCIÓN, SERÁN ESPIRITUALES, SIN QUE POR ESO SE TORNE LA CARNE ESPÍRITU

Los cuerpos de los justos, después de la resurrección, ni necesitarán de árbol alguno que les dé el no morir por enfermedad o por una vejez vieja, ni de otros alimentos corporales con los que se evita toda esa molestia procedente del hambre y de la sed. La razón es que serán revestidos del don inviolable, cierto y omnímodo de la inmortalidad, de forma que, si les place, comerán por posibilidad, no por necesidad [65]. Esto hicieron también los ángeles cuando se aparecieron visible y tangiblemente, no porque lo necesitaban, sino porque querían y podían para no diferenciarse de los hombres en esta humanidad ministerial suya [66]. Y no se debe creer que los ángeles comieron sólo en apariencia cuando los hombres les brindaron hospitalidad, aunque a ellos les pareciera que comían, como nosotros, por necesidad, porque ignoraban que eran ángeles. De aquí aquellas palabras del ángel en el libro de Tobías: *Me veíais comer, pero me veíais con vuestra vista*, es decir, pensabais que yo tomaba el alimento por necesidad, para reparar las fuerzas, como hacéis vosotros.

Mas, aunque sea posible defender otra opinión más probable sobre los ángeles, la fe cristiana no duda que el Salvador, des-

---

CAPUT XXII

DE CORPORIBUS SANCTORUM POST RESURRECTIONEM, QUAE SIC SPIRITUALIA ERUNT, UT NON IN SPIRITUM CARO VERTATUR

Corpora ergo iustorum quae in resurrectione futura sunt, neque ullo ligno indigebunt, quo fiat ut nullo morbo vel senectute inveterata moriantur; neque ullis aliis corporalibus alimentis, quibus esuriendi ac sitiendi qualiscumque molestia devitetur: quoniam certo et omnimodo inviolabili munere immortalitatis induentur, ut nonnisi velint, possibilitate, non necessitate vescantur. Quod Angeli quoque visibiliter et tractabiliter apparentes, non quia indigebant, sed quia volebant et poterant, ut hominibus congruerent sui ministerii quadam humanitate, fecerunt. Neque enim in phantasmate Angelos edisse credendum est, quando eos homines hospitio susceperunt [39]: quamvis utrum Angeli essent ignorantibus, consimili nobis indigentia vesci viderentur. Unde est quod ait angelus in libro Tobiae, *Videbatis me manducare, sed visu vestro, videbatis* [40]: id est, necessitate reficiendi corporis, sicut vos facitis, me cibum sumere putabatis. Sed si forte de Angelis aliud credibilius disputari potest, certe fides chris-

[39] Gen. 18 et Tob. 11.
[40] Tob. 12,19.

pués de la resurrección, ya en carne espiritual, sí, pero real, comió y bebió con sus discípulos. Y es que a tales cuerpos no se les despoja de la posibilidad, sino de la necesidad de comer y beber. Precisamente por eso serán espirituales, no porque dejarán de ser cuerpos, sino porque subsistirán merced al espíritu que los vivifica.

CAPITULO XXIII

¿QUÉ DEBE ENTENDERSE POR CUERPO ANIMAL Y POR CUERPO ESPIRITUAL, O QUÉ ES MORIR EN ADÁN Y SER VIVIFICADOS EN CRISTO?

1. Así como llamamos cuerpos animales a esos que tienen un alma viviente, aún no un espíritu vivificante, sin que sean almas, sino cuerpos, así a aquéllos les damos el nombre de cuerpos espirituales. Pero ¡Dios nos libre de creer que serán espíritus! Serán cuerpos y conservarán la substancia de carne, y ésta, gracias al espíritu vivificante, no ha de aguantar ni la pesadez ni la corrupción de la carne. Entonces no existirá ya el hombre terreno, sino el celestial, y esto no porque el cuerpo, hecho de la tierra, deje de ser cuerpo, sino porque por un don celestial será susceptible de morar en el cielo, no perdiendo su naturaleza, sino cambiando su cualidad.

El primer hombre, formado de la tierra y terreno, fué creado con alma viviente, no con espíritu vivificante, que se le reservaba como premio a su obediencia. Por eso, su cuerpo, que

tiana de ipso Salvatore non dubitat, quod etiam post resurrectionem, iam quidem in spirituali carne, sed tamen vera, cibum ac potum cum discipulis sumpsit [41]. Non enim potestas, sed egestas edendi ac bibendi talibus corporibus auferetur. Unde et spiritualia erunt; non quia corpora esse desistent, sed quia spiritu vivificante subsistent.

CAPUT XXIII

QUID INTELLIGENDUM SIT DE CORPORE ANIMALI ET DE CORPORE SPIRITUALI: AUT QUI MORIUNTUR IN ADAM, QUI VERO VIVIFICANTUR IN CHRISTO

1. Nam sicut corpora ista, quae habent animam viventem, nondum spiritum vivificantem, animalia dicuntur corpora; nec tamen animae sunt, sed corpora: ita illa spiritualia vocantur corpora; absit tamen ut spiritus ea credamus futura, sed corpora carnis habitura substantiam, sed nullam tarditatem corruptionemque carnalem spiritu vivificante passura. Tunc iam non terrenus, sed caelestis homo erit: non quia corpus quod de terra factum est, non ipsum erit; sed quia dono caelesti iam tale erit, ut etiam caelo incolendo non amissa natura, sed mutata qualitate conveniat. Primus autem homo de terra terrenus [42], in animam viventem factus est, non

[41] Lc. 24.
[42] I Cor. 15,47.

necesitaba de comida y de bebida, para no verse presa de sed y de hambre, y no era ajeno a la muerte por una inmortalidad absoluta e indisoluble, sino gracias al árbol de la vida, que le conservaba en la flor de la juventud, no hay duda que fué animal, no espiritual. Con todo, nunca hubiera muerto de no haber incurrido, pecando, en la sentencia con que Dios le había prevenido y amenazado. Sin verse privado, fuera del paraíso, de los alimentos, le quedaba prohibido el árbol de la vida, y fué entregado al tiempo y a la vejez para finir sus días en aquella vida, que pudiera haber sido para él perpetua en el paraíso y en su cuerpo animal de no haber pecado, hasta que, en premio de su obediencia, se tornara espiritual. De aquí que, si entendemos significada esta muerte sensible, que realiza la separación del cuerpo y del alma, en aquellas palabras de Dios: *El día que comiereis de él, moriréis de muerte,* no debe parecer absurdo que no fueran desligados del cuerpo el mismo día en que tomaron del fruto prohibido y mortífero. Ese mismo día fué empeorada y viciada la naturaleza, y, por una separación justísima del árbol de la vida, se apoderó de ellos la necesidad de la muerte corporal. Con esta necesidad nacemos todos. Por eso no dice el Apóstol: El cuerpo ha de morir por el pecado, sino: *El cuerpo está muerto por razón del pecado, y el espíritu es vida en virtud de la justificación.* Y a renglón seguido añade: *Si el Espíritu de Aquel que resucitó a Cristo de la muerte habita en nosotros, el mismo que resucitó a Cristo de la muerte da vida también a vuestros cuerpos mortales en virtud del Espíritu que habita en vosotros.* Entonces, el cuerpo, que ahora tiene alma viviente, tendrá espíritu vivificante, y, sin embargo, el Apóstol

in spiritum vivificantem, quod ei per obedientiae meritum servabatur. Ideo corpus eius, quod cibo ac potu egebat, ne fame afficeretur ac siti, et non immortalitate illa absoluta atque indissolubili, sed ligno vitae a mortis necessitate prohibebatur, atque in iuventutis flore tenebatur, non spirituale, sed animale fuisse, non dubium est: nequaquam tamen moriturum, nisi in Dei praedicentis minantisque sententiam delinquendo corruisset. Et alimentis quidem etiam extra paradisum non negatis, a ligno tamen vitae prohibitus, traditus esset tempori vetustatique finiendus, in ea duntaxat vita, quam in corpore licet animali, donec spirituale obedientiae merito fieret, posset in paradiso, nisi peccasset, habere perpetuam. Quapropter, etiamsi mortem istam manifestam, qua fit animae a corpore separatio, intelligamus simul significatam in eo quod Deus dixerat, *Qua die ederitis ex illo, morte moriemini* [43]; non ideo debet absurdum videri, quia non eo prorsus die a corpore sunt soluti, quo cibum interdictum mortiferumque sumpserunt. Eo quippe die mutata in deterius vitiataque natura, atque a ligno vitae separatione iustissima, mortis in eis etiam corporalis necessitas facta est, cum qua nos necessitate nati sumus. Propter quod Apostolus non ait, Corpus quidem moriturum est propter peccatum; sed ait, *Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita est propter iustitiam.* Deinde subiungit: *Si autem Spiritus eius qui suscitavit Christum a mortuis, habitat in vobis; qui suscitavit Christum a*

[43] Gen. 2,17.

dice que es ya muerte, porque está sometido a la necesidad de la muerte. Entonces tenía un alma viviente, no un espíritu vivificante, pero de forma tal, que no podía llamarse con razón muerte, porque sin la comisión del pecado no hubiera podido estar sujeto a la necesidad de la muerte. Sin embargo, Dios, cuando significó la muerte del alma, que consiste en ser abandonada por El, en estas palabras: *Adán, ¿dónde estás?*, y cuando en estas otras: *Eres tierra, y a la tierra irás*, figuró la muerte del cuerpo, que consiste en apartarse de él el alma, se debe creer que no dijo nada de la muerte segunda justamente porque su intención era que quedara oculta por mor del Nuevo Testamento, donde se declara con luz fluorescente. El fin de todo esto era manifestar que la muerte primera, común a todos, trae su origen de aquel pecado de que todos fuimos solidarios en Adán. En cambio, la muerte segunda no es común a todos, por amor *a aquellos que según el decreto de Dios han sido llamados, los que antes había previsto y predestinado*, como dice el Apóstol, *para que se hiciesen conformes con la imagen de su Hijo, de manera que sea el primogénito entre muchos hermanos*, librados de la muerte segunda merced a la gracia de Dios por el Mediador.

2. El primer hombre, según la expresión del Apóstol, fué creado en cuerpo animal. Su intención era distinguir este que ahora es animal del que será espiritual en la resurrección. *Es puesto en la tierra, como una semilla, en estado de corrupción, y resucitará incorruptible. Es puesto en la tierra disforme, y*

---

mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra, per inhabitantem Spiritum eius in vobis [44]. Tunc ergo erit corpus in spiritum vivificantem, quod nunc est in animam viventem; et tamen mortuum dicit Apostolus, quia iam moriendi necessitate constrictum est. Tunc autem ita erat in animam viventem, quamvis non in spiritum vivificantem, ut tamen mortuum dici recte non posset; quia nisi perpetratione peccati necessitatem moriendi habere non posset. Cum vero Deus et dicendo, *Adam, ubi es?* mortem significaverit animae, quae facta est illo deserente; et dicendo, *Terra es, et in terram ibis* [45], mortem significaverit corporis, quae illi fit anima discedente: propterea de morte secunda nihil dixisse credendus est, quia occultam esse voluit propter dispensationem Testamenti novi, ubi secunda mors apertissime declaratur; ut prius ista mors prima, quae communis est omnibus, proderetur ex illo venisse peccato, quod in uno commune factum est omnibus: mors vero secunda non utique communis est omnibus, propter eos *qui secundum propositum vocati sunt, quos* ante *praescivit, et praedestinavit*, sicut ait Apostolus, *conformes imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus* [46], quos a secunda morte per Mediatorem Dei gratia liberavit.

2. In corpore ergo animali primum hominem factum, sic Apostolus loquitur. Volens enim ab spirituali quod in resurrectione futurum est, hoc quod nunc est animale discernere: *Seminatur*, inquit, *in corruptione, surget in incorruptione; seminatur in contumelia, surget in gloria; semina-*

[44] Rom. 8,10.11.
[45] Gen. 3,9.19.
[46] Rom. 8,28 et 29.

resucitará glorioso. Es puesto en la tierra sin movimiento, y resucitará lleno de vigor. Es puesto en la tierra como un cuerpo animal, y resucitará como un cuerpo espiritual. Y luego, en prueba de esto, añade: *Porque así como hay cuerpo animal, hay también cuerpo espiritual.* De este modo quiso manifestar qué es el cuerpo animal, aunque la Escritura no haya dicho del primer hombre, llamado Adán, cuándo le fué creada el alma por el soplo de Dios. No dice: Y fué hecho el hombre en cuerpo animal, sino: *Fué formado el hombre en alma viviente.* La intención del Apóstol fué dar a entender en esta perícopa: *Fué formado el hombre en alma viviente*, el cuerpo animal del hombre. Cómo debía entenderse el espiritual, lo muestra al agregar: *El postrer Adán fué llenado de espíritu vivificante*, significando indudablemente a Cristo, que resucitó ya de la muerte, de manera que no puede morir nunca más. Por fin, remata diciendo: *Pero no es el cuerpo espiritual el que ha sido formado el primero, sino el animal, y en seguida, el espiritual.* Este pasaje arroja más luz sobre la anterior insinuación al hombre animal en lo que está escrito que fué formado el primer hombre en alma viviente, y el espiritual en lo que se lee: *El postrer Adán fué llenado de espíritu vivificante.*

El cuerpo animal es el primero, cual lo tuvo el primer Adán, que no había de morir si no pecaba; cual lo tenemos nosotros ahora, procedente de su naturaleza, transformada y viciada por el pecado, que le ha sometido a la necesidad de la muerte; cual se dignó tener Cristo por nosotros, no por necesidad, sino por posibilidad. Luego seguirá a éste el cuerpo espi-

---

tur in infirmitate, surget in virtute; seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Deinde ut hoc probaret, *Si est*, inquit, *corpus animale, est et spirituale.* Et ut quid esset corpus animale ostenderet, *Sic*, inquit, *scriptum est: Factus est primus homo in animam viventem.* Isto igitur modo voluit ostendere quid sit corpus animale, quamvis Scriptura non dixerit de primo homine, qui est appellatus Adam, quando illi anima flatu Dei creata est, Et factus est homo in corpore animali; sed, *Factus est homo in animam viventem* [47]. In eo ergo quod scriptum est, *Factus est primus homo in animam viventem*, voluit Apostolus intelligi corpus hominis animale. Spirituale autem quemadmodum intelligendum esset, ostendit addendo, *Novissimus autem Adam in spiritum vivificantem:* procul dubio Christum significans, qui iam ex mortuis ita resurrexit, ut mori omnino deinceps non possit. Denique sequitur et dicit: *Sed non primum quod spirituale est, sed quod animale; postea, spirituale.* Ubi multo apertius declaravit, se animale corpus insinuasse in eo quod scriptum est, factum esse primum hominem in animam viventem: spirituale autem in eo quod ait, *Novissimus Adam in spiritum vivificantem.* Prius est enim animale corpus, quale habuit primus Adam, quamvis non moriturum, nisi peccasset; quale nunc habemus et nos, hactenus eius mutata vitiataque natura, quatenus in illo, posteaquam peccavit, effectum est, unde haberet iam moriendi necessitatem; quale pro nobis etiam Christus primitus habere dignatus est, non quidem necessitate, sed potestate: postea vero spi-

[47] Gen. 2,7.

ritual, cual precedió ya en Cristo, como en cabeza nuestra, y tendrán sus miembros en la resurrección de los muertos.

3. A continuación, el Apóstol señala una diferencia manifiesta entre estos dos hombres, diciendo: *El primer hombre es el terreno, formado de la tierra, y el segundo es el celestial, que viene del cielo. Así como el primer hombre ha sido terreno, han sido también terrenos sus hijos, y así como es celestial el segundo, son también celestiales sus hijos. Según esto, así como hemos vestido la imagen del hombre terreno, vistamos también la imagen del hombre celestial.* Con estas palabras, el Apóstol pretende que se realice esto ahora en nosotros por sacramento, según este otro pasaje: *Todos los que habéis sido bautizados en Cristo estáis revestidos de Cristo.* Pero la realidad se colmará cuando lo que hay en nosotros de animal por nacimiento se haya tornado en espiritual por la resurrección, o para usar su misma expresión: *Hemos sido salvados en su esperanza.* Vestimos la imagen del hombre terreno por el pecado y por la muerte, que la generación nos inyectó; pero vestimos la imagen del hombre celestial por la gracia del perdón y de la vida eterna, que nos da la regeneración sólo por el Mediador entre Dios y los hombres, el hombre Cristo Jesús. En la intención del Apóstol, éste es el hombre celestial que hay que entender aquí, porque vino del cielo para vestir el cuerpo de la mortalidad terrena y revestirlo de la inmortalidad celestial [66]. Da también el nombre de celestiales a otros justamente porque por la gracia se hacen miembros suyos, formando con El un solo Cristo, la cabeza y el cuerpo [67]. Esto lo expresa con luz meridiana esa carta en los términos siguientes: *Porque así como por un hombre vino la muerte, por un hombre debe venir la resurrección. Que así como en Adán mueren todos, así en Cristo todos son vivificados.* Si esto sucederá en el cuerpo espiritual, ¿qué será en espíritu vivificante? Se dijo *todos* y *todos*, no porque todos los que mueren en Adán hayan de ser miembros de Cristo (pues de ellos muchos serán castigados eternamente con la muerte segunda), sino porque así como nadie muere en cuerpo animal, sino en Adán, así nadie es vivificado en cuerpo espiritual, sino en Cristo.

En conclusión: no debe imaginarse que tendremos en la resurrección un cuerpo igual al que tuvo el primer hombre antes del pecado. Y estas palabras: *Así como el primer hombre ha sido terreno, así han sido también terrenos sus hijos,* no deben entenderse según el cuerpo que siguió a la admisión del pecado. La razón es que no debe pensarse que antes del pecado su cuerpo fuera espiritual y que haya sido trocado en animal en merecimiento del pecado. Los que así piensan, reparan muy poco en las palabras del gran Doctor, que escribe: *Si hay un cuerpo animal, hay también el espiritual, como está escrito: El primer hombre,* Adán, *fué formado en alma viviente.* ¿Fué acaso esto hecho después del pecado, siendo ésa la primera creación del hombre, de la que el mismo Apóstol tomó este texto de la Ley para hacer ver lo que es el cuerpo animal?

rituale, quale iam praecessit in Christo tanquam in capite nostro, secuturum est autem in membris eius ultima resurrectione mortuorum.

3. Adiungit deinde Apostolus duorum istorum hominum evidentissimam differentiam, dicens: *Primus homo de terra, terrenus; secundus homo de caelo, caelestis. Qualis terrenus, tales et terreni: qualis caelestis, tales et caelestes. Et quomodo induimus imaginem terreni, induamus et imaginem eius qui de caelo est* [48]. Hoc Apostolus ita posuit, ut nunc quidem in nobis secundum Sacramentum regenerationis fiat; sicut alibi dicit, *Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis* [49]: re autem ipsa tunc perficietur, cum et in nobis quod est animale nascendo, spirituale factum fuerit resurgendo. Ut enim eius itidem verbis utar, *Spe salvi facti sumus* [50]. Induimus autem imaginem terreni hominis propagatione praevaricationis et mortis, quam nobis intulit generatio: sed induimus imaginem caelestis hominis gratia indulgentiae vitaeque perpetuae, quod nobis praestat regeneratio, nonnisi per Mediatorem Dei et hominum hominem Iesum Christum [51]: quem caelestem hominem vult intelligi, quia de caelo venit, ut terrenae mortalitatis corpore vestiretur, quod caelesti immortalitate vestiret. Caelestes vero ideo appellat et alios, quia fiunt per gratiam membra eius, ut cum illis sit unus Christus, velut caput et corpus. Hoc in eadem Epistola evidentius ita ponit: *Per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes vivificabuntur* [52]. Iam utique in corpore spirituali, quod erit in spiritum vivificantem. Non quia omnes qui in Adam moriuntur, membra erunt Christi (ex illis enim multo plures secunda in aeternum morte plectentur); sed ideo dictum est, *omnes* atque *omnes*, quia sicut nemo corpore animali nisi in Adam moritur, ita nemo corpore spirituali nisi in Christo vivificatur. Proinde nequaquam putandum est, nos in resurrectione tale corpus habituros, quale habuit homo primus ante peccatum. Neque illud quod dictum est, *Qualis terrenus, tales et terreni;* secundum illud intelligendum est, quod factum est admissione peccati. Non enim existimandum est, eum prius quam peccasset, spirituale corpus habuisse, et peccati merito in animale mutatum. Ut enim hoc putetur, parum attenduntur tanti verba doctoris, qui ait, *Si est corpus animale, est et spirituale; sicut scriptum est, Factus est primus homo* Adam *in animam viventem.* Numquid hoc post peccatum factum est, cum sit ista hominis prima conditio, de qua beatissimus Apostolus ad corpus animale monstrandum, hoc testimonium Legis assumpsit?

[48] I Cor. 15,42-49.
[49] Gal. 3,27.
[50] Rom. 8,24.
[51] I Tim. 2,5.
[52] I Cor. 15,21 et 22.

CAPITULO XXIV

¿CÓMO DEBE ENTENDERSE EL SOPLO CON QUE FUÉ HECHO EL PRIMER HOMBRE EN ALMA VIVIENTE, O AQUEL OTRO QUE ESPIRÓ EL SEÑOR AL DECIR: «RECIBID EL ESPÍRITU SANTO»?

1. De aquí algunos, con poca precaución, han pensado que en este versillo: *Inspiró Dios en su rostro espíritu de vida, y fué hecho el hombre en alma viviente,* no se pretende decir que se comunicó entonces el alma al primer hombre, sino que el alma que ya tenía fué vivificada entonces por el Espíritu Santo. Les induce a esta interpretación el leer que Jesús, después de la resurrección, sopló sobre sus discípulos, diciendo: *Recibid el Espíritu Santo.* Luego allí—deducen ellos—se hizo algo semejante, como si el evangelista, prosiguiendo, añadiera: Y fueron hechos en alma viviente. Si hubiera dicho esto, deberíamos entender que el Espíritu de Dios es una especie de vida de las almas. Sin El las almas racionales deben estimarse muertas, aunque los cuerpos parezcan vivir por su presencia. Pero que en la creación del hombre no sucedió así, lo atestiguan suficientemente las palabras del Génesis, que suenan: *Y creó* (formavit) *Dios al hombre polvo de la tierra.* Algunos, buscando una interpretación más clara, han dicho: *Y formó* (finxit) *Dios al hombre del barro de la tierra.* Porque más arriba había dicho: *Una fuente subía de la tierra y regaba toda la haz de la tierra,* y, según ellos, el barro aquí debía entenderse como un

CAPUT XXIV

QUALITER ACCIPIENDA SIT VEL ILLA INSUFFLATIO, IN QUA PRIMUS HOMO FACTUS EST IN ANIMAM VIVENTEM; VEL ILLA QUAM DOMINUS FECIT, DICENS, ACCIPITE SPIRITUM SANCTUM

1. Unde et illud parum considerate quibusdam visum est, in eo quod legitur, *Inspiravit Deus in faciem eius spiritum vitae, et factus est homo in animam viventem* [53], non tunc animam primo homini datam, sed eam quae iam inerat, Spiritu sancto vivificatam. Movet enim eos, quod Dominus Iesus posteaquam resurrexit a mortuis, insufflavit, dicens discipulis suis, *Accipite Spiritum sanctum* [54]. Unde tale aliquid existimant factum, quale tunc factum est: quasi et hic secutus Evangelista dixerit, Et facti sunt in animam viventem. Quod quidem si dictum esset, hoc intelligeremus, quod animarum quaedam vita sit Spiritus Dei, sine quo animae rationales mortuae deputandae sunt, quamvis earum praesentia vivere corpora videantur. Sed non ita factum, quando est conditus homo, satis ipsa libri verba testantur, quae ita se habent: *Et formavit Deus hominem pulverem de terra.* Quod quidam planius interpretandum putantes dixerunt, *Et finxit Deus hominem de limo terrae.* Quoniam superius dictum fuerat,

[53] Gen. 2,7.
[54] Io. 20,22.

compuesto de agua y de tierra. A renglón seguido añade: *Y creó Dios al hombre polvo de la tierra,* como traen los códices griegos, de los que ha sido traducida al latín la Escritura [68]. Que a uno le dé por decir *creó* (formavit) o *formó* **(finxit)**, traduciendo la palabra griega **ἔπλασεν, no** tiene importancia; sin embargo, es más propio, al parecer, *formó* (finxit). Pero a los que prefirieron decir *creó* (formavit), les pareció esquivar de este modo la ambigüedad, porque en latín es más corriente usar la palabra *fingere* para denominar a quienes componen algo con una mentira larvada. Este hombre, hecho del polvo de la tierra o del barro (pues era polvo humedecido), éste, digo, para expresarlo con más viveza, usando la expresión de la Escritura, *polvo de la tierra,* enseña el Apóstol que fué hecho cuerpo animal cuando recibió el alma. *Y fué creado* este *hombre en alma viviente,* es decir, una vez formado este polvo, fué hecho en alma viviente.

2. Y replican ellos: Ya tenía alma, porque de otro modo no se llamaría hombre, ya que el hombre no es ni el alma sola ni el cuerpo solo, sino el compuesto de alma y de cuerpo.

Es una gran verdad que el alma del hombre no es todo el hombre, sino la parte superior del mismo, y que su cuerpo no es todo el hombre, sino su parte inferior. Y también lo es que a la unión simultánea de ambos elementos se da el nombre de hombre, término que no pierde cada uno de los elementos cuando hablamos de ellos por separado [69]. ¿No se dice a cada paso, sin que lo prohiba ley lingüística alguna: Aquel hombre murió, y ahora está gozando o penando, siendo así que

Fons autem ascendebat de terra, et irrigabat omnem faciem terrae [55]: ut ex hoc limus intelligendus videretur, humore scilicet terraque concretus. Ubi enim hoc dictum est, continuo sequitur, *Et formavit Deus hominem pulverem de terra:* sicut graeci codices habent, unde in latinam linguam Scriptura ista conversa est. Sive autem *formavit,* sive *finxit,* quis dicere voluerit, quod graece dicitur ἔπλασεν, ad rem nihil interest: magis tamen proprie dicitur, *finxit.* Sed ambiguitas visa est devitanda eis, qui *formavit* dicere maluerunt, eo quod in latina lingua illud magis obtinuit consuetudo, ut hi dicantur fingere, qui aliquid mendacio simulante componunt. Hunc igitur formatum hominem de terrae pulvere, sive limo (erat enim pulvis humectus); hunc, inquam, ut expressius dicam, sicut Scriptura locuta est, *pulverem de terra,* animale corpus factum esse docet Apostolus, cum animam accepit. *Et factus est* iste *homo in animam viventem:* id est, formatus iste pulvis factus est in animam viventem.

2. Iam, inquiunt, habebat animam, alioquin non appellaretur homo: quoniam homo non est corpus solum, vel anima sola, sed qui ex anima constat et corpore. Hoc quidem verum est, quod non totus homo, sed pars melior hominis anima est; nec totus homo corpus, sed inferior hominis pars est: sed cum est utrumque coniunctum simul, habet hominis nomen: quod tamen et singula non amittunt, etiam cum de singulis loquimur. Quis enim dicere prohibetur quotidiani quadam lege sermonis, Homo ille defunctus est, et nunc in requie est vel in poenis; cum de anima sola

[55] Gen. 2,7.6.

esto sólo puede decirse del alma? ¿A quién se prohibe decir: Aquel hombre está enterrado en tal o cual lugar, siendo así que esto sólo puede entenderse del cuerpo? ¿Dirán acaso que la divina Escritura no suele expresarse así? Más aún, ella nos da testimonio de esto, hasta el punto de que, aun estando unidos estos dos elementos y en vida del hombre, llama hombre a cada uno de ellos, a saber, llama hombre interior al alma, y exterior al cuerpo, como si fueran dos hombres, cuando en realidad ambos a la vez son un solo hombre. Ni que decir tiene que es preciso entender en qué sentido se dice que el hombre fué hecho a imagen de Dios y que el hombre es tierra y ha de tornar a la tierra. Lo primero se dice del alma racional, cual la inyectó Dios soplando, o, si es más propia la expresión, inspirando en el hombre, es decir, en el cuerpo del hombre. Y lo segundo, del cuerpo, tal cual fué formado por Dios del polvo, y al que dió el alma para hacerle cuerpo animal, es decir, hombre en alma viviente.

3. Por eso, el Señor, al soplar sobre sus discípulos, diciendo: *Recibid el Espíritu Santo*, quiso darnos a entender que el Espíritu Santo no es solamente Espíritu del Padre, sino que es también Espíritu del Unigénito. Uno mismo es el Espíritu del Padre y del Hijo, y con El forman la Trinidad Padre, Hijo y Espíritu Santo, que no es criatura, sino Creador. El soplo corpóreo, procedente de la boca carnal, no era la substancia y la naturaleza del Espíritu Santo, sino más bien una figura, que nos manifestaba, como he indicado, que el Espíritu Santo es común al Padre y al Hijo, que no tiene cada uno el suyo, sino que es uno mismo el de los dos. En las sagra-

possit hoc dici: et, Illo aut illo loco homo ille sepultus est; cum hoc nisi de solo corpore non possit intelligi? An dicturi sunt, sic loqui Scripturam non solere divinam? Imo vero illa ita nobis in hoc attestatur, ut etiam cum duo ista coniuncta sunt et vivit homo, tamen etiam singula hominis vocabulo appellet; animam scilicet interiorem hominem, corpus vero exteriorem hominem vocans [56], tanquam duo sint homines, cum simul utrumque sit homo unus. Sed intelligendum est, secundum quid dicatur homo ad imaginem Dei, et homo terra atque iturus in terram. Illud enim secundum animam rationalem dicitur, qualem Deus insufflando, vel, si commodius dicitur, inspirando indidit homini, id est hominis corpori: hoc autem secundum corpus, qualem hominem Deus finxit ex pulvere, cui data est anima, ut fieret corpus animale, id est homo in animam viventem.

3. Quapropter in eo quod Dominus fecit, quando insufflavit dicens, *Accipite Spiritum sanctum*, nimirum hoc intelligi voluit, quod Spiritus sanctus non tantum sit Patris, verum etiam Unigeniti ipsius Spiritus. Idem ipse quippe Spiritus est et Patris et Filii, cum quo est Trinitas Pater et Filius et Spiritus sanctus, non creatura, sed Creator. Neque enim flatus ille corporeus de carnis ore procedens substantia erat Spiritus sancti atque natura, sed potius significatio, qua intelligeremus, ut dixi, Spiritum sanctum Patri esse Filioque communem: quia non sunt eis singulis singuli, sed unus amborum est. Semper autem iste Spiritus in Scripturis sanctis

[56] 2 Cor. 4,16.

das Escrituras este Espíritu se expresa siempre con la palabra griega πνεῦμα, como le denomina en este lugar el Señor cuando lo dió a sus discípulos, significándolo con el soplo de su boca corporal. No recuerdo pasaje alguno de la divina Palabra en que se nombre de otro modo. En este versículo: *Y formó Dios al hombre polvo de la tierra, y sopló* o *inspiró en su rostro espíritu de vida,* no dice el griego πνεῦμα, que suele traducirse por Espíritu Santo, sino πνοήν, nombre aplicado más corrientemente a la criatura que al Creador.

Basados en esto, algunos traductores, para diferenciarlos, prefirieron traducir esta palabra por soplo y no por espíritu. Esta misma expresión se emplea en aquel pasaje de Isaías que dice: *Yo hice todo soplo*, significando, sin duda, toda alma. La palabra griega πνοήν, los latinos la han interpretado a veces por soplo, a veces por espíritu, a veces por inspiración o aspiración cuando se aplica también a Dios. Pero πνεῦμα siempre la han traducido por espíritu, sea del hombre, del que dice el Apóstol: *¿Qué hombre sabe lo que es del hombre, sino el espíritu del hombre que hay en él mismo?;* sea de la bestia, como está escrito en el libro de Salomón: *¿Quién sabe si el espíritu del hombre se remontará hasta el cielo y el espíritu de la bestia se abatirá hasta la tierra?;* sea éste corpóreo, llamado por otro nombre viento, término usado en el Salmo, que canta: *El fuego, el granizo, la nieve, el hielo y el viento tempestuoso;* sea no ya el espíritu creado, sino el Creador, como es éste, del que dice el Señor en el Evangelio: *Recibid el Espíritu Santo,* figurándolo por el soplo de su boca corporal. Y también donde dice: *Id, bautizad a todas las gentes en el nombre del Padre,*

graeco vocabulo πνεῦμα dicitur, sicut eum et hoc loco Dominus appellavit, quando eum corporalis sui oris flatu significans, discipulis suis dedit: et locis omnibus divinorum eloquiorum non mihi aliter unquam nuncupatus occurrit. Hic vero, ubi legitur, *Et finxit Deus hominem pulverem de terra, et insufflavit,* sive *inspiravit in faciem eius spiritum vitae;* non ait graecus πνεῦμα quod solet dici Spiritus sanctus, sed πνοήν: quod nomen in creatura quam in Creatore frequentius legitur: unde nonnulli etiam Latini, propter differentiam, hoc vocabulum non spiritum, sed flatum appellare maluerunt. Hoc enim est in graeco etiam illo loco apud Isaiam, ubi Deus dicit, *Omnem flatum ego feci* [57], omnem animam sine dubitatione significans. Quod itaque graece πνοή dicitur, nostri aliquando flatum, aliquando spiritum, aliquando inspirationem, vel adspirationem, quando etiam Dei dicitur, interpretati sunt: πνεῦμα vero nunquam nisi spiritum; sive hominis, de quo ait Apostolus, *Quis enim scit hominum quae sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est?* [58] sive pecoris, sicut in Salomonis libro scriptum est, *Quis scit si spiritus hominis ascendat sursum in caelum, et spiritus pecoris descendat deorsum in terram?* [59] sive istum corporeum, qui etiam ventus dicitur: nam eius hoc nomen est, ubi in Psalmo canitur, *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis* [60]: sive iam non creatum, sed Creatorem, sicut est de quo dicit Dominus in Evangelio, *Accipite Spi-*

[57] Is. 57,16, sec. LXX.
[58] 1 Cor. 2,11.
[59] Eccle. 3,21.
[60] Ps. 148,8.

y del Hijo, y del Espíritu Santo. Aquí de un modo muy expresivo y muy claro se encarece la Trinidad. Y donde se lee: *Dios es espíritu,* y en otros muchísimos pasajes de las sagradas Letras se da a entender lo mismo. En todos estos lugares de las Escrituras, los códices griegos escriben no πνοήν, sino πνεῦμα, y los latinos *espíritu,* no *soplo.* Por eso, si en este versillo: *Inspiró,* o, si es más propia la expresión, *sopló en su rostro espíritu de vida,* el griego hubiera escrito πνεῦμα en lugar de πνοήν, aun en este caso no nos veríamos precisados a entender el Espíritu Creador, llamado propiamente en la Trinidad Espíritu Santo, puesto que πνεῦμα, como queda apuntado, suele aplicarse no sólo al Creador, sino también a la criatura.

4. Pero—replicarán—, al decir *espíritu,* no hubiera añadido *de vida* si no quisiera dar a entender el Espíritu Santo, y al decir: *Fué creado el hombre en alma,* no hubiera añadido *viviente* si no significara la vida del alma, que le comunicó, como don, el Espíritu de Dios.

Viviendo el alma—prosiguen—esa vida que le es propia, ¿qué necesidad había de añadir *viviente,* sino sólo la de dar a entender la vida que le infunde el Espíritu Santo?

Y esto, ¿qué es sino asirse con interés a hipótesis humanas y atender con desinterés a las Escrituras santas? Porque ¿era gran cosa no ir lejos, sino leer poco más arriba en el mismo libro: *Produzca la tierra alma viviente,* cuando fueron creados todos los animales terrestres? Y luego, pasados algunos

ritum sanctum; eum corporei sui oris significans flatu. Et ubi ait, *Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti* [61]: ubi ipsa Trinitas excellentissime et evidentissime commendata est. Et ubi legitur, *Deus spiritus est* [62]. Et aliis plurimis sacrarum Litterarum locis. In his quippe omnibus testimoniis Scripturarum, quantum ad Graecos attinet, non πνοήν videmus scriptum esse, sed πνεῦμα: quantum autem ad Latinos, non flatum, sed spiritum. Quapropter in eo quod scriptum est, *Inspiravit,* vel, si magis proprie dicendum est, *Insufflavit in faciem eius spiritum vitae;* si graecus non πνοήν sicut ibi legitur, sed πνεῦμα posuisset, nec sic esset consequens, ut Creatorem Spiritum, qui proprie dicitur in Trinitate Spiritus sanctus, intelligere cogeremur: quandoquidem πνεῦμα ut dictum est, non solum de Creatore, sed etiam de creatura dici solere manifestum est.

4. Sed cum dixisset, inquiunt, *spiritum,* non adderet *vitae,* nisi illic Spiritum sanctum vellet intelligi: et cum dixisset, *Factus est homo in animam,* non adderet, *viventem,* nisi animae vitam significaret, quae illi divinitus impertitur dono Spiritus Dei. Cum enim vivat anima, inquiunt, proprio suae vitae modo, quid opus erat addere *viventem,* nisi ut ea vita intelligeretur, quae illi per Spiritum sanctum datur? Hoc quid est aliud, nisi diligenter pro humana suspicione contendere, et Scripturas sanctas negligenter attendere? Quid enim magnum erat non ire longius, sed in eodem libro ipso paulo superius legere, *Producat terra animam viventem* [63]; quando animalia terrestria cuncta creata sunt? Deinde aliquantis

[61] Mt. 28,19.
[62] Io. 4,24.
[63] Gen. 1,24.

capítulos, ¿significaba gran cosa caer en la cuenta de que está escrito: *Y todo lo que tiene espíritu de vida y todo lo que estaba sobre la árida fué destruído,* cuando, tratando del diluvio, decía que pereció cuanto vivía sobre la tierra? Si, pues, hallamos también en las bestias alma viviente y espíritu de vida, según el estilo de la divina Escritura, y diciendo el griego en este pasaje, que suena: *Todo cuanto tiene espíritu de vida,* no πνεῦμα, sino πνοήν, ¿por qué no hemos de decir: Qué necesidad había de añadir *viviente,* si el alma que no vive no puede existir? O ¿qué necesidad había de añadir *de vida,* habiendo dicho antes *espíritu?* Pero comprendemos que cuando la Escritura decía *espíritu de vida* y *alma viviente,* según su estilo, quería dar a entender los animales, es decir, los cuerpos animados, que tienen, gracias al alma, el sentido corporal. Sin embargo, en la creación del hombre olvidamos el estilo de la Escritura, siendo así que allí habla también según ese estilo. En este sentido insinúa que el hombre, una vez recibida el alma racional, que intentó presentarla creada no como efecto del agua o de la tierra, sino del soplo de Dios, fué formado para vivir en un cuerpo animal, obra del alma viviente, como los animales, de los que dijo: *Produzca la tierra alma viviente.* De ellos dice también que tienen espíritu de vida. Aquí el griego no dijo πνεῦμα, sino πνοήν, expresando con este término no el Espíritu Santo, sino el alma de los animales.

5. Aún añaden: Con esto se pone de manifiesto que el soplo de Dios salió de su boca, y, si creemos que es el alma, será lógico concluir que es de la misma substancia que Dios e igual

interpositis, in eodem tamen ipso libro, quid magnum erat advertere quod scriptum est, *Et omnia quae habent spiritum vitae, et omnis qui erat super aridam, mortuus est* [64]; cum insinuaret omnia quae vivebant in terra periisse diluvio? Si ergo et animam viventem, et spiritum vitae etiam in pecoribus invenimus, sicut loqui divina Scriptura consuevit; et cum hoc quoque loco, ubi legitur, *Omnia quae habent spiritum vitae,* non graecus πνεῦμα sed πνοήν dixerit: cur non dicimus, Quid opus erat ut adderet, *viventem,* cum anima nisi vivat esse non possit? aut, Quid opus erat ut adderet, *vitae,* cum dixisset *spiritum?* Sed intelligimus *spiritum vitae,* et *animam viventem* Scripturam suo more dixisse, cum animalia, id est corpora animata, vellet intelligi, quibus inesset per animam perspicuus iste etiam corporis sensus. In hominis autem conditione obliviscimur, quemadmodum loqui Scriptura consueverit, cum suo prorsus more locuta sit: quo insinuaret hominem etiam rationali anima accepta, quam non sicut aliarum carnium aquis et terra producentibus, sed Deo flante creatam voluit intelligi; sic tamen factum, ut in corpore animali, quod fit anima in eo vivente, sicut illa animalia viveret, de quibus dixit, *Producat terra animam viventem:* et quae itidem dicit habuisse in se spiritum vitae; ubi etiam in graeco non dixit πνεῦμα sed πνοήν non utique Spiritum sanctum, sed eorum animam tali exprimens nomine.

5. Sed enim Dei flatus, inquiunt, Dei ore exisse intelligitur, quem si animam crediderimus, consequens erit ut eiusdem fateamur esse substan-

[64] Ibid., 7,22.

a su Sabiduría, que dice: *Yo salí de la boca del Altísimo* [70].

Hay que hacer notar que la Sabiduría no ha dicho que es un soplo de la boca de Dios, sino que procede de su boca. Así como nosotros podemos hacer un soplo, no de la naturaleza que nos constituye en hombres, sino del aire que nos rodea, que traemos y llevamos respirando y aspirando, así Dios, que es omnipotente, pudo formar no de su naturaleza, ni de criatura alguna sometida a su dominio, sino de la nada, un soplo, que con mucha propiedad está escrito inspiró o sopló para inyectarlo en el cuerpo del hombre. El es incorpóreo, y el soplo, incorpóreo, pero El es inmutable, y el soplo, mudable, porque el Dios increado infundió algo creado.

Sin embargo, para que sepan estos que se precian de hablar de las Escrituras y no estudian su estilo literario que no solamente se dice salir de la boca de Dios lo que es igual o de la misma naturaleza que El, oigan o lean lo escrito por dicción de Dios: *Por cuanto eres tibio y no frío ni caliente, estoy para vomitarte de mi boca.*

6. No hay, pues, motivo alguno para oponernos al Apóstol, que habla con tanta claridad, distinguiendo el cuerpo animal del cuerpo espiritual, es decir, de aquel en que hemos de estar de este en que actualmente estamos. *Es puesto en tierra un cuerpo animal, y resucitará un cuerpo espiritual. Porque así como hay cuerpo animal, lo hay también espiritual, según está escrito: El primer hombre, Adán, fué formado en alma viviente; el postrer Adán, llenado de espíritu vivificante. Pero no es el cuerpo espiritual el que ha sido formado el primero, sino el*

---

tamen aliter se habet fides nostra. Nam corruptio corporis, quae aggravat animam, non peccati primi est causa, sed poena; nec caro corruptibilis animam peccatricem, sed anima peccatrix fecit esse corruptibilem carnem. Ex qua corruptione carnis licet existant quaedam incitamenta vitiorum, et ipsa desideria vitiosa: non tamen omnia vitae iniquae vitia tribuenda sunt carni, ne ab his omnibus purgemus diabolum, qui non habet carnem. Etsi enim diabolus fornicator vel ebriosus, vel si quid huiusmodi mali est quod ad carnis pertinet voluptates, non potest dici, cum sit etiam talium peccatorum suasor et instigator occultus: est tamen maxime superbus atque invidus. Quae illum vitiositas sic obtinuit, ut propter hanc esset in carceribus caliginosi huius aeris aeterno supplicio destinatus. Haec autem vitia quae tenent in diabolo principatum, carni tribuit Apostolus, quam certum est diabolum non habere. Dicit enim, inimicitias, contentiones, aemulationes, animositates, invidias, opera esse carnis [13]: quorum omnium malorum caput atque origo superbia est, quae sine carne regnat in diabolo. Quis autem illo est inimicior sanctis? quis adversus eos contentiosior, animosior et magis aemulus atque invidus invenitur? Et haec omnia cum habeat sine carne, quomodo sunt ista opera carnis, nisi quia opera sunt hominis, quem, sicut dixi, nomine carnis appellat? Non enim habendo carnem, quam non habet diabolus; sed vivendo secundum se ipsum, hoc est secundum hominem, factus est homo similis diabolo: quia et ille secundum se ipsum vivere voluit, quando in veritate non stetit; ut non de Dei, sed de suo, mendacium loqueretur, qui non solum mendax, verum etiam mendacii pater est [14]. Primus est quippe mentitus, et a quo peccatum, ab illo coepit esse mendacium.

[12] *Aeneid.* 1.6 v.730-734.
[13] Gal. 5,20-21.

CAPITULO IV

¿QUÉ ES VIVIR SEGÚN EL HOMBRE Y QUÉ SEGÚN DIOS?

1. En consecuencia, cuando el hombre vive según el hombre y no según Dios, es semejante al diablo. Porque ni el ángel debe vivir según el ángel, sino según Dios, para mantenerse en la verdad y hablar la verdad, que viene de Dios; no la mentira, que nace de sí mismo. Del hombre dice el Apóstol en otro lugar: *Si es que se manifestó la verdad de Dios en mi mentira,* llamando a la mentira mía, y a la verdad, de Dios. Por tanto, cuando el hombre vive según la verdad, no vive según él mismo, sino según Dios, pues Dios es el que dijo: *Yo soy la verdad.* Cuando vive según él mismo, es decir, según el hom-

CAPUT IV

QUID SIT SECUNDUM HOMINEM, QUIDVE SECUNDUM DEUM VIVERE

1. Cum ergo vivit homo secundum hominem, non secundum Deum, similis est diabolo. Quia nec angelo secundum angelum, sed secundum Deum vivendum fuit, ut staret in veritate, et veritatem de illius, non de suo mendacium loqueretur. Nam et de homine alio loco idem apostolus ait, *Si autem veritas Dei in meo mendacio abundavit* [15]. Meum dixit mendacium, veritatem Dei. Cum itaque vivit homo secundum veritatem, non vivit secundum se ipsum, sed secundum Deum. Deus est enim qui dixit,

[14] Io. 8,44.
[15] Rom. 3,7.

bre, no según Dios, indudablemente vive según la mentira. Y esto no porque el hombre sea mentira, siendo Dios su autor y creador, Dios que no es autor ni creador de la mentira, sino porque el hombre no fué creado recto para vivir según él mismo, sino según su Hacedor, esto es, para hacer la voluntad de Dios antes que la suya. No vivir como su condición exigía que viviera, eso es la mentira [8]. Quiere ser feliz, pero sin vivir de manera que pueda serlo, y ¿qué hay más mentiroso que este querer?

De donde se sigue que muy bien puede decirse que todo pecado es una mentira, porque el pecado no se hace sino por la voluntad con que queremos que nos vaya bien o con que no queremos que nos vaya mal. Luego la mentira radica en que, cuando procuramos que nos vaya bien, de esa acción nos va mal, o en que, cuando pretendemos que nos vaya mejor, de ese mismo acto nos va peor. ¿De dónde procede esto sino de que el hombre puede vivir bien de Dios, a quien abandona pecando, no de sí mismo, porque peca, viviendo así?

2. Como hemos apuntado, de que hay unos que viven según la carne y otros según el espíritu, se han originado dos ciudades diversas y contrarias entre sí. La misma idea puede expresarse de este modo: unos viven según el hombre y otros según Dios. Con claridad meridiana escribe San Pablo a los de Corinto: *Habiendo entre vosotros celos y discordias, ¿no es claro que sois carnales y procedéis según el hombre?* Luego proceder según el hombre es igual a ser carnal, porque por la

Ego sum veritas [16]. Cum vero vivit secundum se ipsum, hoc est secundum hominem, non secundum Deum, profecto secundum mendacium vivit: non quia homo ipse mendacium est, cum sit eius auctor et creator Deus, qui non est utique auctor creatorque mendacii; sed quia homo ita factus est rectus, ut non secundum se ipsum, sed secundum eum a quo factus est, viveret; id est, illius potius, quam suam faceret voluntatem: non autem ita vivere, quemadmodum est factus ut viveret, hoc est mendacium. Beatus quippe vult esse, etiam non sic vivendo ut possit esse. Quid est ista voluntate mendacius? Unde non frustra dici potest, omne peccatum esse mendacium. Non enim fit peccatum, nisi ea voluntate, qua volumus ut bene sit nobis, vel nolumus ut male sit nobis. Ergo mendacium est, quod cum fiat ut bene sit nobis, hinc potius male est nobis; vel cum fiat ut melius sit nobis, hinc potius peius est nobis. Unde hoc, nisi quia de Deo potest bene esse homini, quem delinquendo deserit; non de se ipso, secundum quem vivendo delinquit?

2. Quod itaque diximus, hinc exstitisse civitates duas diversas inter se atque contrarias, quod alii secundum carnem, alii secundum spiritum viverent: potest etiam isto modo dici quod alii secundum hominem, alii secundum Deum vivant. Apertissime quippe Paulus ad Corinthios dicit: *Cum enim inter vos sint aemulatio et contentio, nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis?* [17] Quod ergo est ambulare secundum hominem, hoc est esse carnalem; quod a carne, id est a parte hominis,

[16] Io. 14,6.
[17] I Cor. 3,3.

carne, es decir, por esta parte del hombre, se entiende a todo el hombre. Poco antes había llamado animales a los mismos que ahora llamó carnales. Dice así: *Porque ¿quién de los hombres sabe las cosas del hombre sino el espíritu del hombre, que está dentro de él? Como las cosas de Dios nadie las sabe sino el Espíritu de Dios. Nosotros, pues,* dice, *no hemos recibido el espíritu de este mundo, sino el Espíritu que es de Dios, a fin de que conozcamos las cosas que Dios nos ha comunicado; las cuales por eso tratamos no con palabras estudiadas de humana ciencia, sino conforme nos enseña el Espíritu, acomodando lo espiritual a lo espiritual. Porque el hombre animal no puede hacerse capaz de las cosas que son del Espíritu de Dios, pues para todos son necedad.* A tales hombres animales dice poco después: *Y así es, hermanos, que yo no he podido hablaros como a hombres espirituales, sino como a carnales.* Esto debe entenderse también por esa figura retórica en que se toma el todo por la parte. Así, por la carne y por el alma, que son partes del hombre, puede designarse el todo, que es el hombre.

Según esto, no es distinto el hombre animal del carnal. sino que ambos son uno mismo, es decir, el hombre que vive según el hombre. Así se dan a entender los hombres, bien en este pasaje: *Ninguna carne será justificada por las obras de la ley;* bien en este otro: *Bajaron con Jacob a Egipto setenta y cinco almas* [9]. Allí se entiende por toda carne todo hombre, y aquí, por setenta y cinco almas, setenta y cinco hombres. La cláusula *no con palabras estudiadas de ciencia humana,* pudo expresarla así: «no con palabras estudiadas de ciencia carnal»; y en esta

intelligitur homo. Eosdem ipsos quippe dixit superius animales, quos postea carnales, ita loquens: *Quis enim scit,* inquit, *hominum quae sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Sic et quae Dei sunt, nemo scit nisi Spiritus Dei. Nos autem,* inquit, *non spiritum huius mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis; quae et loquimur, non in sapientiae humanae doctis verbis, sed doctis spiritu, spiritualibus spiritualia comparantes. Animalis autem homo non percipit quae sunt Spiritus Dei: stultitia est enim illi* [18]. Talibus igitur, id est animalibus, paulo post dicit, *Et ego, fratres, non potui loqui vobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus* [19]. Et illud ex hoc eodem loquendi modo intelligitur, id est, a parte totum. Et ab anima namque, et a carne, quae sunt partes hominis, potest totum significari, quod est homo; atque ita non est aliud animalis homo, aliud carnalis; sed idem ipsum est utrumque, id est, secundum hominem vivens homo. Sicut non aliud quam homines significantur, sive ubi legitur, *Ex operibus legis non justificabitur omnis caro* [20]: sive quod scriptum est, *Septuaginta quinque animae descenderunt cum Iacob in Aegyptum* [21]. Et ibi enim per omnem carnem omnis homo, et ibi per septuaginta quinque animas septuaginta quinque homines intelliguntur. Et quod dictum est, *Non in sapientiae humanae doctis verbis,* potuit dici, Non in sapientiae carnalis: sicut quod dictum est, *Secundum*

[18] I Cor. 2,11-14.
[19] Ibid., 3,1.
[20] Rom. 3,20.
[21] Gen. 46,27.

otra: *procedéis según el hombre*, pudo decir «según la carne». Esto aparece más claro en lo que sigue: *Porque diciendo uno: Yo soy de Pablo; y el otro: Yo de Apolo, ¿no sois hombres?* Aquella expresión: *sois animales*, y *sois carnales*, es más plástica ahora: *sois hombres*, que se traduce: Vivís según el hombre, no según Dios. Si vivierais según El, seríais dioses [10].

CAPITULO V

Opinión de los platónicos y de los maniqueos sobre la naturaleza del alma

Así, pues, no hay necesidad de colgar ese sambenito de nuestros vicios y pecados, injuriando a su vez al Creador, a la naturaleza de la carne, que en su género y orden es buena. Lo que no es bueno es abandonar al bien Creador y vivir según el el bien creado, ora se elija vivir según la carne, ora según el alma, ora según el hombre total, que consta de alma y de carne (de donde le viene el poder ser significado por sola el alma o por sola la carne). Quien alaba la naturaleza del alma como bien sumo y acusa la naturaleza de la carne como mal, es indudable que apetece el alma carnalmente y que huye carnalmente la carne, porque se funda en la vanidad humana, no en la verdad divina.

Es cierto que los platónicos no desbarran como los maniqueos, hasta el punto de detestar los cuerpos terrenos como la naturaleza del mal [11], puesto que todos los elementos que componen este mundo visible y tangible y sus cualidades los atribuyen al Dios Hacedor. Sin embargo, opinan que los órganos terrenos y los miembros mortales causan tales impresiones en las almas, que de ellas provienen los morbos de los deseos y de los temores, de las alegrías y de las tristezas. En estas cuatro perturbaciones, como las llama Cicerón, o pasiones, como muchos traducen literalmente del griego [12], radica toda la viciosidad de las costumbres humanas. Si esto es así, ¿qué significa que Eneas, en Virgilio, en habiendo oído del padre, cabe los infiernos, que las almas tornarán de nuevo a los cuerpos, se admira de esta opinión y exclama:

> ¡Oh padre mío!, ¿cómo es posible que haya almas que quieran otra vez remontarse al aire de los cielos y que aspiren a entrar nuevamente en la estrecha cárcel de la carne? ¿De dónde les viene a esos desgraciados tan insensato deseo de luz?

¿Puede acaso venir este insensato deseo a la tan celebrada pureza de las almas de los órganos terrenos y de los miembros mortales? ¿No afirma el poeta que están purificadas de todas estas pestes corpóreas, como él dice, cuando nace en ellas el deseo de retornar otra vez a los cuerpos? De donde se colige que, aunque así fuera—sería el colmo de la vanidad—, alternando alternativa e incesantemente la purificación y la mancilla de las almas que van y vienen, no puede decirse con verdad que todos los movimientos culpables y viciosos de las almas procedan de los cuerpos terrenos. La razón es que, según la expresión del famoso literato, ese tan necio deseo no procede del cuerpo, de tal forma que obligue al alma, purificada

---

hominem ambulatis; potuit dici, Secundum carnem. Magis autem hoc apparuit in his quae subiunxit: *Cum enim quis dicat, Ego sum Pauli; alius autem, Ego Apollo: nonne homines estis?* [22] Quod dicebat, *Animales estis*, et, *Carnales estis;* expressius dixit, *Homines estis:* quod est, Secundum hominem vivitis, non secundum Deum; secundum quem si viveretis, dii essetis.

CAPUT V

Quod de corporis animaeque natura tolerabilior quidem Platonicorum quam Manichaeorum sit opinio; sed et ipsi reprobantur, quoniam vitiorum causas naturae carnis adscribunt

Non igitur opus est in peccatis vitiisque nostris ad Creatoris iniuriam carnis accusare naturam, quae in genere atque ordine suo bona est: sed deserto Creatore bono, vivere secundum creatum bonum, non est bonum; sive quisque secundum carnem, sive secundum animam, sive secundum totum hominem, qui constat ex anima et carne (unde et nomine solius animae, et nomine solius carnis significari potest), eligat vivere. Nam qui velut summum bonum laudat animae naturam, et tanquam malum naturam carnis accusat, profecto et animam carnaliter appetit, et carnem carnaliter fugit: quoniam id vanitate sentit humana, non veritate divina. Non quidem Platonici, sicut Manichaei desipiunt, ut tanquam mali naturam terrena corpora detestentur; cum omnia elementa, quibus iste mundus visibilis contrectabilisque compactus est, qualitatesque eorum Deo artifici tribuant. Verumtamen ex terrenis artubus moribundisque membris sic affici animas opinantur, ut hinc eis sint morbi cupiditatum et timorum et laetitiae sive tristitiae: quibus quatuor vel perturbationibus, ut Cicero appellat [23] vel passionibus, ut plerique, verbum e verbo graeco exprimunt, omnis humanorum morum vitiositas continetur. Quod si ita est, quid est quod Aeneas apud Virgilium, cum audisset a patre apud inferos, animas rursus ad corpora redituras, hanc opinionem miratur, exclamans:

> O pater, anne aliquas ad caelum hinc ire putandum est
> Sublimes animas, iterumque ad tarda reverti
> Corpora? Quae lucis miseris tam dira cupido? [24]

Numquidnam haec tam dira cupido ex terrenis artubus moribundisque membris adhuc inest animarum illi praedicatissimae puritati? Nonne ab huiusmodi corporeis, ut dicit, pestibus omnibus eas asserit esse purgatas, cum rursus incipiunt in corpora velle reverti? Unde colligitur, etiamsi ita se haberet, quod est omnino vanissimum, vicissim alternans incessabiliter euntium atque redeuntium animarum mundatio et inquinatio, non potuisse veraciter dici, omnes culpabiles atque vitiosos motus animarum

[22] I Cor. 3,4.

[23] *Tuscul. quaest.* 1.4.
[24] *Aeneid.* 1.6 v.719-721.

de toda peste corpórea y libre de todo cuerpo, a estar en un cuerpo. De donde se sigue, conforme a su propia confesión, que no es solamente la carne la que excita en el alma el deseo y el temor, la alegría y la tristeza, sino que también el alma puede excitar por sí misma tales movimientos.

CAPITULO VI

La rectitud o malicia de las afecciones anímicas depende de la voluntad humana

Es de gran importancia saber cómo es el querer del hombre, porque, si es desordenado, sus movimientos serán desordenados, y si es recto, no sólo serán inculpables, sino hasta loables. En todos ellos hay querer; mejor diría, todos ellos no son más que quereres [13]. Pues ¿qué es el deseo y la alegría sino un querer en consonancia con las cosas que queremos? Y ¿qué es el temor y la tristeza sino un querer en disonancia con lo que no queremos? Cuando concordamos, apeteciendo lo que queremos, tenemos el deseo, y cuando concordamos, gozando de lo que queremos, tenemos la alegría. Asimismo, cuando discordamos de lo que no queremos que suceda, tal querer se llama temor, y cuando discordamos de aquello que sucede a quienes no lo quieren, tenemos el querer llamado tristeza [14]. En una palabra, como se encandila u ofende la voluntad del hombre según los diferentes objetos que apetece o rehusa, así vira y se torna a estos o a aquellos afectos.

---

eis ex terrenis corporibus inolescere: siquidem secundum ipsos illa, ut locutor nobilis ait, dira cupido usque adeo non est ex corpore, ut ab omni corporea peste purgatam, et extra omne corpus animam constitutam, ipsam compellat esse in corpore. Unde etiam, illis fatentibus, non ex carne tantum afficitur anima, ut cupiat, metuat, laetetur, aegrescat; verum etiam ex se ipsa his potest motibus agitari.

CAPUT VI

De qualitate voluntatis humanae, sub cuius iudicio affectiones animi aut pravae habentur, aut rectae

Interest autem qualis sit voluntas hominis: quia si perversa est, perversos habebit hos motus; si autem recta est, non solum inculpabiles, verum etiam laudabiles erunt. Voluntas est quippe in omnibus: imo omnes nihil aliud quam voluntates sunt. Nam quid est cupiditas et laetitia, nisi voluntas in eorum consensionem quae volumus? et quid est metus atque tristitia, nisi voluntas in dissensionem ab his quae nolumus? Sed cum consentimus appetendo ea quae volumus, cupiditas; cum autem consentimus fruendo his quae volumus, laetitia vocatur. Itemque cum dissentimus ab eo quod accidere nolumus, talis voluntas metus est; cum autem dissentimus ab eo quod nolentibus accidit, talis voluntas tristitia est. Et omnino

Por eso el hombre que vive según Dios, y no según el hombre, precisa ser amador del bien y, en consecuencia, odiador del mal. Y como nadie es malo por naturaleza, sino que todo el que es malo lo es por vicio, el que vive según Dios debe un odio perfecto a los malos. Su odio ha de mantenerse en esta línea: que ni odie al hombre por el vicio ni ame el vicio por el hombre, sino que odie al vicio y ame al hombre [15]. Sanado el vicio, quedará únicamente lo que debe amar y nada de lo que debe odiar.

CAPITULO VII

Las palabras «amor» y «dilección» se usan indistintamente en las sagradas Letras para el bien y para el mal

1. De aquel que tiene propósito de amar a Dios y al prójimo como a sí mismo, no segun el hombre, sino según Dios, se dice que es de buena voluntad por ese amor. El nombre más corriente de ese afecto en las sagradas Letras es el de caridad, pero lo llaman también amor. El Apóstol dice que el elegido para regir el pueblo, según su voluntad, debe ser amador del bien. El Señor preguntó al apóstol Pedro: *¿Tu dilección es superior a la de éstos?*, y él le respondió: *Señor, tú sabes que te amo.* El Señor volvió a preguntarle no si lè amaba, sino si le

---

pro varietate rerum quae appetuntur atque fugiuntur, sicut allicitur vel offenditur voluntas hominis, ita in hos vel illos affectus mutatur et vertitur. Quapropter homo qui secundum Deum, non secundum hominem vivit, oportet ut sit amator boni: unde fit consequens ut malum oderit. Et quoniam nemo natura, sed quisquis malus est, vitio malus est: perfectum odium [25] debet malis, qui secundum Deum vivit; ut nec propter vitium oderit hominem, nec amet vitium propter hominem; sed oderit vitium, amet hominem. Sanato enim vitio, totum quod amare, nihil autem quod debeat odisse, remanebit.

CAPUT VII

Amorem et dilectionem indifferenter et in bono et in malo apud sacras Litteras inveniri

1. Nam cuius propositum est amare Deum, et non secundum hominem, sed secundum Deum amare proximum, sicut etiam se ipsum; procul dubio propter hunc amorem dicitur voluntatis bonae, quae usitatius in Scripturis sacris charitas appellatur: sed amor quoque secundum easdem sacras Litteras dicitur. Nam et amatorem boni dicit Apostolus esse debere, quem regendo populo praecepit eligendum [26]. Et ipse Dominus Petrum apostolum interrogans, cum dixisset, *Diligis me plus his?* ille respondit, *Domine, tu scis quia amo te.* Et iterum Dominus quaesivit, non utrum amaret, sed

[25] Ps. 138,22
[26] I Tim. 3,1-10.

tenía dilección, y él tornó a responder: *Señor, tú sabes que te amo.* Empero, a la tercera pregunta no dice ya el Señor: ¿Me tienes dilección?, sino: *¿Me amas?* Y el evangelista añade a renglón seguido: *Pedro se contristó de que por tercera vez le preguntase: ¿Me amas?*, siendo así que el Señor había dicho, no tres veces, sino una sola: *¿Me amas?*, y dos: *¿Me tienes dilección?* De esto deducimos que cuando decía el Señor: *¿Me tienes dilección?*, quería decir simplemente: *¿Me amas?* Pedro, sin embargo, no cambió el término de esa única realidad, sino que dijo por tercera vez: *Señor, tú lo sabes todo, tú sabes que te amo.*

2. Me he creído en el deber de recordar esto precisamente porque algunos piensan que una cosa es la dilección o caridad y otra el amor. Dicen que la dilección debe tomarse en buen sentido, y el amor en malo. Que ni aun los autores de las letras profanas han hablado con estas acepciones, es certísimo. Mas discutan los filósofos sobre si se distinguen y por qué razón. Yo notaré solamente que en sus libros se habla del gran valor del amor que tiene por objeto el bien y Dios mismo. La insinuación de que las Escrituras de nuestra religión, cuya autoridad anteponemos a cualesquiera otros escritos, no llama a una cosa amor y a otra dilección, era obligada. Ya hemos mostrado que el amor se usa también en buen sentido. Pero con el fin de que no se imagine alguien que el amor se toma en buen sentido y en malo y que la dilección sólo se toma en el bueno, repare en lo que está escrito en el Salmo: *El que tiene dilección a la iniquidad, odia su alma.* Y en este otro pasaje de San Juan el Apóstol: *Si alguno tiene dilección al mundo, no habita en él la dilección de Dios.* He aquí usada en un mismo pasaje la dilección en buen sentido y en malo. Y para que no se impaciente alguno queriendo ver empleado el amor en mal sentido (en el bueno ya lo hemos mostrado), lea lo que está escrito: *Levantaránse hombres amantes de sí mismos, amadores del dinero.*

En conclusión, el querer recto es el amor bueno, y el querer perverso, el amor malo. Y así, el amor ávido de poseer el objeto amado es el deseo; la posesión y el disfrute de ese objeto es la alegría; el huir lo que es adverso es el temor, y el sentir lo adverso, si sucediere, es la tristeza. Estas pasiones, pues, son malas, si es malo el amor, y buenas, si es bueno.

Probemos lo dicho con la Escritura en la mano. El Apóstol desea disolverse y estar con Cristo, y: *Ardió mi alma en ansias de desear tus juicios;* o si es más propia la expresión: *Deseó mi alma arder en ansias de tus juicios;* y: *La concupiscencia de la sabiduría conduce al reino.* En cambio, la usanza del lenguaje ha conseguido tal auge, que, si se dice apetito o concupiscencia a secas, no puede entenderse más que en mal sentido. La alegría, sin embargo, se entiende en el bueno: *Alegraos, ¡oh justos!, y regocijaos en el Señor;* y: *Tú has infundido la alegría a mi corazón;* y: *Me colmarás de alegría con tu presencia.* El temor lo emplea también en el buen sentido el Apóstol, cuando dice: *Trabajad con temor y temblor en la obra de vuestra salvación;* y: *No te engrías, antes bien vive con temor;* y: *Mas temo que así como la serpiente engañó a Eva con su astucia, así sean maleados vues-*

---

utrum diligeret eum Petrus: at ille respondit iterum, *Domine, tu scis quia amo te.* Tertia vero interrogatione et ipse Dominus non ait, Diligis me, sed, *Amas me?* ubi secutus ait Evangelista, *Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, Amas me?* cum Dominus non tertio, sed semel dixerit, *Amas me?* bis autem dixerit, *Diligis me?* Unde intelligimus, quod etiam cum dicebat Dominus, *Diligis me?* nihil aliud dicebat, quam, *Amas me?* Petrus autem non mutavit huius unius rei verbum, sed etiam tertio, *Domine,* inquit, *tu omnia scis, tu scis quia amo te* [27].

2. Hoc propterea commemorandum putavi, quia nonnulli arbitrantur aliud esse dilectionem sive charitatem, aliud amorem. Dicunt enim dilectionem accipiendam esse in bono, amorem in malo. Sic autem nec ipsos auctores saecularium litterarum locutos esse, certissimum est. Sed viderint philosophi utrum vel qua ratione ista discernant. Amorem tamen eos in bonis rebus et erga ipsum Deum magni pendere, libri eorum satis loquuntur. Sed Scripturas religionis nostrae, quarum auctoritatem caeteris quibusque litteris anteponimus, non aliud dicere amorem, aliud dilectionem vel charitatem, insinuandum fuit. Nam et amorem in bono dici, iam ostendimus. Sed ne quis existimet amorem quidem et in bono et in malo, dilectionem autem nonnisi in bono esse dicendam, illud attendat quod in Psalmo scriptum est: *Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam* [28]. Et illud apostoli Ioannis: *Si quis dilexerit mundum, non est dilectio Patris in eo* [29]. Ecce uno loco dilectio et in bono et in malo. Amorem autem in malo (quia in bono iam ostendimus) ne quisquam flagitet, legat quod scriptum est: *Erunt enim homines se ipsos amantes, amatores pecuniae* [30]. Recta itaque voluntas est bonus amor, et voluntas perversa malus amor. Amor ergo inhians habere quod amatur, cupiditas est; id autem habens eoque fruens, laetitia est: fugiens quod ei adversatur, timor est: idque si acciderit sentiens, tristitia est. Proinde mala sunt ista, si malus est amor; bona, si bonus. Quod dicimus, de Scripturis probemus. Concupiscit Apostolus dissolvi, et esse cum Christo [31]: et, *Concupivit anima mea desiderare iudicia tua;* vel si accommodatius dicitur, *Desideravit anima mea concupiscere iudicia tua* [32]; et, *Concupiscentia sapientiae perducit ad regnum* [33]. Hoc tamen loquendi obtinuit consuetudo, ut si cupiditas vel concupiscentia dicatur, nec addatur cuius rei sit, non nisi in malo possit intelligi. Laetitia in bono est, *Laetamini in Domino, et exsultate iusti* [34]: et, *Dedisti laetitiam in cor meum* [35]: et, *Adimplebis me laetitia cum vultu tuo* [36]. Timor in bono est apud Apostolum, ubi ait, *Cum timore et tremore vestram ipsorum salutem operamini* [37]: et, *Noli altum sapere, sed time* [38]: et, *Timeo autem, ne sicut serpens Evam seduxit astutia sua, sic et vestrae mentes corrumpantur*

[27] Io. 21,15-17.
[28] Ps. 10,6.

[29] 1 Io. 2,15.
[30] 2 Tim. 3,2.
[31] Phil. 1,23.
[32] Ps. 118,20.
[33] Sap. 6,21.
[34] Ps. 31,11.
[35] Ps. 4,7.
[36] Ps. 15,11.
[37] Phil. 2,12.
[38] Rom. 11,20.

tros espíritus con la castidad que hay en Cristo. En fin, sobre la tristeza, llamada por Cicerón egritud y por Virgilio dolor, donde dice: «Duelen y gozan» (que yo preferí traducir por tristeza, porque la enfermedad o el dolor son de uso más corriente en los cuerpos), se suscita una cuestión muy delicada, a saber, si es posible emplearla para significar algo bueno.

CAPITULO VIII

Los estoicos han opinado que en el ánimo del sabio se dan tres perturbaciones, y excluyen de él el dolor o la tristeza, porque es incompatible, según ellos, con la virtud anímica

1. Los estoicos han opinado que son tres las llamadas por los griegos εὐπαθείας, traducidas al latín por Cicerón con el nombre de constancias, que responden en el ánimo del sabio a sus tres perturbaciones, al deseo la voluntad, a la alegría el gozo, y al miedo la precaución. Y negaron que a la egritud o al dolor, que para evitar la ambigüedad hemos preferido denominar tristeza, pueda responder alguna en el ánimo del sabio. La voluntad—dicen ellos—apetece el bien, que lo hace sabio; el gozo es efecto del bien alcanzado, que el sabio logra totalmente, y la precaución previene el mal, que el sabio debe evitar. La tristeza, como producto de un mal ya sucedido, piensan que no puede causar ningún daño al sabio y

a castitate quae est in Christo[39]. De tristitia vero, quam Cicero magis aegritudinem appellat[40], dolorem autem Virgilius, ubi ait, «Dolent gaudentque» (sed ideo malui tristitiam dicere, quia aegritudo vel dolor usitatius in corporibus dicitur), scrupulosior quaestio est, utrum inveniri possit in bono.

CAPUT VIII

De tribus perturbationibus, quas in animo sapientis Stoici esse voluerunt, excluso dolore sive tristitia, quam virtus animi sentiri non debeat

1. Quas enim Graeci appellant εὐπαθείας, latine autem Cicero constantias nominavit, Stoici tres esse voluerunt, pro tribus perturbationibus in animo sapientis, pro cupiditate voluntatem, pro laetitia gaudium, pro metu cautionem: pro aegritudine vero vel dolore, quam nos vitandae ambiguitatis gratia, tristitiam maluimus dicere, negaverunt esse posse aliquid in animo sapientis. Voluntas quippe, inquiunt, appetit bonum, quod facit sapiens: gaudium de bono adepto est, quod ubique adipiscitur sapiens; cautio devitat malum, quod debet sapiens devitare: tristitia porro quia de malo est, quod iam accidit, nullum autem malum existimant posse accidere

[39] 2 Cor. 11,3.
[40] *Tuscul. quaest.* l.3 c.10 sqq. et alibi.

que, por tanto, en su ánimo no puede responder nada a ella.

Por consiguiente, en su concepción, sólo el sabio es susceptible de voluntad, de gozo y de precaución, y sólo el necio es capaz de deseo y de alegría, de temor y de tristeza. Las tres primeras son las constancias, y las otras cuatro, según Cicerón, las perturbaciones, y según otros muchos, las pasiones. En griego, como queda dicho, aquellas tres se llaman εὐπαθεῖαι, y estas cuatro πάθη. Investigando con toda diligencia y con todas mis posibilidades si esa manera de hablar está acorde con nuestras Escrituras, hallé que el profeta escribe: *No hay gozo para los impíos, dice el Señor,* como si los impíos pudieran alegrarse de los males y no gozar de ellos, porque el gozo es privativo de los buenos y de los piadosos. Asimismo, en el Evangelio se lee: *Haced vosotros con los demás hombres todo le qué queráis que hagan ellos con vosotros,* como si fuera imposible querer algo mal o torpemente, pero no desearlo. Es verdad que algunos intérpretes, siguiendo el uso corriente, añadieron *bienes,* y leyeron así: *Todo el bien que queréis que os hagan los hombres.* Lo creyeron así para precaver la torcida interpretación de alguno que se imaginara que, porque hay hombres que hacen cosas deshonestas, por ejemplo, para silenciar otras más torpes, convites lujuriosos, debe él cumplir en eso este precepto correspondiendo en la misma moneda. Mas en el Evangelio griego, fuente original de esta versión, no se lee *bienes,* sino: *Todo lo que queréis que hagan los demás con vosotros, hacedlo vosotros con ellos.* Y, según mi humilde sentir, lo expresó

sapienti; nihil in eius animo pro illa esse posse dixerunt. Sic ergo illi loquuntur, ut velle, gaudere, cavere negent nisi sapientem; stultum autem nonnisi cupere, laetari, metuere, contristari. Et illas tres esse constantias, has autem quatuor perturbationes secundum Ciceronem, secundum plurimos autem passiones. Graece autem illae tres, sicut dixi, appellantur εὐπάθειαι; istae autem quatuor πάθη. Haec locutio utrum Scripturis sanctis congruat, cum quaererem quantum potui diligenter, illud inveni quod ait Propheta, *Non est gaudere impiis, dicit Dominus*[41]: tanquam impii laetari possint potius quam gaudere de malis; quia gaudium proprie bonorum et piorum est. Item illud in Evangelio, *Quaecumque vultis ut faciant vobis homines, haec et vos facite illis*[42], ita dictum videtur, tanquam nemo possit aliquid male vel turpiter velle, sed cupere. Denique propter consuetudinem locutionis nonnulli interpretes addiderunt, *bona,* et ita interpretati sunt: *Quaecumque vultis ut faciant vobis homines bona.* Cavendum enim putaverunt, ne quisquam inhonesta velit sibi fieri ab hominibus, ut de turpioribus taceam, certe luxuriosa convivia, in quibus se, si et ipse illis faciat similia, hoc praeceptum existimet impleturum. Sed in graeco Evangelio, unde in latinum translatum est, non legitur, *bona;* sed, *Quaecumque vultis ut faciant vobis homines, haec et vos facite illis:* credo propter-

[41] Is. 57,21, sec. LXX.
[42] Mt. 7,12.

así porque, al decir *queréis,* intentó ya dar a entender *bienes,* pues que no dice: deseáis.

2. Sin embargo, no siempre deben ponerse estos diques a nuestro lenguaje. Entre tanto, se impone hacer uso de esa propiedad. Y cuando leemos estos autores cuya autoridad no nos es permitido rechazar, los pasajes en que el recto sentir no encuentre otra salida, como son los aducidos, parte del profeta y parte del Evangelio, es preciso entenderlos así [7]. ¿Quién ignora que los impíos rebosan de alegría? Y, sin embargo, *no hay gozar para los impíos, dice el Señor.* ¿Por qué esto sino porque el gozar tiene una significación concreta cuando se emplea la palabra en un sentido propio y estricto? Asimismo, ¿quién negará que es muy bueno mandar a los hombres que hagan con los demás todo lo que desean que los demás hagan con ellos, para que no sean halagados a la vez por la torpeza del placer ilícito? Y, sin embargo, el salubérrimo y verdaderísimo precepto reza: *Todo lo que queréis que hagan los hombres con vosotros, hacedlo vosotros con los demás.* ¿Por qué sino porque en este lugar usó la palabra *querer,* cuya acepción no puede ser peyorativa, en su sentido propio? Es cierto que no usara esta expresión más corriente, frecuentada sobre todo en el lenguaje ordinario: *No queráis proferir mentira alguna,* si no hubiera también un querer malo, de cuya malicia se distingue aquella voluntad que predicaron los ángeles en estos términos: *Paz en la tierra a los hombres de buena voluntad.* Si el querer no puede ser más que bueno, *de buena* fué añadido por redundancia. ¿Sería algo del otro jueves el dicho del Apóstol en alabanza de la caridad, de que

---

ea, quia in eo quod dixit, *vultis,* iam voluit intelligi *bona.* Non enim ait, Cupitis.

2. Non tamen semper his proprietatibus locutio nostra frenanda est, sed interdum his utendum est: et cum legimus eos quorum auctoritati resultare fas non est, ibi sunt intelligendae, ubi rectus sensus alium exitum non potest invenire; sicut ista sunt quae exempli gratia partim ex Propheta, partim ex Evangelio commemoravimus. Quis enim nescit impios exsultare laetitia? et tamen *non est gaudere impiis, dicit Dominus.* Unde, nisi quia gaudere aliud est, quando proprie signateque hoc verbum ponitur? Item quis negaverit non recte praecipi hominibus, ut quaecumque sibi ab aliis fieri cupiunt, haec eis et ipsi faciant; ne se invicem turpitudine illicitae voluptatis oblectent? Et tamen saluberrimum verissimumque praeceptum est, *Quaecumque vultis ut faciant vobis homines, eadem et vos facite illis.* Et hoc unde, nisi quia hoc loco modo quodam proprio voluntas posita est, quae in malo accipi non potest? Locutione vero usitatiore, quam frequentat maxime consuetudo sermonis, non utique diceretur, *Noli velle mentiri omne mendacium* [43]; nisi esset et voluntas mala, a cuius pravitate illa distinguitur, quam praedicaverunt Angeli dicentes, *Pax in terra hominibus bonae voluntatis* [44]. Nam ex abundanti additum est, *bonae,* si esse non potest nisi bona. Quid autem magnum in charitatis laudibus

[43] Eccli. 7,14.
[44] Lc. 2,14.

la caridad no se goza en la iniquidad, si no se reduce a eso el gozo de la malicia?

Aun entre los autores de las letras profanas se hallan usados indistintamente estos términos. Cicerón, ese orador tan afamado, dice: «Deseo ser clemente, senadores». Es evidente que usa aquí esa palabra en buen sentido. Y ¿quién habrá tan poco instruído que no sostenga que debió decir *quiero* y no, *deseo?* En Terencio, un mancebo desvergonzado, ardiendo en deseo torpe, dice: «No quiero más que a Filomena». Que este querer fué libido, lo indica suficientemente la respuesta de un viejo esclavo a su señor. Dijo así:

> ¡Cuánto mejor sería buscar el modo de arrojar de tu pecho ese amor que decir esto, que enciende más tu libido!

Testigo es de que el gozo lo han usado también en acepción peyorativa aquel verso de Virgilio en que se expresan brevemente estas cuatro perturbaciones:

> Por eso temen y desean, se duelen y gozan.

Y el mismo autor dice en otra parte: «Los malos gozos del espíritu».

3. Por tanto, quieren, se precaven y gozan los buenos y los malos, o, para decir lo mismo con otras palabras, desean, temen y se alegran los buenos y los malos; pero los unos bien y los otros mal, según que su voluntad sea recta o torcida. La tristeza misma, a la que los estoicos pensaron que no es posible

---

dixisset Apostolus, quod non gaudeat super iniquitate [45], nisi quia ita malignitas gaudet? Nam et apud auctores saecularium litterarum, talis istorum verborum indifferentia reperitur. Ait enim Cicero orator amplissimus: «Cupio, Patres conscripti, me esse clementem» [46]. Quia id verbum in bono posuit, quis tam perverse doctus existat, qui non eum Cupio, sed Volo potius dicere debuisse contendat? Porro apud Terentium flagitiosus adolescens insana flagrans cupidine: «Nihil volo aliud», inquit, «nisi Philumenam». Quam voluntatem fuisse libidinem, responsio quae ibi servi eius senioris inducitur, satis indicat. Ait namque domino suo:

> Quanto satius est, te id dare operam, quo istum
> ex animo amorem amoveas tuo,
> Quam id loqui quo magis libido frustra accendatur tua? [47]

Gaudium vero eos et in malo posuisse, ille ipse Virgilianus testis est versus, ubi has quatuor perturbationes summa brevitate complexus est:

> Hinc metuunt cupiuntque, dolent gaudentque [48].

Dixit etiam idem auctor, «Mala mentis gaudia» [49].

3. Proinde volunt, cavent, gaudent et boni et mali; atque ut eadem aliis verbis enuntiemus, cupiunt, timent, laetantur et boni et mali: sed illi bene, isti male, sicut hominibus seu recta seu perversa voluntas est. Ipsa quoque tristitia, pro qua Stoici nihil in animo sapientis inveniri posse pu-

[45] I Cor. 13,6.
[46] *Orat.* I *in Catil.* c.2.
[47] In *Andria* act.2 sc.I v.6-8.
[48] *Aeneid.* l.6 v.733.
[49] Ibid., v.278-279.

hallar un correlato en el ánimo del sabio, se presenta empleada en buena acepción sobre todo en nuestros autores. El Apóstol alaba a los Corintios porque se contristaron según Dios. Pero quizá habrá alguno que diga que el Apóstol se congratuló con ellos porque se contristaron arrepintiéndose, y esta tristeza no pueden tenerla sino los que pecaron. Oigamos sus palabras: *Veo que aquella carta os contristó por un poco de tiempo; pero al presente me alegro, no de la tristeza que tuvisteis, sino de que vuestra tristeza os ha conducido a penitencia. De modo que la tristeza que habéis tenido ha sido según Dios, y así ningún daño os hemos causado. Puesto que la tristeza que es según Dios produce una penitencia para la salud, que no debe penitenciarse, cuando la tristeza del siglo causa la muerte. Y así ved cuánta solicitud ha producido en vosotros esa tristeza según Dios que habéis sentido.* Los estoicos pueden salir así en defensa de su postura diciendo que la tristeza es útil, al parecer, para arrepentirse del pecado, pero que es imposible que se dé en el ánimo del sabio, ni el pecado para contristarse arrepintiéndose de él, ni ningún otro mal, que, sintiéndolo y sufriéndolo, lo haga triste.

Cuentan que Alcibíades (si no me es infiel la memoria sobre el nombre), que se creía dichoso, lloró porque, disputando en cierta ocasión con Sócrates, éste le demostró que era miserable, pues era necio [18]. Luego para éste fué la estulticia la causa de su tristeza útil y optable, que hace que el hombre se duela de ser lo que no debe. Sin embargo, los estoicos afirman que es el necio el que puede estar triste, no el sabio.

taverunt, reperitur in bono, et maxime apud nostros. Nam laudat Apostolus Corinthios, quod contristati fuerint secundum Deum. Sed fortasse quis dixerit, illis Apostolum fuisse congratulatum, quod contristati fuerint poenitendo: qualis tristitia, nisi eorum qui peccaverint, esse non potest. Ita enim dicit: *Video quod epistola illa, etsi ad horam contristavit vos, nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad poenitentiam. Contristati enim estis secundum Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quae enim secundum Deum est tristitia, poenitentiam in salutem impoenitendam operatur: mundi autem tristitia mortem operatur. Ecce enim idipsum secundum Deum contristari, quantum perficit in vobis industriam* [50]. Ac per hoc possunt Stoici pro suis partibus respondere, ad hoc videri utilem esse tristitiam, ut peccasse poeniteat; in animo autem sapientis ideo esse non posse, quia nec peccatum in eum cadit, cuius poenitentia contristetur, nec ullum aliud malum, quod perpetiendo et sentiendo sit tristis. Nam et Alcibiadem ferunt (si me de nomine hominis memoria non fallit), cum sibi beatus videretur, Socrate disputante, et ei quam miser esset, quoniam stultus esset, demonstrante, flevisse. Huic ergo stultitia fuit causa etiam huius utilis optandaeque tristitiae, qua homo esse se dolet quod esse non debet. Stoici autem non stultum, sed sapientem aiunt tristem esse non posse.

50 2 Cor. 7,8-11.

CAPITULO IX

LAS PERTURBACIONES ANÍMICAS. LA VIDA DE LOS JUSTOS GOZA DE RECTITUD DE AFECTOS

1. A estos filósofos, más ávidos de contienda que de verdad, por lo que hace a las perturbaciones anímicas, ya les hemos respondido en el libro IX de esta obra poniendo en evidencia que es una cuestión no tanto de realidades cuanto de palabras [19]. Entre nosotros, según las sagradas Escrituras y la sana doctrina, los ciudadanos de la Ciudad santa de Dios, que viven según El en la peregrinación de esta vida, temen y desean, se duelen y gozan. Y, como su amor es recto, tienen rectas estas afecciones. Temen la pena eterna y desean la vida eterna. Se duelen en realidad, porque aún gimen en sí mismos en espera de la adopción y de la redención de su cuerpo, y se gozan en esperanza, porque se cumplirá la *palabra escrita: La muerte ha sido absorbida por la victoria.* Más aún, temen pecar y desean perseverar; se duelen de sus pecados y se gozan en sus buenas obras. Temen pecar, oyendo esto: *Por la inundación de los vicios se resfriará la caridad de muchos.* Desean perseverar, prestando oídos a lo que está escrito: *Quien perseverare hasta el fin, éste se salvará.* Se duelen de sus pecados, porque atienden a esto: *Si dijéremos que no tenemos pe-*

CAPUT IX

DE PERTURBATIONIBUS ANIMI, QUARUM AFFECTUS RECTOS HABET VITA IUSTORUM

1. Verum his philosophis, quod ad istam quaestionem de animi perturbationibus attinet, iam respondimus in nono huius operis libro, ostendentes eos non tam de rebus, quam de verbis cupidiores esse contentionis, quam veritatis [51]. Apud nos autem iuxta Scripturas sacras sanamque doctrinam, cives sanctae civitatis Dei in huius vitae peregrinatione secundum Deum viventes, metuunt cupiuntque, dolent gaudentque. Et quia rectus est amor eorum, istas omnes affectiones rectas habent. Metuunt poenam aeternam, cupiunt vitam aeternam: dolent in re, quia ipsi in semetipsis adhuc ingemiscunt, adoptionem exspectantes redemptionem corporis sui [52]; gaudent in spe, quia fiet *sermo, qui scriptus est, Absorpta est mors in victoriam* [53]. Item metuunt peccare, cupiunt perseverare: dolent in peccatis, gaudent in operibus bonis. Ut enim metuant peccare, audiunt, *Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum* [54]. Ut cupiant perseverare, audiunt quod scriptum est, *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* [55]. Ut doleant in peccatis, audiunt, *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in*

51 C.4 et 5.
52 Rom. 8,23.
53 1 Cor. 15,54.
54 Mt. 24,12.
55 Ibid., 10,22.

cado, nosotros mismos nos engañamos y no hay verdad en nosotros. Finalmente, se gozan de sus buenas obras, escuchando estas palabras: *Dios ama al que da con alegría.* Además, según sean fuertes o débiles, temen ser tentados y desean ser tentados, se duelen de las tentaciones y se gozan en las mismas. Para que teman ser tentados, oyen lo siguiente: *Si alguien anduviere preocupado en algún delito, vosotros, que sois espirituales, instruídle de este modo en espíritu de mansedumbre, atendiéndote a ti mismo, no seas tú también tentado.* Para que deseen ser tentados, escuchan las palabras de cierto varón fuerte de la Ciudad de Dios, que suenan: *Pruébame, Señor, y tiéntame; quema mis riñones y mi corazón.* Para que se duelan en sus tentaciones, ven a Pedro llorando, y para que se gocen en las mismas, oyen a Santiago, que dice: *Tened, hermanos míos, por objeto de sumo gozo el ser puestos en varias tentaciones.*

2. Estos ciudadanos se inquietan por esas afecciones no sólo por sí mismos, sino también por aquellos que desean verse libres de ellas, y temen perecer y se duelen si perecen, y se gozan si se ven libres. Y para hacer honor al más sobresaliente de cuantos hemos venido a la Iglesia de la gentilidad, citemos a ese varón, el mejor y el más fuerte, que se gloría en sus enfermedades, al Doctor de las Gentes en fe y en verdad, que trabajó más que todos sus coapóstoles e instruyó con muchas cartas a los pueblos de Dios, no sólo a los presentes, sino también a los venideros. Citemos, digo, a aquel varón, atleta de Cristo, adoctrinado por El y por El ungido, crucificado con El y glorioso en El, librando un gran combate en el escenario de

---

nobis non est [56]. Ut gaudeant in operibus bonis, audiunt, *Hilarem datorem diligit Deus* [57]. Item sicuti se infirmitas eorum firmitasque habuerit, metuunt tentari, cupiunt tentari: dolent in tentationibus, gaudent in tentationibus. Ut enim metuant tentari, audiunt, *Si quis praeoccupatus fuerit in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis; intendens te ipsum, ne et tu tenteris* [58]. Ut autem cupiant tentari, audiunt quemdam virum fortem civitatis Dei dicentem, *Proba me, Domine, et tenta me; ure renes meos et cor meum* [59]. Ut doleant in tentationibus, vident Petrum flentem [60]: ut gaudeant in tentationibus, audiunt Iacobum dicentem, *Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis* [61].

2. Non solum autem propter se ipsos his moventur affectibus, verum etiam propter eos quos liberari cupiunt, et ne pereant metuunt, et dolent si pereunt, et gaudent si liberantur. Illum quippe optimum et fortissimum virum, qui in suis infirmitatibus gloriatur [62], ut eum potissimum commemoremus, qui in Ecclesiam Christi ex Gentibus venimus, Doctorem Gentium in fide et veritate, qui et plus omnibus suis coapostolis laboravit [63], et pluribus Epistolis populos Dei, non eos tantum qui praesentes ab illo videbantur, verum etiam illos qui futuri praevidebantur, instruxit;

[56] I Io. 1,8.
[57] 2 Cor. 9,7.
[58] Gal. 6,1.
[59] Ps. 25,2.
[60] Mt. 26,75
[61] Iac. 1,2.
[62] 2 Cor. 12,5.
[63] I Cor. 15,10.

este mundo, del que es espectáculo, y de los ángeles y de los hombres, y avanzando a pasos de gigante hacia la palma de su vocación soberana. El espera de muy buena gana, con los ojos de la fe, gozar con los que gozan y llorar con los que lloran, librando fuera luchas y dentro temores, deseando disolverse y estar con Cristo, ardiendo en deseos de ver a los romanos para hacer algún fruto entre ellos, como entre los demás gentiles. Citemos, sí, a éste, que emula a los corintios y teme la misma emulación por miedo a que sean seducidas sus mentes por la castidad que hay en Cristo; a éste, que lleva en el corazón una gran tristeza y un continuo dolor por los israelitas. Y es porque éstos, ignorando la justicia de Dios y queriendo poner en vigor la propia, no se someten a la justicia de Dios, y él descubre su dolor y también su luto ante algunos que antes pecaron y no hicieron penitencia sobre sus impurezas y sus fornicaciones [20].

3. Si estos movimientos, si estos afectos, que proceden del amor al bien y de la caridad santa, deben llamarse vicios, permítasenos llamar virtudes a los auténticos vicios. Pero, dirigidas y enderezadas por la recta razón estas afecciones hacia su fin propio, ¿quién osará llamarlas enfermedades del alma o pasiones viciosas? Por este motivo, el Señor, que se dignó llevar una vida humana en forma de siervo, pero que carecía en absoluto de pecado, hizo uso de ellas cuando juzgó que debía hacerlo.

---

illum, inquam, virum, athletam Christi, doctum ab illo, unctum de illo [64], crucifixum cum illo [65], gloriosum in illo, in theatro huius mundi, cui spectaculum factus est et Angelis et hominibus [66], legitime magnum agonem certantem, et palmam supernae vocationis in anteriora sectantem [67], oculis fidei libentissime spectant, gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus [68], foris habentem pugnas, intus timores [69]: cupientem dissolvi, et esse cum Christo [70]; desiderantem videre Romanos, ut aliquem fructum habeat et in illis, sicut et in caeteris gentibus [71]; aemulantem Corinthios, et ipsa aemulatione metuentem, ne seducantur eorum mentes a castitate quae in Christo est [72]; magnam tristitiam et continuum dolorem cordis de Israelitis habentem [73], quod ignorantes Dei iustitiam, et suam volentes constituere, iustitiae Dei non essent subiecti [74]; nec solum dolorem, verum etiam luctum suum denuntiantem quibusdam qui ante peccaverunt, et non egerunt poenitentiam super immunditia et fornicationibus suis [75].

3. Hi motus, hi affectus de amore boni et de sancta charitate venientes, si vitia vocanda sunt, sinamus ut ea quae vere vitia sunt, virtutes vocentur. Sed cum rectam rationem sequantur istae affectiones, quando ubi oportet adhibentur, quis eas tunc morbos seu vitiosas passiones audeat dicere? Quamobrem etiam ipse Dominus in forma servi agere vitam dignatus humanam, sed nullum habens omnino peccatum, adhibuit eas ubi adhibendas esse iudicavit. Neque enim in quo verum erat hominis corpus et verus hominis animus, falsus erat humanus affectus. Cum ergo eius in

[64] Gal. 1,12.
[65] Ibid., 2,19.
[66] I Cor. 4,9.
[67] Phil. 3,14.
[68] Rom. 12,15.
[69] 2 Cor. 7,5.
[70] Phil. 1,23.
[71] Rom. 1,11.13.
[72] 2 Cor. 11,2.3
[73] Rom. 9,2.
[74] Ibid., 10,3.
[75] 2 Cor. 12,21.

Porque la verdad es que en El, que tenía verdadero cuerpo y verdadero ánimo de hombre, no era falso ese afecto. Luego, cuando en su Evangelio se cuenta que se contristó con ira sobre la dureza de corazón de los judíos; que dijo: *Me gozo por vosotros, a fin de que creáis;* que derramó lágrimas cuando iba a resucitar a Lázaro; que deseó celebrar la Pascua con sus discípulos; que, al acercarse la pasión, su alma estuvo triste, se cuentan cosas verdaderas. Sin embargo, El, por gracia y dispensación suya, tuvo estos movimientos en su ánimo humano cuando quiso, como cuando quiso se hizo hombre.

4. Por tanto, es preciso admitir que, aunque nuestras afecciones sean rectas, son privativas de esta vida, no de aquella que esperamos ha de venir, y que con frecuencia cedemos a ellas aun contra nuestra voluntad. Así, a veces lloramos, bien a nuestro pesar, aunque no seamos movidos a ello por apetito alguno, sino con loable caridad. Luego nosotros las tenemos como tara de la condición humana; pero Cristo no las tuvo así, porque su flaqueza fué *ex potestate*. Si careciéramos de ellas mientras pujamos la pesada carga de nuestra vida, nuestro vivir no sería recto. El Apóstol censuraba y detestaba a ciertas personas y las acusa de no tener afección alguna. También el salmo sagrado culpó a aquellos de quienes dice: *Busqué quien compartiera mi tristeza y no lo hallé.* Porque es una gran verdad que carecer de dolor mientras peregrinamos en este valle de miserias, es un estado, como ha dicho y sentido un literato de este mundo, que no se da sino a costa de inhumanidad en el corazón y de estupor en el cuerpo.

Evangelio ista referuntur, quod super duritiam cordis Iudaeorum cum ira contristatus sit [76]; quod dixerit, *Gaudeo propter vos, ut credatis* [77]: quod Lazarum suscitaturus etiam lacrymas fuderit [78]; quod concupiverit cum discipulis suis manducare pascha [79]; quod propinquante passione tristis fuerit anima eius [80], non falso utique referuntur. Verum ille hos motus certae dispensationis gratia, ita cum voluit suscepit animo humano, ut cum voluit factus est homo.

4. Proinde, quod fatendum est, etiam cum rectas et secundum Deum habemus has affectiones, huius vitae sunt, non illius quam futuram speramus, et saepe illis etiam inviti cedimus. Itaque aliquando, quamvis non culpabili cupiditate, sed laudabili charitate moveamur, etiam dum nolumus, flemus. Habemus ergo eas ex humanae conditionis infirmitate: non autem ita Dominus Iesus, cuius et infirmitas fuit ex potestate. Sed dum vitae huius infirmitatem gerimus, si eas omnino nullas habeamus, tunc potius non recte vivimus. Vituperabat enim et detestabatur Apostolus quosdam, quos etiam esse dixit sine affectione [81]. Culpavit etiam illos sacer Psalmus, de quibus ait, *Sustinui qui simul contristaretur, et non fuit* [82]. Nam omnino non dolere, dum sumus in hoc loco miseriae, profecto, sicut quidam etiam apud saeculi huius litteratos sensit et dixit, non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore. Quocirca illa

[76] Mc. 3,5.
[77] Io. 11,15.
[78] Ibid. 35.
[79] Lc. 22,15.
[80] Mt. 26,38.
[81] Rom. 1,31.
[82] Ps. 68,21.

De aquí que lo llamado en griego ἀπάθεια, que, si se me permitiera, lo traduciría por impasibilidad, debe entenderse (pues se toma en el ánimo, no en el cuerpo) como una vida carente de estas afecciones, que surgen contra la razón y perturban la mente. Es ciertamente una cosa buena y optable en sumo grado, pero no es propia de esta vida. Y ésta no es voz de hombres vulgares, sino, sobre todo, de los piadosos y de los muy perfectos y santos: *Si dijéramos que no tenemos pecado, nosotros mismos nos engañamos y no hay verdad en nosotros.* Así, pues, esta ἀπάθεια sólo se realizará cuando no haya en el hombre pecado alguno. Al presente ya está bien vivir sin crimen, y el que piense que vive sin pecado no aleja de sí el pecado, sino el perdón. Por consiguiente, si el nombre de ἀπάθεια debe reservarse para cuando no pueda suscitarse en el ánimo afecto alguno, ¿quién no estimará que este estupor es peor que todos los vicios? Luego cabe decir sin absurdo que la perfecta beatitud que esperamos, carecerá de temor y de tristeza; pero ¿quién dirá que no habrá allí amor y gozo sino el que no reza con la verdad? Y si por ἀπάθεια se entiende ese estado en que el miedo no aterra y el dolor no angustia, debe ser esquivada en esta vida si queremos vivir rectamente, es decir, según Dios. Empero, debe esperarse para la vida bienaventurada, que se nos promete eterna.

5. El temor del que dice el apóstol San Juan: *En la caridad no hay temor; antes la perfecta caridad echa fuera al temor, porque el temor es pena, y el que teme no es consumado en la caridad,* no es del género de aquel que hacía recelar a

---

quae ἀπάθεια graece dicitur, quae si latine posset, impassibilitas diceretur, si ita intelligenda est (in animo quippe, non in corpore accipitur), ut sine his affectionibus vivatur, quae contra rationem accidunt mentemque perturbant, bona plane et maxime optanda est; sed nec ipsa huius est vitae. Non enim qualiumcumque hominum vox est, sed maxime piorum multumque iustorum atque sanctorum, *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est* [83]. Tunc itaque ἀπάθεια ista erit, quando peccatum in homine nullum erit. Nunc vero satis bene vivitur, si sine crimine: sine peccato autem qui se vivere existimat, non id agit, ut peccatum non habeat, sed ut veniam non accipiat. Porro si ἀπάθεια illa dicenda est, cum animum contingere omnino non potest ullus affectus, quis hunc stuporem non omnibus vitiis iudicet esse peiorem? Potest ergo non absurde dici perfectam beatitudinem sine stimulo timoris et sine ulla tristitia futuram: non ibi autem futurum amorem gaudiumque quis dixerit, nisi omni modo a veritate seclusus? Si autem ἀπάθεια illa est, ubi nec metus ullus exterret, nec angit dolor, aversanda est in hac vita, si recte, hoc est secundum Deum, vivere volumus: in illa vero beata, quae sempiterna promittitur, plane speranda est.

5. Timor namque ille de quo dicit apostolus Ioannes, *Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quia timor poenam habet; qui autem timet, non est perfectus in charitate* [84], non est eius ge-

[83] I Io. 1,8.
[84] I Io. 4,18.

San Pablo de que los corintios fueran seducidos por la astucia de la serpiente. Este temor lo disfruta la caridad, mejor diría, únicamente lo disfruta la caridad. Aquél, en cambio, es del que no se da en la caridad, y del que habla el apóstol San Pablo en estos términos: *No habéis recibido el espíritu de servidumbre para obrar todavía por temor*. Sin embargo, *el temor casto, que ha de permanecer por todos los siglos*, si ha de existir también en el siglo futuro (pues ¿de qué otro modo debe entenderse permanecer por todos los siglos?), no será un temor que nos apee del mal que puede sobrevenirnos, sino un temor que nos afianzará en el bien que no puede perderse. Porque, donde el amor del bien logrado es inmutable, se está asegurado, si vale la expresión, contra el mal, que debe precaverse.

Con el nombre de temor casto se significa aquella voluntad que nos lleva necesariamente a oponernos al pecado y a huirlo con la tranquilidad de la caridad, no con las inquietudes de la fragilidad por miedo a un posible pecado [21]. Y si es incompatible toda clase de temor con la seguridad cierta de los goces eternos y felices, se dijo esto: *El temor casto del Señor, que permanece por todos los siglos*, en el mismo sentido que esto otro: *Ni quedará frustrada para siempre la paciencia de los infelices*. La paciencia, que sólo es necesaria donde es preciso aguantar males, no será eterna; pero sí será eterno el término a que se llega por la paciencia. Quizá se dijo en el mismo sentido que el temor casto permanecerá por todos los siglos, es decir, que permanecerá la meta a que el temor conduce.

6. Siendo ello así, ya que debe llevarse una vida recta que

---

neris timor, cuius ille quo timebat apostolus Paulus, ne Corinthii serpentina seducerentur astutia [85]; hunc enim timorem habet charitas, imo non habet nisi charitas: sed illius est generis timor, qui non est in charitate; de quo ipse apostolus Paulus ait, *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timorem* [86]. *Timor* vero ille *castus, permanens in saeculum saeculi* [87], si erit et in futuro saeculo (nam quo alio modo potest intelligi permanere in saeculum saeculi?), non est timor exterrens a malo, quod accidere potest; sed tenens in bono, quod amitti non potest. Ubi enim boni adepti amor immutabilis est, profecto, si dici potest, mali cavendi timor securus est. Timoris quippe casti nomine ea voluntas significata est, qua nos necesse erit nolle peccare, et non sollicitudine infirmitatis, ne forte peccemus, sed tranquillitate charitatis cavere peccatum. Aut si nullius omnino generis timor esse poterit in illa certissima securitate perpetuorum feliciumque gaudiorum; sic dictum est, *Timor Domini castus, permanens in saeculum saeculi,* quemadmodum dictum est, *Patientia pauperum non peribit in aeternum* [88]. Neque enim aeterna erit ipsa patientia, quae necessaria non est, nisi ubi toleranda sunt mala: sed aeternum erit, quo per patientiam pervenitur. Ita fortasse timor castus in saeculum saeculi dictus est permanere, quia id permanebit, quo timor ipse perducit.

6. Quae cum ita sint, quoniam recta vita ducenda est, qua pervenien-

[85] 2 Cor. 11,3.
[86] Rom. 8,15.
[87] Ps. 18,10.
[88] Ps. 9,19.

nos arribe a la feliz, concluiremos que la vida recta tiene rectos todos esos afectos, y la vida desordenada los tiene desordenados. La vida, bienaventurada y eterna a la vez, tendrá un amor y un gozo no solamente rectos, sino también ciertos, y estará exenta de temor y de dolor. De aquí aparece ya por todos sus flancos cuáles deben ser en esta peregrinación los ciudadanos de la Ciudad de Dios que viven según el espíritu, no según la carne, es decir, según Dios, no según el hombre, y cuáles serán en la inmortalidad a que aspiran. Y, de rechazo, la ciudad de los impíos, o sea, la sociedad de los que viven no según Dios, sino según el hombre, y que siguen las enseñanzas de los hombres o de los demonios en el culto de la divinidad falsa y en el desprecio de la verdadera, sufre las sacudidas de estos afectos y como los latigazos de enfermedades y perturbaciones. Si ésta aloja en su seno algunos ciudadanos que parecen atemperar y moderar tales movimientos, son soberbios e hinchados con tal impiedad, que tanto mayores son sus temores, cuanto menores son sus dolores. Y si algunos tienen a gala eso con vanidad tanto más inhumana, cuanto más rara, para no verse exaltados y excitados ni allanados y doblegados por afecto alguno, pierden toda humanidad en lugar de alcanzar una serenidad verdadera. Porque no se es recto por ser duro, ni se está sano por ser insensible [23].

---

dum sit ad beatam, omnes affectus istos vita recta rectos habet, perversa perversos. Beata vero eademque aeterna amorem habebit et gaudium non solum rectum, verum etiam certum; timorem autem ac dolorem nullum. Unde iam apparet utcumque, quales esse debeant in hac peregrinatione cives civitatis Dei, viventes secundum spiritum, non secundum carnem, hoc est, secundum Deum, non secundum hominem: et quales in illa quo tendunt, immortalitate futuri sint. Civitas porro, id est societas, impiorum non secundum Deum, sed secundum hominem viventium, et in ipso cultu falsae, contemptuque verae divinitatis, doctrinas hominum daemonumve sectantium, his affectibus pravis tanquam morbis et perturbationibus quatitur. Et si quos cives habet qui moderari talibus motibus et eos quasi temperare videantur, sic impietate superbi et elati sunt, ut hoc ipso in eis sint maiores tumores, quo minores dolores. Et si nonnulli tanto immaniore, quanto rariore vanitate hoc in se ipsis adamaverint, ut nullo prorsus erigantur et excitentur, nullo flectantur atque inclinentur affectu: humanitatem totam potius amittunt, quam veram assequantur tranquillitatem. Non enim quia durum aliquid, ideo rectum; aut quia stupidum est, ideo sanum.

CAPITULO X

¿ESTUVIERON LOS PRIMEROS HOMBRES EN EL PARAÍSO, ANTES DE PECAR, EXENTOS DE PERTURBACIONES?

Se cuestiona, y no sin razón, si el primer hombre, o los primeros hombres (pues el matrimonio era de dos), antes del pecado, estaban sujetos en este cuerpo animal a esos afectos, de los que nos veremos libres en el cuerpo espiritual una vez purgado y finido todo pecado. Si estaban sujetos a ellos, ¿cómo eran felices en aquel celebrado lugar de beatitud, es decir, en el paraíso? ¿Quién puede llamarse absolutamente feliz estando afectado de temor o de dolor? Por otra parte, ¿qué podían temer o de qué se podían doler aquellos hombres, que nadaban en tanta afluencia de bienes, en un estado en que no temían la muerte ni enfermedad corporal alguna, en un lugar en que no faltaba nada a su buena voluntad y en que no había cosa que ofendiera la carne o el ánimo del hombre que vivía en felicidad? Reinaba allí un amor imperturbable a Dios, y los cónyuges entre sí vivían en una familiaridad fiel y sincera, y de este amor fluía un grande gozo, sin faltar un objeto de amor digno de disfrute. Evitaban el pecado sin inquietud alguna, y al esquivarlo no irrumpía en ellos otro mal que les angustiara. ¿O es que ardían en deseos de acercarse al árbol prohibido para comer de él y temían morir, y por eso el deseo y el miedo turbaban a aquellos hombres ya en el paraíso? Lejos de nosotros pensar que sucediera esto cuando no existía el pecado,

CAPUT X

AN PRIMOS HOMINES IN PARADISO CONSTITUTOS NULLIS PERTURBATIONIBUS, PRIUSQUAM DELIQUERINT, AFFECTOS FUISSE CREDENDUM SIT

Sed utrum primus homo vel primi homines (duorum erat quippe coniugium) habebant istos affectus in corpore animali ante peccatum, quales in corpore spirituali non habebimus, omni purgato finitoque peccato. non immerito quaeritur. Si enim habebant, quomodo erant beati in illo memorabili beatitudinis loco, id est paradiso? Quis tandem absolute dici beatus potest, qui timore afficitur, vel dolore? Quid autem timere aut dolere poterant illi homines in tantorum tanta affluentia bonorum. ubi nec mors metuebatur, nec ulla corporis mala valetudo; nec aberat quidquam, quod bona voluntas adipisceretur, nec inerat quod carnem animumve hominis feliciter viventis offenderet? Amor erat imperturbatus in Deum, atque inter se coniugum fida et sincera societate viventium, et ex hoc amore grande gaudium, non desistente quod amabatur ad fruendum. Erat derivatio tranquilla peccati, qua manente nullum omnino aliunde malum, quod contristaret, irruebat. An forte cupiebant prohibitum lignum ad vescendum contingere, sed mori metuebant; ac per hoc et cupiditas. et metus iam tunc illos homines etiam in illo perturbabat loco? Absit ut

ya que no carece de pecado desear lo que la ley de Dios prohibe y abstenerse de ello por temor a la pena, no por amor a la justicia. Lejos de nosotros—repito—pensar que antes de todo pecado existiera ya allí ese pecado, el admitir, aplicando al árbol lo que el Señor dice de la mujer: *Si alguien mirare a una mujer con mal deseo, ya adulteró en su corazón.*

Así, pues, toda la humanidad sería tan feliz como lo eran los primeros hombres, cuando ni las perturbaciones anímicas les inquietaban ni las incomodidades corporales les hacían mella, si ni ellos hubieran hecho el mal que transmitieron a sus descendientes, ni sus descendientes la iniquidad, merecedora de condenación. Y esta felicidad perduraría hasta que, en virtud de la bendición: *Creced y multiplicaos*, se colmara el número de los santos predestinados y se concediera otra felicidad mayor, cual se da a los muy bienaventurados ángeles. En ese estado sería ya cierta la seguridad de que nadie ha de pecar y nadie ha de morir, y la vida de los santos, sin haber probado el dolor, el trabajo y la muerte, sería tal cual será después de todo esto, en la incorrupción de los cuerpos, llegada la resurrección de los muertos.

hoc existimemus fuisse, ubi nullum erat omnino peccatum. Neque enim nullum peccatum est, ea quae lex Dei prohibet concupiscere, atque ab his abstinere timore poenae, non amore iustitiae. Absit, inquam, ut ante omne peccatum iam ibi fuerit tale peccatum, ut hoc de ligno admitterent, quod de muliere Dominus ait, *Si quis viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo*[89]. Quam igitur felices erant primi homines, et nullis agitabantur perturbationibus animorum, nullis corporum laedebantur incommodis: tam felix universa societas esset humana, si nec illi malum, quod etiam in posteros traiecerunt, nec quisquam ex eorum stirpe iniquitatem committeret, quae damnationem reciperet: atque ista permanente felicitate, donec per illam benedictionem, qua dictum est, *Crescite, et multiplicamini*[90], praedestinatorum sanctorum numerus compleretur, alia maior daretur, quae beatissimis Angelis data est: ubi iam esset certa securitas peccaturum neminem, neminemque moriturum: et talis esset vita sanctorum, post nullum laboris, doloris, mortis experimentum, qualis erit post haec omnia in incorruptione corporum reddita resurrectione mortuorum.

[89] Mt. 5,28.
[90] Gen. 1,28.

CAPITULO XI

La caída del primer hombre. En él, la naturaleza fué creada tan perfecta, que sólo puede ser reparada por su autor

1. Porque Dios lo presupo todo y no pudo ignorar el pecado del hombre, debemos asentar la Ciudad santa según lo que El presupo y dispuso, no según lo que ha podido venir en conocimiento nuestro, al que escapan los planes divinos. El hombre, con su pecado, fué incapaz de alterar el decreto divino, como si obligara a Dios a cambiar de decisión. Dios previó en su presencialidad ambas cosas, a saber, lo malo que había de ser el hombre, creado por El bueno, y el bien que El había de obrar con el hombre. En efecto, aunque es verdad que se dice que Dios cambia de decisión (de aquí que en las santas Escrituras se lea que Dios se arrepintió, pero expresado trópicamente), se habla así en relación con lo que el hombre esperaba, o encerraba en sí el orden de las causas naturales, no en relación con la presciencia efectiva del Omnipotente. Dios, como está escrito, creó al hombre recto, y, por consiguiente, con una voluntad buena, porque sin voluntad buena no sería recto. La buena voluntad es, pues, obra de Dios, ya que el hombre fué creado por Dios con ella. La mala voluntad primera, que precedió en el hombre a todas las demás obras malas, fué, más bien que una obra, un declinar de las obras de Dios a las propias. Y estas obras son malas, porque son según el propio canon, no según Dios, de forma que la mala voluntad o el hombre, en

CAPUT XI

De lapsu primi hominis, in quo bene condita natura est, nec potest nisi a suo Auctore reparari

1. Sed quia Deus cuncta praescivit, et ideo hominem quoque peccaturum ignorare non potuit; secundum id quod praescivit atque disposuit civitatem sanctam, eam debemus asserere, non secundum illud quod in nostram cognitionem pervenire non potuit, quia in Dei dispositione non fuit. Nec enim homo peccato suo divinum potuit perturbare consilium, quasi Deum quod statuerat mutare compulerit: cum Deus praesciendo utrumque praevenerit, id est, et homo, quem bonum ipse creavit, quam malus esset futurus, et quid boni etiam sic de illo esset ipse facturus. Deus enim etsi dicitur statuta mutare (unde tropica locutione in Scripturis sanctis etiam poenituisse legitur Deum [91]), iuxta id dicitur, quod homo speraverat, vel naturalium causarum ordo gestabat; non iuxta id quod se Omnipotens facturum esse praesciverat. Fecit itaque Deus, sicut scriptum est, hominem rectum [92]: ac per hoc voluntatis bonae. Non enim rectus esset, bonam non habens voluntatem. Bona igitur voluntas opus est Dei: cum ea quippe ab illo factus est homo. Mala vero voluntas prima, quoniam

[91] Gen. 6,6; 1 Reg. 15,11.
[92] Eccle. 7,30.

cuanto de mala voluntad, es como el árbol malo, del que proceden las obras como malos frutos.

De aquí que la mala voluntad, aun cuando no sea según la naturaleza, sino contra la naturaleza, porque es vicio, sea de la misma naturaleza que el vicio, que no puede existir sino en una naturaleza. Y sólo en la naturaleza creada de la nada, no en la que engendró el Creador de sí mismo, como el Verbo, por el que fueron hechas todas las cosas. Porque, aunque es verdad que Dios formó al hombre del polvo, la tierra y toda materia terrena procede de la nada absoluta, igual que el alma infundida al cuerpo cuando creó Dios al hombre. Los males son superados por los bienes, hasta tal punto que los bienes pueden existir sin los males, bien que se permita existir a éstos para hacer resaltar el buen uso que puede hacer de ellos la justicia providentísima del Creador. Así el Dios verdadero y sumo, así todas las criaturas, celestiales, invisibles y visibles, que están sobre este aire caliginoso. En cambio, los males no pueden existir sin los bienes, porque las naturalezas en que subsisten, en cuanto naturalezas, son buenas [24]. Se substrae, pues, el mal sin substraer naturaleza extraña alguna o parte de ella, sino la que había sido viciada y corrompida, sanada y corregida. El albedrío de la voluntad es verdaderamente libre cuando no es esclavo de vicios y de pecados. En esa condición fué dado por Dios, y, una vez perdido por vicio propio, no puede ser devuelto sino por El, que pudo darlo [25]. Por eso dice la Verdad: *Si el Hijo os da la libertad, entonces seréis verdaderamente libres.* Esto equivale a decir: Si el Hijo os da la salva-

omnia mala opera praecessit in homine, defectus potius fuit quidam ab opere Dei ad sua opera, quam opus ullum. Et ideo mala opera, quia secundum se, non secundum Deum: ut eorum operum tanquam fructuum malorum voluntas ipsa esset velut arbor mala, aut ipse homo in quantum malae voluntatis. Porro mala voluntas, quamvis non sit secundum naturam, sed contra naturam, quia vitium est; tamen eius naturae est, cuius est vitium, quod nisi in natura non potest esse: sed in ea quam creavit ex nihilo, non quam genuit Creator de semetipso, sicut genuit Verbum, per quod facta sunt omnia. Quia etsi de terrae pulvere Deus finxit hominem; eadem terra omnisque terrena materies omnino de nihilo est, animamque de nihilo factam dedit corpori, cum factus est homo. Usque adeo autem mala vincuntur a bonis, ut quamvis sinantur esse ad demonstrandum quam possit et ipsis bene uti iustitia providentissima Creatoris; bona tamen sine malis esse possint, sicut Deus ipse verus et summus, sicut omnis super istum caliginosum aerem caelestis invisibilis visibilisque creatura; mala vero sine bonis esse non possint, quoniam naturae in quibus sunt, in quantum naturae sunt, utique bonae sunt. Detrahitur porro malum, non aliqua natura quae accesserat vel ulla eius parte sublata, sed ea quae vitiata ac depravata fuerat, sanata atque correcta. Arbitrium igitur voluntatis tunc est vere liberum, cum vitiis peccatisque non servit. Tale datum est a Deo: quod amissum proprio vitio, nisi a quo dari potuit, reddi non potest. Unde Veritas dicit, *Si vos Filius liberaverit, tunc vere liberi eritis* [93]. Idipsum

[93] Io. 8,36.

ción, entonces seréis verdaderamente salvos. Es, pues, Libertador por el hecho de ser Salvador.

2. El hombre vivía según Dios en el paraíso corporal y espiritual a la vez. No es que hubiera un paraíso corporal por los bienes del cuerpo y no fuera espiritual por los de la mente; o un paraíso espiritual, hontanar de goces para los sentidos interiores del hombre, y no uno corporal, fuente de gozo para los sentidos exteriores. Es cierto que uno y otro existían por estos dos fines [26]. Luego el ángel soberbio y envidioso, alejado de Dios por su orgullo y encastillado en sí mismo, prefiriendo gozar de los sujetos a él por su altivez tiránica, más que estar él sujeto, cayó del paraíso espiritual. (De su caída y de la de sus compañeros, que de ángeles de Dios se tornaron en ángeles malos, ya he hablado, según mis posibilidades, en los libros XI y XII de esta obra.) En su caída, afectando serpentear en los sentidos del hombre con cautelosa astucia—es que le envidiaba porque él había caído y el hombre se mantenía en pie—, escogió en el paraíso corporal, donde vivían en compañía de los demás animales mansos e inofensivos, dos hombres, el varón y la mujer; escogió, digo, la culebra, un animal lúbrico y que se mueve con tortuosos meneos, apto para el propósito de hablar por su boca. Y, abusando de él como de instrumento gracias a su presencia angélica y a su naturaleza superior, con perversidad espiritual, habló con falacia a la mujer. Comenzó por la parte inferior de la sociedad humana, para ascender gradualmente al todo, en la conciencia de que el varón no sería tan fácilmente crédulo y que no podría ser engañado por error de no ser accediendo al error ajeno. Así como Aarón

est autem, ac si diceret, Si vos Filius salvos fecerit, tunc vere salvi eritis. Inde quippe liberator, unde salvator.

2. Vivebat itaque homo secundum Deum in paradiso, et corporali et spirituali. Neque enim erat paradisus corporalis propter corporis bona, et propter mentis non erat spiritualis; aut vero erat spiritualis quo per interiores, et non erat corporalis quo per exteriores sensus homo frueretur. Erat plane utrumque propter utrumque. Postea vero quam superbus ille angelus, ac per hoc invidus, per eamdem superbiam a Deo ad semetipsum conversus, quodam quasi tyrannico fastu gaudere subditis, quam esse subditus eligens, de spirituali paradiso cecidit (de cuius lapsu sociorumque eius, qui ex Angelis Dei angeli eius effecti sunt, in libris undecimo et duodecimo huius operis satis, quantum potui, disputavi), malesuada versutia in hominis sensus serpere affectans, cui utique stanti, quoniam ipse ceciderat, invidebat, colubrum in paradiso corporali, ubi cum duobus illis hominibus masculo et femina animalia etiam terrestria caetera subdita et innoxia versabantur, animal scilicet lubricum et tortuosis anfractibus mobile, operi suo congruum, per quem loqueretur, elegit; eoque per angelicam praesentiam praestantioremque naturam spirituali nequitia sibi subiecto, et tanquam instrumento abutens, fallacia sermocinatus est feminae: a parte scilicet inferiore illius humanae copulae incipiens, ut gradatim perveniret ad totum; non existimans virum facile credulum, nec errando posse decipi, sed dum alieno cedit errori. Sicut enim Aaron erranti populo ad idolum fabricandum non consensit inductus, sed cessit

no dió su consentimiento al pueblo para la construcción del ídolo inducido por error, sino que cedió obligado; ni es creíble que Salomón pensara erróneamente que debía sacrificarse a los ídolos, sino que fué forzado por la coquetería de sus concubinas a cometer tales sacrilegios; así estamos en nuestro derecho al suponer que aquel varón violó la ley de Dios, no porque creyera en la verdad aparente que le dijera su mujer y seducido por ella, uno a una, hombre a hombre, cónyuge a cónyuge, sino porque condescendió con ella por el amor que les unía [27]. No en vano dijo el Apóstol: *Adán no fué engañado; en cambio, la mujer sí.* Ella tomó por verdaderas las palabras de la serpiente, y él no quiso desgajar aquel único enlace ni aun en la comunión de pecado. No por eso es menos culpable, pues pecó a ciencia y conciencia. A este tenor no dice el Apóstol: «No pecó», sino: *No fué engañado.* Su pecado lo deja al descubierto al decir: *Por un hombre entró el pecado en el mundo;* y poco después más claramente: *Con una transgresión semejante a la prevaricación de Adán.* Entiende, pues, por engañados aquellos que creen que lo que hacen no es pecado; pero Adán supo que lo era. De otra forma, ¿cómo será verdadero: *Adán no fué engañado?* Mas, sin experiencia de la severidad divina, pudo quizá engañarse en la apreciación, juzgando que lo cometido era venial. Y por esto él no fué seducido en lo que lo fué la mujer, pero se engañó en el modo con que había de juzgar Dios la excusa: *La mujer que me diste, me ofreció y comí.* ¿Para qué más? Aunque no fueron ambos engañados creyendo, con todo, ambos fueron cogidos en pecado e implicados en las redes del demonio.

obstrictus [94]; nec Salomonen credibile est errore putasse idolis esse serviendum, sed blanditiis femineis ad illa sacrilegia fuisse compulsum [95]: ita credendum est, illum virum suae feminae, uni unum, hominem homini, coniugem coniugi, ad Dei legem transgrediendam, non tanquam verum loquenti credidisse seductum, sed sociali necessitudine paruisse. Non enim frustra dixit Apostolus, *Sed et Adam non est seductus, mulier autem seducta est* [96]: nisi quia illa quod ei serpens locutus est, tanquam verum esset, accepit, ille autem ab unico noluit consortio dirimi, nec in communione peccati; nec ideo minus reus, sed sciens prudensque peccavit. Unde et Apostolus non ait, Non peccavit; sed, *Non est seductus.* Nam utique ipsum ostendit, ubi dicit, *Per unum hominem intravit peccatum in mundum:* et paulo post apertius, *In similitudine*, inquit, *praevaricationis Adae* [97]. Eos autem seductos intelligi voluit, qui id quod faciunt, non putant esse peccatum: ille autem scivit. Alioquin quomodo verum erit, *Adam non est seductus?* Sed inexpertus divinae severitatis in eo falli potuit, ut veniale crederet esse commissum. Ac per hoc in eo quidem quo mulier seducta est, non est ille seductus, sed eum fefellit, quomodo fuerat iudicandum quod erat dicturus, *Mulier quam dedisti mecum, ipsa mihi dedit, et manducavi* [98]. Quid ergo pluribus? Etsi credendo non sunt ambo decepti, peccando tamen ambo sunt capti, et diaboli laqueis implicati.

[94] Ex. 32,3-5.
[95] 3 Reg. 11,4.
[96] 1 Tim. 2,14.
[97] Rom. 5,12.14.
[98] Gen. 3,12.

CAPITULO XII

EL PECADO DEL PRIMER HOMBRE

Si a alguien sorprende por qué no se cambia la naturaleza humana con otros pecados como se cambió con la prevaricación de los dos primeros padres, causa originaria de corrupción tan grande cual es la que vemos y sentimos; y de estar sometidos a la muerte y padecer perturbaciones y oscilaciones procedentes de afectos tan contrarios entre sí, cosas que ciertamente no existieron en el paraíso antes del pecado, a pesar de que vivían también en cuerpo animal; si a alguien le sorprende esto, repito, no debe estimar que lo cometido fué leve y de poca monta, porque se redujo a un bocado no malo ni nocivo, sino prohibido [28]. Dios no creó ni plantó nada malo en aquel lugar de delicias. En el mandato se encareció la obediencia, virtud que es, en cierto modo, la madre y la tutora de todas las demás virtudes de la criatura racional [29], cuya creación se acomodó a esta norma: Le es útil estar sometida, y nocivo hacer su voluntad y no la de su Creador [30]. Y, puesto que no comer de ciertos árboles, donde había tanta abundancia, era un precepto tan sencillo de observar y tan breve para retener en la memoria, máxime cuando la cupididad aún no ofrecía resistencia a la voluntad, que es consecuencia de la pena de la transgresión, su violación fué tanto más injusta cuanto más fácil era su observancia [31].

CAPUT XII

DE QUALITATE PRIMI PECCATI PER HOMINEM ADMISSI

Si quem vero movet, cur aliis peccatis sic natura non mutetur humana, quemadmodum illa duorum primorum hominum praevaricatione mutata est; ut tantae corruptioni, quantam videmus atque sentimus, et per hanc subiaceret morti, ac tot et tantis tamque inter se contrariis perturbaretur et fluctuaret affectibus, qualis in paradiso ante peccatum, licet in corpore esset animali, utique non fuit: si quis hoc movetur, ut dixi, non ideo debet existimare leve ac parvum illud fuisse commissum, quia in esca factum est, non quidem mala, nec noxia, nisi quia prohibita. Neque enim quidquam mali Deus in illo tantae felicitatis loco crearet atque plantaret. Sed obedientia commendata est in praecepto, quae virtus in creatura rationali mater quodammodo est omnium custosque virtutum: quandoquidem ita facta est, ut ei subditam esse sit utile; perniciosum autem suam, non eius a quo creata est, facere voluntatem. Hoc itaque de uno cibi genere non edendo, ubi aliorum tanta copia subiacebat, tam leve praeceptum ad observandum, tam breve ad memoria retinendum, ubi praesertim nondum voluntati cupiditas resistebat, quod de poena transgressionis postea subsecutum est, tanto maiore iniustitia violatum est, quanto faciliore posset observantia custodiri.

CAPITULO XIII

EN ADÁN LA MALA VOLUNTAD PRECEDIÓ A LA OBRA MALA

1. Sin embargo, comenzaron a ser malos en lo interior para despeñarse luego a una desobediencia formal, porque no se hubiera consumado la obra mala de no haber precedido la mala voluntad. Ahora bien, ¿cuál pudo ser el principio de la mala voluntad sino la soberbia? *El principio de todo pecado es la soberbia,* leemos. Y ¿qué es la soberbia sino un apetito de celsitud perversa? La celsitud perversa consiste en abandonar el principio a que el ánimo debe estar unido y hacerse en cierta manera principio para sí y serlo. Esto sucede cuando el espíritu se agrada demasiado a sí mismo, y se agrada demasiado a sí mismo cuando declina del bien inmutable, que debe agradarle más que él a sí mismo [32]. Este declinar es espontáneo, pues si la voluntad hubiera permanecido estable en el amor del bien superior e inmutable, que la iluminaba para ver y la encendía para amar, no se hubiera apartado de él para agradarse a sí misma y entenebrecerse y enfriarse por este apartamiento. Esto llevó consigo que ella creyera que la serpiente había dicho verdad y que él antepusiera el querer de su esposa al mandato de Dios y pensara que su transgresión era venial si no se separaba de la compañera de su vida ni aun en la comisión del pecado. Luego la obra mala, es decir, la transgresión, el comer del fruto prohibido, la hicieron quienes eran ya malos, porque el mal fruto, como es esa acción, no lo pro-

---

CAPUT XIII

QUOD IN PRAEVARICATIONE ADAE AD OPUS MALUM VOLUNTAS PRAECESSIT MALA

1. In occulto autem mali esse coeperunt, ut in apertam inobedientiam laberentur. Non enim ad malum opus perveniretur, nisi praecessisset mala voluntas. Porro malae voluntatis initium quod potuit esse nisi superbia? *Initium* enim *omnis peccati superbia est* [99]. Quid est autem superbia, nisi perversae celsitudinis appetitus? Perversa enim celsitudo est, deserto eo cui debet animus inhaerere principio, sibi quodammodo fieri atque esse principium. Hoc fit, cum sibi nimis placet. Sibi vero ita placet, cum ab illo bono immutabili deficit, quod ei magis placere debuit quam ipse sibi. Spontaneus est autem iste defectus: quoniam si voluntas in amore superioris immutabilis boni, a quo illustrabatur ut videret, et accendebatur ut amaret, stabilis permaneret, non inde ad sibi placendum averteretur, et ex hoc tenebresceret et frigesceret, ut vel illa verum crederet dixisse serpentem, vel ille Dei mandato uxoris praeponeret voluntatem, putaretque se venialiter transgressorem esse praecepti, si vitae suae sociam non desereret etiam in societate peccati. Non malum ergo opus factum est, id est, illa transgressio, ut cibo prohibito vescerentur, nisi ab eis qui iam

[99] Eccli. 10,15

duce sino el árbol malo. Y esto de que el árbol fuera malo procede de algo contrario a la naturaleza, pues tiene su origen en el vicio de la voluntad, que es contrario a la naturaleza. El vicio, sin embargo, no puede malear toda naturaleza, sino sólo la hecha de la nada. De donde se sigue que su ser, el ser naturaleza, lo debe a Dios, que es su Hacedor, y la caída de su ser a haber sido hecha de la nada. El hombre en su caída no fué reducido a la nada absoluta, sino que, doblado hacia sí mismo, su ser vino a ser menos que cuando estaba unido al que es en sumo grado [33]. Ser en sí mismo, o mejor, complacerse en sí mismo, abandonando a Dios, no es ser nada, sino acercarse a la nada [34]. Por eso a los soberbios, en las sagradas Escrituras, se les denomina también diciendo que son *los que se complacen en sí mismos*. Es bueno tener en alto el corazón, pero no hacia sí mismo, que es privativo de la soberbia, sino hacia el Señor, que es propio de la obediencia, coto cerrado de los humildes [35].

Conclusión: Es propio de la humildad—¡cosa maravillosa!—el elevar el corazón, y exclusivo de la soberbia el abajarlo. Al parecer, es una paradoja que la soberbia vaya hacia abajo y la humildad hacia arriba. Pero resulta que la humildad piadosa nos somete a lo superior, y nada hay superior a Dios, y por eso la humildad que nos somete a Dios nos exalta. En cambio, la soberbia, que radica en un vicio, a la vez que desdeña el estar sometida, se desprende del ser superior al cual no hay nada, y se torna inferior, cumpliéndose así lo que está escrito: *Los derribaste cuando más se elevaban* [36]. Nótese que *no* dice: «Una vez que se hayan elevado», como si primero se en-

mali erant. Neque enim fieret ille fructus malus, nisi ab arbore mala [100]. Ut autem esset arbor mala, contra naturam factum est: quia nisi vitio voluntatis, quod contra naturam est, non utique fieret. Sed vitio depravari, nisi ex nihilo facta, natura non posset. Ac per hoc ut natura sit, ex eo habet quod a Deo facta est; ut autem ab eo quod est deficiat, ex hoc quod de nihilo facta est. Nec sic defecit homo, ut omnino nihil esset: sed ut inclinatus ad se ipsum minus esset, quam erat, cum ei qui summe est inhaerebat. Relicto itaque Deo, esse in semetipso, hoc est sibi placere, non iam nihil esse est, sed nihilo propinquare. Unde superbi secundum Scripturas sanctas alio nomine appellantur, *sibi placentes* [101]. Bonum est enim *sursum habere cor: non tamen ad se ipsum, quod est superbiae*; sed ad Dominum, quod est obedientiae, quae nisi humilium non potest esse. Est igitur aliquid humilitatis miro modo quod sursum faciat cor, et est aliquid elationis quod deorsum faciat cor. Hoc quidem quasi contrarium videtur, ut elatio sit deorsum, et humilitas sursum. Sed pia humilitas facit subditum superiori; nihil est autem superius Deo: et ideo exaltat humilitas, quae facit subditum Deo. Elatio autem quae in vitio est, eo ipso quo respuit subiectionem, et cadit ab illo, quo non est quidquam superius, et ex hoc erit inferius, et fit quod scriptum est: *Deiecisti eos, cum extollerentur* [102]. Non enim ait, Cum elati fuissent, ut prius extollerentur, et

[100] Mt. 7,18.
[101] 2 Petr. 2,10.
[102] Ps. 72,18.

gallaran y luego fueran aplastados, sino: *cuando más se elevan*, entonces precisamente son allanados. Es decir, que el *mismo exaltarse es ya ser allanado*. Por este motivo se encarece la humildad ahora en esta Ciudad de Dios a la Ciudad de Dios que peregrina en este siglo, y el ejemplo cumbre lo tiene en su Rey, Cristo. Las sagradas Letras enseñan que la elación domina sobre todo en el enemigo de esta Ciudad, que es el demonio. En esto radica la diferencia profunda que distingue las dos ciudades de que hablamos. Una es la sociedad de los hombres piadosos y otra la de los hombres impíos, cada cual con los ángeles de su gremio, en los cuales precedió, allí el amor a Dios y aquí el amor a sí mismo [37].

2. No hubiera, pues, el diablo sorprendido al hombre en un pecado tan claro y manifiesto, que consistió en hacer lo que Dios había prohibido, si él no hubiese comenzado a agradarse ya a sí mismo. Por eso le encantó la idea: *Seréis como dioses*. Y hubieran podido serlo mejor manteniéndose obedientes a su verdadero y soberano principio que constituyéndose ellos mismos principio para sí por la soberbia. En efecto, los dioses creados no son dioses por su verdad, sino por participación del Dios verdadero [38]. Con todo, cuando más apetece, es menos, y mientras ama ser autosuficiente, pierde a Aquel que verdaderamente le basta. El mal, que mueve al hombre a agradarse a sí mismo, como si fuera él luz, y a apartarse de aquella luz, que, si le agrada, le hace a él también luz, precedió primero en secreto y siguió luego en público. Porque es verdad lo que está escrito: *Antes de la caída, el corazón se exalta, y antes de la gloria se humilla*. Es cierto que la caída que tiene lugar en

postea deiicerentur: sed *cum extollerentur*, tunc deiecti sunt. Ipsum quippe extolli, iam deiici est. Quapropter quod nunc in civitate Dei, et civitati Dei in hoc saeculo peregrinanti maxime commendatur humilitas, et in eius Rege, qui est Christus, maxime praedicatur; contrariumque huic virtuti elationis vitium, in eius adversario, qui est diabolus, maxime dominari, sacris Litteris edocetur: profecto ista est magna differentia, qua civitas, unde loquimur, utraque discernitur; una scilicet societas piorum hominum, altera impiorum, singula quaeque cum Angelis ad se pertinentibus, in quibus praecessit hac amor Dei, hac amor sui.

2. Manifesto ergo apertoque peccato, ubi factum est quod Deus fieri prohibuerat, diabolus hominem non cepisset, nisi iam ille sibi ipsi placere coepisset. Hinc enim et delectavit quod dictum est, *Eritis sicut dii* [103]. Quod melius esse possent summo veroque principio cohaerendo per obedientiam, non suum sibi existendo principium per superbiam. Dii enim creati, non sua veritate, sed Dei veri participatione sunt dii. Plus autem appetendo, minus est: qui dum sibi sufficere diligit, ab illo qui ei vere sufficit, deficit. Illud itaque malum, quo cum sibi homo placet, tanquam sit et ipse lumen, avertitur ab eo lumine, quod ei si placeat et ipse fit lumen: illud, inquam, malum praecessit in abdito, ut sequeretur hoc malum quod perpetratum est in aperto. Verum est enim quod scriptum est: *Ante ruinam exaltatur cor, et ante gloriam humiliatur* [104]. Illa prorsus

[103] Gen. 3,5.
[104] Prov. 16,18.

secreto precede a la caída que se realiza a la luz, aunque no se piensa que aquélla es caída. ¿Quién estima exaltación a la caída? Y, sin embargo, allí existe ya un desfallecimiento, el abandonar al Excelso [39]. ¿Quién no ve que hay caída cuando se da la transgresión de un mandato cierto e incontrastable? Dios lo prohibió para que, una vez consentido, no pudiera ser soslayado ni por imaginación siquiera. Y aun me atrevo a decir que a los soberbios es útil la caída en algún pecado claro y patente, *a fin de que se desplazcan ellos*, que habían caído ya, *complaciéndose en sí mismos* [40]. El desplacerse de Pedro cuando lloró, fué más saludable que su complacerse cuando presumió de sí. Este es también el pensamiento del salmo sagrado: *Llena su rostro de ignominia y buscarán tu nombre, Señor;* es decir, para que tú agrades a los que buscan tu nombre, que se agradaron buscando el propio.

CAPITULO XIV

La soberbia de la transgresión fué peor que la transgresión

La soberbia es peor y más condenable, porque busca el recurso de la excusa aun para los pecados más evidentes. Así hicieron los primeros hombres. Ella dijo: *La serpiente me engañó y comí,* y él a su vez: *La mujer que me diste por compañera me dió del fruto y comí.* Nunca suena la petición del perdón,

---

ruina quae fit in occulto, praecedit ruinam quae fit in manifesto, dum illa ruina esse non putatur. Quis enim exaltationem ruinam putat; cum iam ibi sit defectus, quo est relictus Excelsus? Quis autem ruinam esse non videat, quando fit mandati evidens atque indubitata transgressio? Propter hoc Deus illud prohibuit, quod cum esset admissum, nulla defendi posset imaginatione iustitiae. Et audeo dicere, superbis esse utile cadere in aliquod apertum manifestumque peccatum, unde sibi displiceant, qui iam sibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus sibi displicuit quando flevit, quam sibi placuit quando praesumpsit [105]. Hoc dicit et sacer Psalmus: *Imple facies eorum ignominia, et quaerent nomen tuum, Domine* [106]: id est, ut tu eis placeas quaerentibus nomen tuum, qui sibi placuerunt quaerendo suum.

CAPUT XIV

De superbia transgressionis, quae ipsa fuit transgressione deterior

Sed est peior damnabiliorque superbia, qua etiam in peccatis manifestis suffugium excusationis inquiritur sicut illi primi homines, quorum et illa dixit, *Serpens seduxit me, et manducavi;* et ille dixit, *Mulier quam dedisti mecum, haec mihi dedit a ligno, et edi* [107]. Nusquam hic sonat pe-

[105] Mt. 26,75.33.
[106] Ps. 82,17.
[107] Gen. 3,13.12.

nunca la impetración del remedio. Aunque, como Caín, no nieguen que lo han cometido, con todo la soberbia busca descargar sobre otro la responsabilidad de sus malas obras. La soberbia de la mujer culpa a la serpiente, y la del varón, a la mujer. Mas, cuando se da una transgresión formal del mandato divino, hay una auténtica acusación, más bien que una excusación. Y no se vieron libres de pecado, porque la mujer lo cometió aconsejada por la serpiente, y el varón a instancias de la mujer, como si hubiera de creerse o de ceder a algo antes que a Dios.

CAPITULO XV

Justicia del castigo impuesto a la desobediencia de los primeros padres

1. Tan pronto como el hombre despreció el mandato de Dios, de ese Dios que lo había creado, que lo había hecho a su imagen y antepuesto a los demás animales, que lo había constituído en el paraíso y le había dado abundancia de todas las cosas y de salud, que, lejos de imponerle muchos preceptos graves y difíciles, le había provisto, para encarecer la obediencia, de uno muy ligero y breve, con el que advertía a la criatura que El era su Señor y que le convenía servirle libremente, siguió una justa condenación. Y esta condenación fué tal, que el hombre, que, guardando el mandamiento, había de ser espiritual aun en la carne, se trocó en carnal aun en la mente.

---

titio veniae, nusquam imploratio medicinae. Nam licet isti non sicut Cain, quod commiserunt, negent [108], adhuc tamen superbia in alium quaerit referre, quod perperam fecit: superbia mulieris, in serpentem; superbia viri, in mulierem. Sed accusatio potius quam excusatio vera est, ubi mandati divini est aperta transgressio. Neque enim hoc propterea non fecerunt, quia id *mulier serpente suadente, vir muliere impertiente commisit; quasi* quidquam Deo, cui vel crederetur, vel cederetur, anteponendum fuerit.

CAPUT XV

De iustitia retributionis, quam primi homines pro sua inobedientia receperunt

1. Quia ergo contemptus est Deus iubens, qui creaverat, qui ad suam imaginem fecerat, qui caeteris animalibus praeposuerat, qui in paradiso constituerat, qui rerum omnium copiam salutisque praestiterat, qui praeceptis nec pluribus nec grandibus nec difficilibus oneraverat, sed uno brevissimo atque levissimo ad obedientiae salubritatem adminiculaverat, quo eam creaturam, cui libera servitus expediret, se esse Dominum commonebat: iusta damnatio subsecuta est, talisque damnatio, ut homo qui custodiendo mandatum futurus fuerat etiam carne spiritualis, fieret etiam mente carnalis; et qui sua superbia sibi placuerat, Dei iustitia sibi dona-

[108] Ibid., 4,9.

Como él, por su soberbia, se complació en sí mismo, la justicia de Dios le entregó a sí mismo, y no para vivir en su pura independencia, sino para arrastrar, luchando contra sí mismo, en lugar de la libertad que deseó, una servidumbre dura y miserable bajo el poder de aquel a quien dió su consentimiento pecando. Muerto voluntariamente en espíritu, había de morir contra su voluntad en el cuerpo, y, desertor de la vida eterna, quedaba condenado también a una muerte eterna *si la gracia no* le librara [41]. Quien estime esta condenación excesiva o injusta, no sabe ciertamente pesar cuál fué la injusticia de un pecado cometido en circunstancias en que era tan fácil no pecar... Así como la obediencia de Abrahán se encomia merecidamente, porque el matar a su hijo era un mandato muy duro y difícil, así la desobediencia del paraíso se acrece tanto más cuanto que el mandato carecía en absoluto de dificultad. Y como la obediencia del segundo Adán es más admirable, por haberse hecho obediente hasta la muerte, así la desobediencia del primero es más detestable, porque se hizo desobediente hasta morir. Y siendo tan grande la pena impuesta a la desobediencia, y el mandamiento del Creador tan fácil, ¿quién explicará sobradamente el mal que entraña no obedecer en cosa tan fácil y a un precepto de tan grande poder y que aterra con tamaño suplicio?

2. En puridad, y para decirlo en pocas palabras, ¿qué se retribuyó como pena al pecado de desobediencia sino la desobediencia? Y ¿qué miseria hay más propia del hombre que la desobediencia de sí mismo contra sí mismo [42], de forma que, por no haber querido lo que pudo, quiera ahora lo que

---

retur; nec sic ut in sua esset omnimodis potestate, sed a se ipse quoque dissentiens, sub illo cui peccando consensit, pro libertate quam concupivit, duram miseramque ageret servitutem; mortuus spiritu volens, et corpore moriturus invitus: desertor aeternae vitae, etiam aeterna, nisi gratia liberaret, morte damnatus. Quisquis huiusmodi damnationem vel nimiam, vel iniustam putat, metiri profecto nescit quanta fuerit iniquitas in peccando, ubi tanta erat non peccandi facilitas. Sicut enim Abrahae non immerito magna obedientia praedicatur, quia ut occideret filium, res difficillima est imperata [109]: ita in paradiso tanto maior inobedientia fuit, quanto id quod praeceptum est, nullius difficultatis fuit. Et sicut obedientia secundi hominis eo praedicabilior, quo factus est obediens usque ad mortem [110]: ita inobedientia primi hominis eo detestabilior, quo factus est inobediens usque ad mortem. Ubi enim magna est inobedientiae poena proposita, et res a Creatore facilis imperata, quisnam satis explicet, quantum malum sit, non obedire in re facili, et tantae potestatis imperio, et tanto terrenti supplicio?

2. Denique, ut breviter dicatur, in illius peccati poena quid inobedientiae nisi inobedientia retributa est? Nam quae hominis est alia miseria, nisi adversus eum ipsum inobedientia eius ipsius, ut quoniam noluit quod potuit, quod non potest velit? In paradiso enim etiamsi non omnia

[109] Gen. 22,2.
[110] Phil. 2,8.

no puede? Aunque es verdad que en el paraíso antes del pecado no lo podía todo, sin embargo, sólo quería lo que podía, y, por tanto, podía todo lo que quería. Empero, ahora, como vemos en su descendencia y nos atestigua la divina Escritura, *el hombre se ha hecho semejante a la vanidad*. ¿Quién podrá contar las cosas que quiere y no puede, en tanto que el ánimo es contrario a sí mismo, y la carne, inferior a él, no obedece a su voluntad? [43]. Verdad es que el ánimo se turba frecuentemente aun contra su voluntad y que la carne se duele, envejece y muere, y ¡ay, cuánto padecemos que no padeciéramos si nuestra naturaleza obedeciera en todo y sin medida a nuestra voluntad! Mas la carne está sujeta a una enfermedad que no le permite obedecer. ¿Qué importa el porqué de que, mientras nuestra carne, que nos había estado sujeta, nos es una carga al no obedecernos, por la justicia del Dios dominador, a quien no hemos querido rendir nuestro servicio, nos hayamos convertido en una carga para nosotros, no para El? El no necesita de nuestro servicio, como nosotros necesitamos del servicio del cuerpo, y por eso es pena nuestra lo que recibimos y no es pena de El lo que hicimos. Además, los dolores que se dicen de la carne son propios del alma que los sufre en la carne y por medio de ella. Pues ¿qué? ¿Puede sentir dolor o deseo la carne por sí misma sin el alma? Cuando se dice que la carne siente dolor o deseo, o es el mismo hombre, como hemos ya apuntado, o alguna parte del alma, en que la *carne imprime su pasión*, *pasión que, si es molesta*, causa dolor, y si agradable, placer. Así, el dolor de la carne no es más que un pinchazo del alma debido a la carne y una espe-

---

poterat ante peccatum, quidquid tamen non poterat, non volebat; et ideo poterat omnia quae volebat. Nunc vero sicut in eius stirpe cognoscimus, et divina Scriptura testatur, *homo vanitati similis factus est* [111]. Quis enim enumerat, quam multa quae non potest velit, dum sibi ipse, id est voluntati eius, ipse animus eius, eoque inferior caro eius non obtemperat? Ipso *namque invito, et animus plerumque turbatur, et caro dolet, et veterascit*, et moritur; et quidquid aliud patimur, quod non pateremur inviti, si voluntati nostrae nostra natura omni modo atque ex omnibus partibus obediret. At enim aliquid caro patitur, quo servire non sinitur. Quid interest unde, dum tamen per iustitiam dominantis Dei, cui subditi servire noluimus, caro nostra nobis, quae subdita fuerat, non serviendo molesta sit; quamvis nos Deo non serviendo, molesti nobis potuerimus esse, non illi? Neque enim sic ille nostro, ut nos servitio corporis indigemus: et ideo nostra est quod recipimus, non illius poena quod fecimus. Dolores porro qui dicuntur carnis, animae sunt in carne, et ex carne. Quid enim caro per se ipsam sine anima vel dolet, vel concupiscit? Sed quod concupiscere caro dicitur vel dolere, aut ipse homo est, sicut disseruimus; aut aliquid animae, quod carnis afficit passio, vel aspera, ut faciat dolorem; vel lenis, ut voluptatem. Sed dolor carnis tantummodo offensio est animae ex carne, et quaedam ab eius passione dissensio: sicut animae dolor, quae tristitia nuncupatur, dissensio est ab his rebus quae nobis nolentibus acciderunt.

[111] Ps. 143,4.

cie de resistencia que ofrece a su pasión, como el dolor del alma, llamado tristeza, es un no conformarse con las cosas que nos han sucedido sin quererlas. A la tristeza con frecuencia precede el miedo, que radica también en el alma, no en la carne. Sin embargo, al dolor de la carne no precede miedo alguno carnal que se sienta en la carne antes del dolor. Al placer precede un cierto apetito que se siente en la carne y es una especie de deseo suyo. Así el hambre y la sed y la libido [44]—término empleado con más propiedad para los órganos de la generación, aunque sea término general para toda pasión—. Los antiguos han definido la ira como libido de venganza, aunque a veces el hombre, aun sin haberse sentido capaz de percibir la venganza, se irrita contra los seres inanimados, como cuando tira de rabia el estilete que escribe mal o rompe la pluma. Por eso, aunque este deseo sea más irracional que los otros, sin embargo, no deja de ser una libido de venganza y de estar fundada sobre no sé qué especie umbrosa de justicia, por decirlo así, que quiere que los que obran mal sufran males. Hay, pues, una libido de venganza, que se llama ira; hay una libido de adineramiento, que se llama avaricia; hay una libido de victoria, llamada pertinacia, y hay una libido de gloria, llamada jactancia. Hay otras muchas y variadas libidos, unas con nombres propios y otras sin ellos. Por ejemplo, ¿quién dará un nombre fácil y apropiado a la libido de dominio, de cuyo enorme peso en el alma de los tiranos dan fe las guerras civiles?

Sed tristitiam plerumque praecedit metus, qui et ipse in anima est, non in carne. Dolorem autem carnis non praecedit ullus quasi metus carnis, qui ante dolorem in carne sentiatur. Voluptatem vero praecedit appetitus quidam, qui sentitur in carne quasi cupiditas eius, sicut fames et sitis, et ea quae in genitalibus usitatius libido nominatur, cum hoc sit generale vocabulum omnis cupiditatis. Nam et ipsam iram nihil aliud esse, quam ulciscendi libidinem, veteres definierunt: quamvis nonnunquam homo, ubi vindictae nullus est sensus, etiam rebus inanimis irascatur, ut male scribentem stilum collidat, vel calamum frangat iratus. Verum et ista licet irrationabilior, tamen quaedam ulciscendi libido est, et nescio quae, ut ita dixerim, quasi umbra retributionis, ut qui male faciunt, mala patiantur. Est igitur libido ulciscendi, quae ira dicitur: est libido habendi pecuniam, quae avaritia: est libido quomodocumque vincendi, quae pervicacia: est libido gloriandi, quae iactantia nuncupatur. Sunt multae variaeque libidines, quarum nonnullae habent etiam vocabula propria, quaedam vero non habent. Quis enim facile dixerit, quid vocetur libido dominandi, quam tamen plurimum valere in tyrannorum animis, etiam civilia bella testantur?

CAPITULO XVI

Sentido propio de la palabra libido

Es verdad que hay muchas clases de libido; pero, cuando se dice libido a secas, sin más, suele casi siempre entenderse la que excita las partes sexuales del cuerpo. Y es tan fuerte, que no sólo señorea al cuerpo entero ni sólo fuera y dentro, sino que pone en juego a todo el hombre, aunando y mezclando entre sí el afecto del ánimo con el apetito carnal, produciendo de este modo la voluptuosidad, que es el mayor de los placeres corporales. Tanto es así, que, en el preciso momento en que ésta toca su colmo, se ofusca casi por completo la razón y surge la tiniebla del pensamiento. ¿Quién, amigo de la sabiduría y de los goces santos, llevando vida matrimonial, pero consciente, según el consejo del Apóstol, *de que posee su vaso en santificación y honor, no en la enfermedad del deseo, como los gentiles, que desconocen a Dios,* no preferiría, si le fuera posible, engendrar hijos sin esta libido? Así, en la acción generativa, los miembros destinados a la generación servirían a la mente, como los demás, cada uno en sus funciones respectivas, se mueven bajo la acción del albedrío de la voluntad, no bajo la excitación del fuego libidinoso [45]. Es que aun los buscadores de este placer en los goces matrimoniales o en las impurezas vergonzosas no sienten a su antojo esas conmociones. A veces ese movimiento les importuna sin quererlo y a

---

CAPUT XVI

De libidinis malo, cuius nomen cum multis vitiis congruat, proprie tamen motibus obscenis corporis adscribitur

Cum igitur sint multarum libidines rerum, tamen cum libido dicitur, neque cuius rei libido sit additur, non fere assolet animo occurrere nisi illa, qua obscenae corporis partes excitantur. Haec autem sibi non solum totum corpus, nec solum extrinsecus, verum etiam intrinsecus vindicat, totumque commovet hominem animi simul affectu cum carnis appetitu coniuncto atque permixto, ut ea voluptas sequatur, qua maior in corporis voluptatibus nulla est: ita ut momento ipso temporis, quod ad eius pervenitur extremum, pene omnis acies et quasi vigilia cogitationis obruatur. Quis autem amicus sapientiae sanctorumque gaudiorum, coniugalem agens vitam, sed, sicut Apostolus monuit, *sciens vas suum possidere in sanctificatione et honore, non in morbo desiderii, sicut et Gentes quae ignorant Deum* [112], non mallet, si posset, sine hac libidine filios procreare; ut etiam in hoc serendae prolis officio, sic eius menti ea quae ad hoc opus creata sunt, quemadmodum caetera suis quaeque operibus distributa membra servirent, nutu voluntatis acta, non aestu libidinis incitata? Sed neque

[112] I Thess. 4,4-5.

veces les deja con el caramelo en la boca. El alma chirría por el calor de la concupiscencia, y el cuerpo tirita de frío. Y así, ¡cosa extraña!, la libido no sólo rehusa obedecer al deseo legítimo de engendrar, sino también al apetito lascivo. Ella, que de ordinario se opone al espíritu que la enfrena, a veces se revuelve contra sí misma, y, excitado el ánimo, se niega a excitar el cuerpo.

CAPITULO XVII

DESNUDEZ Y RUBOR DE LOS PRIMEROS PADRES

Con razón nos avergonzamos de esta libido; con razón son llamados vergonzosos—cosa que antes del pecado no lo eran— los miembros que ella mueve o no mueve en fuerza de cierto derecho propio, por decirlo así, no del todo sujeto a nuestro arbitrio. Así lo dice la Escritura: *Estaban desnudos y no se avergonzaban.* No es que su desnudez les fuera desconocida, no; sino que la desnudez no era aún vergonzosa, porque la libido todavía no activaba los miembros contra la voluntad, ni la desobediencia de la carne testificaba aún contra la desobediencia del hombre. En efecto, no habían sido creados ciegos, como el vulgo ignorante se imagina, puesto que Adán vió a los animales y les impuso nombres, y de la mujer se lee que *vió que el árbol era bueno para comer y agradable a la vista.* Sus ojos estaban, pues, abiertos, pero no lo estaban para esto; es decir, no reparaban en que les cubría el vestido de la gracia, desconociendo por eso la repugnancia de sus miembros a la voluntad. Retirada esta gracia, para hacerles pagar con desobediencia la desobediencia propia, se dejó sentir en los movimientos del cuerpo una desvergonzada novedad. Por eso la desnudez se tornó indecente, los hizo conscientes y los cubrió de confusión. Esto dió origen a que, una vez violado el mandato de Dios con una transgresión tan manifiesta, se escribiera: *Y se abrieron sus ojos y conocieron que estaban desnudos, y tejieron hojas de higuera y se hicieron unos taparrabos.* Dice que *se abrieron sus ojos,* no para ver (pues antes también veían), sino para discernir entre el bien que habían perdido y el mal en que habían incurrido. El árbol que brindaba este conocimiento, si probaban su fruto contra lo vedado, tomó de aquí su nombre y se llamó árbol de la ciencia del bien y del mal. ¡Qué verdad es que la experiencia de la enfermedad hace sentir más caro el precio de la salud! Conocieron que *estaban desnudos,* es decir, despojados de la gracia, que les aseguraba contra el rubor por la desnudez corporal, porque la ley del pecado aún no resistía a la mente. Conocieron esto, cuya ignorancia fuera más feliz para ellos si, creyendo y obedeciendo a Dios, no hubieran cometido el pecado que les obligó a probar los frutos nocivos de la infidelidad y de la desobediencia. Por eso, avergonzados por la desobediencia de su carne, como testigo y pena de su propia desobediencia, *tejieron hojas de higuera y se hicieron unos taparrabos,* es decir, unos ceñidores (= *succinctoria),* como han traducido algunos intérpretes.

ipsi amatores huius voluptatis, sive ad concubitus coniugales, sive ad immunditias flagitiorum, cum voluerint commoventur: sed aliquando motus ille importunus est nullo poscente, aliquando autem destituit inhiantem, et cum in animo concupiscentia ferveat, friget in corpore: atque ita mirum in modum non solum generandi voluntati, verum etiam lasciviendi libidini libido non servit; et cum tota plerumque menti cohibenti adversetur, nonnunquam et adversus se ipsam dividitur, commotoque animo in commovendo corpore se ipsa non sequitur.

CAPUT XVII

DE NUDITATE PRIMORUM HOMINUM, QUAM POST PECCATUM TURPEM PUDENDAMQUE VIDERUNT

Merito huius libidinis maxime pudet, merito et ipsa membra, quae suo quodam, ut ita dixerim, iure, non omnimodo ad arbitrium nostrum movet, aut non movet, pudenda dicuntur, quod ante peccatum hominis non fuerunt. Nam sicut scriptum est, *Nudi erant, et non confundebantur* [113]: non quod eis sua nuditas esset incognita, sed turpis nuditas nondum erat; quia nondum libido membra illa praeter arbitrium commovebat, nondum ad hominis inobedientiam redarguendam sua inobedientia caro quodammodo testimonium perhibebat. Neque enim caeci creati erant, ut imperitum vulgus opinatur: quandoquidem et ille vidit animalia, quibus nomina imposuit [114]; et de illa legitur, *Vidit mulier quia bonum lignum in escam, et quia placet oculis ad videndum* [115]. Patebant ergo oculi eorum, sed ad hoc non erant aperti, hoc est non attenti, ut cognoscerent quid eis indumento gratiae praestaretur, quando membra eorum voluntati repugnare nesciebant. Qua gratia remota, ut poena reciproca inobedientia plecteretur, exstitit in motu corporis quaedam impudens novitas, unde esset indecens nuditas; et fecit attentos, reddiditque confusos. Hinc est quod, posteaquam mandatum Dei aperta transgressione violarunt, scriptum est de illis, *Et aperti sunt oculi amborum, et cognoverunt quia nudi erant, et consuerunt folia fici, et fecerunt sibi campestria* [116]. *Aperti sunt,* inquit, *oculi amborum,* non ad videndum (nam et antea videbant); sed ad discernendum inter bonum quod amiserant, et malum quo ceciderant. Unde et ipsum lignum, eo quod istam faceret dignoscentiam, si ad vescendum contra vetitum tangeretur, ex ea re nomen accepit, ut appellaretur lignum sciendi boni et mali. Experta enim morbi molestia, evidentior fit etiam iucunditas sanitatis. *Cognoverunt* ergo *quia nudi erant:* nudati scilicet ea gratia, qua fiebat ut nuditas corporis nulla eos lege peccati menti eorum repugnante confunderet. Hoc itaque cognoverunt, quod felicius ignorarent, si Deo credentes et obedientes non committerent, quod eos cogeret experiri infidelitas et inobedientia quid nocerent. Proinde confusi inobedientia carnis suae, tanquam teste poena inobedientiae suae, *consuerunt folia fici, et fe-*

[113] Gen. 2,25.

[114] Ibid., 20.
[115] Ibid., 3,6.
[116] Ibid., 7.

Campestria (= taparrabos) es una palabra latina que tomó su significación de las telas con que los jóvenes cubrían sus vergüenzas en el campo de Marte. Los así ceñidos eran llamados por el vulgo *campestrati* (= los que llevan taparrabos) [46]. El pudor les hacía cubrir los miembros que la libido movía desobedientemente contra la voluntad, condenada por su desobediencia. De aquí nace el que todos los pueblos, como descendientes de ese tronco común, tengan por natural el velar las vergüenzas, hasta el punto de que algunos bárbaros no descubren esas partes ni en los baños y las lavan con sus trajes [47]. Y en las obscuras selvas de la India, donde algunos filosofan desnudos—por eso han sido llamados gimnosofistas [48]—, cubren sus genitales, mientras los demás miembros los traen al aire [49].

CAPITULO XVIII

PUDOR QUE ACOMPAÑA AL ACTO DE LA GENERACIÓN

En el acto mismo de la generación—y no hablo sólo de ciertas uniones carnales que buscan la obscuridad para escapar a la justicia humana, sino también del uso de prostitutas, que la ciudad terrena, al dar su aprobación, lo ha hecho lícito [50]—, aun en este caso permitido e impune, la libido huye la luz y las miradas. Los mismos lupanares tienen por rubor natural una cámara obscura, y así vemos que ha sido más fácil a la impureza eximirse de la prohibición de la ley

cerunt sibi campestria, id est succinctoria genitalium. Nam quidam interpretes *succinctoria* posuerunt. Porro autem *campestria* latinum quidem verbum est, sed ex eo dictum, quod iuvenes, qui nudi exercebantur in campo, pudenda operiebant: unde qui ita succincti sunt, campestratos vulgus appellat. Quod itaque adversus damnatam culpa inobedientiae voluntatem libido inobedienter movebat, verecundia pudenter tegebat. Ex hoc omnes gentes, quoniam ab illa stirpe procreatae sunt, usque adeo tenent insitum pudenda velare, ut quidam barbari illas corporis partes nec in balneis nudas habeant, sed cum earum tegumentis lavent. Per opacas quoque Indiae solitudines, cum quidam nudi philosophentur, unde Gymnosophistae nominantur, adhibent tamen genitalibus tegmina, quibus per caetera membrorum carent.

CAPUT XVIII

DE PUDORE CONCUBITUS, NON SOLUM VULGARI, SED ETIAM CONIUGALI

Opus vero ipsum quod libidine tali peragitur, non solum in quibusque stupris, ubi latebrae ad subterfugienda humana iudicia requiruntur; verum etiam in usu scortorum, quam terrena civitas licitam turpitudinem fecit, quamvis id agatur, quod eius civitatis nulla lex vindicat, devitat tamen publicum etiam permissa atque impunita libido conspectum; et verecundia naturali habent provisum lupanaria ipsa secretum, faciliusque potuit impudicitia non habere vincula prohibitionis, quam impudentia

que a la desvergüenza cerrar el paso al pudor. Los deshonestos llaman deshonestas a sus acciones, y, siendo amadores de ellas, no se atreven a ser ostensores. Y ¿qué diré del concúbito conyugal, que, según la ley de las Tablas matrimoniales, tiene por objeto la procreación de los hijos? ¿No se busca también para él, aunque es lícito y honesto, un lugar secreto y retirado? Y antes de que el esposo comience su juego de caricias, ¿no echa fuera a todos cuantos alguna necesidad permitía su presencia, a los sirvientes y a los mismos paraninfos? Es verdad que *el mayor maestro de la elocuencia romana*—como alguien le llama [51]—dice que las cosas bien hechas buscan la luz, es decir, aman ser conocidas; pero esta acción recta apetece ser conocida de una manera muy rara, avergonzándose de ser vista. ¿Quién ignora lo que hacen los esposos entre sí con vistas a la procreación de los hijos y cuál es el objeto de celebrar las bodas con tanta pomposidad? Y, sin embargo, en el acto mismo de la generación no permiten que sean testigos ni los hijos, si tienen ya algunos. El conocimiento de esta acción recta ama de tal manera la luz de los ánimos, que rehuye la de los ojos. Y ¿de dónde nace esto sino de que lo naturalmente honesto va del brazo, aunque por pena, con lo vergonzoso?

removere latibula illius foeditatis. Sed hanc etiam ipsi turpes turpitudinem vocant: cuius licet sint amatores, ostentatores esse non audent. Quid? concubitus coniugalis, qui secundum matrimonialium praescripta Tabularum procreandorum fit causa liberorum, nonne et ipse quanquam sit licitus et honestus, remotum ab arbitris cubile requirit? nonne omnes famulos, atque ipsos etiam paranymphos, et quoscumque ingredi quaelibet necessitudo permiserat, ante mittit foras, quam vel blandiri coniux coniugi incipiat? Et quoniam, sicut ait quidam, *Romani maximus auctor eloquii*, omnia recte facta in luce se collocari volunt, id est appetunt sciri: hoc recte factum sic appetit sciri, ut tamen erubescat videri. Quis enim nescit, ut filii procreentur, quid inter se coniuges agant? quandoquidem ut id agatur, tanta celebritate ducuntur uxores: et tamen cum agitur unde filii nascantur, nec ipsi filii, si qui inde iam nati sunt, testes fieri permittuntur. Sic enim hoc recte factum ad sui notitiam lucem appetit animorum, ut tamen refugiat oculorum. Unde hoc, nisi quia sic geritur quod deceat ex natura, ut etiam quod pudeat comitetur ex poena?

CAPITULO XIX

La sabiduría como freno y dique de la ira y de la libido

He aquí el motivo que indujo a los filósofos más rayanos a la verdad a admitir que la ira y la libido son partes viciosas del ánimo, porque se lanzan en torbellino y en desorden aun a las cosas que no prohibe la sabiduría. Por eso, según ellos, es necesario el moderamen de la razón y de la mente. La razón tiene su sede—es doctrina de ellos—en la parte superior del alma, en una especie de atalaya, desde donde gobierna con el fin de que, mandando ella y sirviendo éstas, se actúe en el hombre una justicia perfecta. Estas partes tan viciosas, según ellos, aun en el hombre sabio y moderado, que la mente con su freno y espuela ha de refrenarlas y de revocarlas de las cosas injustamente logradas y permitirles las concedidas por la ley de la sabiduría; estas partes, digo, en el paraíso, antes del pecado, no eran viciosas. Allí sus movimientos no iban contra el recto querer, y por eso no había necesidad de tenerlas a raya, como gobernadas por los frenos de la razón. El que ahora sus movimientos sean así y sus mudanzas sean en unas más fáciles y en otras más difíciles, mudanzas que intentan obrar la espuela y el freno de quienes viven sobria, justa y piadosamente, no es sanidad natural, sino enfermedad culpable.

¿Cuál es la causa de que los movimientos de ira y de otras afecciones no los cubra el manto del rubor, como hace con los movimientos de la libido, que se manifiestan en los órganos de la generación? Sencillamente, que la voluntad tiene señorío absoluto sobre el uso de los demás miembros del cuerpo y, cuando consiente en ellos, los mueve ella, no sus afectos. Así, quien, airado, injuria a otro de palabra o le golpea, no pudiera hacerlo si la lengua y las manos no se movieran bajo el impulso de la voluntad. La voluntad lleva el gobernalle de estos miembros, aunque no exista la ira. En cambio, la libido sometió de tal manera las partes genitales del cuerpo a su aparente dominio, que no pueden moverse sin ella y sin su presencia espontánea o provocada. He aquí el objeto de la vergüenza; he aquí lo que esquivan con rubor los ojos de los que miran. El hombre tolera más fácilmente una multitud de espectadores, cuando se irrita injustamente contra otro, que la mirada de uno solo cuando se ayunta justamente con la mujer.

CAPUT XIX

Quod partes irae atque libidinis tam vitiose moventur, ut eas necesse sit frenis sapientiae cohiberi, quae in illa ante peccatum naturae sanitate non fuerunt

Hinc est quod et illi philosophi, qui veritati propius accesserunt, iram atque libidinem vitiosas animi partes esse confessi sunt, eo quod turbide atque inordinate moverentur, ad ea etiam quae sapientia perpetrari non vetat; ac per hoc opus habere moderatrice mente atque ratione. Quam partem animi tertiam, velut in arce quadam ad istas regendas perhibent collocatam; ut illa imperante, istis servientibus, possit in homine iustitia ex omni animi parte servari. Hae igitur partes, quas et in homine sapiente ac temperante fatentur esse vitiosas, ut eas ab his rebus ad quas iniuste moventur, mens compescendo et cohibendo refrenet ac revocet, atque ad ea permittat, quae sapientiae lege concessa sunt: sicut iram ad exercendam iustam coercitionem, sicut libidinem ad propagandae prolis officium: hae, inquam, partes in paradiso ante peccatum vitiosae non erant. Non enim contra rectam voluntatem ad aliquid movebantur, unde necesse esset eas rationis tanquam frenis regentibus abstinere. Nam quod nunc ita moventur, et ab eis qui temperanter et iuste et pie vivunt, alias facilius, alias difficilius, tamen cohibendo et refrenando modificantur, non est utique sanitas ex natura, sed languor ex culpa. Quod autem irae opera aliarumque affectionum in quibusque dictis atque factis non sic abscondit verecundia, ut opera libidinis quae fiunt genitalibus membris, quid causae est, nisi quia in caeteris membra corporis non ipsae affectiones, sed, cum eis consenserit, voluntas movet, quae in usu eorum omnino dominatur? Nam quisquis verbum emittit iratus, vel etiam quemquam percutit, non posset hoc facere, nisi lingua et manus iubente quodammodo voluntate moverentur: quae membra, etiam cum ira nulla est, moventur eadem voluntate. At vero genitales corporis partes ita libido suo iuri quodammodo mancipavit, ut moveri non valeant, si ipsa defuerit, et nisi ipsa vel ultro vel excitata surrexerit. Hoc est quod pudet, hoc est quod intuentium oculos erubescendo devitat: magisque fert homo spectantium multitudinem, quando iniuste irascitur homini, quam vel unius aspectum et quando iuste miscetur uxori.

CAPITULO XX

La torpeza de los cínicos

Esto pasó inadvertido a los filósofos caninos, o sea, a los cínicos, y lanzaron contra el rubor humano una opinión inmunda y desvergonzada, digna de su nombre. Decían que, siendo legítima la unión carnal de los esposos, no debe causar vergüenza tenerla en público ni debe evitarse el realizar ese acto en cualquier calle o plaza. No obstante, el pudor natural ha

CAPUT XX

De vanissima turpitudine Cynicorum

Hoc illi canini philosophi, hoc est Cynici, non viderunt, proferentes contra humanam verecundiam, quid aliud quam caninam, hoc est immundam impudentemque sententiam? ut scilicet quoniam iustum est quod fit in uxore, palam non pudeat id agere; nec in vico aut platea qualibet coniugalem concubitum devitare. Vicit tamen pudor naturalis opinionem

prevalecido esta vez sobre el error. Aunque cuentan que Diógenes puso en práctica alguna vez su sistema, pensando que así haría más célebre su escuela, grabando en la memoria de los mortales la más ruidosa desvergüenza, con todo, después los cínicos no imitaron su ejemplo. Fué más poderoso en ellos el pudor, que les inducía a guardar respetos humanos, que el error, que les inspiraba hacerse semejantes a los perros. Y me permito opinar que aquel o aquellos que refieren haber consumado el acto en público, representaron esta escena carnal ante hombres que desconocían lo que se ocultaba bajo el palio, pues tal vez no les fuera posible sentir tal voluptuosidad bajo la impresión de miradas humanas. No se avergonzaban los filósofos de mostrar su intención lujuriosa donde la misma libido se avergonzaba de surgir.

Y vemos que aún hoy existen filósofos cínicos. Son los hombres que van cubiertos con palio y llevan clava [52], pero ninguno de ellos se atreve a esos desmanes. Si algunos se atrevieran a hacerlo, apuesto que les faltarían pedradas, pero no salivazos. No hay duda que la naturaleza humana se avergüenza de esta libido, y con razón. Porque en su desobediencia, que dejó sometidos los órganos sexuales a sus propios movimientos y los desligó de la voluntad, se muestra bien a las claras la paga que recibió el hombre de su propia desobediencia. Y fué conveniente que su huella apareciera sobre todo en los miembros que sirven a la generación de la naturaleza, empeorada por el primer enorme pecado. Y nadie se ve libre de esa cruz si la gracia de Dios no expía en cada uno el pecado cometido en común, cuando todos éramos uno, y vengado por la justicia divina.

---

huius erroris. Nam etsi perhibent hoc aliquando gloriabundum fecisse Diogenem, ita putantem sectam suam nobiliorem futuram, si in hominum memoria insignior eius impudentia figeretur: postea tamen a Cynicis fieri cessatum est; plusque valuit pudor, ut erubescerent homines hominibus, quam error, ut homines canibus esse similes affectarent. Unde et illum vel illos, qui hoc fecisse referuntur, potius arbitror concumbentium motus dedisse oculis hominum nescientium quid sub pallio gereretur, quam humano premente conspectu potuisse illam peragi voluptatem. Ibi enim philosophi non erubescebant videri se velle concumbere, ubi libido ipsa erubesceret surgere. Et nunc videmus adhuc esse philosophos Cynicos; hi enim sunt, qui non solum amiciuntur pallio, verum etiam clavam ferunt: nemo tamen eorum audet hoc facere; quod si aliqui ausi essent, ut non dicam ictibus lapidantium, certe conspuentium salivis obruerentur. Pudet igitur huius libidinis humanam sine ulla dubitatione naturam, et merito pudet. In eius quippe inobedientia, quae genitalia corporis membra solis suis motibus subdidit, et potestati voluntatis eripuit, satis ostenditur quid sit hominis illi primae inobedientiae retributum: quod in ea maxime parte oportuit apparere, qua generatur ipsa natura, quae illo primo et magno in deterius est mutata peccato: a cuius nexu nullus eruitur, nisi id quod, cum omnes in uno essent, in communem perniciem perpetratum est, et Dei iustitia vindicatum, Dei gratia in singulis expietur.

CAPITULO XXI

Bendición, prevaricación y libido. Sus relaciones

Lejos de nosotros pensar que los dos primeros esposos, en el paraíso, cumplirían con esta libido, de la que se avergonzaron, cubriendo en seguida su desnudez, aquella bendición de Dios: *Creced y multiplicaos y llenad la tierra*. La libido surgió después del pecado, y después del pecado, nuestra naturaleza, ruborosa, privada del señorío que tenía sobre el cuerpo, sintió ese desorden, lo advirtió, se avergonzó de él y lo cubrió. Sin embargo, la bendición dada al matrimonio para que creciesen, se multiplicasen y llenaran la tierra, aunque es verdad que subsistió en los delincuentes, con todo, se dió antes de delinquir, dándonos a entender con ello que la procreación de los hijos es gloria del matrimonio, no pena del pecado. Mas, en la actual economía, los hombres, desconocedores de la felicidad del paraíso, piensan que fué imposible engendrar hijos sin experimentar esta libido, de la que se avergüenza hasta la honestidad del matrimonio. Y, para opinar así, unos rechazan con insolente desdén las divinas Escrituras, y sobre todo el pasaje en que se lee que, después del pecado, se avergonzaron de su desnudez y cubrieron sus vergüenzas [53]; y otros, admitiéndolas y apreciándolas con grandes honores, no quieren que se entienda este pasaje: *Creced y multiplicaos*, según la fecundidad carnal [54]. Y se fundan en que también del alma se

---

CAPUT XXI

De benedictione multiplicandae fecunditatis humanae ante peccatum, quam praevaricatio non adimeret, et cui libidinis morbus accesserit

Absit itaque, ut credamus illos coniuges in paradiso constitutos per hanc libidinem, de qua erubescendo eadem membra texerunt, impleturos fuisse quod in sua benedictione Deus dixit, *Crescite, et multiplicamini, et implete terram* [117]. Post peccatum quippe orta est haec libido; post peccatum eam natura non impudens, amissa potestate cui corpus ex omni parte serviebat, sensit, attendit, erubuit, operuit. Illa vero benedictio nuptiarum, ut coniugati crescerent, et multiplicarentur, et implerent terram, quamvis et in delinquentibus manserit; tamen antequam delinquerent, data est, ut cognosceretur procreationem filiorum ad gloriam connubii, non ad poenam pertinere peccati. Sed nunc homines, profecto illius quae in paradiso fuit felicitatis ignari, nisi per hoc quod experti sunt, id est per libidinem, de qua videmus ipsam etiam honestatem erubescere nuptiarum, non potuisse gigni filios opinantur: alii Scripturas divinas, ubi legitur post peccatum puduisse nuditatis, et pudenda esse contecta, prorsus non accipientes, sed infideliter irridentes; alii vero quamvis eas accipiant

[117] Gen. 1,28.

dice algo semejante en un salmo: *Multiplicarás en mi alma tu virtud.* Según esto, en el contexto del Génesis: *Y llenad la tierra y dominadla,* entienden por tierra la carne, que llena el alma con su presencia, y sobre la que domina cuando su virtud se multiplica. Sin embargo, afirman que los fetos carnales no pueden nacer, ni entonces ni ahora, sin esa libido, que se originó, fué advertida, confundió y fué cubierta después del pecado. Y añaden que no engendraron en el paraíso, sino fuera. Y así fué en realidad, puesto que cohabitaron y engendraron sus hijos después de ser arrojados de él.

CAPITULO XXII

Institución y bendición divinas de la unión conyugal

No nos cabe la menor duda que el crecer, multiplicarse y llenar la tierra, según la bendición de Dios, es un don del matrimonio, instituído por Dios desde el principio antes del pecado, al crear un hombre y una mujer. El sexo, evidentemente, supone algo carnal. Y a esta obra de Dios siguió inmediatamente su bendición. En habiendo dicho la Escritura: *Los hizo varón y mujer,* añadió luego: *Y los bendijo Dios, diciendo: Creced y multiplicaos y llenad la tierra y dominadla,* etc. Aunque a todo esto pueda darse una interpretación espiritual no

---

et honorent, illud tamen quod dictum est, *Crescite, et multiplicamini,* non secundum carnalem fecunditatem volunt intelligi; quia et secundum animam legitur tale aliquid dictum, *Multiplicabis me in anima mea virtute tua*[118]: ut id quod in Genesi sequitur, *Et implete terram, et dominamini eius,* terram intelligant carnem, quam praesentia sua implet anima, eiusque maxime dominatur, cum in virtute multiplicatur. Carnales autem fetus sine libidine, quae post peccatum exorta, inspecta, confusa, velata est, nec tunc nasci potuisse, sicut neque nunc possunt; nec in paradiso futuros fuisse, sed foris, sicut et factum est. Nam posteaquam inde dimissi sunt, ad gignendos filios coierunt, eosque genuerunt.

CAPUT XXII

De copula coniugali a Deo primitus instituta, atque benedicta

Nos autem nullo modo dubitamus secundum benedictionem Dei crescere et multiplicari et implere terram, donum esse nuptiarum, quas Deus ante peccatum hominis ab initio constituit, creando masculum et feminam: qui sexus evidens utique in carne est. Huic quippe operi Dei etiam benedictio ipsa subiuncta est. Nam cum Scriptura dixisset, *Masculum et feminam fecit eos;* continuo subdidit, *Et benedixit eos Deus, dicens: Crescite, et multiplicamini, et implete terram, et dominamini eius*[119], et caetera. Quae omnia quanquam non inconvenienter possint etiam ad in-

[118] Ps. 137, 4.
[119] Gen. 1, 27. 28.

incongruente, con todo, las palabras *macho* y *hembra* no pueden entenderse como algo existente en un solo sujeto, pretextando que en él una cosa es la que gobierna y otra la gobernada. Como aparece clarísimamente en los cuerpos de seres de diverso sexo, el hombre y la mujer fueron creados con el fin de que, por la generación de la prole, crecieran, se multiplicaran y llenaran la tierra. Ser refractario a esto, sería un absurdo notable. No pueden tampoco entenderse del espíritu, que manda, y de la carne, que obedece; ni del ánimo racional, que rige, y de la cupididad irracional, que es regida; ni de la virtud contemplativa, que impera, y de la activa, que sirve; ni del entendimiento mental y del sentido corporal. Deben, sí, entenderse del lazo conyugal, que une entre sí los dos sexos. A este propósito, preguntado el Señor si estaba permitido repudiar por cualquier causa la mujer, pues que Moisés había permitido dar libelo de repudio por la dureza de corazón de los judíos, respondió: *¿No habéis leído que aquel que al principio los creó los hizo macho y hembra y dijo: Por eso dejará el hombre a su padre y a su madre y se unirá a su esposa, y serán dos en una sola carne? Así que ya no son dos, sino una sola carne. Lo que Dios ha unido no lo desuna, pues, el hombre.* Es, por consiguiente, cierto que los dos sexos fueron creados desde el principio en diversas personas, como ahora lo vemos y palpamos, y que se les llama una sola cosa, o por su unión o por el origen de la mujer, formada del costado del varón. El mismo Apóstol, fundado en este primer ejemplo que precedió en la creación divina, exhorta a los maridos en concreto a que amen a sus esposas.

---

tellectum spiritualem referri, masculum tamen et feminam, non sicut simile aliquid etiam in homine uno intelligi potest, quia videlicet in eo aliud est quod regit, aliud quod regitur: sed sicut evidentissime apparet in diversi sexus corporibus, masculum et feminam ita creatos, ut prolem generando crescerent, et multiplicarentur, et implerent terram, magnae absurditatis est reluctari. Neque enim de spiritu qui imperat, et carne quae obtemperat; aut de animo rationali qui regit, et irrationali cupiditate quae regitur; aut de virtute contemplativa quae excellit, et de activa quae subditur; aut de intellectu mentis, et sensu corporis: sed aperte de vinculo coniugali, quo invicem sibi uterque sexus obstringitur. Dominus interrogatus utrum liceret quacumque ex causa dimittere uxorem, quoniam propter duritiam cordis Israelitarum Moyses dari libellum repudii permisit, respondit atque ait: *Non legistis quia qui fecit ab initio, masculum et feminam fecit eos, et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem et matrem, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una? Itaque iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet*[120]. Certum est igitur, masculum et feminam ita primitus institutos, ut nunc homines duos diversi sexus videmus et novimus: unum autem dici, vel propter coniunctionem, vel propter originem feminae, quae de masculi latere creata est. Nam et Apostolus per hoc primum quod Deo instituente praecessit exemplum, singulos quosque admonet, ut viri uxores suas diligant[121].

[120] Mt. 19, 4-6.
[121] Eph. 5,25 et Col. 3,19.

CAPITULO XXIII

¿SE DARÍA LIBIDO EN EL PARAÍSO EN EL ACTO DE LA GENERACIÓN?

1. En el fondo, los que dicen que, de no haber pecado, no hubieran *ni cohabitado ni engendrado*, afirman que el pecado del hombre fué necesario para completar el catálogo de los santos. Y se fundan en que, si, no pecando, sólo existirían ellos, ya que, por supuesto, si no hubieran pecado, no habrían podido engendrar, es indudable que fué necesario el pecado para que no existieran sólo dos hombres justos, sino muchos. Como creer esto es un absurdo, debe creerse más bien que los santos suficientes para cubrir las plazas de la Ciudad bienaventurada se reducirían, aunque no hubiera pecado nadie, a los que ahora va reclutando la gracia de Dios entre la multitud de los pecadores, *mientras los hijos de este siglo engendran y son engendrados*.

2. Por consiguiente, sin el pecado, estos matrimonios dignos de la felicidad del paraíso serían fecundos en amables frutos y estarían exentos de toda libido vergonzosa [55]. ¿Cómo sería esto posible? A la verdad que actualmente no hay ejemplo capaz de ilustrarlo. Sin embargo, no por eso debe parecer increíble que aquel miembro pudiera obedecer sin libido a la voluntad, pues son tantos los que ahora le están sometidos. Si movemos las manos y los pies, cuando queremos, a sus actos propios sin renitencia alguna y con una facilidad asombrosa, como observamos en nosotros y en los demás, sobre todo en los artífices, en los que una habilidad más suelta viene a elevar el tono de la naturaleza, floja y lenta, ¿por qué no creemos que los órganos de la generación, en el acto de la misma, pudieran obedecer dócilmente a la voluntad humana, como los demás, de no existir la libido, justo castigo de la desobediencia? Cicerón mismo, al hablar en su obra *Sobre la República* de las diferentes clases de gobierno, toma pie de este dato de la naturaleza humana y dice que a los miembros del cuerpo se les manda como a hijos, porque están prontos a obedecer, y que las partes viciosas del alma son como esclavos, que es preciso poner en regla con un mandato más duro.

Es verdad que el orden natural antepone el espíritu al cuerpo, y, sin embargo, el espíritu domina con más facilidad al cuerpo que a sí mismo. Mas esta libido de que tratamos es tanto más vergonzosa cuanto que el ánimo ni tiene un poder absoluto sobre sí mismo, para que no le agrade, ni sobre el cuerpo, para que sea la voluntad la que mueva esos miembros vergonzosos y no la libido. Si así fuera, no serían vergonzosos. El rubor radica ahora en que el cuerpo ofrece resistencia al ánimo, debiendo estarle sujeto por ser naturaleza inferior. En otras afecciones, cuando se enfrenta el ánimo consigo mismo, es él mismo el vencedor, aunque desordenado y vicioso, puesto que es vencido por estas partes que deben estar sometidas a la razón; pero a la postre son partes suyas, y por eso, como queda dicho, es vencido por sí mismo. El ánimo que se vence ordenadamente, haciendo que sus movimientos irracionales obedezcan a la mente, a la razón (si, además, ésta se somete a su

---

CAPUT XXIII

AN ETIAM IN PARADISO GENERANDUM FUISSET, SI NEMO PECCASSET; VEL UTRUM CONTRA ACTUM LIBIDINIS PUGNATURA ILLIC FUISSET TRADITIO CASTITATIS

1. Quisquis autem dicit non fuisse coituros, nec generaturos, nisi peccassent, quid dicit, nisi propter numerositatem sanctorum necessarium hominis fuisse peccatum? Si enim non peccando soli remanerent, quia, sicut putant, nisi peccassent, generare non possent; profecto ut non soli duo iusti homines possent esse, sed multi, necessarium peccatum fuit. Quod si credere absurdum est, illud potius est credendum, quod sanctorum numerus quantus complendae illi sufficit beatissimae civitati, tantus existeret, etsi nemo peccasset, quantus nunc per Dei gratiam de multitudine colligitur peccatorum, quousque filii huius saeculi generant et generantur [122].

2. Et ideo illae nuptiae dignae felicitate paradisi, si peccatum non fuisset, et diligendam prolem gignerent, et pudendam libidinem non haberent. Sed quomodo id fieri posset, nunc non est quo demonstretur exemplo. Nec ideo tamen incredibile debet videri, etiam illud unum sine ista libidine voluntati potuisse servire, cui tot membra nunc serviunt. An vero manus et pedes movemus, cum volumus, ad ea quae his membris agenda sunt, sine ullo renisu, tanta facilitate, quanta et in nobis et in aliis videmus, maxime in artificibus quorumque operum corporalium, ubi ad exercendam infirmiorem tardioremque naturam agilior accessit industria; et non credimus ad opus generationis filiorum, si libido non fuisset, quae peccato inobedientiae retributa est, obedienter hominibus ad voluntatis nutum similiter ut caetera potuisse illa membra servire? Nonne Cicero in libris de Republica, cum de imperiorum differentia disputaret, et huius rei similitudinem ex natura hominis assumeret, ut filiis dixit imperari corporis membris propter obediendi facilitatem; vitiosas vero animi partes ut servos asperiore imperio coerceri? Et utique ordine naturali animus anteponitur corpori, et tamen ipse animus imperat corpori facilius quam sibi. Verumtamen haec libido, de qua nunc disserimus, eo magis erubescenda existit, quod animus in ea nec sibi efficaciter imperat, ut omnino non libeat; nec omnimodo corpori, ut pudenda membra voluntas potius quam libido commoveat: quod si ita esset, pudenda non essent. Nunc vero pudet animum resisti sibi a corpore, quod ei natura inferiore subiectum est. In aliis quippe affectionibus cum sibi resistit, ideo minus pudet, quia cum a se ipso vincitur, ipse se vincit; etsi inordinate atque vitiose, quia ex his partibus, quae rationi subiici debent; tamen a partibus suis, ac per hoc, ut dictum est, a se ipso vincitur. Nam cum ordinate se animus vincit, ut irrationales motus eius menti rationique subdantur (si

[122] Lc. 20,34.

vez a Dios), es digno de loa y virtuoso. Y es menos el rubor cuando el ánimo no se obedece a sí mismo en sus partes viciosas que cuando el cuerpo, distinto e inferior a él y que sin él no vive, no se rinde a su querer y mandatos.

3. Pero, cuando la voluntad imperiosa tiene a raya los miembros, sin los cuales no pueden saciar su apetito los excitados por la libido contra la voluntad, se conserva la castidad, no perdida, sino suspendida por el deleite pecaminoso. Esta renitencia, esta repugnancia, este combate librado entre la voluntad y la libido, por suficiencia de voluntad e indigencia de libido, no lo sufriera en el paraíso el matrimonio si la desobediencia culpable no hubiera sido castigada con la desobediencia penal. Aquellos miembros estarían sometidos a la voluntad como todos los demás. Así, el campo de la generación sería sembrado por los miembros creados para este fin, como la tierra recibe la simiente de manos del hombre. Al presente, el pudor no me permite extenderme más sobre esta materia, y me obliga a pedir perdón y a no herir los oídos castos; entonces, empero, no había motivo para esto. Las palabras sobre este punto se deslizarían libres ante los oídos del pensador, sin peligro de obscenidad, porque no habría palabras con el mote de obscenas, sino que las charlas sobre estos miembros serían tan honestas como hablar de otras partes del cuerpo.

Quien se acerque a estas páginas con sentimientos poco castos, acháquelo a su culpa, no a la naturaleza; condene el hecho de su torpeza, no mis obligadas palabras. Yo sé que, ante estas páginas, el lector u oidor casto y piadoso me perdona con facilidad, hasta que allane la infidelidad, no argumentando sin fundamento, sino con experiencia vivida [56]. Lee también esto sin ofenderse el que no se escandaliza de la represión que hace el Apóstol a los horrendos pecados de las mujeres que *mudaron el uso natural en el uso que es contra la naturaleza*. Y me dispensarán, sobre todo, si tienen en cuenta que no hablo y censuro ahora, como el Apóstol, la obscenidad condenable, sino que para explicar, según mis posibilidades, los efectos de la generación humana, esquivo, a ejemplo suyo, las palabras obscenas.

tamen et illa Deo subdita est), laudis atque virtutis est. Minus tamen pudet, cum sibi animus ex vitiosis suis partibus non obtemperat, quam cum ei corpus, quod alterum ab illo est, atque infra illum est, et cuius sine illo natura non vivit, volenti iubentique non cedit.

3. Sed cum alia membra retinentur voluntatis imperio, sine quibus illa quae contra voluntatem libidine concitantur, id quod appetunt, implere non possunt; pudicitia custoditur, non amissa, sed non permissa delectatione peccati. Hunc renisum, hanc repugnantiam, hanc voluntatis et libidinis rixam, vel certe ad voluntatis sufficientiam, libidinis indigentiam, procul dubio nisi culpabilis inobedientia poenali inobedientia plecteretur, in paradiso nuptiae non haberent, sed voluntati membra illa, ut caetera cuncta, servirent. Ita genitale arvum [123] vas in hoc opus creatum seminaret, ut nunc terram manus. Et quod modo de hac re nobis volentibus diligentius disputare, verecundia resistit, et compellit veniam honore praefato a pudicis auribus poscere, cur id fieret nulla causa esset: sed in omnia quae de huiusmodi membris sensum cogitantis attingerent, sine ullo timore obscenitatis liber sermo ferretur: nec ipsa verba essent, quae vocarentur obscena; sed quidquid inde diceretur, tam honestum esset, quam de aliis cum loquimur corporis partibus. Quisquis ergo ad has litteras impudicus accedit, culpam refugiat, non naturam; facta denotet suae turpitudinis, non verba nostrae necessitatis; in quibus mihi facillime pudicus et religiosus lector vel auditor ignoscit, donec infidelitatem refellam, non de fide rerum inexpertarum, sed de sensu expertarum argumentantem. Legit enim haec sine offensione, qui non exhorret Apostolum horrenda feminarum flagitia reprehendentem, quae *immutaverunt naturalem usum in eum usum qui est contra naturam* [124]: praecipue quia nos non damnabilem obscenitatem nunc, sicut ille commemoramus atque reprehendimus, sed in explicandis, quantum possumus, humanae generationis effectibus, verba tamen, sicut ille, obscena vitamus.

[123] VIRG., *Georg.* l.3 v.136.

CAPITULO XXIV

LA VOLUNTAD Y LOS ÓRGANOS DE LA GENERACIÓN EN EL PARAÍSO

1. Allí el hombre seminaría y la mujer recibiría el semen cuando y cuanto fuere necesario, siendo los órganos de la generación movidos por la voluntad, no excitados por la libido. Porque no movemos solamente a nuestro antojo los miembros articulados con huesos, como los pies, las manos y los dedos, sino también movemos los compuestos de nervios fláccidos agitándolos, los alargamos estirándolos, los doblamos retorciéndolos y los enderezamos encogiéndolos a nuestro capricho. Así hacemos con los miembros de la boca y de la cara, que los mueve la voluntad como le place. Los pulmones, que son las vísceras más blandas, exceptuadas las medulas, y por eso res-

CAPUT XXIV

QUOD INSONTES HOMINES ET MERITO OBEDIENTIAE IN PARADISO PERMANENTES, ITA GENITALIBUS MEMBRIS FUISSENT USURI AD GENERATIONEM PROLIS, SICUT CAETERIS AD ARBITRIUM VOLUNTATIS

1. Seminaret igitur prolem vir, susciperet femina genitalibus membris quando id opus esset, et quantum opus esset, voluntate motis, non libidine concitatis. Neque enim ea sola membra movemus ad nutum, quae compactis articulata sunt ossibus, sicut pedes et manus et digitos; verum etiam illa quae mollibus remissa sunt nervis, cum volumus, movemus agitando, et porrigendo producimus, et torquendo flectimus, et constringendo duramus; sicut ea sunt quae in ore ac facie, quantum potest, voluntas movet. Pulmones denique ipsi omnium, nisi medullarum, mollissimi viscerum, et ob hoc antro pectoris communiti, ad spiritum ducendum vocemque emittendam seu modificandam, sicut folles fabrorum vel organorum, flantis,

[124] Rom. 1,26.

guardadas por la caja torácica para respirar y aspirar y para emitir o modificar la voz, sirven, como fuelles de órgano, a la voluntad del que sopla, respira, habla, grita o canta. Y no me detengo a decir que a algunos animales les es natural e innato mover, cuando sienten alguna molestia sobre el cuerpo, solamente la piel que cubre el lugar en que la sienten, y espantan con el temblor de su piel no sólo las moscas que se les posan encima, sino también los aguijones que les clavan [57]. Y porque el hombre no pueda hacer esto, ¿hemos de decir que el Creador no pudo dar esa facultad a los vivientes que quiso? Luego al hombre le fué también posible tener sujetos los miembros inferiores, facultad que perdió por su desobediencia, ya que para Dios fué fácil crearlo de manera que los miembros de su carne, que ahora únicamente son movidos por la libido, los moviera sólo la voluntad.

He dividido la humanidad en dos grandes grupos: uno, el de aquellos que viven según el hombre, y otro, el de los que viven según Dios. Místicamente damos a estos grupos el nombre de ciudades, que es decir sociedades de hombres. Una de ellas está predestinada a reinar eternamente con Dios, y la otra, a sufrir un suplicio eterno con el diablo. Tal es el fin de ellas, del que luego nos ocuparemos. Ahora, puesto que ya hemos escrito bastante sobre el origen de las dos ciudades, sea en los ángeles, cuyo número nos es desconocido; sea en los dos primeros hombres, estoy en que debemos tratar ya de su desarrollo. Comenzaremos desde la primera concepción humana hasta que los hombres dejen de engendrar. El desarrollo de estas dos ciudades comprende todo el lapso de tiempo en que ceden los que mueren y suceden los que nacen. A esto nos referimos.

2. El primer hijo de los dos primeros padres del género humano fué Caín, que pertenece a la ciudad de los hombres, y el segundo Abel, que forma parte de la Ciudad de Dios.

En cada hombre comprobamos la verdad de estas palabras del Apóstol: *No es primero lo espiritual, sino lo animal y lue-*

riunt disputationes, quae pluribus intexendae sunt voluminibus, quam hoc opus tempusque deposcit. Quod non ita largum habemus, ut in omnibus quae possunt requirere otiosi et scrupulosi, paratiores ad interrogandum, quam capaciores ad intelligendum, nos oporteat immorari. Arbitror tamen satis nos iam fecisse magnis et difficillimis quaestionibus de initio vel mundi, vel animae, vel ipsius generis humani: quod in duo genera distribuimus; unum eorum qui secundum hominem, alterum eorum qui secundum Deum vivunt. Quas etiam mystice appellamus civitates duas, hoc est duas societates hominum: quarum est una quae praedestinata est in aeternum regnare cum Deo; altera, aeternum supplicium subire cum diabolo. Sed iste finis est earum, de quo post loquendum est. Nunc autem quoniam de exortu earum, sive in Angelis, quorum numerus ignoratur a nobis, sive in duobus primis hominibus, satis dictum est, iam mihi videtur earum aggrediendus excursus, ex quo illi duo generare coeperunt, donec homines generare cessabunt. Hoc enim universum tempus, sive saeculum, in quo cedunt morientes, succeduntque nascentes, istarum duarum civitatum, de quibus disputamus, excursus est.

2. Natus est igitur prior Cain ex illis duobus generis humani parentibus, pertinens ad hominum civitatem; posterior Abel, ad civitatem Dei. Sicut enim in uno homine, quod dixit Apostolus, experimur quia *non primum quod spirituale est, sed quod animale, postea spirituale*[1]: unde

[1] 1 Cor. 15,46.

go lo espiritual. De donde se sigue que cada cual, por descender de un tronco dañado, necesariamente es primero malo y carnal, y será luego bueno y espiritual si, renaciendo en Cristo, adelantare en la virtud. Y esto mismo sucede en la humanidad entera. Cuando las dos ciudades emprendieron su curso evolutivo, por nacimientos y muertes sucesivas, nació primero el ciudadano de este mundo y luego el peregrino del siglo, que pertenece a la Ciudad de Dios. A éste le predestinó la gracia, la gracia le eligió; ella le hizo peregrino del suelo y ciudadano del cielo. La verdad es que, por lo que a él toca, nace de la misma nada, originariamente dañada, que los demás; pero Dios, como buen alfarero (es semejanza, no insensata, sino sensata, del Apóstol), formó de esa masa un vaso en honor y otro en ignominia. Formó primero el vaso en ignominia y luego el vaso en honor, porque en cada hombre, como queda dicho, es primero el réprobo—paso indispensable para todos nosotros—, y en el que es necesario detenernos, y luego el probo, al que llegaremos por el progreso en la virtud y en el que, en llegando, permaneceremos. De donde se sigue que no es cierto que todo hombre malo ha de ser bueno, pero sí lo es que nadie ha de ser bueno sin antes haber sido malo. Y cuanto más presto se trueque en mejor, tanto más pronto cambiará su nombre y sustituirá por el segundo el primero.

La Escritura dice que Caín fundó una ciudad y que Abel, como peregrino, no la fundó. Porque la Ciudad de los santos trae su origen de arriba, aunque engendra aquí ciudadanos, en los que peregrina hasta que llegue el tiempo de su reinado. Entonces congregará a todos los resucitados con sus cuerpos y les dará el reino prometido, y reinarán eternamente en él con su príncipe, el Rey de los siglos.

unusquisque, quoniam ex damnata propagine exoritur, primo sit necesse est ex Adam malus atque carnalis; quod si in Christum renascendo profecerit, post erit bonus et spiritualis: sic in universo genere humano cum primum duae istae coeperunt nascendo atque moriendo procurrere civitates, prior est natus civis huius saeculi; posterior autem isto peregrinus in saeculo, et pertinens ad civitatem Dei, gratia praedestinatus, gratia electus, gratia peregrinus deorsum, gratia civis sursum. Nam quantum ad ipsum attinet, ex eadem massa oritur, quae originaliter est tota damnata: sed tanquam figulus Deus (hanc enim similitudinem non imprudenter, sed prudenter introducit Apostolus) ex eadem massa fecit aliud vas in honorem, aliud in contumeliam [2]. Prius *autem factum* est vas *in contumeliam*, post vero alterum in honorem: quia et in ipso uno, sicut iam dixi, homine prius est reprobum, unde necesse est incipiamus, et ubi non est necesse ut remaneamus; posterius vero probum, quo proficientes veniamus, et quo pervenientes maneamus. Proinde non quidem omnis homo malus erit bonus, nemo tamen erit bonus qui non erat malus: sed quanto quisque citius mutatur in melius, hoc in se facit nominari quod apprehendit celerius, et posteriore cooperit vocabulum prius. Scriptum est itaque de Cain, quod condiderit civitatem [3]: Abel autem tanquam peregrinus non condidit. Superna est enim sanctorum civitas, quamvis hic pariat cives, in quibus peregrinatur, donec regni eius tempus adveniat, cum congregatura est omnes in suis corporibus resurgentes, quando eis promissum dabitur regnum, ubi cum suo principe Rege saeculorum sine ullo temporis fine regnabunt.

[2] Rom. 9,21.
[3] Gen. 4,17.

CAPITULO II

Los hijos de la carne y los hijos de la promesa

Ha habido realmente en la tierra una sombra e imagen profética de esta ciudad, que es más bien signo que representación. Apareció cuando convenía. Se la llamó también Ciudad santa, haciendo honor a su ser de imagen, no a la realidad que expresaba, al cómo debe ser. De esta imagen y de lo significado por ella, de la ciudad libre, habla el Apóstol a los gálatas en los siguientes términos: *Decidme, los que queréis estar bajo la ley, ¿no habéis oído la ley? Porque escrito está que Abrahán tuvo dos hijos: uno de la esclava y otro de la libre. Pero el de la esclava nació según la carne, y el hijo de la libre, en virtud de una promesa. Todo esto se dijo en alegoría* [2]. *Estas dos mujeres son los dos testamentos. El uno, dado en el monte Sinaí, que engendra esclavos y está figurado en Agar. Porque el Sinaí es un monte de la Arabia, que está enlazado con la Jerusalén actual, que es esclava con sus hijos. En cambio, la Jerusalén de arriba es libre y es nuestra madre. Pues está escrito: Alégrate, estéril, que no pares; prorrumpe en gritos de júbilo tú que no eres fecunda, porque son muchos más los hijos de la abandonada que los de la que tiene marido. Nosotros, hermanos, somos*

CAPUT II

De filiis carnis, et filiis promissionis

Umbra sane quaedam civitatis huius et imago prophetica ei significandae potius quam praesentandae servivit in terris, quo eam tempore demonstrari oportebat, et dicta est etiam ipsa civitas sancta merito significantis imaginis, non expressae, sicut futura est, veritatis. De hac imagine serviente, et de illa quam significat libera civitate, sic Apostolus ad Galatas loquitur: *Dicite mihi,* inquit, *sub lege volentes esse, legem non audistis? Scriptum est enim quod Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, et unum de libera. Sed ille quidem qui de ancilla, secundum carnem natus est; qui autem de libera, per repromissionem: quae sunt in allegoria. Haec enim sunt duo testamenta; unum quidem a monte Sina in servitutem generans, quod est Agar. Sina enim est mons in Arabia, qui coniunctus est huic quae nunc est Ierusalem: servit enim cum filiis suis. Quae autem sursum est Ierusalem, libera est, quae est mater omnium nostrum. Scriptum est enim, Laetare, sterilis, quae non paris; erumpe et clama, quae non parturis: quoniam multi filii desertae, magis quam eius*

los hijos de la promesa, figurados en Isaac. Mas, como entonces, el que había nacido según la carne perseguía al nacido según el espíritu, así sucede también ahora. Pero ¿qué dice la Escritura? Echa fuera a la esclava y a su hijo, que no ha de ser heredero el hijo de la esclava con el hijo de la libre. Empero, hermanos, nosotros no somos hijos de la esclava, sino de la libre, y es Cristo el que nos ha adquirido esta libertad. Esta interpretación, emanada de la autoridad del Apóstol, nos descubre cómo debemos entender los escritos del Nuevo y del Viejo Testamento.

Una parte de la ciudad terrena ha venido a ser imagen de la Ciudad celestial, y no se simboliza a sí misma, sino a la otra, y, por tanto, la sirve. Esta no fué fundada para ser figura de sí misma, sino de la otra, y la ciudad que prefigura fué a su vez prefigurada por otra figura anterior. En efecto, Agar, esclava de Sara, y su hijo, han sido en cierta manera una imagen de esta imagen. Y porque las sombras, en llegando la luz, deben desvanecerse, por eso Sarra, que era la libre y significa a la ciudad libre, de la que era una imagen nueva y distinta aquella sombra, dijo: *Echa fuera a la esclava y a su hijo, que no ha de ser heredero el hijo de la esclava con mi hijo, Isaac,* o como dice el Apóstol, *con el hijo de la libre.* Hallamos, pues, en la ciudad terrena dos formas: una que ostenta su presencia, y otra que es, con su presencia, imagen de la Ciudad celestial.

La naturaleza, maleada por el pecado, engendra los ciudadanos de la ciudad terrena, y la gracia, que libera del pecado, engendra los ciudadanos de la Ciudad celestial. Por eso aquéllos son llamados vasos de ira, y éstos, vasos de misericordia.

quae habet virum. Nos autem, fratres, secundum Isaac promissionis filii sumus. Sed sicut tunc qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum; ita et nunc. Sed quid dicit Scriptura? Eiice ancillam et filium eius: non enim haeres erit filius ancillae cum filio liberae. Nos autem, fratres, non sumus ancillae filii, sed liberae, qua libertate Christus nos liberavit [4]. Haec forma intelligendi de apostolica auctoritate descendens locum nobis aperit, quemadmodum Scripturas duorum Testamentorum, Veteris et Novi accipere debeamus. Pars enim quaedam terrenae civitatis imago caelestis civitatis effecta est, non se significando, sed alteram; et ideo serviens. Non enim propter se ipsam, sed propter aliam significandam est instituta; et praecedente alia significatione et ipsa praefigurans praefigurata est. Namque Agar ancilla Sarrae, eiusque filius, imago quaedam huius imaginis fuit. Et quoniam transiturae erant umbrae luce veniente, ideo dixit libera Sarra, quae significabat liberam civitatem, cui rursus alio modo significandae etiam illa umbra serviebat: *Eiice ancillam, et filium eius; non enim haeres erit filius ancillae cum filio meo* Isaac, quod ait Apostolus, *cum filio liberae.* Invenimus ergo in terrena civitate duas formas; unam suam praesentiam demonstrantem, alteram caelesti civitati significandae sua praesentia servientem. Parit autem cives terrenae civitatis peccato vitiata natura; caelestis vero civitatis cives parit a peccato naturam liberans gratia: unde illa

[4] Gal. 4,21-31.

Esto mismo fué figurado también en los dos hijos de Abrahán. Ismael, uno de ellos, nació, según la carne, de Agar, la esclava, y el otro, Isaac, nació, según la promesa, de Sara, la libre. Ciertamente los dos descienden de Abrahán; pero aquél fué engendrado según el curso ordinario de la naturaleza, y éste fué dado en virtud de una promesa que figuraba la gracia. Allí aparece la usanza humana, y aquí se manifiesta el beneficio divino [3].

CAPITULO III

Esterilidad de Sara y fecundidad recibida

En realidad, Sara era estéril. Y sin esperanza de descendencia, deseando tener al menos de su esclava lo que no podía de sí misma, la entregó al abrazo de su marido, de quien ella había querido engendrar sin conseguirlo. Exigió, pues, el débito conyugal, usando de su derecho en persona de otro. Ismael nació, como nacen todos los hombres, de la unión de los dos sexos, según la ley ordinaria de la naturaleza. Por eso dice la Escritura que nació *según la carne,* no porque estos beneficios no procedan de Dios o no sean obras suyas, de El, cuya sabiduría operativa *alcanza del uno al otro confín y lo dispone todo con suavidad,* sino que, para dar a entender el don indebido y gratuito de la gracia que Dios dió a los hombres, fué conveniente que regalara un hijo contra el curso ordinario de la

vocantur vasa irae; ista, vasa misericordiae [5]. Significatum est hoc etiam in duobus filiis Abrahae, quod unus de ancilla, quae dicebatur Agar, secundum carnem natus est Ismael, alter autem de Sarra libera secundum repromissionem natus Isaac. Uterque quidem de semine Abrahae: sed illum genuit demonstrans consuetudo naturam, istum vero dedit promissio significans gratiam. Ibi humanus usus ostenditur, hic divinum beneficium commendatur.

CAPUT III

De sterilitate Sarrae, quam Dei gratia fecundavit

Sarra quippe sterilis erat, et desperatione prolis, saltem de ancilla sua concupiscens habere, quod de se ipsa non se posse cernebat, dedit eam fetandam viro, de quo parere voluerat, nec potuerat. Exegit itaque etiam sic debitum de marito, utens iure suo in utero alieno. Natus est ergo Ismael, sicut nascuntur homines, permixtione sexus utriusque, usitata lege naturae. Ideo dictum est *secundum carnem:* non quod ista beneficia Dei non sint, aut non illa operetur Deus, cuius opifex sapientia *attingit,* sicut scriptum est, *a fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter* [6]: sed ubi significandum fuerat Dei donum, quod indebitum hominibus gratis gratia largiretur, sic oportuit dari filium, quemadmodum naturae non

[5] Rom. 9,22.23.
[6] Sap. 8,1.

naturaleza. La naturaleza niega hijos a una unión carnal, tal cual podía ser la de Abrahán y Sara en edad tan avanzada, a lo que se añadía la esterilidad de Sara, que no pudo concebir ni cuando la edad era aún susceptible de fecundidad, pero ésta no acompañaba a la edad. Que a una naturaleza en tales condiciones no se le debía el fruto de la posteridad, significa que la naturaleza humana, averiada por el pecado, y por eso justamente condenada, en adelante no sería acreedora a la felicidad verdadera. Merecidamente, pues, Isaac, nacido en virtud de la promesa, figura a los hijos de la gracia, ciudadanos de la ciudad libre, socios de la paz eterna. En ella no reina el amor a la voluntad propia y privada, sino un gozo del bien común e inmutable y la obediencia de la caridad, que hace de muchos un solo corazón, una concordia perfecta [4].

CAPITULO IV

LA PAZ Y LA GUERRA EN LA CIUDAD TERRENA

La ciudad terrena, que no será eterna (pues, una vez condenada al último suplicio, no será ya ciudad), tiene aquí abajo su bien y se goza en su posesión con ese gozo que pueden brindar tales cosas. Y porque ese bien no es tal que excluya de sus amadores las angustias, por eso esta ciudad con frecuencia se divide contra sí misma, pleiteando, batallando, luchando y buscando victorias mortíferas o al menos mortales [5]. Porque, sea cualquiera la parte de ella que se levante en guerra contra otra, pretende ser vencedora, siendo ella cautiva de los vicios. Si vence y se engalla más soberbiamente, su victoria es mortífera; pero si, pesando la condición y las consecuencias comunes, es mayor su aflicción por las desgracias que pueden sobrevenir que su hinchazón por las ventajas que reporte, la victoria es solamente mortal. Porque no siempre puede señorear, subsistiendo, a quienes pudo someter venciendo.

No es acertado decir que los bienes que desea esta ciudad no son bienes, puesto que ella misma es un bien, y el mejor en su género. Por causa de estos bienes ínfimos, desea cierta paz terrena y anhela llegar a ella por la guerra. Si vence y no hay quien resista, nace la paz de que carecían los partidos contrarios entre sí, que luchaban con infeliz miseria por cosas que no podían poseer a la vez. Esta es la paz que persiguen las penosas guerras, ésta es la paz que logran las victorias pretendidamente gloriosas. Cuando vencen los que lucharon por la causa más justa, ¿quién duda que la victoria debe acogerse con aplauso, y la paz con gozo? Son bienes, y los bienes son dones de Dios. Mas si, abandonados los bienes supremos, posesión de la Ciudad soberana, donde habrá una victoria seguida de una paz eterna y suma, se ansían estos bienes de manera que o se crea que son únicos o se amen más que los superiores, inevitablemente sigue la miseria y se acrece la existente.

---

debebatur excursibus. Negat enim natura iam filios tali commixtioni maris et feminae, qualis esse poterat Abrahae et Sarrae in illa iam aetate, etiam mulieris accedente sterilitate, quae nec tunc parere potuit, quando non aetas fecunditati, sed aetati fecunditas defuit. Quod ergo naturae sic affectae fructus posteritatis non debebatur, significat quod natura generis humani peccato vitiata, ac per hoc iure damnata, nihil verae felicitatis in posterum merebatur. Recte igitur significat Isaac per repromissionem natus filios gratiae, cives civitatis liberae, socios pacis aeternae, ubi sit non amor propriae ac privatae quodammodo voluntatis, sed communi eodemque immutabili bono gaudens, atque ex multis unum cor faciens, id est perfecte concors, obedientia charitatis.

CAPUT IV

DE TERRENAE CIVITATIS VEL CONCERTATIONE, VEL PACE

Terrena porro civitas, quae sempiterna non erit (neque enim cum in extremo supplicio damnata fuerit, iam civitas erit), hic habet bonum suum, cuius societate laetatur, qualis esse de talibus rebus laetitia potest. Et quoniam non est tale bonum, ut nullas angustias faciat amatoribus suis, ideo civitas ista adversus se ipsam plerumque dividitur litigando, bellando, atque pugnando, et aut mortiferas, aut certe mortales victorias requirendo. Nam ex quacumque sui parte adversus alteram sui partem bellando surrexerit, quaerit esse victrix gentium, cum sit captiva vitiorum. Et si quidem cum vicerit, superbius extollitur, etiam mortifera; si vero conditionem cogitans casusque communes, magisque accidere possunt adversis angitur, quam eis quae provenerint secundis rebus inflatur, tantummodo mortalis est ista victoria. Neque enim semper dominari poterit permanendo eis quos potuerit subiugare vincendo. Non autem recte dicuntur ea bona non esse, quae concupiscit haec civitas, quando est et ipsa in suo genere humano melior. Concupiscit enim terrenam quamdam pro rebus infimis pacem: ad eam namque desiderat pervenire bellando. Quoniam si vicerit, et qui resistat non fuerit, pax erit, quam non habebant partes invicem adversantes, et pro his rebus quas simul habere non poterant infelici egestate certantes. Hanc pacem requirunt laboriosa bella; hanc adipiscitur quae putatur gloriosa victoria. Quando autem vincunt qui causa iustiore pugnabant, quis dubitet gratulandam esse victoriam, et provenisse optabilem pacem? Haec bona sunt, et sine dubio Dei dona sunt. Sed si, neglectis melioribus, quae ad supernam pertinent civitatem, ubi erit victoria in aeterna et summa pace secura, bona ista sic concupiscuntur, ut vel sola esse credantur, vel his quae meliora creduntur, amplius diligantur; necesse est miseria consequatur, et quae inerat augeatur.

CAPITULO V

DOS EMPERADORES: EL DE LA CIUDAD TERRENA Y EL DE ROMA

El fundador de la ciudad terrena fué fratricida. Llevado de la envidia, mató a su hermano, que era ciudadano de la ciudad eterna y peregrino en la tierra. Por eso no es de maravillar que este ejemplo, o, como dirían los griegos, este arquetipo (ἀρχετύπῳ), haya sido imitado, después de tanto tiempo, por el fundador de la ciudad que con el tiempo había de ser cabeza de la ciudad terrena de que hablamos y señora de multitud de pueblos. También allí, como dice uno de sus poetas,

Se regaron con la sangre fraterna los primeros muros.

Lo mismo acaeció en la fundación de Roma, en la que, según la historia, Rómulo mató a su hermano Remo, con la diferencia de que aquí ambos eran ciudadanos de la ciudad terrena. Los dos pretendían la gloria de ser fundadores de la república romana; pero no podían tener los dos la gloria que tendría uno solo de no existir más que él, porque los dominios que quería su gloria dominando serían más reducidos si menguaba su poder por vivir su compañero en el mando. Y para que el mando pasara íntegro a uno solo, se quitó de en medio al compañero, aumentando con el crimen un imperio que con la inocencia fuera menor y mejor.

Sin embargo, Caín y Abel no estaban tocados los dos de una ambición semejante, ni el fratricida envidió al otro por temer que su poderío se limitara más mandando los dos (porque Abel no buscaba el señorío en la ciudad que fundaba su hermano). Le envidió simplemente con esa envidia diabólica con que envidian los malos a los buenos, sin motivo alguno, sólo porque unos son buenos y otros malos. La bondad no se disminuye por admitir a participarla a un compañero; al contrario, se acrece tanto más cuanto más concordemente la posee la caridad individual de los consocios. En realidad, el que se niega a tenerla común, no goza de esta posesión, siendo su gozo más cumplido cuanto más generosamente ame en ella al compañero.

Lo acontecido entre Rómulo y Remo muestra cómo la ciudad terrena se divide contra sí misma, y lo sucedido entre Caín y Abel es el trasluz de las enemistades que existen entre las dos ciudades, entre la Ciudad de Dios y la de los hombres. En suma, que los malos luchan unos contra otros y, a su vez, contra los buenos. Pero los buenos, si son perfectos, no pueden tener ningún altercado entre sí. Pueden si son proficientes y aún no perfectos. En este caso, uno bueno lucha contra otro por el mismo flanco por donde lucha contra sí mismo. Y en cada hombre, *la carne apetece contra el espíritu, y el espíritu contra la carne*. Por eso la concupiscencia espiritual de uno puede luchar contra la carnal de otro, como luchan entre sí los buenos y los malos. Además, es cierto también que pueden luchar entre sí las concupiscencias carnales de dos buenos, aún no perfectos, como luchan entre sí los malos, hasta que la sanidad de los proficientes logre la última victoria.

CAPUT V

DE PRIMO TERRENAE CIVITATIS AUCTORE FRATRICIDA, CUIUS IMPIETATI ROMANAE URBIS CONDITOR GERMANI CAEDE RESPONDERIT

Primus itaque fuit terrenae civitatis conditor fratricida: nam suum fratrem civem civitatis aeternae in hac terra peregrinantem invidentia victus occidit. Unde mirandum non est, quod tanto post in ea civitate condenda, quae fuerat huius terrenae civitatis, de qua loquimur, caput futura, et tam multis gentibus regnatura, huic primo exemplo et, ut Graeci appellant, ἀρχετύπῳ quaedam sui generis imago respondit. Nam et illic, sicut ipsum facinus quidam poeta commemoravit illorum,

Fraterno primi maduerunt sanguine muri [7].

Sic enim condita est Roma, quando occisum Remum a fratre Romulo Romana testatur historia: nisi quod isti terrenae civitatis ambo cives erant. Ambo gloriam de Romanae reipublicae institutione quaerebant: sed ambo eam tantam, quantam, si unus esset, habere non poterant. Qui enim volebat dominando gloriari, minus utique dominaretur, si eius potestas vivo consorte minueretur. Ut ergo totam dominationem haberet unus, ablatus est socius: et scelere crevit in peius, quod innocentia minus esset et melius. Hi autem fratres Cain et Abel non habebant ambo inter se similem rerum terrenarum cupiditatem; nec in hoc alter alteri invidit, quod eius dominatus fieret angustior, qui alterum occidit, si ambo dominarentur (Abel quippe non quaerebat dominationem in ea civitate, quae condebatur a fratre): sed invidentia illa diabolica, qua invident bonis mali, nulla alia causa, nisi quia illi boni sunt, illi mali. Nullo enim modo fit minor accedente seu permanente consorte possessio bonitatis; imo possessio bonitas, quam tanto latius, quanto concordius individua sociorum possidet charitas. Non habebit denique istam possessionem, qui eam noluerit habere communem; et tanto eam reperiet ampliorem, quanto amplius ibi potuerit amare consortem. Illud igitur quod inter Remum et Romulum exortum est, quemadmodum adversus se ipsam terrena civitas dividatur, ostendit: quod autem inter Cain et Abel, inter duas ipsas civitates, Dei et hominum, inimicitias demonstravit. Pugnant ergo inter se mali et mali: item pugnant inter se boni et mali. Boni vero et boni, si perfecti sunt, inter se pugnare non possunt: proficientes autem nondumque perfecti ita possunt, ut bonus quisque ex ea parte pugnet contra alterum, qua etiam contra semetipsum. Et in uno quippe homine *caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem* [8]. Concupiscentia ergo spiritualis contra alterius potest pugnare carnalem, vel concupiscentia carnalis contra alterius spiritualem, sicut inter se pugnant boni et mali: vel certe ipsae concupiscentiae carnales inter se duorum bonorum, nondum utique perfectorum, sicut inter se pugnant mali et mali, donec eorum qui curantur ad ultimam victoriam sanitas perducatur.

[7] LUCAN., l.1 *Pharsal.* v.95.

[8] Gal. 5,17.

CAPITULO VI

Achaques de los ciudadanos de la Ciudad de Dios en su peregrinaje hacia la patria. De ellos sólo les sana la medicina de Dios

La desobediencia, pena de la primera, y, por tanto, vicio, no naturaleza, es precisamente el achaque de que hemos hablado en el libro XIV. Por eso se dice a los proficientes buenos que en su peregrinar viven de la fe: *Llevad mutuamente vuestras cargas y así cumpliréis la ley de Cristo* [6]. Y en otra parte: *Corregid a los inquietos, consolad a los pusilánimes, alentad a los débiles y sed pacientes con todos. Cuidad, pues, y que nadie vuelva mal por mal.* Y en otro lugar: *Si alguien anduviere preocupado con un delito, vosotros, que sois espirituales, instruídle con espíritu de mansedumbre, pensando que también vosotros podéis ser tentados.* Y asimismo: *No se ponga el sol estando vosotros airados.* Y en el Evangelio: *Si tu hermano pecare contra ti, corrígelo a solas entre tú y él.* El Apóstol dice, a su vez, de los pecados de que se teme se siga escándalo: *A los pecadores públicos repréndelos delante de todos para que los demás teman.* Por este motivo son muchos los mandatos sobre el perdón mutuo, y se exige un cuidado muy esmerado, con el fin de que se mantenga la paz, sin la cual nadie puede ver a Dios.

CAPUT VI

De languoribus, quos ex poena peccati etiam cives civitatis Dei in huius vitae peregrinatione patiuntur, et a quibus Deo medente sanantur

Languor est quippe iste, id est illa inobedientia, de qua in libro quartodecimo disseruimus [9], primae inobedientiae supplicium; et ideo non natura, sed vitium: propter quod dicitur proficientibus bonis, et ex fide in hac peregrinatione viventibus, *Invicem onera vestra portate, et sic adimplebitis legem Christi* [10]. Item alibi dicitur: *Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat* [11]. Item alio loco: *Si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis, intendens te ipsum, ne et tu tenteris* [12]. Et alibi: *Sol non occidat super iracundiam vestram* [13]. Et in Evangelio: *Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te et ipsum solum* [14]. Item de peccatis, in quibus multorum cavetur offensio, Apostolus dicit: *Peccantes coram omnibus argue, ut et caeteri timorem habeant* [15]. Propter hoc et de venia invicem danda, multa praecipiuntur, et magna cura, propter tenen-

[9] C.1.11 et alibi.
[10] Gal. 6,2.
[11] 1 Thes. 5,14 et 15.
[12] Gal. 6,1.
[13] Eph. 4,26.
[14] Mt. 18,15.
[15] 1 Tim. 5,20.

En la Escritura se presenta un terrible juicio contra el siervo a quien se le obliga a pagar la deuda de diez mil talentos que le habían sido condonados, por no haber perdonado él una deuda mínima de cien denarios a un siervo suyo. Una vez propuesta la parábola, añadió Cristo: *Así se portará mi Padre celestial con vosotros si cada uno no perdonare de corazón a su hermano.* Cata ahora el remedio curativo de los ciudadanos de la Ciudad de Dios que peregrinan por este valle de lágrimas y suspiran por la paz de la patria soberana. El Espíritu Santo obra interiormente para que la medicina aplicada al exterior surta su efecto.

Aunque Dios se sirva de las criaturas a El sujetas para hablar a los sentidos humanos, a los corpóreos en especie humana y a los otros en sueños, es inútil para el hombre la predicación de las verdades si El no mueve y obra interiormente con su gracia. Mas Dios hace esto con un juicio muy secreto, pero justo, y discierne los vasos de ira de los vasos de misericordia. Si, con la ayuda que El nos presta de modos maravillosos y ocultos, el pecado—más bien la pena del pecado—, que habita en nuestros miembros, no reina en nuestro cuerpo mortal, según el precepto del Apóstol, de manera que obedezcamos a sus deseos, y si no abandonamos nuestros miembros para servir de instrumentos de iniquidad, el espíritu adquiere la fuerza de no consentir, entregando su gobernalle a Dios. Así, ahora el hombre tendrá un gobierno más tranquilo, y después, perfectamente sano y revestido de inmortalidad, reinará sin pecado en una paz eterna.

dam pacem, sine qua nemo poterit videre Deum [16]: ubi ille terror est, quando iubetur servus decem millium talentorum reddere debita, quae illi fuerant relaxata, quoniam debitum denariorum centum conservo suo non relaxavit. Qua similitudine proposita, Dominus Iesus adiecit, atque ait, *Sic et vobis faciet Pater vester caelestis, si non dimiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris* [17]. Hoc modo curantur cives civitatis Dei in hac terra peregrinantes, et paci supernae patriae suspirantes. Spiritus autem sanctus operatur intrinsecus, ut valeat aliquid medicina, quae adhibetur extrinsecus. Alioquin etiamsi Deus ipse utens creatura sibi subdita in aliqua specie humana sensus alloquatur humanos, sive istos corporis, sive illos quos istis simillimos habemus in somnis, nec interiore gratia mentem regat atque agat, nihil prodest homini omnis praedicatio veritatis. Facit autem hoc Deus a vasis misericordiae irae vasa discernens, dispensatione qua ipse novit multum occulta, sed tamen iusta. Ipso quippe adiuvante mirabilibus et latentibus modis, cum peccatum, quod habitat in membris nostris, quae potius iam poena peccati est, sicut Apostolus praecipit, non regnat in nostro mortali corpore ad obediendum desideriis eius, nec ei membra nostra velut iniquitatis arma exhibemus [18], convertitur ad mentem non sibi ad mala, Deo regente, consentientem; et eam regentem tranquillius nunc habebit, postea sanitate perfecta atque immortalitate percepta homo sine ullo peccato in aeterna pace regnabit.

[16] Hebr. 12,14.
[17] Mt. 18,35.
[18] Rom. 6,12.13.

CAPITULO VII

CAUSA DEL CRIMEN DE CAÍN Y SU OBSTINACIÓN EN ÉL

1. Pero ¿de qué le sirvió a Caín que Dios le recordara lo que acabamos de exponer a nuestro modo, cuando le habló como solía hacerlo a los primeros hombres, como amigo y en forma congruente, mediante una criatura sujeta a El? [7]. ¿No perpetró acaso el crimen concebido, el fratricidio, aun después de la advertencia divina? Cuando Dios discernió los sacrificios de los dos, mirando con agrado los de uno y con desplacer los del otro—cosa que manifestó, sin duda, con alguna señal visible—, y lo hizo porque las obras de éste eran malas, y las de su hermano buenas, Caín se entristeció en extremo y su rostro palideció. Dice así el texto sagrado: *Y dijo Dios a Caín: ¿Por qué estás triste y por qué ha palidecido tu rostro? ¿No es verdad que, si ofreces bien y no divides bien, pecas? ¡Cálmate! El se convertirá a ti y tú le dominarás.* No es fácil comprender esta reconvención de Dios a Caín: *¿No es verdad que, si ofreces bien y no divides bien, pecas?*; pues no se expresa el porqué o el fin de ella. Su obscuridad ha dado origen a muchas interpretaciones entre los expositores de las divinas Escrituras, que se afanan por entenderlo en conformidad con la regla de fe.

El sacrificio se ofrece bien cuando se ofrece al Dios verdadero, único al que debe ofrecerse. Pero no se divide bien cuando no se disciernen bien, o los lugares, o los tiempos, o las

CAPUT VII

DE CAUSA ET PERTINACIA SCELERIS CAIN, QUEM A FACINORE CONCEPTO NEC DEI SERMO REVOCAVIT

1. Sed hoc ipsum, quod sicut potuimus exposuimus, cum Deus locutus esset ad Cain eo more, quo cum primis hominibus per creaturam subiectam velut eorum socius forma congrua loquebatur, quid ei profuit? nonne conceptum scelus in necando fratre etiam post verbum divinae admonitionis implevit? Nam cum sacrificia discrevisset amborum, in illius respiciens, huius despiciens, quod non dubitandum est potuisse cognosci signo aliquo attestante visibili; et hoc ideo fecisset Deus, quia mala erant opera huius, fratris vero eius bona: contristatus est Cain valde, et concidit facies eius. Sic enim scriptum est: *Et dixit Dominus ad Cain, Quare tristis factus es, et quare concidit facies tua? Nonne si recte offeras, recte autem non dividas, peccasti? Quiesce: ad te enim conversio eius, et tu dominaberis illius* [19]. In hac admonitione quam Deus protulit ad Cain, illud quidem quod dictum est, *Nonne si recte offeras, recte autem non dividas, peccasti?* quia non elucet cur vel unde sit dictum, multos sensus peperit eius obscuritas, cum divinarum Scripturarum quisque tractator secundum

[19] Gen. 4,6.7, sec. LXX.

cosas que se ofrecen, o quien ofrece, o a quien se ofrece, o a quienes se distribuye la ofrenda para consumirla. Según esto, *por división entendemos aquí discriminación.* Así, *cuando se* ofrece donde no conviene o lo que no conviene en ese lugar, sino en otro; o cuando se ofrece cuando no conviene o lo que no conviene entonces, sino en otro tiempo. Y, asimismo, cuando se ofrece una cosa que nunca jamás debió ofrecerse, o cuando el hombre se reserva para sí una ofrenda más selecta que la que ofrece a Dios, o cuando se hace partícipe profano de la cosa ofrecida a quien no debe hacerse [7]. En cuál de estos puntos desplaciera Caín a Dios no es fácil determinarlo. En las palabras del apóstol San Juan, que, hablando de estos dos hermanos, dice: *No imitéis a Caín, que procedía del espíritu maligno y mató a su hermano. ¿Por qué lo mató? Porque sus obras eran malas, y las de su hermano, justas,* se deja entrever que no agradó a Dios su don, justamente porque dividió mal, dando a Dios algo suyo y reservándose para sí a sí mismo. Esto mismo hacen todos aquellos que, siguiendo su propia voluntad, es decir, no viviendo con corazón recto, sino perverso, ofrecen a Dios dones, pensando que con ellos le obligan no a ayudarles a sanar sus cupidades, sino a saciarlas.

Y esto es lo típico de la ciudad terrena, rendir culto a Dios o a los dioses para conseguir con su ayuda victorias y gozar así de una paz terrena, no por amor al bien, sino por ansia de dominio. Los buenos usan del mundo para gozar de Dios, y los malos, al contrario, quieren usar de Dios para gozar del mundo [8]. Hablo de los que al menos creen que existe Dios y que

fidei regulam id conatur exponere. Recte quippe offertur sacrificium, cum offertur Deo vero, cui uni tantummodo sacrificandum est. Non autem recte dividitur, dum non discernuntur recte vel loca, vel tempora, vel res ipsae quae offeruntur, vel qui offert, et cui offertur, vel hi quibus ad vescendum distribuitur quod oblatum est: ut divisionem hic discretionem intelligamus; sive cum offertur, ubi non oportet, aut quod non ibi, sed alibi oportet; sive cum offertur, quando non oportet, aut quod non tunc, sed alias oportet; sive cum id offertur, quod nusquam et nunquam penitus debuit; sive cum electiora sibi eiusdem generis rerum tenet homo, quam sunt ea quae offert Deo; sive cum eius rei quae oblata est, fit particeps profanus, aut quilibet quem fas non est fieri. In quo autem horum Deo displicuerit Cain, facile non potest inveniri. Sed quoniam Ioannes apostolus, cum de his fratribus loqueretur, *Non sicut Cain*, inquit, *qui ex maligno erat, et occidit fratrem suum: et cuius rei gratia occidit eum? Quia opera illius maligna fuerunt, fratris autem illius iusta* [20]: datur intelligi propterea Deum non respexisse in munus eius, quia hoc ipso male dividebat, dans Deo aliquid suum, sibi autem se ipsum. Quod omnes faciunt qui non Dei, sed suam sectantes voluntatem, id est, non recto, sed perverso corde viventes, offerunt tamen Deo munus, quo putant eum redimi, ut eorum non opituletur sanandis pravis cupiditatibus, sed explendis. Et hoc est proprium terrenae civitatis, Deum vel deos colere, quibus adiuvantibus regnet in victoriis et pace terrena, non charitate consulendi, sed dominan-

[20] I Io. 3,12.

cuida de las cosas humanas, pues hay otros mucho peores, que no creen ni esto.

Por consiguiente, Caín, al caer en la cuenta de que Dios se había complacido en el sacrificio de su hermano y no en el suyo, debió, convirtiéndose, imitar a su buen hermano y no, ensoberbeciéndose, hacerse émulo suyo. Pero se entristeció y palideció su rostro. Dios reprende sobre todo este pecado, el entristecerse por la bondad de otro, máxime siendo su hermano. Y éste fué el objeto de la reprimenda al preguntarle: *¿Por qué estás triste y por qué ha palidecido tu rostro?* Dios miró su corazón y, al ver en él la envidia a su hermano, le reprendió. Los hombres, a quienes se oculta el corazón del prójimo, pueden dudar y no saber si la tristeza, al conocer que desplacía a Dios, nació de su malignidad o de la bondad de su hermano, que agradó a Dios con su sacrificio. Mas Dios, al declarar el porqué de su no aceptación diciendo que era culpa suya, no de su hermano, porque había sido injusto no dividiendo bien, es decir, no viviendo rectamente, y se había hecho indigno de que su oblación fuera aceptada, pone de manifiesto que fué mucho más injusto Caín odiando sin motivo a su justo hermano.

2. Con todo, no le deja sin un consejo saludable, justo y bueno, y así le dice: *¡Cálmate! El se convertirá a ti y tú le dominarás.* ¿A quién? ¿A su hermano acaso? De ninguna manera. Entonces, ¿a quién sino al pecado? Primero le dijo: *Pecaste;* y luego añadió: *¡Cálmate! El se convertirá a ti y tú le dominarás.* Cierto que puede también entenderse que la conversión del pecado se revierte sobre el hombre, de forma que

---

di cupiditate. Boni quippe ad hoc utuntur mundo, ut fruantur Deo: mali autem contra, ut fruantur mundo, uti volunt Deo; qui tamen eum vel esse, vel res humanas curare iam credunt. Sunt enim multo deteriores, qui nec hoc quidem credunt. Cognito itaque Cain quod super eius germani sacrificium, nec super suum respexerat Deus, utique fratrem bonum mutatus imitari, non elatus debuit aemulari. Sed contristatus est, et concidit facies eius. Hoc peccatum maxime arguit Deus, tristitiam de alterius bonitate, et hoc fratris. Hoc quippe arguendo interrogavit dicens, *Quare contristatus es, et quare concidit facies tua?* Quia enim fratri invidebat, Deus videbat, et hoc arguebat. Nam hominibus, quibus absconditum est cor alterius, esse posset ambiguum, et prorsus incertum, utrum illa tristitia malignitatem suam, in qua se Deo displicuisse didicerat, an fratris doluerit bonitatem, quae Deo placuit, cum in sacrificium eius aspexit. Sed rationem Deus reddens, cur eius oblationem accipere noluerit, ut sibi ipse potius merito, quam ei frater immerito displiceret, cum esset iniustus non recte dividendo, hoc est non recte vivendo, et indignus cuius approbaretur oblatio, quam esset iniustior, quod fratrem iustum gratis odisset, ostendit.

2. Non tamen eum dimittens sine mandato sancto, iusto et bono, *Quiesce,* inquit; *ad te enim conversio eius, et tu dominaberis illius.* Numquid fratris? Absit. Cuius igitur, nisi peccati? Dixerat enim, *Peccasti:* tum deinde addidit, *Quiesce; ad te enim conversio eius, et tu dominaberis illius.* Potest quidem ita intelligi ad ipsum hominem conversionem esse debere peccati, ut nulli alii quam sibi sciat tribuere debere quod peccat.

tome conciencia de que el pecado debe imputárselo a sí mismo, no a otro. En esto radica la salubilidad de la penitencia y del pedimiento de perdón. De esta forma, la frase: *El se convertirá a ti,* no ha de sobrentenderse en futuro, sino en imperativo, a modo de mandato y no de predicción. Cada cual dominará el pecado si no le da la primacía sobre sí mismo, excusándolo, sino que lo somete a sí, arrepintiéndose de él. De lo contrario, si, cuando surge, le da acogida, servirá también al que domina. Por pecado aquí se entiende la concupiscencia carnal, de la que dice el Apóstol: *La carne apetece contra el espíritu.* Enumeraba entre los frutos de la carne la envidia, que aguijaba a Caín y le encendía contra su hermano. Ahora es fácil ya entender esto: *El se convertirá a ti y tú le dominarás.* En efecto, cuando la parte carnal, que el Apóstol llama pecado en este pasaje: *No soy yo el que obra aquello, sino el pecado que habita en mí;* cuando esta parte, digo, que los mismos filósofos dicen que es viciosa y que no debe arrastrar tras sí a la mente, sino que debe ser señoreada por ella y retraída por la razón de las acciones ilícitas, se mueve a cometer algún desafuero, si se calma y obedece al Apóstol en esto: *No abandonéis vuestros miembros al pecado para servir de instrumentos a la iniquidad,* domeñada y vencida, se convertirá al espíritu, a fin de que la razón impere sobre ella humillada.

A eso se redujo el imperativo de Dios al que ardía en haces de envidia contra su hermano y deseaba quitarle de delante, debiendo más bien imitarle. *¡Cálmate!*—le dice—. Detén tu mano criminal, no reine el pecado en tu cuerpo mortal para obedecer a sus deseos, ni abandones tus miembros al pecado

---

Haec est enim salubris poenitentiae medicina, et veniae petitio non incongrua, ut ubi ait, *Ad te enim conversio eius,* non subaudiatur, Erit; sed, Sit; praecipientis videlicet, non praedicentis modo. Tunc enim dominabitur quisque peccato, si id sibi non defendendo praeposuerit, sed poenitendo subiecerit: alioquin et illi serviet dominanti, si patrocinium adhibuerit accidenti. Sed ut peccatum intelligatur concupiscentia ipsa carnalis, de qua dicit Apostolus, *Caro concupiscit adversus spiritum* [21]; in cuius carnis fructibus et invidiam commemorat, qua utique Cain stimulabatur, et accendebatur in fratris exitium: bene subauditur, Erit, id est, *Ad te enim conversio eius* erit, *et tu dominaberis illius.* Cum enim commota fuerit pars ipsa carnalis, quam peccatum appellat Apostolus, ubi dicit, *Non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum* [22]: quam partem animi etiam philosophi dicunt esse vitiosam, non quae mentem debeat trahere, sed cui mens debeat imperare, eamque ab illicitis operibus ratione cohibere: cum ergo commota fuerit ad aliquid perperam committendum, si quiescatur et obtemperetur dicenti Apostolo, *Nec exhibueritis membra vestra arma iniquitatis peccato* [23]; ad mentem domita et victa convertitur, ut subditae ratio dominetur. Hoc praecepit Deus huic, qui facibus invidiae inflammabatur in fratrem, et quem debuerat imitari, cupiebat auferri.

[21] Gal. 5,17.
[22] Rom. 7,17
[23] Ibid., 6,13

para que sirvan de instrumentos a la iniquidad. *El se convertirá a ti,* en tanto que no es secundado en sus propósitos, sino frenado con calma. *Y tú le dominarás,* con el fin de que, no permitiéndole obrar exteriormente, se acostumbre a no rebelarse interiormente, sujetándose al imperio de la mente, rectora y guía maestra.

En el mismo libro se dijo algo semejante también de la mujer, cuando, después del pecado, recibieron del juicio de Dios las sentencias de condenación, el diablo en la serpiente, y la mujer y el marido en sus propias personas. En habiéndole dicho: *Multiplicaré tus trabajos y tus gemidos y parirás los hijos con dolor,* añadió en seguida: *Y te convertirás a tu marido y él te dominará.* Como se ve, lo mismo que se dijo a Caín del pecado o de la concupiscencia carnal viciosa, eso mismo se dijo en este pasaje a la mujer pecatriz. En esto se aprecia también lo propio que es decir que el varón, para regir a la mujer, ha de asemejarse al ánimo, que gobierna la carne [9]. Por eso dice el Apóstol: *Quien ama a su mujer, se ama a sí mismo, pues es cierto que nadie aborreció jamás su propia carne.*

Estos males deben, pues, ser sanados como nuestros, no condenados como ajenos. Caín recibió el mandamiento divino de Dios, como prevaricador, y, acreciéndose en él la envidia, mató pérfidamente a su hermano. Así era el fundador de la ciudad terrena. Cómo éste era figura de los judíos, que dieron muerte a Cristo, pastor de la grey humana, prefigurado en Abel, pastor

Quiesce, inquit: manus ab scelere contine; non regnet peccatum in tuo mortali corpore ad obediendum desideriis eius, nec exhibeas membra tua iniquitatis arma peccato. *Ad te enim conversio eius:* dum non adiuvatur relaxando, sed quiescendo frenatur. *Et tu dominaberis illius:* ut cum forinsecus non permittitur operari, sub potestate mentis regentis et benevolentis assuescat etiam intrinsecus non moveri. Dictum est tale aliquid in eodem divino libro et de muliere, quando post peccatum Deo interrogante atque iudicante damnationis sententias acceperunt, in serpente diabolus, et in se ipsis illa et maritus. Cum enim dixisset ei, *Multiplicans multiplicabo tristitias tuas et gemitum tuum, et in tristitiis paries filios:* deinde addidit, *Et ad virum tuum conversio tua, et ipse dominabitur tui* [24]. Quod dictum est ad Cain de peccato, vel de vitiosa carnis concupiscentia, hoc isto loco de peccatrice femina: ubi intelligendum est virum ad regendam uxorem, animo carnem regenti similem esse oportere. Propter quod dicit Apostolus: *Qui diligit uxorem suam, se ipsum diligit: nemo enim unquam carnem suam odio habuit* [25]. Sananda sunt enim haec, sicut nostra; non sicut aliena, damnanda. Sed illud Dei praeceptum Cain sicut praevaricator accepit. Invalescente quippe invidentiae vitio, fratrem insidiatus occidit. Talis erat terrenae conditor civitatis. Quomodo autem significaverit etiam Iudaeos, a quibus Christus occisus est pastor ovium hominum, quem pastor ovium pecorum praefigurabat Abel, quia in allegoria prophe-

[24] Gen. 3,16.
[25] Eph. 5,28 et 29.

de un rebaño real, ya que todo esto es una realidad profética y alegórica, me abstengo de decirlo por ahora. Con todo, recuerdo haberlo tocado ya en la obra *Contra Fausto Maniqueo* [10].

CAPITULO VIII

¿CUÁL FUÉ LA RAZÓN DE QUE CAÍN EN LOS ALBORES DEL GÉNERO HUMANO FUNDARA UNA CIUDAD?

1. Al presente, me creo en la obligación de defender la historia, con el fin de que no se tenga por increíble la Escritura cuando dice que un solo hombre edificó una ciudad, en un tiempo en que, al parecer, no había en la tierra más que cuatro hombres, o, por mejor decir, tres después del fratricidio de Caín; a saber: el primer hombre, padre de todos; Caín y su hijo Henoc, de quien tomó nombre la ciudad.

Los que así razonan, reparan poco en que el autor de la historia sagrada no tenía necesidad de nombrar todos los hombres que existían en aquel entonces, sino sólo aquellos que le exigía el plan de su obra. La intención del escritor, instrumento en manos del Espíritu Santo, era llegar, a través de ciertas generaciones venidas de un solo hombre, hasta Abrahán, y luego, a través de la descendencia de éste, hasta el pueblo de Dios. En este pueblo, distinto de todos los demás, se prefigurarían y se prenunciarían las cosas futuras, previstas en espíritu y relacionadas con la ciudad cuyo reino será eterno y con Cristo, su Rey y Fundador. Y haría esto de tal forma, que de la otra sociedad de hombres, que llamamos ciudad terrena, no callaría

tica res est, parco nunc dicere, et quaedam hinc adversus Faustum Manichaeum dixisse me recolo.

CAPUT VIII

QUAE RATIO FUERIT, UT CAIN INTER PRINCIPIA GENERIS HUMANI CONDERET CIVITATEM

1. Nunc autem defendenda mihi videtur historia, ne sit Scriptura incredibilis, quae dicit aedificatam ab uno homine civitatem eo tempore, quo non plus quam viri quatuor, vel potius tres, posteaquam fratrem frater occidit, fuisse videntur in terra; id est, primus homo pater omnium, et ipse Cain, et eius filius Enoch, ex cuius nomine ipsa civitas nuncupata est. Sed hoc quos movet, parum considerant, non omnes homines, qui tunc esse potuerunt, scriptorem sacrae huius historiae necesse habuisse nominare: sed eos solos, quos operis suscepti ratio postulabat. Propositum quippe scriptoris illius fuit, per quem Spiritus sanctus id agebat, per successiones certarum generationum ex uno homine propagatarum pervenire ad Abraham, ac deinde ex eius semine ad populum Dei: in quo distincto a caeteris gentibus praefigurarentur et praenuntiarentur omnia quae de civitate, cuius aeternum erit regnum, et de Rege eius eodemque conditore Christo

cuanto le fuera suficiente narrar para que la Ciudad de Dios, parangonada con su contraria, se hiciera focos de luz [11].

¿Hemos de creer acaso que, cuando la divina Escritura, al reseñar el número de años que vivieron los hombres y concluir de cada uno de ellos con estas palabras: *Y tuvo hijos e hijas y fueron todos los días*, de éste o de aquél, tantos, *y murió*, como no nombra los hijos y las hijas, durante tantos años como vivían en la primera época del mundo, no nacieron muchos hombres, de cuyos clanes se fundaran diversas ciudades? Mas fué incumbencia de Dios, bajo cuya inspiración se escribió esto [12], ordenar y discernir en un principio estas dos sociedades en las diferentes generaciones. Así, se tramaron por separado las generaciones de los hombres, o sea, de los que vivían según el hombre y de los hijos de Dios, es decir, de los que vivían según Dios, hasta el diluvio, en que se narra ya la discriminación y concreción de ambas ciudades. La discriminación sin duda alguna, porque se refieren por separado las generaciones de las dos, la de Caín el fratricida y la de Set. Este nació también de Adán y vino a ocupar el lugar de su fallecido hermano. Y la concreción, porque los buenos, inclinándose al mal, se habían hecho acreedores a la devastación del diluvio, excepción hecha de un justo, llamado Noé, y de su esposa y sus tres hijos, con sus respectivas nueras (ocho personas que merecieron escapar, en el arca, a esta catástrofe universal).

2. No es lógico concluir de este pasaje: *Y conoció Caín a su mujer, la cual concibió y parió a Henoc. Y se puso a edificar una ciudad en nombre de su hijo Henoc*, que Henoc fué su primer hijo. No debe pensarse esto tampoco basados en que se dice que conoció a su mujer, como si fuera esta vez la primera que cohabitaba maritalmente con ella. De Adán se dijo lo mismo no sólo cuando fué concebido Caín, su primogénito al parecer, sino también después. Y así dice la Escritura: *Adán conoció a su mujer Eva y concibió y parió un hijo, a quien puso por nombre Set.* De donde se sigue que este lenguaje es corriente en la Escritura y que, si bien es cierto que no se emplea siempre que se refiere algo relativo a la concepción humana, también es cierto que no sólo se emplea cuando cohabitan por primera vez los dos esposos. Y no es tampoco argumento contundente para concluir que Henoc fué el primogénito decir que la ciudad llevó su nombre, porque no es utopía pensar que el padre, por cualquier motivo, aun teniendo más hijos, lo amara más que a los demás. Tampoco Judá fué primogénito, y, sin embargo, de él tomó su nombre la Judea y los judíos.

Mas, concediendo que fuera el primogénito el fundador de aquella ciudad, no por eso debe creerse que le impuso su nombre a la ciudad fundada, cuando nació. En este lance era imposible constituir con un solo sujeto una ciudad, que en realidad no es más que una multitud de hombres unidos entre sí por algún lazo social [13]. Parece más acertado decir que, una vez aumentada prodigiosamente la familia de ese hijo, llegando a formar él solo un pueblo, constituyó entonces la ciudad y le impuso el nombre del primogénito. Tan larga era la vida de aquellos hombres, que, de los mencionados, el que menos vivió antes del diluvio fué setecientos cincuenta y tres años [14].

in Spiritu praevidebantur esse ventura; ita ut nec de altera societate hominum taceretur, quam terrenam dicimus civitatem, quantum ei commemorandae satis esset, ut civitas Dei etiam suae adversariae comparatione clarescat. Cum igitur Scriptura divina, ubi et numerum annorum, quos illi homines vixerunt, commemorat, ita concludat, ut dicat de illo de quo loquebatur, *Et genuit filios et filias, et fuerunt omnes dies* illius, vel illius, quos vixit, anni tot, *et mortuus est*[26]: numquid quia eosdem filios et filias non nominat, ideo intelligere non debemus per tam multos annos, quibus tunc in saeculi huius prima aetate vivebant, nasci potuisse plurimos homines, quorum coetibus condi possent etiam plurimae civitates? sed pertinuit ad Deum, quo ista inspirante conscripta sunt, has duas societates suis diversis generationibus primitus digerere atque distinguere: ut seorsum hominum, hoc est secundum hominem viventium, seorsum autem filiorum Dei, id est hominum secundum Deum viventium, generationes contexerentur usque ad diluvium, ubi ambarum societatum discretio concretioque narratur: discretio quidem, quod ambarum separatim generationes commemorantur, unius fratricidae Cain, alterius autem qui vocabatur Seth; natus quippe fuerat et ipse de Adam, pro illo quem frater occidit: concretio autem, quia, bonis in deterius declinantibus, tales universi facti fuerant, ut diluvio delerentur, excepto uno iusto, cui nomen erat Noe, et eius coniuge, et tribus filiis, totidemque nuribus, qui homines octo ex illa omnium vastatione mortalium per arcam evadere meruerunt.

2. Quod igitur scriptum est, *Et cognovit Cain uxorem suam, et concipiens peperit Enoch; et erat aedificans civitatem in nomine filii sui Enoch:* non est quidem consequens, ut istum primum filium genuisse credatur. Neque enim hoc ex eo putandum est, quia dictus est cognovisse uxorem suam, quasi tunc se illi primitus concumbendo miscuisset. Nam et de ipso patre omnium Adam non tunc solum hoc dictum est, quando conceptus est Cain, quem primogenitum videtur habuisse: verum etiam posterius eadem Scriptura, *Cognovit*, inquit, *Adam uxorem suum Evam, et concepit, et peperit filium, et nominavit nomen illius Seth*[27]. Unde intelligitur ita solere illam Scripturam loqui, quamvis non semper cum in ea legitur factos hominum fuisse conceptus, non tamen solum cum primum sibi sexus uterque miscetur. Nec illud necessario est argumento, ut primogenitum patri existimemus Enoch, quod eius nomine civitas illa nuncupata est. Non enim ab re est, ut propter aliquam causam, cum et alios haberet, diligeret eum pater caeteris amplius. Neque enim et Iudas primogenitus fuit, a quo Iudaea cognominata est, et Iudaei. Sed etiamsi conditori civitatis illius iste filius primus est natus, non ideo putandum est tunc a patre conditae civitati nomen eius impositum, quando natus est; quia nec constitui tunc ab uno poterat civitas, quae nihil aliud est quam hominum multitudo aliquo societatis vinculo colligata: sed cum illius hominis familia tanta numerositate cresceret, ut haberet iam populi quantitatem, tunc potuit utique fieri, ut et constitueret, et nomen primogeniti

[26] Gen. 5,4.5 et alibi.

[27] Ibid., 4,17.25.

Muchos pasaron de los novecientos, pero nadie llegó a los mil [15]. Según esto, ¿quién dudará que, durante la vida de un solo hombre, el género humano pudo multiplicarse tanto que bastara para constituir no una, sino muchas ciudades? [16]. Esta conjetura no es nada difícil hacerla. Sabemos, por ejemplo, que la descendencia de Abrahán en el pueblo hebreo, en poco más de cuatrocientos años, fué tal, que a la salida de Egipto hay ya seiscientos mil mozos aptos para las armas. Y esto sin contar los idumeos, que no pertenecían al pueblo de Israel y descendían de Esaú, descendiente de Abrahán, y otras ciudades procedentes del mismo Abrahán, pero no de su mujer Sara.

CAPITULO IX

¿QUÉ DECIR DE LA LONGEVIDAD DE LOS HOMBRES ANTEDILUVIANOS Y DE SU MAYOR CORPULENCIA?

Por tanto, nadie que pondere con cordura lo dicho pondrá en duda que Caín pudo fundar no sólo una ciudad, sino una ciudad grande en un tiempo en que la vida de los mortales era tan larga. Mas quizá no falte algún incrédulo que nos presente cuestión sobre el número de años que vivieron entonces los hombres, según nuestros códices, y niegue que se les debe fe en esto. A este tenor se niegan también a creer que los cuerpos

sui constitutae imponeret civitati. Tam longa quippe vita illorum hominum fuit, ut illic memoratorum, quorum et anni taciti non sunt, qui minimum vixit ante diluvium, ad septingentos quinquaginta tres perveniret. Nam plures nongentos annos etiam transierunt, quamvis nemo ad mille pervenerit. Quis itaque dubitaverit per unius hominis aetatem tantum multiplicari potuisse genus humanum, ut esset unde constitueretur non una, sed plurimae civitates? Quod ex hoc coniici facillime potest, quia ex uno Abraham non multo amplius quadringentis annis numerositas Hebraeae gentis tanta procreata est, ut in exitu eiusdem populi ex Aegypto sexcenta millia hominum fuisse referantur bellicae inventutis [28], ut omittamus gentem Idumaeorum non pertinentem ad populum Israel, quam genuit frater eius Esau, nepos Abrahae, et alias natas ex semine ipsius Abrahae, non per Sarram coniugem procreatas.

CAPUT IX

DE LONGA VITA HOMINUM, QUAE FUIT ANTE DILUVIUM, ET DE AMPLIORE HUMANORUM CORPORUM FORMA

Quamobrem nullus prudens rerum existimator dubitaverit, Cain, non solum aliquam, verum etiam magnam potuisse condere civitatem, quando in tam longum tempus protendebatur vita mortalium: nisi forte infidelium quispiam ex ipsa numerositate annorum nobis ingerat quaestionem, qua vixisse tunc homines scriptum est in auctoribus nostris; et hoc neget esse

[28] Ex 12,37

entonces eran mucho mayores que ahora. No obstante, el más célebre de sus poetas, Virgilio, a propósito de una enorme piedra que servía de mojón de campos, y que un hombre forzudo de aquellos tiempos la tomó sobre sus hombros, corrió con ella, la dobló y la lanzó, dice:

> Apenas doce hombres de los más robustos, como los que la tierra ahora produce, hubieran podido llevar tal masa sobre sus espaldas.

Con esto da a entender que la tierra entonces solía producir cuerpos mayores. ¡Cuánto mayores serían, por tanto, en los tiempos más antiguos del mundo, antes del celebrado y afamado diluvio! Sobre el grandor de los cuerpos, con frecuencia los incrédulos se rinden ante los sepulcros descubiertos por la impetuosidad de los ríos, por la vetustez o por otros accidentes, en los que aparecen huesos de muertos de un grandor increíble. Yo mismo he visto en la playa de Utica, y no sólo yo, sino algunos otros conmigo, un diente molar de un hombre, tan enorme, que, cortado en trozos pequeños, creo yo que se podrían hacer ciento de los nuestros. Supongo, sin embargo, que aquél sería de algún gigante, porque, si bien es verdad que entonces eran mucho mayores los cuerpos todos que los nuestros, los gigantes daban ciento y raya a los demás [17]. En épocas posteriores, y aun en las nuestras, aunque son raros, casi nunca han faltado cuerpos que sobrepasan en mucho el tamaño corriente. Plinio Segundo [18], hombre muy sabio, asegura que, a medida que avanzan los siglos, la naturaleza produce cuerpos más pequeños. Cuenta, además, que Homero se queja de este hecho con frecuencia, no burlándose de él como de ficciones poéticas, sino

credendum. Ita quippe non credunt etiam magnitudines corporum longe ampliores tunc fuisse quam nunc sunt. Unde et nobilissimus eorum poeta Virgilius, de ingenti lapide, quem in agrorum limite infixum vir fortis illorum temporum pugnans et rapuit, et cucurrit, et intorsit, et misit,

> Vix illum (inquit) lecti bis sex cervice subirent,
> Qualia nunc hominum producit corpora tellus [29]:

significans maiora tunc corpora producere solere tellurem. Quanto magis igitur temporibus recentioribus mundi, ante illud nobile diffamatumque diluvium? Sed de corporum magnitudine plerumque incredulos nudata per vetustatem sive per vim fluminum variosque casus sepulcra convincunt, ubi apparuerunt, vel unde ceciderunt incredibilis magnitudinis ossa mortuorum. Vidi ipse non solus, sed aliquot mecum in Uticensi littore molarem hominis dentem tam ingentem, ut si in nostrorum dentium modulos minutatim concideretur, centum nobis videretur facere potuisse. Sed illum gigantis alicuius fuisse crediderim. Nam praeter quod erant omnium multo maiora, quam nostra, tunc corpora, gigantes longe caeteris anteibant. Sicut aliis deinde nostrisque temporibus rara quidem, sed nunquam ferme defuerunt, quae modum aliorum plurimum excederent. Plinius Secundus, doctissimus homo, quanto magis magisque praeterit saeculi excursus, minora corpora naturam ferre testatur. Quod etiam Homerum commemorat saepe carmine fuisse conquestum, non haec velut poetica figmenta deri-

[29] *Aeneid.* 1.12 v.899-900.

tomándolo como escritor de esa especie de milagros naturales y como historiador fidedigno. Con todo, los huesos que se van descubriendo nos ponen ante los ojos muchas veces, pues resisten bien los elementos, el tamaño de los cuerpos antiguos.

Pero el número de años que vivía un hombre de aquellas calendas no puede ahora averiguarse por documentos de esta índole [19]. Por lo demás, esto no debe impedir el dar fe a la historia sagrada, cuyas narraciones sería tanto más imprudente no creerlas cuanto más certeramente vemos cumplidas sus predicciones. El mismo Plinio dice que hay todavía una región donde viven hasta doscientos años. Si, pues, algunos países que nos son desconocidos conservan todavía restos de esa vida larga de la que nosotros no tenemos experiencia, ¿por qué no se ha de creer que esa vida tuvo también su período áureo? ¿Es acaso creíble que existe en alguna parte lo que no existe aquí, y es increíble que existió en algún tiempo lo que ahora no existe?

CAPITULO X

DIFERENCIAS EN EL NÚMERO DE AÑOS ENTRE NUESTROS CÓDICES Y LOS HEBREOS

Así, aunque entre los códices nuestros y los hebreos [20] hay, al parecer, alguna diversidad en el número de años, e ignoro por qué, sin embargo, no es tanta que no estén acordes en afirmar la vida larga de los hombres de entonces. En efecto, según nuestros códices, el primer hombre, Adán, antes de engendrar a Set, vivió doscientos treinta años, y, según los hebreos, ciento treinta. Pero, según los nuestros, vivió después setecientos años, y, según los otros, ochocientos. Y así convienen los dos en la suma total. En las generaciones siguientes, el padre, antes de engendrar al hijo que se cita, vive, según los códices hebreos, cien años menos que según los nuestros, y después de engendrado, esos cien años faltan en los nuestros. De este modo, en uno y otro caso están acordes en la suma total.

En la sexta generación no hay ni una sola variante en los dos códices. En la séptima, en que se cuenta que Henoc no murió, sino que, por haber agradado a Dios, fué trasladado, se da la misma discrepancia que en las cinco primeras, de los cien años antes de engendrado, y en la suma total la misma consonancia. Según los dos códices, vivió, antes de ser trasladado, trescientos sesenta y cinco años. La octava generación presenta una diversidad menor, pero distinta de las demás. Matusalén, hijo de Henoc [21], antes de engendrar al que sigue en la lista, según los códices hebreos, vivió no cien años menos, sino veinte más. Estos años se hallan añadidos una vez más en los nuestros después de haberlo engendrado, y en ambos coincide otra vez la suma total.

Solamente en la novena generación, o sea, en los años de Lamec, hijo de Matusalén y padre de Noé, discrepan en la suma total, pero no mucho. Según los códices hebreos, vivió

---

dens, sed in historicam fidem tanquam miraculorum naturalium scriptor assumens [30]. Verum, ut dixi, antiquorum magnitudines corporum inventa plerumque ossa, quoniam diuturna sunt, etiam multo posterioribus saeculis produnt. Annorum autem numerositas cuiusque hominis qui temporibus illis fuit, nullis nunc talibus documentis venire in experimentum potest. Nec tamen ideo fides sacrae huic historiae deroganda est, cuius tanto impudentius narrata non credimus, quanto impleri certius praenuntiata conspicimus. Dicit tamen etiam idem Plinius, esse adhuc gentem, ubi ducentos annos vivitur. Si ergo humanarum vitarum diuturnitates, quas experti non sumus, hodie habere creduntur incognita nobis loca, cur non habuisse credantur et tempora? An vero est credibile alicubi esse quod hic non est, et incredibile est aliquando fuisse quod nunc non est?

CAPUT X

DE DIFFERENTIA QUA INTER HEBRAEOS ET NOSTROS CODICES VIDENTUR ANNORUM NUMERI DISSONARE

Quocirca etsi inter hebraeos et nostros codices de ipso numero annorum nonnulla videtur esse distantia, quod ignoro qua ratione sit factum: non tamen tanta est, ut illos homines tam longaevos fuisse dissentiant. Nam ipse homo primus Adam, antequam gigneret filium qui appellatus est Seth, ducentos triginta annos vixisse reperitur in codicibus nostris, in hebraeis autem centum triginta perhibetur [31]. Sed posteaquam eum genuit, septingentos vixisse legitur in nostris, octingentos vero in illis [32]. Atque ita in utrisque universatis summa concordat. Ac deinde per consequentes generationes antequam gignatur qui gigni commemoratur, minus vixisse apud hebraeos pater eius invenitur centum annos: sed posteaquam est genitus idem ipse, centum minus quam in hebraeis inveniuntur in nostris. Atque ita hinc et inde numeri universitas consonat. In sexta autem generatione nusquam utrique codices discrepant. In septima vero, ubi ille qui natus est Enoch, non mortuus, sed quod Deo placuerit translatus esse narratur, eadem dissonantia est, quae in superioribus quinque de centum annis antequam gigneret eum qui ibi commemoratus est filium: atque ita in summa similis consonantia. Vixit enim annos, antequam transferretur, secundum utrosque codices, trecentos sexaginta et quinque [33]. Octava generatio habet quidem nonullam diversitatem, sed minorem, ac dissimilem caeteris. Mathusalem quippe, quem genuit Enoch, antequam gigneret eum qui in ipso ordine sequitur, secundum hebraeos non centum minus, sed viginti amplius vixit annos: qui rursus in nostris posteaquam eum genuit, reperiuntur additi, et in utrisque sibi summa universi numeri occurrit [34]. In sola nona generatione, id est in annis Lamech filii Mathusalem, patris autem Noe, summa universitatis discrepat, sed non plurimum. Viginti enim et quatuor annos plus vixisse in hebraeis, quam in nostris codicibus invenitur. Nam antequam gigneret filium, qui vocatus est Noe, sex minus

[30] *Hist. natur.* l.7 c.16.

[31] Gen. 5,3.

[32] Ibid., 4.

[33] Ibid., 21-23.

[34] Ibid., 25-27.

veinticuatro años más que según los nuestros. Antes de engendrar a Noé, los hebreos le ponen seis años menos que los nuestros, y después de engendrado, treinta más. Y así, como queda dicho, restados esos seis, son veinticuatro [22].

CAPITULO XI

Edad de Matusalén y época del diluvio

Esta variante entre los códices hebreos y los nuestros ha dado origen a una cuestión muy debatida. Y es ésta: que, según el cómputo, Matusalén vivió catorce años después del diluvio, contra el sentir de la Escritura, que dice que, de todos los hombres existentes en aquel entonces sobre la tierra, sólo ocho escaparon en el arca al azote del diluvio. Y entre ellos no se cuenta Matusalén.

Según nuestros códices, Matusalén, antes de engendrar a Lamec, vivió ciento sesenta y siete años, y Lamec, antes del nacimiento de Noé, ciento ochenta y ocho. Sumados, dan trescientos cincuenta y cinco. Si a éstos añadimos seiscientos de Noé, año en que tuvo lugar el diluvio, nos encontramos con novecientos cincuenta y cinco desde que Matusalén nació hasta el año del diluvio. Ahora bien, según el cómputo, Matusalén vivió novecientos sesenta y nueve, pues antes de engendrar a Lamec vivió ciento sesenta y siete años, y después de engendrado, ochocientos dos. Y en total, como he dicho, son novecientos

habet in hebraeis quam in nostris: postea vero quam eum genuit, triginta amplius *in eisdem quam in nostris* [35]. Unde sex illis detractis, restant viginti et quatuor, ut dictum est.

CAPUT XI

De annis Mathusalem, cuius aetas quatuordecim annis diluvium videtur excedere

Per hanc autem discrepantiam hebraeorum codicum atque nostrorum, exoritur illa famosissima quaestio, ubi Mathusalem quatuordecim annos vixisse post diluvium computatur, cum Scriptura ex omnibus qui in terra tunc fuerant, solos octo homines in arca exitium commemoret evasisse diluvii [36], in quibus Mathusalem non fuit. Secundum codices enim nostros Mathusalem, priusquam gigneret illum quem vocavit Lamech, vixit annos centum sexaginta septem: deinde ipse Lamech, antequam ex illo natus esset Noe, vixit annos centum octoginta octo, qui simul fiunt trecenti quinquaginta quinque. His adduntur sexcenti Noe, quoto eius anno diluvium factum est [37]: qui fiunt nongenti quinquaginta quinque, ex quo Mathusalem natus est usque ad annum diluvii. Omnes autem anni vitae

[35] Ibid., 28-31.
[36] I Petr. 3,20.
[37] Gen. 7,6.

sesenta y nueve años. Por tanto, restados novecientos cincuenta y cinco, transcurridos desde el nacimiento de Matusalén hasta el diluvio, quedan catorce, que, al parecer, vivió después del diluvio. Por este motivo, algunos han pensado que vivió, no en la tierra, donde toda carne, cuya naturaleza no le permite vivir en las aguas, fué destruída, sino con su padre, que había sido trasladado al cielo y que vivió allí hasta pasado el diluvio.

Y es que no se allanan a negar la fe a los códices que la Iglesia ha recibido como más auténticos, y creen que es más fácil que yerren los de los judíos que éstos. No admiten que fuera más fácil que se introdujera en éstos error de los intérpretes que en aquella lengua la falsedad; lengua original, de la que ha sido traducida, pasando por el griego, la Escritura a la nuestra. No es creíble—añaden—que los Setenta, que interpretaron *simultáneamente en un solo sentido* [23], se equivocaran o quisieran mentir en cosas que no les interesaban. Y afirman que los judíos, que nos envidian, porque la Ley y los Profetas han pasado a nosotros a través de esta traducción, variaron sus códices [24] para menoscabar la autoridad de los nuestros.

Cada cual puede pensar de esta opinión o conjetura lo que le plazca. Con todo, una cosa es cierta: que Matusalén no vivió después del diluvio, sino que murió el mismo año si es verdad lo que traen los códices hebreos sobre este particular. Mi parecer sobre los Setenta lo insertaré con más detalle,

Mathusalem nongenti sexaginta novem computantur: quia cum vixisset annos centum sexaginta septem, et genuisset filium, qui est appellatus Lamech, post eum genitum vixit annos octingentos duos; qui omnes, ut diximus, nongenti sexaginta novem fiunt [38]. Unde detractis nongentis quinquaginta quinque ab ortu Mathusalem usque ad diluvium, remanent quatuordecim, quibus vixisse creditur post diluvium. Propter quod eum nonnulli, etsi non in terra, ubi omnem carnem, quam vivere in aquis natura non sinit, constat fuisse deletam, cum patre suo qui translatus fuerat aliquantum fuisse, atque ibi donec diluvium praeteriret, vixisse arbitrantur; nolentes derogare fidem codicibus, quos in auctoritatem celebriorem suscepit Ecclesia, et credentes Iudaeorum potius quam istos non habere quod verum est. Non enim admittunt, quod magis hic esse potuerit error interpretum, quam in ea lingua esse falsum, unde in nostram per graecam Scriptura ipsa translata est. Sed inquiunt, non esse credibile Septuaginta interpretes, qui uno simul tempore unoque sensu interpretati sunt, errare potuisse, aut ubi nihil eorum intererat, voluisse mentiri; Iudaeos vero, dum nobis invident, quod Lex et Prophetae ad nos interpretando transierint, mutasse quidam in codicibus suis, ut nostris minueretur auctoritas. Hanc opinionem vel suspicionem accipiat quisque ut putaverit: certum est tamen, non vixisse Mathusalem post diluvium, sed eodem anno fuisse defunctum, si verum est quod de numero annorum in hebraeis codicibus invenitur. De illis autem Septuaginta interpretibus quid mihi videatur, suo loco diligentius inserendum est, cum ad ipsa tempora, quantum necessitas huius operis postulat, commemoranda, adiuvante Domino, venerimus. Prae-

[38] Gen. 5,25-27.

con la ayuda de Dios y en cuanto lo exija esta obra, en lugar más propio [25]. Al presente baste decir que, según ambos códices, los hombres de entonces vivían tanto tiempo, que el primogénito de los dos primeros padres, únicos sobre la tierra, pudo engendrar durante su vida un número capaz de constituir una ciudad.

CAPITULO XII

CRÍTICA SOBRE OTRA OPINIÓN DEL CÓMPUTO DE AQUELLOS AÑOS

1. No debemos tampoco prestar oídos a los que piensan que entonces se computaban los años de otra manera, es decir, que los años eran tan cortos, que uno nuestro equivale a diez de aquéllos. Por consiguiente—añaden—, cuando alguien oyere o leyere que un hombre vivió novecientos años, debe entender noventa, porque diez años de aquéllos son igual a uno nuestro, y uno nuestro igual a diez de aquéllos. Así, según ellos, Adán *tenía veintitrés años cuando engendró a Set,* y Set, veintiséis meses cuando nació Enós, que, según la Escritura, son doscientos cinco. Según esta opinión, un año corriente nuestro, ellos lo dividían en diez partes, y a cada parte daban el nombre de año. Cada parte de éstas consta de un senario cuadrado, porque Dios concluyó sus obras en seis días y el séptimo descansó. Sobre este punto ya he hablado, según mis posibilidades, en el libro XI. Y un senario cuadrado, es decir, seis por seis, es igual a treinta y seis días, que, multiplicados por diez, dan trescientos sesenta, esto es, doce meses lunares. Los cinco días restantes, que completan el año solar, y las seis horas que, multiplicadas por cuatro, dan un día, que origina el año bisiesto, eran añadidos de cuando en cuando por los antiguos para redondear el número de años. A esos días, los romanos los llamaban intercalares.

Por tanto, Enós, hijo de Set, tenía diecinueve años cuando engendró a Cainán, años que corresponden a los ciento noventa de la Escritura. El mismo procedimiento se sigue en todas las generaciones en que se dan los años de los hombres antes del diluvio. En nuestros códices no se halla casi ninguno que en*gendrara a los cien años o a los ciento veinte, más o menos,* sino que los más jóvenes que engendraron contaban ya ciento sesenta y lo que no se dice. Porque—dicen ellos—nadie puede engendrar a los diez años, y a este número correspondía el cien de ellos. Pero a los dieciséis años está ya en marcha la pubertad y está madura y apta para la generación, y a esta edad equivalían los ciento sesenta años de entonces. Y, en apoyo de la no incredibilidad de su opinión, añaden que muchos historiadores cuentan que el año de los egipcios constaba de cuatro meses; el de los acarnanos [26], de seis, y el de los lavinios, de trece. Plinio Segundo atestigua que vió en ciertos escritos que uno había vivido ciento cincuenta y dos años; otro, diez más; otros, trescientos; otros, quinientos, seiscientos, y hasta ochocientos algunos, y pensó que todo esto se debía a

---

senti enim sufficit quaestioni secundum utrosque codices tam longas habuisse vitas illius aevi homines, ut posset aetate unus, qui de duobus, quos solos terra tunc habuit parentibus primus est natus, ad constituendam etiam civitatem multiplicari genus humanum.

CAPUT XII

DE OPINIONE EORUM, QUI PRIMORUM TEMPORUM HOMINES TAM LONGAEVOS, QUAM SCRIBITUR, FUISSE NON CREDUNT

1. Neque enim ullo modo audiendi sunt, qui putant aliter annos illis temporibus computatos, id est tantae brevitatis, ut unus annus noster decem illos habuisse credatur. Quapropter, inquiunt, cum audierit quisque vel legerit nongentos annos quemquam vixisse, debet intelligere nonaginta: decem quippe illi anni unus est noster; et decem nostri, centum illi fuerunt. Ac per hoc, ut putant, viginti trium annorum fuit Adam, quando genuit Seth; et ipse Seth viginti habebat et sex menses, quando ex illo natus est Enos, quos appellat Scriptura ducentos et quinque annos. Quoniam, sicut isti suspicantur quorum exponimus opinionem, unum annum qualem nunc habemus, in decem partes illi dividebant, et easdem partes annos vocabant. Quarum partium habet una quadratum senarium, eo quod Deus sex diebus perfecerit opera sua, ut in septimo requiesceret. De qua re in libro undecimo [39], sicut potui, disputavi. Sexies autem seni, qui numerus quadratum senarium facit, triginta sex dies fiunt: qui multiplicati decies, ad trecentos sexaginta perveniunt, id est duodecim menses lunares. Propter quinque dies enim reliquos, quibus solaris annus impletur, et diei quadrantem, propter quem quater ductum eo anno, quo bissextum vocant, *unus dies adiicitur, addebantur a veteribus postea dies,* ut occurreret numerus annorum, quos dies Romani intercalares vocabant. Proinde etiam Enos, quem genuit Seth, decem et novem agebat annos, quando ex illo natus est filius eius Cainan, quos annos dicit Scriptura centum nonaginta [40]. Et deinceps per omnes generationes, in quibus hominum anni commemorantur ante diluvium, nullus fere in nostris codicibus invenitur, qui cum esset centum annorum vel infra, vel etiam centum viginti, aut *non multo amplius, genuerit filium; sed qui minima aetate genuerunt,* centum sexaginta, et quod excurrit, fuisse referuntur: quia nemo, inquiunt, decem annorum homo potest gignere filios, qui numerus centum appellabantur anni ab illis hominibus; sed in annis sexdecim est matura pubertas, et proli iam idonea procreandae, quos centum et sexaginta annos illa tempora nuncupabant. Ut autem aliter annum tunc fuisse computatum non sit incredibile, adiiciunt quod apud plerosque scriptores historiae reperitur, *Aegyptios habuisse annum quatuor mensium, Acarnanas* sex mensium, Lavinios tredecim mensium. Plinius Secundus cum commemorasset, relatum fuisse in litteras, quemdam vixisse centum quinquaginta duos annos, alium decem amplius, alios ducentorum annorum habuisse vitam, alios trecentorum, quosdam ad quingentos, alios ad sexcentos, nonnullos ad octingentos etiam pervenisse, haec omnia propter inscientiam temporum

[39] C.8.

[40] Gen. 5,9 sec. LXX

la ignorancia de los tiempos. «Para unos—dice él—el año lo determinaba el verano, y para otros, el invierno. Para otros, en cambio, las cuatro estaciones. Así los arcadios, cuyos años constaban de tres meses». Añade, además, que los egipcios, cuyos años reducidos tenían cuatro meses, como hemos hecho notar, regulaban a veces el año por el curso de la luna. «Y así —agrega—entre ellos se cuenta que alguno vivió hasta mil años».

2. Algunos, fundados en estas razones aparentemente probables, sin negar fe a la historia sagrada, sino deseosos de afianzarla, con el fin de que no resulte increíble su narración sobre edades tan avanzadas, piensan que no es imprudencia decir que entonces daban el nombre de año a un espacio tan reducido de tiempo, que diez de aquéllos equivalen a uno nuestro, y diez nuestros, a cien de aquéllos. Hay testimonios irrefutables para probar la falsedad de esta opinión; pero, antes de ensayar la prueba, voy a exponer otra conjetura tal vez más aceptable. Podríamos refutar esta afirmación y demostrar lo contrario, basándonos en los códices hebreos. En éstos se lee que Adán tenía, no doscientos treinta años, sino ciento treinta, cuando engendró el tercero de sus hijos. Ahora bien, si estos años equivalen a trece nuestros, es indudable que el primero lo tuvo que engendrar cuando tenía once años o no muchos más. Y ¿quién puede engendrar a esta edad, según la ley corriente y ordinaria de la naturaleza?

Con todo, dejemos a un lado éste, que quizá, cuando fué creado, era ya apto para la generación, porque no es creíble que haya sido creado tan pequeño como nuestros infantes. Su hijo tenía, cuando engendró a Enós, no doscientos cinco años, como nosotros leemos, sino ciento cinco. Por tanto—según esta opinión—, aún no tenía once años. Y ¿qué diré de su hijo Cainán, que, según nuestros códices, tenía ciento sesenta años, y, según los hebreos, sólo setenta, cuando engendró a Malalehel? Si es que entonces setenta equivalían a siete nuestros, pregunto: ¿Quién engendra a los siete años? [27].

accidisse arbitratus est. «Alii quippe, inquit, aestate unum determinabant annum, et alterum hieme; alii quadripertitis temporibus, sicut Arcades, inquit, quorum anni trimestres fuere». Adiecit etiam, aliquando Aegyptios, quorum parvos annos quaternorum mensium fuisse supra diximus, lunae fine limitasse annum. «Itaque apud eos, inquit, et singula millia annorum vixisse produntur».

2. His velut probabilibus argumentis quidam non destruentes fidem sacrae huius historiae, sed astruere nitentes, ne sit incredibile quod tam multos annos vixisse referuntur antiqui, persuaserunt sibi, nec se suadere imprudenter existimant, tam exiguum spatium temporis tunc annum vocatum, ut illi decem sint unus noster, et decem nostri centum illorum. Hoc autem falsissimum esse documento evidentissimo ostenditur. Quod antequam faciam, non mihi tacendum videtur, quae credibilior possit esse suspicio. Poteramus certe hanc asseverationem ex hebraeis codicibus redarguere atque convincere, ubi Adam non ducentorum triginta, sed centum triginta annorum fuisse reperitur, quando tertium genuit filium [41]: qui anni si tredecim nostri sunt, procul dubio primum genuit, quando undecim vel *non multo amplius annorum* fuit. Quis potest hac aetate generare usitata ista nobisque notissima lege naturae? Sed hunc omittamus, qui fortasse etiam quando creatus est, potuit. Non enim eum tam parvum, quam infantes nostri sunt, factum fuisse, credibile est. Sed filius eius non ducentorum quinque, sicut nos legimus, sed centum quinque fuit, quando genuit Enos [42]: ac per hoc, secundum istos, nondum habebat undecim annos aetatis. Quid dicam de Cainan eius filio, qui cum apud nos centum septuaginta reperiatur, apud Hebraeos septuaginta legitur fuisse, quando genuit Malalehel? [43] Quis generat homo septennis, si tunc anni septuaginta nuncupabantur qui septem fuerunt?

[41] Gen. 5,3.

CAPITULO XIII

Autoridad de los códices hebreos y de los Setenta en el cómputo de los años

1. Pero, al decir yo esto, en seguida se me replicará que es una mentira de los judíos—como ya he dicho arriba—y que los Setenta—hombres de tan loable nombradía—no han podido mentir. Si yo preguntara aquí: ¿Qué es más creíble: que los judíos, diseminados por todo el mundo, hayan conspirado de común acuerdo para escribir esta patraña y que se hayan privado de la verdad por envidiar la autoridad de los otros; o que los Setenta, judíos también, porque lo eran, reunidos en un *mismo lugar por Ptolomeo, rey de Egipto, para llevar a cabo* esta obra, hayan envidiado la misma verdad a los gentiles y concertado de consuno esa impostura? ¿Quién no ve qué es más fácil y más digno de fe? Líbrenos Dios de pensar que un hombre cuerdo se imagine que los judíos, por perversos y malos que se los suponga, hayan podido colar esta falsedad

CAPUT XIII

An in dinumeratione annorum, Hebraeorum magis quam Septuaginta interpretum sit sequenda auctoritas

1. Sed cum hoc dixero, continuo referetur illud Iudaeorum esse mendacium; de quo superius satis actum est: nam Septuaginta interpretes laudabiliter celebratos viros non potuisse mentiri. Ubi si quaeram, quid sit credibilius, Iudaeorum gentem, tam longe lateque diffusam, in hoc conscribendum mendacium uno consilio conspirare potuisse, et dum aliis invident auctoritatem, sibi abstulisse veritatem; an septuaginta homines, qui etiam ipsi Iudaei erant, in uno loco positos, quoniam rex Aegypti Ptolemaeus eos ad hoc opus asciverat, ipsam veritatem gentibus alienigenis

[42] Ibid., 6.
[43] Ibid., 12.

en tantos códices y tan diseminados por doquier, o que los Setenta, hombres de tan merecida reputación, se hayan conchavado para arrebatar la verdad a los gentiles. Cualquiera diría, pues, que es más creíble que, cuando comenzaron a copiarse de la biblioteca de Ptolomeo, entonces se introdujo una errata en un códice, en el primero copiado, por ejemplo, transmitiéndose así más y más, sin excluir la posibilidad de un error del copista también en este segundo. Suponer esto en la cuestión sobre los años de Matusalén no es un absurdo, lo mismo que el otro caso, donde se excedían en veintinueve años y no concordaban en la suma. Sin embargo, en los demás casos en que se continúa esta aparente mentira de sobrar antes de engendrado el hijo, puesto en lista en uno cien años y faltar en el otro, y después de engendrado sobrar en el que faltaban y faltar en el que sobraban, coincidiendo así en la suma total, repitiéndose esto en la primera, en la segunda, en la tercera, en la cuarta, en la quinta y en la séptima generación, parece que el error conserva cierta constancia, si cabe hablar así, y no huele a casualidad, sino a artificio.

2. Por consiguiente, la numeración, que se ha de una manera en los códices griegos y latinos y de otra en los hebreos, cuando no se da esta continuidad a través de tantas generaciones sobre los cien años añadidos primero y restados después, no debe atribuirse ni a la maldad de los judíos ni a la diligencia o cordura de los Setenta, sino a error del primer copista que recibió el códice de la biblioteca de Ptolomeo para copiarlo. Aun hoy vemos que, cuando los números no llevan alguna intencionalidad especial, fácilmente inteligible, o el saberlo reporta alguna utilidad, se copian con descuido y se corrigen con más descuido todavía [28]. Un ejemplo: ¿quién se creerá obligado a aprender los miles de hombres que tuvo cada tribu de Israel en particular, no importándole nada? Y, además, ¿cuántos hay que comprendan la profundidad y la utilidad de esto?

En realidad, la intención del autor, cuando a través de la serie de las generaciones catalogadas pone en un códice cien años que faltan en el otro, faltando luego de engendrado en el que se hallaban y hallándose en el que faltaban, coincidiendo así la suma total, era intimarnos que los antiguos vivieron muchos años, porque sus años eran muy breves. Y pretende aclarar esto basado en la madurez de la pubertad, apta ya para la generación, pensando por eso que aquellos años insinúan a los incrédulos diez nuestros. Y para que no rehusen creer esto que los hombres vivieron tan largo tiempo, añade cien años cuando no encuentra edad apta para la generación, y los quita después de engendrados los hijos, para que concuerde la suma total. Tan a la letra fué su intención poner de relieve la edad apta para la generación, que con el número de años no defrauda la vida de cada cual. Y el que en la sexta generación no siguiera este procedimiento es una razón fuerte para decir que lo siguió cuando la realidad a que aludimos lo exigía, justamente porque no lo siguió cuando no lo exigía.

De hecho vemos que, en la misma generación, los códices hebreos dicen que Jared vivió, antes de engendrar a Henoc, ciento sesenta y dos años, que, según el cómputo de los años breves, son dieciséis y algo menos de dos meses, edad ya apta

invidisse, et communicato istud fecisse consilio: quis non videat quid proclivius faciliusque credatur? Sed absit ut prudens quispiam, vel Iudaeos cuiuslibet perversitatis atque malitiae tantum potuisse credat in codicibus tam multis et tam longe lateque dispersis; vel Septuaginta illos memorabiles viros hoc de invidenda gentibus veritate unum communicasse consilium. Credibilius ergo quis dixerit, cum primum de bibliotheca Ptolemaei describi ista coeperunt, tunc aliquid tale fieri potuisse in codice uno, scilicet primitus inde descripto, unde iam latius emanaret, ubi potuit quidem accidere etiam scriptoris error. Sed hoc in illa quaestione de vita Mathusalem non absurdum est suspicari; et in illo alio, ubi superantibus viginti et quatuor annis summa non convenit. In his autem in quibus continuatur ipsius mendositatis similitudo, ita ut ante genitum filium, qui ordini inseritur, alibi supersint centum anni, alibi desint; post genitum autem ubi deerant, supersint; ubi supererant, desint, ut summa conveniat; et hoc in prima, secunda, tertia, quarta, quinta, septima generatione invenitur: videtur habere quamdam, si dici potest, error ipse constantiam; nec casum redolet, sed industriam.

2. Itaque illa diversitas numerorum aliter se habentium in codicibus graecis et latinis, aliter in hebraeis, ubi non est ista de centum annis prius additis et postea detractis per tot generationes continuata parilitas, nec malitiae Iudaeorum, nec diligentiae vel prudentiae Septuaginta interpretum, sed scriptoris tribuatur errori, qui de bibliotheca supradicti regis codicem describendum primus accepit. Nam etiam nunc, ubi numeri non faciunt intentum ad aliquid quod facile possit intelligi, vel quod appareat utiliter disci, et negligenter describuntur, et negligentius emendantur. Quis enim existimet sibi esse discendum, quot millia hominum tribus Israel singillatim habere potuerunt? quoniam prodesse aliquid non putatur: et quotus quisque hominum est, cui profunditas utilitatis huius appareat? Hic vero ubi per tot contextas generationes centum anni alibi adsunt, alibi desunt; et post natum, qui commemorandus fuerat, filium, desunt ubi adfuerunt, adsunt ubi defuerunt, ut summa concordet: nimirum cum vellet persuadere, qui hoc fecit, ideo numerosissimos annos vixisse antiquos, quod eos brevissimos nuncupabant; et hoc de maturitate pubertatis, qua idonea filii gignerentur, conaretur ostendere; atque ideo in illis centum annis decem nostros insinuandos putaret incredulis, ne homines tam diu vixisse recipere in fidem nollent; addidit centum, ubi gignendis filiis habilem non invenit aetatem; eosdemque, post genitos filios, ut congrueret summa, detraxit. Sic quippe voluit credibiles facere idonearum generandae proli convenientias aetatum, ut tamen numero non fraudaret universas aetates viventium singulorum. Quod autem in sexta generatione id non fecit, hoc ipsum est quod magis movet, illum ideo fecisse, cum res quam dicimus postulavit, quia non fecit ubi non postulavit. Invenit namque in eadem generatione apud hebraeos vixisse Iareth, antequam genuisset Enoch, centum sexaginta duos annos [44], qui secundum illam ratio-

[44] Gen. 5,18.

para la generación. Por eso no tuvo necesidad de añadir cien años breves para llegar a veintiséis, ni de substraerlos después de nacido Henoc, porque no los había añadido antes. Y ésta sería la razón de que en este pasaje estén acordes los dos códices.

3. Pero ahora surge una nueva dificultad: ¿Por qué en la octava generación, antes de nacer Lamec de Matusalén, se lee en los códices hebreos que éste vivió ciento ochenta y dos años, y en los nuestros veinte menos, acostumbrando a añadir aquí cien, y después de engendrado Lamec se reintegran a la suma, no discrepando los códices en el total? Si, pues, por ser ya madura la pubertad en los ciento setenta años, quería dar a entender diecisiete, como no debía añadir nada, tampoco debía substraerlo. Y se comprende, porque había llegado ya a una edad apta para la generación, motivo por el cual añadía cien años en los que no la hallaba. Si no procurara reintegrarlos para concordar la suma, pues los había quitado antes, podríamos pensar, y con cierto derecho, que estos veinte años fueran debidos a un error eventual. ¿O es que, pensando mal, hemos de creer que esto se hizo con malicia, para ocultar el artificio consistente en añadir primero cien años y substraerlos luego, haciendo aun sin necesidad algo semejante, no en los cien años, sino en un número cualquiera, quitado antes y añadido después? Tómese esto como quiera, créase o no, sea o no sea así, a mí no me cabe la menor duda que esto se hizo rectamente y con el fin de que, cuando haya variantes en los códices, puesto

---

nem brevium annorum fiunt anni sexdecim, et aliquid minus quam menses duo; quae iam aetas apta est ad gignendum: et ideo addere centum annos breves, ut nostri viginti sex fierint, necesse non fuit; nec post natum Enoch eos detrahere, quos non addiderat ante natum. Sic factum est ut hic nulla esset inter codices utrosque varietas.

3. Sed rursus movet, cur in octava generatione, antequam de Mathusalem nasceretur Lamech, cum apud hebraeos legantur centum octoginta duo anni, viginti minus inveniuntur in codicibus nostris, ubi potius addi centum solent; et post genitum Lamech complendam restituuntur ad summam, quae in codicibus utrisque non discrepat. Si enim centum septuaginta annos propter pubertatis maturitatem, decem et septem volebat intelligi, sicut nihil addere, ita nihil detrahere iam debebat: quia invenerat aetatem idoneam generationi filiorum, propter quam in aliis centum illos annos, ubi eam non inveniebat, addebat. Hoc autem de viginti annis merito putaremus casu mendositatis accidere potuisse, nisi eos sicut prius detraxerat, restituere postea curaret, ut summae conveniret integritas. An forte astutius factum existimandum est, ut illa, qua centum anni prius solent adiici et postea detrahi, occultaretur industria, cum et illic ubi necesse non fuerat, non quidem de centum annis, verumtamen de quantulocumque numero prius detracto, post reddito, tale aliquid fieret? Sed quomodolibet istud accipiatur, sive credatur ita esse factum, sive non credatur; sive postremo ita, sive non ita sit: recte fieri nullo modo dubitaverim, ut cum diversum aliquid in utrisque codicibus invenitur, quan-

que históricamente ambos no pueden ser verdaderos, se dé más fe a la lengua original, de la que arrancan las traducciones [29].

Además, tres códices griegos, uno latino y otro sirio, están acordes entre sí, y en ellos se lee que Matusalén murió seis años antes del diluvio [30].

CAPITULO XIV

Los años han sido siempre iguales

1. Pasemos ahora a ensayar el modo de evidenciar que aquellos años no eran tan breves que diez de ellos completen uno nuestro, sino que los años de la larga vida de aquellos hombres eran tan largos como los actuales (regulados también por el curso del sol). En primer lugar está escrito que el año seiscientos de la vida de Noé tuvo lugar el diluvio. ¿Por qué, si aquel año tan reducido, diez de los cuales hacen uno nuestro, tenía treinta y seis días, se lee en este lugar: *Y el agua del diluvio vino sobre la tierra en el año seiscientos de la vida de Noé, el mes segundo, el día veintisiete del mes?* Si ese año tan breve tomó nombre de la antigua usanza, o no tiene meses, o su mes es de tres días, para tener doce meses. ¿Cómo o por qué se dijo *el año seiscientos del mes segundo, el día veintisiete del mes,* sino porque los meses entonces eran tales cuales son ahora?

---

doquidem ad fidem rerum gestarum utrumque esse non potest verum, ei linguae potius credatur, unde est in aliam per interpretes facta translatio. Nam in quibusdam etiam codicibus graecis tribus, et uno latino, et uno etiam syro inter se consentientibus, inventus est Mathusalem sex annis ante diluvium fuisse defunctus.

CAPUT XIV

De parilitate annorum, qui iisdem quibus nunc spatiis et in prioribus saeculis cucurrerunt

1. Nunc iam videamus quonam modo evidenter possit ostendi, non tam breves, ut illi decem unus esset noster, sed tantae prolixitatis annos quantae nunc habemus (quos utique circuitus conficit solis), in illorum hominum vita prolixissima computatos. Sexcentesimo nempe anno vitae Noe scriptum est factum esse diluvium. Cur ergo ibi legitur, *Et aqua diluvii facta est super terram sexcentesimo anno in vita Noe, secundi mensis, septima et vicesima mensis* [45]; si annus ille minimus, quales decem faciunt unum nostrum, triginta sex dies habebat? Tantillus quippe annus, si antiquo more hoc nomen accepit, aut non habet menses, aut mensis eius est triduum, ut habeat duodecim menses. Quomodo igitur hic dictum est, *Sexcentesimo anno, secundi mensis, septima et vicesima die mensis;* nisi quia tales quales nunc sunt, etiam tunc erant menses? Nam quo

[45] Gen. 7,10.11 sec.LXX.

De otra suerte, ¿a qué viene el decir que el diluvio comenzó el día veintisiete del mes segundo? De igual modo, al fin del diluvio se lee: *Y el arca el mes séptimo, el día veintisiete del mes, enquilló sobre los montes de Ararat. Y el agua iba descendiendo hasta el mes undécimo, y en el mes undécimo, el primer día del mes, aparecieron las cumbres de los montes.* Luego, si los meses eran iguales que los nuestros, también lo eran, sin duda, los años, puesto que meses de tres días no pueden tener veintisiete días. Y si se llamaba día a la trigésima parte de tres días, disminuyendo así todo proporcionalmente, síguese que aquel enorme diluvio que, según la Escritura, duró cuarenta días y cuarenta noches, se redujo a cuatro días no completos de los nuestros. ¿Quién aguantará tal absurdo y disparate?

En consecuencia, deséchese este error, que de tal forma pretende construir sobre una conjetura falsa el edificio de la fe en nuestras Escrituras, que lo destruye. El día era evidentemente entonces igual que ahora, constaba de veinticuatro horas, y el mes lo mismo que el actual, y se contaba por el principio y el fin de la luna; y el año era también igual, y se componía de doce meses lunares, a los que había que añadir cinco días y seis horas para ajustarse al curso solar. Según esto, es cierto también que el diluvio comenzó el mes segundo del año seiscientos de la vida de Noé, el día veintisiete de ese mismo mes. Además, el diluvio se prolongó durante cuarenta días con inmensas lluvias, y estos días no tenían dos horas o poco más, sino veinticuatro.

---

pacto aliter vicesimo et septimo die secundi mensis diceretur coeptum esse diluvium? Deinde postea in fine diluvii ita legitur: *Et sedit arca in mense septimo, septima et vicesima die mensis, super montes Ararat. Aqua autem minuebatur usque ad undecimum mensem: in undecimo autem mense, prima die mensis paruerunt capita montium* [46]. Si igitur tales menses erant, tales profecto et anni erant, quales nunc habemus. Menses quippe illi triduani, viginti et septem dies habere non poterant. Aut si pars tricesima tridui tunc appellabatur dies, ut omnia proportione minuantur; ergo nec toto quatriduo nostro factum est illud tam grande diluvium, quod memoratur factum quadraginta diebus et noctibus. Quis hanc absurditatem et vanitatem ferat? Proinde removeatur hic error, qui coniectura falsa ita vult astruere Scripturarum nostrarum fidem, ut alibi destruat. Prorsus tantus etiam tunc dies fuit, quantus et nunc est, quem viginti et quatuor horae diurno curriculo nocturnoque determinant: tantus mensis, quantus et nunc est, quem luna coepta et finita concludit: tantus annus, quantus et nunc est, quem duodecim menses lunares, additis propter cursum solarem quinque diebus et quadrante, consummant: quanti anni sexcentesimi vitae Noe secundus erat mensis eiusque mensis vicesimus et septimus dies, quando coepit esse diluvium; in quo dies quadraginta continuatae ingentes pluviae memorantur [47], qui dies non binas ac paulo amplius horas habebant, sed vicenas et quaternas die noctuque transactas. Ac per hoc

[46] Ibid., 8,4.5

[47] Gen. 7,12.

Como conclusión, diremos que los antiguos vivieron más de novecientos años y que los años eran todos iguales, tanto los ciento setenta y cinco que vivió Abrahán, como los ciento cincuenta que vivió Jacob, como los ciento veinte que vivió Moisés, como los setenta u ochenta o no muchos más que viven los hombres, de quienes está escrito: *Y lo que pasa de eso, trabajo y dolor.*

2. Sin embargo, la diferencia numérica que se registra entre los códices hebreos y los nuestros está acorde en afirmar la longevidad de los antiguos. Y cuando haya una diversidad incompatible con la verdad en ambos, debe creerse, como más fiel, la lengua original, de la que procede nuestra versión. Mas no carece de misterio que, pudiendo cualquiera de cualquier nacionalidad poner sus manos en los Setenta en los casos en que varían de los otros, no se haya atrevido nadie a corregirlos, fundado en los códices hebreos. Esto prueba que la variante no se tiene por mentira, y yo mismo pienso que no debe tenerse por tal. Donde no haya error del copista y el sentido esté a tono con la verdad, debe creerse que quisieron decir algo nuevo movidos por el Espíritu divino y anunciar la verdad, no a modo de intérpretes, sino con libertad de profetas.

Por eso, cuando los apóstoles aducen testimonios de las Escrituras, usan no sólo los textos hebreos, sino también los Setenta [31]. Sobre esto he prometido hablar más detenidamente, con la ayuda de Dios, en lugar más oportuno, y ahora voy a concluir lo que hace al caso. Y digo que nadie debe poner en duda que el primogénito del primer hombre pudo constituir

---

tam magnos annos vixerunt illi antiqui usque amplius quam nongentos, quantos postea vixit Abraham centum septuaginta quinque [48], et post eum filius eius Isaac centum octoginta [49], et filius eius Iacob prope centum quinquaginta [50], et quantos interposita aliquanta aetate Moyses centum viginti [51], et quantos etiam nunc vivunt homines septuaginta vel octoginta, vel non multo amplius, de quibus dictum est: *Et amplius eis labor et dolor* [52].

2. Illa vero numerorum varietas, quae inter codices hebraeos invenitur et nostros, neque de hac antiquorum longaevitate dissentit, et si quid habet ita diversum, ut verum esse utrumque non possit, rerum gestarum fides ab ea lingua repetenda est, ex qua interpretatum est quod habemus. Quae facultas cum volentibus ubique gentium praesto sit; non tamen vacat, quod Septuaginta interpretes, in plurimis quae diversa dicere videntur, ex hebraeis codicibus emendare ausus est nemo. Non enim est illa diversitas putata mendositas; nec ego ullo modo putandam existimo. Sed ubi non est scriptoris error, aliquid eos divino Spiritu, ubi sensus esset consentaneus veritati, et praedicans veritatem, non interpretantium more, sed prophetantium libertate aliter dicere voluisse credendum est. Unde merito, non solum hebraeis, verum etiam ipsis, cum adhibet testimonia de Scripturis, uti apostolica invenitur auctoritas. Sed hinc me oportuniore loco, si Deus adiuverit, promisi diligentius locuturum: nunc quod instat expediam.

[48] Ibid., 25,7.

[49] Ibid., 35,28.

[50] Ibid., 27,28.

[51] Deut. 34,7.

[52] Ps. 89,10.

una ciudad en una época en que los hombres vivían tan largo tiempo. Y esta ciudad es la terrena, bien diferente de la Ciudad de Dios, para escribir de la cual me he impuesto la ruda tarea de obra tan enorme.

CAPITULO XV

¿CUÁNDO COHABITARON POR PRIMERA VEZ LOS HOMBRES DE LOS PRIMEROS TIEMPOS?

1. ¿Es creíble—dirá alguno—que un hombre apto para la generación y sin propósito de guardar continencia se abstuviera de la cohabitación carnal ciento y pico de años, o no mucho menos, según los hebreos, ochenta, setenta o sesenta, o que, si no se abstuvo, no pudo engendrar hijos? A esta cuestión se pueden dar dos soluciones: o la pubertad fué proporcional, siendo tanto más tardía cuanto mayor fué la añosidad de la vida, o—y esto me parece más aceptable—no se mencionan aquí los primogénitos, sino los que pedía el orden de sucesión para llegar a Noé, del cual se retornó a Abrahán. Y después se hizo esto hasta cierto tiempo, cuanto convenía señalar con las generaciones mencionadas el curso de la gloriosísima Ciudad de Dios, que peregrina en este mundo en busca de la patria soberana.

Es innegable que Caín fué el primer hijo nacido de la unión carnal entre el hombre y la mujer, porque, si no hubiera sido asociado a ellos, no hubiera dicho Adán, al nacerle, lo que

Non enim ambigendum est ab homine, qui ex primo homine primus est natus, quando tam diu vivebant, potuisse constitui civitatem, sane terrenam, non illam quae dicitur civitas Dei: de qua ut scriberemus, laborem tanti huius operis in manus sumpsimus.

CAPUT XV

AN CREDIBILE SIT, PRIMI SAECULI VIROS USQUE AD EAM AETATEM, QUA FILIOS GENERASSE REFERUNTUR, A CONCUBITU CONTINUISSE

1. Dicet ergo aliquis: Itane credendum est, hominem filios generaturum, nec habentem propositum continentiae, centum et amplius, vel secundum Hebraeos non multo minus, id est octoginta, septuaginta, sexaginta annos a concumbendi opere vacavisse; aut si non vacaret, nihil prolis gignere potuisse? Haec quaestio duobus modis solvitur. Aut enim tanto serior fuit proportione pubertas, quanto vitae totius maior annositas: aut, quod magis video esse credibile, non hic primogeniti filii commemorati sunt, sed quos successionis ordo poscebat, ut perveniretur ad Noe, a quo rursus ad Abraham videmus esse perventum; ac deinde usque ad certum articulum temporis, quantum oportebat signari etiam generationibus commemoratis cursum gloriosissimae civitatis in hoc mundo peregrinantis, et supernam patriam requirentis. Quod enim negari non potest, prior omnibus Cain ex coniunctione maris et feminae natus est. Neque

dijo: *He adquirido un hombre por gracia de Dios.* A éste siguió Abel, víctima de su hermano. El es, en cierta manera, figura de la peregrina Ciudad de Dios, y muestra que ella ha de padecer inicuas persecuciones, debidas a los impíos y terrígenas hasta cierto punto, es decir, a los amadores del origen terreno, que gozan de la efímera felicidad de la ciudad terrena. Lo que no aparece tan claro es a qué edad los engendró Adán. A partir de aquí se van entreverando las generaciones de Caín y las del otro hijo de Adán que vino a llenar el vacío de su hermano, a quien llamó Set, diciendo estas palabras: *Dios me ha suscitado otro hijo en lugar de Abel, a quien mató Caín.*

Así, insinuando en órdenes inversos estas dos generaciones, una de Set y otra de Caín, las dos ciudades de que tratamos, la celestial, que peregrina en la tierra, y la terrena, anhelosa y apegada a los goces terrenos, como si fueran los únicos existentes, la Escritura, al hacer la recensión desde Adán hasta la octava generación, en la rama de Caín no expresa en ninguno los años que tenía cuando engendró al siguiente hijo que se pone en lista. Porque el Espíritu de Dios no quiso resaltar en las generaciones de la ciudad terrena los años anteriores al diluvio. Prefirió, en cambio, ponerlos de relieve en las generaciones de la ciudad celestial, como más dignos de recordación. Por eso, cuando nació Set, no silenció la Escritura los años que tenía su padre, que ya había engendrado otros hijos; pero ¿quién osará afirmar que sólo a Caín y a Abel? Porque, de que sean los únicos puestos en la lista de las generaciones, no se sigue

enim illo nato dixisset Adam, quod dixisse legitur, *Acquisivi hominem per Deum;* nisi illis duobus ipse fuisset homo nascendo additus primus. Hunc secutus Abel, quem maior frater occidit, praefiguratione quadam peregrinantis civitatis Dei, quod ab impiis, et quodammodo terrigenis, id est terrenam originem diligentibus, et terrenae civitatis terrena felicitate gaudentibus persecutiones iniquas passura fuerat, primus ostendit. Sed quot annorum erat Adam, cum eos genuit, non apparet. Exinde digeruntur generationes aliae de Cain, aliae de illo quem genuit Adam in eius successionem, quem frater occidit, et appellavit nomen illius Seth, dicens ut scriptum est, *Suscitavit enim mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain*[53]. Cum itaque istae duae series generationum, una de Seth, altera de Cain, has duas de quibus agimus, distinctis ordinibus insinuent civitates, unam caelestem in terris peregrinantem, alteram terrenam terrenis tanquam sola sint gaudiis inhiantem vel inhaerentem; nullus de progenie Cain, cum dinumerata sit connumerato Adam usque ad octavam generationem, quot annorum fuisset expressus est, quando genuit eum qui commemoratur post eum. Noluit enim Spiritus Dei in terrenae civitatis generationibus tempora notare ante diluvium, sed in caelestis maluit, tanquam essent memoria digniores. Porro autem Seth quando natus est, non quidem taciti sunt anni patris eius, sed iam genuerat alios: et utrum solos Cain et Abel, affirmare quis audeat? Non enim quia soli nominati sunt propter ordines generationum, quas commemorari oportebat, ideo consequens videri debet solos fuisse tunc generatos

[53] Gen. 4,1.25.

necesariamente que fueran los únicos engendrados hasta entonces por Adán. ¿Quién que esquive la nota de temerario se atreverá a decir cuántos fueron sus hijos, leyendo en la Escritura que engendró hijos e hijas, cubriendo los nombres de los demás con el manto del silencio? Muy bien pudo decir, por tanto, Adán, después del nacimiento de Set, por inspiración divina: *Dios me ha suscitado otro hijo en lugar de Abel,* porque éste iba a conformarse y a completar la santidad del otro, no porque naciera inmediatamente después de él. Asimismo, cuando está escrito: *Y vivió Set doscientos cinco años,* o, según el hebreo, *ciento cinco años y engendró a Enós,* ¿quién afirmará, sino el temerario, que éste fué el primogénito? Con un gesto de admiración en nuestros rostros, preguntaríamos, y con razón, si es creíble que, sin propósito de guardar continencia, no hubiera hecho uso del matrimonio durante tantos años, o que, casado, no engendrara, siendo así que también de él se lee: *Y engendró hijos e hijas, y fueron todos los días de Set novecientos doce años, y murió.* Lo mismo hace en los demás que cita, no omitiendo que engendraron hijos e hijas. Por eso no está claro si el hijo que menciona en cada caso es el primogénito, amén de que no es creíble que los padres en edad tan avanzada fueran impúberes o no tuvieran mujer e hijos ni que los citados fueran los primeros nacidos. Simplemente hay que decir que, como la intención del autor de la historia sagrada era llegar, notando los tiempos, a través de las generaciones, hasta el nacimiento y la vida de Noé—época del diluvio—, no mencionó las primeras generaciones inmediatas a sus padres, sino las que exigía el orden de la narración genealógica.

ex Adam. Cum enim silentio coopertis omnium nominibus caeterorum, legatur eum genuisse filios et filias, quota fuerit ista proles eius, quis praesumat asserere, si culpam temeritatis evitat? Potuit quippe Adam divinitus admonitus dicere, posteaquam Seth natus est, *Suscitavit enim mihi Deus semen aliud pro Abel;* quoniam talis erat futurus, qui impleret illius sanctitatem, non quod ipse prior post eum temporis ordine nasceretur. Deinde quod scriptum est, *Vixit autem Seth quinque et ducentos annos,* vel secundum Hebraeos, *quinque et centum annos, et genuit Enos:* quis possit nisi inconsideratus asseverare, hunc eius primogenitum fuisse? Ut admirantes merito requiramus, quomodo per tot annos immunis fuerit a connubio sine ullo proposito continentiae, vel non genuerit coniugatus; quadoquidem etiam de ipso legitur, *Et genuit filios et filias, et fuerunt omnes dies Seth duodecim et nongenti anni, et mortuus est*[54]. Atque ita deinceps quorum anni commemorantur, nec filios filiasque genuisse reticentur. Ac per hoc non apparet omnino, utrum qui nominatur genitus, ipse fuerit primogenitus: imo vero, quoniam credibile non est, patres illos aetate tam longa aut impuberes fuisse, aut coniugibus caruisse vel fetibus; nec illos eorum filios primos eis natos fuisse credibile est. Sed cum sacrae scriptor historiae ad ortum vitamque Noe, cuius tempore diluvium factum est, per successiones generationum notatis temporibus intenderet pervenire, eas utique commemoravit, non quae primae suis parentibus fuerint, sed quae in propagationis ordinem venerint.

[54] Gen. 5,4-8.

2. A modo de ejemplo, voy a hacer un paréntesis para aclarar esta idea y para que nadie dude de la posibilidad de la misma. El evangelista San Mateo, recorriendo la genealogía carnal de Cristo a través de sus padres y comenzando por Abrahán, con intención de llegar a David, dice: *Abrahán engendró a Isaac.* ¿Por qué no dijo Ismael, que fué su primer hijo? *Isaac*—prosigue el evangelista—*engendró a Jacob.* ¿Por qué no dice Esaú, que fué su primogénito? La razón es que por ellos no podía llegar a David. He aquí, pues, el motivo. Luego añade: *Jacob engendró a Judá y a sus hermanos.* ¿Fué acaso Judá el primogénito? *Judá*—agrega—*engendró a Fares y a Zarán;* y ninguno de éstos fué su primogénito, pues ya había engendrado antes otros tres.

En conclusión, en la lista de las generaciones se hace mención sólo de aquellos a través de los cuales arribará a David y desde éste al término de su propósito. Y esto nos permite sospechar que los antiguos, antes del diluvio, mencionaron no a los primogénitos, sino a aquellos cuyas ordenadas y sucesivas generaciones llevaran al patriarca Noé. De este modo no nos devanará los sesos la cuestión obscura y superflua de una pubertad tardía en los hombres de entonces.

CAPITULO XVI

El derecho conyugal en los primeros matrimonios

1. La necesidad que el género humano tenía del enlace entre hombres y mujeres para multiplicarse por generación des-

2. Exempli gratia, quo id fiat apertius, aliquid interponam, unde nullus ambigat fieri potuisse quod dico. Evangelista Matthaeus generationem Dominicae carnis per seriem parentum volens commendare memoriae, ordiens a patre Abraham, atque ad David primitus ut perveniret intendens, *Abraham,* inquit, *genuit Isaac:* cur non dixit, Ismael, quem primitus genuit? *Isaac autem,* inquit, *genuit Iacob:* cur non dixit, Esau, qui eius primogenitus fuit? Quia scilicet per illos ad David pervenire non posset. Deinde sequitur, *Iacob autem genuit Iudam, et fratres eius:* numquid Iudas primogenitus fuit? *Iudas,* inquit, *genuit Phares et Zaram*[55]: nec istorum geminorum aliquis fuit primogenitus Iudae, sed ante illos iam tres genuerat. Eos itaque tenuit in ordine generationum, per quos ad David, atque inde quo intenderat, perveniret. Ex quo intelligi potest, veteres quoque homines ante diluvium non primogenitos, sed eos fuisse commemoratos, per quos succedentium ordo generationum ad Noe patriarcham duceretur, ne serae pubertatis illorum obscura et non necessaria quaestio nos fatiget.

CAPUT XVI

De iure coniugiorum, quod dissimile a subsequentibus matrimoniis habuerint prima connubia

1. Cum igitur genus humanum post primam copulam viri facti ex pulvere, et coniugis eius ex viri latere, marium feminarumque coniunctione

[55] Mt. 1,2.3.

pués de la primera unión entre el varón, hecho del polvo, y la mujer, formada de su costilla, y la falta de hombres, pues sólo existían los hijos de estos dos, dieron margen a que los hombres tomaran por esposas a sus hermanas. Y esto, cuanto más antiguamente se hizo a exigencias de la necesidad, tanto más condenable se trocó después con el veto de la religión [32]. En todo lo cual se tuvo muy en cuenta la caridad. De esta suerte, los hombres, cuya concordia es provechosa y buena, se ligan entre sí con diferentes lazos de sangre y no se dan cita muchos en uno solo, sino que cada uno va difundiéndose en otros, teniendo así las personas muchos lazos comunes y amistándose más y más la vida social. Padre y suegro son nombres que designan dos parentescos. Teniendo, pues, cada cual a uno por padre y a otro por suegro, se hace más extensiva y numerosa la caridad. Adán se vió obligado a ser las dos cosas para sus hijos e hijas, cuando hermanos y hermanas se casaban entre sí. De igual modo, Eva, su mujer, fué para sus hijos e hijas suegra y madre. Si hubieran existido entonces dos mujeres, y una fuera la madre y otra la suegra, la amistad social se habría extendido más. Asimismo, la hermana, al hacerse esposa, se tornaba sujeto de dos parentescos. Estos, distribuídos de forma que fuera una la hermana y otra la esposa, aumentarían con el número de hombres la unión social. Mas entonces, cuando sólo existían los hijos de los dos primeros padres, no podía ser realidad esto.

En consecuencia, cuando, por ser ya numerosos los seres humanos, fué posible esto, debieron tomar por mujeres a personas que no fueran hermanas, y la necesidad ya no excusaría de hacer esto, sino que el hacerlo sería un crimen horrendo [33]. Porque, si los nietos de los dos primeros padres, que

opus haberet, ut gignendo multiplicaretur; nec essent ulli homines, nisi qui ex illis duobus nati fuissent; viri sorores suas coniuges acceperunt: quod profecto quanto est antiquius compellente necessitate, tanto postea factum est damnabilius religione prohibente. Habita est enim ratio rectissima charitatis, ut homines quibus esset utilis atque honesta concordia, diversarum necessitudinum vinculis necterentur; nec unus in uno multas haberet, sed singulae spargerentur in singulos; ac sic ad socialem vitam diligentius colligandam plurimae plurimos obtinerent. Pater quippe et socer duarum sunt necessitudinum nomina. Ut ergo alium quisque habeat patrem, alium socerum, numerosius se charitas porrigit. Utrumque autem unus Adam esse cogebatur et filiis et filiabus suis, quando fratres sororesque connubio iungebantur. Sic et Eva, uxor eius, utrique sexui filiorum fuit et socrus et mater: quae si duae feminae fuissent, mater altera, et socrus altera, copiosius se socialis dilectio colligaret. Ipsa denique iam soror, quod etiam uxor fiebat, duas tenebat una necessitudines: quibus per singulas distributis, ut altera esset soror, altera uxor, hominum numero socialis propinquitas augeretur. Sed hoc unde fieret tunc non erat, quando nisi fratres et sorores ex illis duobus primis nulli homines erant. Fieri ergo debuit quando potuit, ut existente copia inde ducerentur uxores, quae non erant iam sorores; et non solum istud ut fieret, nulla ne-

podían ya tomar por esposas a sus primas, se unieran en matrimonio con sus hermanas, contraerían no dos, sino tres parentescos, debiendo, por tanto, ir separándose cada uno del tronco común para prender la caridad en más gente. En este caso, un mismo hombre sería para sus hijos, es decir, para los esposos que eran hermano y hermana, padre, suegro y tío, y, asimismo, su mujer, para los hijos comunes, sería madre, suegra y tía, y los hijos entre sí serían no sólo hermanos y cónyuges, sino además primos, porque son hijos de hermanos. En cambio, estos parentescos, que unían tres hombres a uno solo, unirían nueve si estuvieran repartidos en distintos sujetos. Así, un solo hombre tendría a una por hermana, a otra por esposa y a otra por prima; a uno por padre, a otro por tío y a otro por suegro; y a otra por madre, a otra por tía y a otra por suegra, extendiéndose de esta forma los vínculos sociales, no coartados a una poquedad, sino alargados a afinidades amplias y numerosas.

2. Una vez acrecido y multiplicado el género humano, vemos observada esta ley aun entre los idólatras. Aunque no faltan leyes subversivas que permiten los matrimonios entre hermanos, con todo, una costumbre más loable ha proscrito esta licencia, y, a pesar de haber sido lícito en los orígenes del género humano casarse hermano con hermana, se aparta de esto, como si nunca hubiera sido practicado. Es indudable que la costumbre causa una honda impresión en el sentido humano, y tergiversarla o ir contra ella, que en este caso frena los excesos de la concupiscencia, se considera como una injusticia suma. Porque, si es injusto meterse en campo ajeno llevado de la avidez de poseer, ¿cuánto más lo será traspasar las fronteras de las costumbres en brazos de la libido carnal? Sabemos por propia experiencia que, debido a la costumbre, aun en nuestros

cessitas esset, verum etiam si fieret, nefas esset. Nam si et nepotes primorum hominum, qui iam consobrinas poterant accipere coniuges, sororibus matrimonio iungerentur: non iam duae, sed tres in homine uno necessitudines fierent, quae propter charitatem numerosiore propinquitate nectendam, disseminari per singulos singulae debuerunt. Esset enim unus homo filiis suis, fratri scilicet sororique coniugibus, et pater et socer et avunculus: ita et uxor eius iisdem communibus filiis et mater et amita et socrus: iidemque inter se filii eorum, non solum essent fratres atque coniuges, verum etiam consobrini; quia et fratrum filii. Omnes autem istae necessitudines, quae uni homini tres homines connectebant, novem connecterent, si essent in singulis singulare, ut unus homo haberet alteram sororem, alteram uxorem, alteram consobrinam, alterum patrem, alterum avunculum, alterum socerum, alteram matrem, alteram amitam, alteram socrum: atque ita se non in paucitate coarctatum, sed latius atque numerosius propinquitatibus crebris vinculum sociale diffunderet.

2. Quod humano genere crescente et multiplicato, etiam inter impios deorum multorum falsorumque cultores sic observari cernimus, ut etiamsi perversis legibus permittantur fraterna coniugia, melior tamen consuetudo ipsam malit exhorrere licentiam; et cum sorores accipere in matrimonium primis humani generis temporibus omnino licuerit, sic aversetur, quasi

días son muy raros los casamientos entre primos, por ser un grado de parentesco rayano en el fraterno, aunque las leyes lo permiten, pues que la ley divina no lo prohibió y la humana aún no lo había prohibido [34]. Sin embargo, una acción aún lícita se condenaba por frisar en lo ilícito, porque les parecía que hacer eso con una prima era casi hacerlo con una hermana, ya que también los primos se llaman hermanos de sangre y son casi hermanos carnales.

Así vemos que los antiguos patriarcas pusieron gran empeño en no dejar alejarse y desaparecer el parentesco, perdiéndose poco a poco en los grados genealógicos, y en aproximarlo con un nuevo matrimonio si se había separado, dando estado otra vez, en cierto modo, al parentesco que se esfumaba. Por eso, una vez poblado ya de hombres el mundo, gustaban de desposarse no con hermanas por parte de padre, de madre o de los dos, sino con personas de su estirpe. Mas ¿quién dudará que en nuestros días es más honesta la prohibición de los casamientos entre primos? Y esto no sólo por las razones aducidas, por multiplicar los parentescos y por que no se den dos en una misma persona, pudiendo ser dos los sujetos y aumentar así el número de vínculos sociales, sino también porque el pudor tiene un no sé qué natural y loable, que no permite unirse a aquella que merece un honor respetuoso por el parentesco, pues de la libido, aunque generadora, vemos que se avergüenza hasta la misma honestidad conyugal.

---

nunquam licere potuerit. Ad humanum enim sensum vel alliciendum, vel offendendum mos valet plurimum. Qui cum in hac causa immoderationem concupiscentiae coerceat, eum dissignari atque corrumpi merito esse nefarium iudicatur. Si enim iniquum est, aviditate possidendi transgredi limitem agrorum, quanto est iniquius libidine concumbendi subvertere limitem morum? Experti autem sumus in connubiis consobrinarum etiam nostris temporibus propter gradum propinquitatis fraterno gradui proximum, quam raro per mores fiebat, quod fieri per leges licebat; quia id nec divina prohibuit, et nondum prohibuerat lex humana. Verumtamen factum etiam licitum propter vicinitatem horrebatur illiciti; et quod fiebat cum consobrina, pene cum sorore fieri videbatur: quia et ipsi inter se propter tam propinquam consanguinitatem fratres vocantur, et pene germani sunt. Fuit autem antiquis patribus religiosae curae, ne ipsa propinquitas se paulatim propaginum ordinibus dirimens longius abiret et propinquitas esse desisteret, eam nondum longe positam rursus matrimonii vinculo colligare, et quodammodo revocare fugientem. Unde iam pleno hominibus orbe terrarum, non quidem sorores ex patre vel matre, vel ex ambobus suis parentibus natas, sed tamen amabant de suo genere ducere uxores. Verum quis dubitet honestius hoc tempore etiam consobrinorum prohibita esse coniugia? non solum secundum ea quae disputavimus, propter multiplicandas affinitates, ne habeat duas necessitudines una persona, cum duae possint eas habere, et numerus propinquitatis augeri; sed etiam quia nescio quomodo inest humanae verecundiae quiddam naturale atque laudabile, ut cui debet causa propinquitatis reverendum honorem, ab ea contineat, quamvis generatricem, tamen libidinem, de qua erubescere videmus et ipsam pudicitiam coniugalem.

3. En efecto, la cópula carnal entre el hombre y la mujer, desde el punto de vista social, es, diríamos, una especie de semillero de la ciudad [35]. La ciudad terrena precisa únicamente de la generación; en cambio, la celestial requiere, además, la regeneración, para subsanar la dentellada de la generación.

La historia sagrada no dice una palabra sobre la existencia de algún signo corporal y sensible de la regeneración antes del diluvio [36], y, de haberlo, sobre cuál fué, como la circuncisión, que se prescribió más tarde a Abrahán. Sin embargo, no calla que los patriarcas más antiguos ofrecieron sacrificios a Dios, cosa que hicieron también los dos primeros hermanos. De Noé mismo se lee que, después de salir del arca, ofreció sacrificio a Dios. Sobre este punto ya hemos hablado en los libros precedentes, y hemos dicho que por este medio se arrogaron la divinidad los demonios y se creyeron dioses, anhelosos de exigir el sacrificio y gozar de estos honores, sabiendo que el verdadero sacrificio se debe al Dios verdadero.

CAPITULO XVII

Un tronco con dos ramas príncipes

Como Adán era el padre de estas dos clases de hombres, a saber, de aquel cuya serie compone la ciudad terrena, y del otro, cuya línea integra la ciudad celestial, al morir Abel y encarecer en su muerte un gran misterio, quedaron constituídos

---

3. Copulatio igitur maris et feminae, quantum attinet ad genus mortalium, quoddam seminarium est civitatis: sed terrena civitas generatione tantummodo, caelestis autem etiam regeneratione opus habet, ut noxam generationis evadat. Utrum autem aliquod fuerit, vel si fuit, quale fuerit corporale atque visibile regenerationis signum ante diluvium, sicut Abrahae circumcisio postea est imperata [56], sacra historia tacet. Sacrificasse tamen Deo etiam illos antiquissimos homines non tacet: quod et in duobus primis fratribus claruit; et Noe post diluvium, cum de arca fuisset egressus, hostias Deo legitur immolasse [57]. De qua re in praecedentibus libris iam diximus, non ob aliud daemones arrogantes sibi divinitatem deosque se credi cupientes sibi expetere sacrificium, et gaudere huiusmodi honoribus, nisi quia verum sacrificium vero Deo deberi sciunt.

CAPUT XVII

De duobus ex uno genitore procreatis patribus atque principibus

Cum ergo esset Adam utriusque generis pater, id est, et cuius series ad terrenam, et cuius series ad caelestem pertinet civitatem; occiso Abel, atque in eius interfectione commendato mirabili sacramento, facti sunt duo patres singulorum generum, Cain et Seth: in quorum filiis, quos

[56] Gen. 17,10.11.
[57] Ibid., 8,20.

dos padres de cada rama, Caín y Set. En la descendencia de éstos, que precisaba ser mencionada, se fueron descubriendo en el linaje humano indicios más evidentes de las dos ciudades. En efecto, Caín engendró a Henoc y fundó en su nombre una ciudad, la terrena, no peregrina en este mundo, sino apoltronada en su paz y felicidad temporales. Caín significa Posesión. Por eso, cuando nació, dijo su padre o su madre: *He adquirido un hombre por la gracia de Dios.* Y Henoc significa Dedicación, pues que la ciudad terrena está dedicada en este mundo, donde fué fundada y donde tiene el fin que pretende y apetece.

Set significa, en cambio, Resurrección, y Enós, su hijo, Hombre; pero hombre no en el mismo sentido que Adán (pues también este nombre significa hombre). Al parecer, es el nombre común usado por el hebreo para designar al varón y a la mujer. Así está escrito de él: *Hízolos varón y mujer y los bendijo y les puso por nombre Adán.* De donde se sigue que Eva fué, sin duda, el nombre propio de la mujer, siendo Adán, que significa Hombre, nombre común a ambos. Enós, empero, significa Hombre, pero, según los peritos en esa lengua, no puede aplicarse a la mujer, pues es hijo de la Resurrección, y en ella ni se casan ni toman esposas, porque a donde lleva la regeneración no habrá generación. Yo creo que no estará de más hacer notar que, en las generaciones descendientes de Set, cuando se dice que engendró hijos e hijas, no se expresa por su nombre ninguna mujer justamente por esa razón, mientras que en las descendientes de Caín al final da la última mujer en-

commemorari oportebat, duarum istarum civitatum in genere mortalium evidentius indicia clarere coeperunt. Cain quippe genuit Enoch, in cuius nomine condidit civitatem, terrenam scilicet, non peregrinantem in hoc mundo, sed in eius temporali pace ac felicitate quiescentem. Cain autem interpretatur Possessio: unde dictum est quando natus est, sive a patre, sive a matre eius, *Acquisivi hominem per Deum* [58]. Enoch vero, Dedicatio: hic enim dedicatur terrena civitas, ubi conditur; quoniam hic habet eum, quem intendit et appetit finem. Porro ille Seth Resurrectio interpretatur, et Enos filius eius interpretatur Homo: non sicut Adam (et ipsum enim nomen interpretatur Homo), sed commune perhibetur esse in illa lingua, id est hebraea, masculo et feminae. Nam sic de illo scriptum est: *Masculum et feminam fecit illos, et benedixit illos, et cognominavit nomen eorum Adam* [59]. Unde non ambigitur, sic appellatam fuisse feminam Evam proprio nomine, ut tamen Adam, quod interpretatur Homo, nomen esset amborum. Enos autem sic interpretatur Homo, ut hoc non posse feminam nuncupari periti linguae illius asseverent, tanquam filius resurrectionis, ubi non nubent, neque uxores ducent [60]. Non enim erit ibi generatio, cum illuc perduxerit regeneratio. Quare et hoc non incassum notandum arbitror, quod in eis generationibus quae propagantur ex illo qui est appellatus Seth, cum genuisse filios filiasque dicantur, nulla ibi genita nominatim femenina expressa est: in his autem quae propagantur ex Cain, in ipso fine quousque protenduntur, novissima femina genita nominatur. Sic enim

[58] Gen. 4,1.
[59] Ibid., 5,2.
[60] Lc. 20,35.

gendrada. Así se lee: *Matusael engendró a Lamec, y Lamec tomó dos mujeres, la una llamada Ada y la otra Sella. Ada parió a Jobel. Este es el padre de los que habitan en las cabañas de los pastores. Y tuvo un hermano llamado Jubal, que fué el inventor del salterio y de la cítara. Sella parió a Tobel, que era un artista en hierro y cobre. Noema fué hermana de Tobel.* Esta cierra las generaciones de Caín. Desde Adán inclusive son ocho, a saber, siete hasta Lamec, que tuvo dos mujeres, y la octava es la generación que se prolonga en sus hijos, entre los cuales se enumera una mujer. En esto se deja insinuar con elegancia que la ciudad terrena ha de tener hasta el fin generaciones carnales, provenientes de la unión sexual entre hombres y mujeres. Por este motivo se expresan con sus nombres propios las mujeres del último padre de la serie en lista, cosa no usada antes del diluvio, a excepción de Eva. Así como Caín, que significa Posesión, fundador de la ciudad terrena, y su hijo Henoc, en cuyo honor fué fundada, que significa Dedicación, evidencian que esa ciudad tiene un principio y un fin terrenos y que limita sus esperanzas a este mundo visible, así del hijo de Set, que significa Resurrección y que es el padre de las generaciones mencionadas por separado, debe considerarse lo que dice la historia sagrada.

legitur: *Mathusael genuit Lamech: et sumpsit sibi Lamech duas uxores, nomen uni Ada, et nomen secundae Sella; et peperit Ada Iobel: hic erat pater habitantium in tabernaculis pecuariorum. Et nomen fratris eius Iubal: hic fuit qui ostendit psalterium et citharam. Sella autem peperit et ipsa Thobel, et erat aerarius et malleator aeramenti et ferri. Soror autem Thobel Noema* [61]. Huc usque porrectae sunt generationes ex Cain, quae sunt omnes ab Adam octo, annumerato ipso Adam, septem scilicet usque ad Lamech, qui duarum maritus uxorum fuit: et octava est generatio in filiis eius, in quibus commemoratur et femina. Ubi eleganter significatum est, terrenam civitatem usque in sui finem carnales habituram generationes, quae marium feminarumque coniunctione proveniunt. Unde et ipsae, quod praeter Evam nusquam reperitur ante diluvium, nominibus propriis exprimuntur uxores illius hominis, qui nominatur hic novissimus pater. Sicut autem Cain, quod interpretatur Possessio, terrenae conditor civitatis, et filius eius, in cuius nomine condita est, Enoch, quod interpretatur Dedicatio, indicat istam civitatem et initium et finem habere terrenum; ubi nihil speratur amplius, quam in hoc saeculo cerni potest: ita Seth, quod interpretatur Resurrectio, cum sit generationum seorsum commemoratarum pater, quid de filio eius sacra haec historia dicat, intuendum est.

[61] Gen. 4,18-22.

CAPITULO XVIII

Relaciones figurativas de Abel, Set y Enós con Cristo y con su Cuerpo, es decir, con la Iglesia

También a Set—dice la Escritura—*le nació un hijo, al que puso por nombre Enós. Ese puso su esperanza en invocar el nombre del Señor.* He aquí la voz y el testimonio de la verdad. El hombre, hijo de la resurrección, vive en esperanza, mientras la Ciudad de Dios, que nace de la fe en la resurrección de Cristo, peregrina en este mundo. Así, pues, la muerte y la resurrección de Cristo están figuradas en aquellos dos hombres, en Abel, que significa Duelo, y en Set, su hermano, que es igual a Resurrección. De esta fe nace la Ciudad de Dios, es decir, el hombre que puso su esperanza en invocar el nombre del Señor. *Porque*—como dice el Apóstol—*somos salvos por la esperanza. Y no se dice que uno tenga esperanza de lo que ya se ve, pues lo que uno ve, ¿cómo lo podrá esperar? Por tanto, si esperamos lo que no vemos todavía, lo aguardamos gracias a la paciencia.* En efecto, ¿quién no pensará que aquí hay un profundo misterio? ¿No es verdad que Abel puso su esperanza en invocar el nombre del Señor, pues, según la Escritura, su sacrificio fué acepto a Dios? ¿No es verdad que Set puso también su esperanza en invocar el nombre del Señor, pues de él se dijo: *Me ha suscitado Dios otro hijo en lugar de Abel?* ¿Por qué, pues, se atribuye de un modo especial a éste lo que es común a todos los buenos sino porque convenía que en el primer hijo nacido, según la narración, del padre de los predestinados a la mejor parte, es decir, a la Ciudad soberana, se prefigurase el hombre, o sea, la sociedad de hombres que viven en la realidad de la felicidad terrena, no según el hombre, sino según Dios, en espera de la felicidad eterna?

Así, no se dijo: Este esperó en el Señor, o: Este invocó el nombre del Señor, sino: *Este puso su esperanza en invocar el nombre del Señor.* ¿Qué es *puso su esperanza en invocar* sino una profecía según la cual el pueblo que había de proceder de él invocaría el nombre del Señor, en conformidad con la elección de la gracia? Esto mismo lo dijo otro profeta, y el Apóstol lo entiende de este pueblo que pertenece a la gracia de Dios: *Todo aquel que invocare el nombre del Señor será salvo.* Este pasaje: *Y le dió por nombre Enós, que significa hombre,* y el siguiente: *Este puso su esperanza en invocar el nombre del Señor,* muestran bien a las claras que el hombre no debe fijar en sí su esperanza. *Maldito todo aquel que pone su esperanza en el hombre,* se lee en otra parte. Por consiguiente, no debe tampoco ponerla en sí mismo, con el fin de ser ciudadano de otra ciudad que no está dedicada en el tiempo según los hijos de Caín, es decir, no lo está en el curso torrentoso de este siglo mortal, sino en la inmortalidad de la felicidad eterna.

CAPUT XVIII

Quid significatum sit in Abel, et Seth, et Enos, quod appareat ad Christum et corpus eius, id est Ecclesiam, pertinere

Et Seth, inquit, *natus est filius, et nominavit nomen eius Enos: hic speravit invocare nomen Domini Dei*[62]. Nempe clamat attestatio veritatis. In spe igitur vivit homo filius resurrectionis; in spe vivit, quamdiu peregrinatur hic civitas Dei, quae gignitur ex fide resurrectionis Christi. Ex duobus namque illis hominibus, Abel, quod interpretatur Luctus, et eius fratre Seth, quod interpretatur Resurrectio, mors Christi et vita eius ex mortuis figuratur. Ex qua fide gignitur hic civitas Dei, id est homo, qui speravit invocare nomen Domini Dei. *Spe enim salvi facti sumus,* ait Apostolus. *Spes autem quae videtur, non est spes: quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam exspectamus*[63]. Nam quis vacare hoc existimet ab altitudine sacramenti? Numquid enim Abel non speravit invocare nomen Domini Dei, cuius sacrificium Scriptura tam acceptum Deo fuisse commemorat? numquid ipse Seth non speravit invocare nomen Domini Dei, de quo dictum est, *Suscitavit enim mihi Deus semen aliud pro Abel?*[64] Cur ergo huic proprie tribuitur quod piorum omnium intelligitur esse commune, nisi quia oportebat in eo qui de patre generationum in meliorem partem, hoc est supernae civitatis separatarum, primus commemoratur exortus, praefigurari hominem, id est hominum societatem, quae non secundum hominem in re felicitatis terrenae, sed secundum Deum vivit in spe felicitatis aeternae? Nec dictum est, Hic speravit in Dominum Deum; aut, Hic invocavit nomen Domini Dei: sed, *Hic speravit,* inquit, *invocare nomen Domini Dei.* Quid sibi hoc vult, *Speravit invocare,* nisi quia prophetia est, exorturum populum, qui secundum electionem gratiae invocaret nomen Domini Dei? Hoc est, quod per alium prophetam dictum, Apostolus de hoc populo intelligit ad Dei gratiam pertinente: *Et erit, omnis quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit*[65]. Hoc enim ipsum quod dicitur, *Et nominavit nomen eius Enos, quod interpretatur Homo;* ac deinde additur, *Hic speravit invocare nomen Domini Dei:* satis ostenditur, quod non in se ipso spem ponere debeat homo. *Maledictus* enim *omnis,* sicut alibi legitur, *qui spem suam ponit in homine*[66]: ac per hoc, nec in se, ut sit civis alterius civitatis, quae non secundum filium Cain dedicatur hoc tempore, id est mortalis huius saeculi labente transcursu, sed in illa immortalitate beatitudinis sempiternae.

[62] Gen. 4,26
[63] Rom. 8,24.25.
[64] Gen. 4,25.
[65] Rom. 10,13; Ioel 2,32.
[66] Ier. 17,5.

CAPITULO XIX

¿DE QUÉ ES FIGURA LA TRASLACIÓN DE HENOC?

Esta línea, cuyo padre es Set, tiene también en una de sus generaciones, en la séptima, contado Adán, un nombre que significa Dedicación. Henoc es el séptimo nacido de Set y significa Dedicación [37]. Pero éste, tan grato a Dios, fué trasladado al cielo, y en el orden de las generaciones goza de un rango notable por ser el séptimo desde Adán, día en que se consagró el sábado. Y es a la vez el sexto, día en que fué hecho el hombre y remató Dios todas sus obras, a contar desde Set, es decir, después del padre de las generaciones separadas de la línea de Caín.

La traslación de Henoc figura el aplazamiento de nuestra dedicación, hecha ya en Cristo, nuestra Cabeza, que ha resucitado para no morir más y ha sido también trasladado. Aún queda, sin embargo, otra dedicación, la de toda la casa que tiene por fundamento a Cristo, que se difiere hasta el fin, en que se efectuará la resurrección de todos los que no han de morir más. Importa poco para nuestro caso decir casa de Dios, templo de Dios o ciudad de Dios, pues que todos los términos son corrientes en nuestra lengua. El mismo Virgilio llama ciudad muy imperiosa a la casa de Asáraco, designando con este nombre a los romanos, que traen su origen de Asáraco a través de los troyanos. La llama también casa de Eneas, porque los troyanos, que fundaron Roma, arribaron a Italia con Eneas al frente. El poeta ha imitado en esto a las sagradas Letras, que llaman al numeroso pueblo de los hebreos casa de Jacob [38].

CAPUT XIX

DE SIGNIFICATIONE QUAE IN ENOCH TRANSLATIONE MONSTRATUR

Nam et ista propago, cuius est pater Seth, in ea generatione habet dedicationis nomen, quae septima est ab Adam, annumerato Adam. Septimus enim ab illo natus est Enoch, quod interpretatur Dedicatio. Sed ipse est ille translatus, quoniam placuit Deo, et insigni numero in ordine generationum, quo sabbatum consecratum est, septimo scilicet ab Adam. Ab ipso autem patre istarum generationum, quae discernuntur a propagine Cain, id est a Seth, sextus est: quoto die factus est homo, et consummavit Deus omnia opera sua. Sed huius Enoch translatio nostrae dedicationis est praefigurata dilatio. Quae quidem iam facta est in Christo capite nostro, qui sic resurrexit, ut non moriatur ulterius, sed etiam ipse translatus est: restat autem altera dedicatio universae domus, cuius ipse Christus est fundamentum, quae differtur in finem, quando erit omnium resurrectio, non moriturorum amplius. Sive autem domus Dei dicatur, sive templum Dei, sive civitas Dei, idipsum est, nec abhorret a latini eloquii consuetudine. Nam et Virgilius imperiosissimam civitatem domum appellat Assaraci, Romanos volens intelligi, qui de Assaraco per Troianos originem ducunt; et domum Aeneae eosdem ipsos [67], quia eo duce Troiani cum Italiam venissent, ab eis condita est Roma. Imitatus namque est poeta ille sacras Litteras, in quibus dicitur domus Iacob tam ingens populus Hebraeorum.

[67] *Aeneid,* l.1 v.284; l.3 v.97.

CAPITULO XX

UNA DIFICULTAD EN LAS GENERACIONES

1. Alguien dirá: Si la intención del historiador en la enumeración de las generaciones de Adán por la línea de Set era llegar a Noé, en vida del cual tuvo lugar el diluvio, y desde él tornar a tejer la lista de generaciones hasta Abrahán, por el que comienza el evangelista San Mateo las generaciones que rematan en Cristo, Rey eterno de la Ciudad de Dios, ¿qué intentaba en las generaciones de Caín y hasta dónde pretendía llevarlas?

Contestación: Hasta el diluvio, en que fué destruída toda la raza de la ciudad terrena, restaurada luego por los hijos de Noé. Esta ciudad terrena y esta sociedad de hombres que viven según el hombre subsistirán hasta el fin del mundo, y de ella dice el Señor: *Los hijos de este siglo engendran y son engendrados.* Pero la regeneración conduce a la Ciudad de Dios, peregrina en este mundo a otro, en el que sus hijos ni engendran ni son engendrados. Luego aquí es común a las dos ciudades el engendrar y el ser engendrado, si bien la Ciudad de Dios tiene en este mundo muchos miles de ciudadanos que se abstienen de

CAPUT XX

DE EO QUOD CAIN SUCCESSIO IN OCTO AB ADAM GENERATIONES CLAUDITUR, ET IN POSTERIS AB EODEM PATRE ADAM NOE DECIMUS INVENITUR

1. Dicet aliquis: Si hoc intendebat scriptor huius historiae in commemorandis generationibus ex Adam per filium eius Seth, ut per illas perveniret ad Noe, sub quo factum est diluvium, a quo rursus contexeretur ordo nascentium, quo perveniret ad Abraham, a quo Matthaeus evangelista incipit generationes, quibus ad Christum pervenit aeternum Regem civitatis Dei; *quid intendebat in generationibus ex Cain, et quo* eas perducere volebat? Respondetur: Usque ad diluvium, quo totum illud genus terrenae civitatis absumptum est, sed reparatum ex filiis Noe. Neque enim deesse poterit haec terrena civitas societasque hominum secundum hominem viventium usque ad huius saeculi finem, de quo Dominus ait, *Filii huius saeculi generant, et generantur* [68]. Civitatem vero Dei peregrinantem in hoc saeculo regeneratio perducit ad alterum saeculum, cuius filii nec generant, nec generantur. Hic ergo generari et generare civitati utrique commune est: quamvis Dei civitas habeat etiam hic multa

[68] Lc. 20,34

la generación, y la otra tiene también algunos que la imitan en esto, *aunque van errados.*

A la ciudad terrena pertenecen además quienes, desviándose de la fe, han planteado e implantado diversas herejías y viven, por tanto, según el hombre, no según Dios. Los gimnosofistas indios, que, según cuentan, filosofan desnudos en las selvas de la India, son también ciudadanos suyos y, con todo, se abstienen de la generación [39]. Porque la continencia no es un bien sino cuando se guarda en conformidad con la fe en el sumo bien, que es Dios [40]. Sin embargo, nadie practicó esto antes del diluvio, pues se lee que el mismo Henoc, séptimo desde Adán, arrebatado del mundo, no muerto, engendró hijos e hijas antes de ser trasladado. Entre éstos se cuenta Matusalén, que es el eslabón de enlace de las generaciones a recordar.

2. ¿Por qué, pues, se citan tan pocos sucesores en las generaciones de Caín, si era preciso prolongarlas hasta el diluvio y se daba un tiempo muy largo, anterior a la pubertad, en el que se abstenían de la generación cien años o más? Si el autor de este libro no tenía en cartera alguno al cual pretendiera arribar por la serie de generaciones, como en los descendientes de Set quiso llegar a Noé para desde éste acelerar de nuevo la marcha en su lista, ¿qué necesidad tenía, habiendo sido destruída toda la descendencia de Caín, de pasar en silencio los primogénitos para llegar a Lamec, que cierra esta textura con sus hijos? Es decir, se cierra en la octava generación desde Adán y séptima desde Caín, como si a éste hubiera de unir algo después para arribar, o al pueblo de Israel, en el que la Jerusalén terrena brindó una figura profética de la Ciudad celestial, o a

---

civium millia, quae ab opere generandi se abstinent; sed habet etiam illa ex imitatione quadam, licet errantium. Ad eam namque pertinent etiam, qui deviantes ab huius fide diversas haereses condiderunt: secundum hominem quippe vivunt, non secundum Deum. Et Indorum Gymnosophistae, qui nudi perhibentur philosophari in solitudinibus Indiae, cives eius sunt, et a generando se cohibent. Non enim est hoc bonum, nisi cum fit secundum fidem summi boni, qui est Deus. Hoc tamen nemo fecisse ante diluvium reperitur: quandoquidem etiam ipse Enoch septimus ab Adam, qui translatus refertur esse, non mortuus, genuit filios et filias antequam transferretur; in quibus fuit Mathusalem, per quem generationum memorandarum ordo transcurrit.

2. Cur ergo tanta paucitas successionum commemoratur in generationibus ex Cain, si eas usque ad diluvium perduci oportebat, nec erat diuturna aetas praeveniens pubertatem, quae centum vel amplius annos vacaret a fetibus? Nam si non intendebat auctor libri huius aliquem, ad quem necessario perduceret seriem generationum, sicut in illis quae veniunt de semine Seth intendebat pervenire ad Noe, a quo rursus ordo necessarius sequeretur; quid opus erat praetermittere primogenitos filios, ut perveniretur ad Lamech, in cuius filiis finitur illa contextio, octava generatione scilicet ex Adam, *septima ex Cain, quasi esset inde aliquid deinceps* connectendum, unde perveniretur vel ad Israeliticum populum, in quo caelesti civitati etiam terrena Ierusalem figuram propheticam praebuit, vel ad

Cristo según la carne, que es Dios eternamente bendito sobre todas las cosas, *Fundador y Rey de la Jerusalén soberana.*

Esto podría hacer creer que en esa lista genealógica se nombran los primogénitos. Pero ¿por qué son tan pocos? Pues no pudieron ser solamente ésos hasta el diluvio no absteniéndose los padres de la generación hasta una pubertad centenaria, si es que entonces la pubertad tardía no estaba en proporción directa con la longevidad.

Supuesto que tuvieran todos treinta años cuando comenzaron a engendrar, ocho por treinta (pues son ocho las generaciones, contados Adán y los hijos de Lamec) son doscientos cuarenta años. Y ¿es posible que no hayan engendrado todo el tiempo que media hasta el diluvio? En una palabra, ¿por qué el autor no quiso mencionar las generaciones siguientes? Desde Adán hasta el diluvio se computan, según nuestros códices, dos mil doscientos sesenta y dos años, y según los hebreos, mil seiscientos cincuenta y seis. Y, por pensar que el número menor es más verdadero, restemos de mil seiscientos cincuenta y seis años doscientos cuarenta; pregunto: ¿Es creíble que durante mil cuatrocientos años y pico, que faltan hasta el diluvio, los descendientes de Caín no engendraran hijo alguno?

3. A quien esto le inquiete, recuerde que, cuando pregunté si es creíble que los primeros hombres se abstuvieran durante tantos años de la generación, propuse dos soluciones: una, que lo explicaba por una pubertad tardía en proporción con la larga vida de ellos; y otra, que suponía que los hijos mencionados

---

Christum secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in saecula [69], supernae Ierusalem fabricator atque regnator; cum tota progenies Cain diluvio sit deleta? Unde videri potest, in eodem ordine generationum primogenitos fuisse commemoratos. Cur ergo tam pauci sunt? Non enim usque ad diluvium tot esse potuerunt, non vacantibus usque ad centenariam pubertatem patribus ab officio generandi, si non erat tunc proportione longaevitatis illius etiam sera pubertas. Ut enim peraeque triginta annorum fuerint, cum filios generare coeperunt, octies triceni (quoniam octo sunt generationes cum Adam et cum eis quos genuit Lamech), ducenti et quadraginta sunt anni: num itaque toto deinde tempore usque ad diluvium non generaverunt? Qua tandem causa, qui haec scripsit, generationes commemorare noluit quae sequuntur? Nam ex Adam usque ad diluvium computantur anni, secundum codices nostros, duo millia ducenti sexaginta duo: secundum hebraeos autem, mille sexcenti quinquaginta sex. Ut ergo istum numerum minorem credamus esse veriorem, de mille sexcentis quinquaginta sex annis ducenti quadraginta detrahantur: numquid credibile est per mille quadringentos, et quod excurrit, annos, qui restant usque ad diluvium, progeniem Cain a generationibus vacare potuisse?

3. Sed qui ex hoc movetur, meminerit, cum quaererem quomodo credendum sit, antiquos illos homines per tam multos annos a gignendis filiis cessare potuisse, duobus modis istam solutam esse quaestionem; aut de sera pubertate, proportione tam longae vitae; aut de filiis qui comme-

[69] Rom. 9,5.

en las listas no son los primogénitos, sino los que venían bien al autor para conseguir su intento.

Según esto, si en las generaciones de Caín no se da esta intención de llegar a uno concreto a través de los referidos, silenciados los primogénitos, aún nos queda el asidero de la pubertad tardía. Esto equivaldría a decir que hubo un tiempo en que llegaban a ser púberes y aptos para la generación después de los cien años, de forma que la lista genealógica apunta los primogénitos, y así hasta el diluvio se completó ese número tan desorbitado de años. Sin embargo, pudo también suceder que, por otra causa más profunda que se me oculta, se encareciera la ciudad terrena, finalizando sus generaciones en Lamec y sus hijos, dejando el autor de comentar las demás que posiblemente existieron hasta el diluvio [41].

Independientemente de esto, que nos hace pensar en una pubertad tardía en aquellos hombres, y para excluirlo, puede ser también causa de que la lista de las generaciones no siga la línea de los primogénitos el que la ciudad fundadada por Caín en nombre de su hijo Henoc dilatara sus dominios y tuviera muchos reyes, no a la vez, sino uno tras otro, sucesores que se iban engendrando los mismos reyes. Caín pudo ser el primero de estos reyes, y su hijo Henoc, en cuyo nombre fundó esta ciudad, el segundo. El tercero, Gaidad, hijo de Henoc; el cuarto, Manihel, hijo de Gaidad; el quinto, Matusael, hijo de Manihel, y el sexto, Lamec, hijo de Matusael, que hace el número siete desde Adán por la línea de Caín. Además, no era necesario que sucedieran en el trono los primogénitos de los reyes a sus padres, sino aquellos a quienes el mérito por alguna virtud útil a

morantur in generationibus, quod non fuerint primogeniti; sed hi per quos ad eum, quem intendebat auctor libri, poterat pervenire, sicut ad Noe in generationibus Seth. Proinde in generationibus Cain, si non occurrit qui deberet intendi, ad quem praetermissis primogenitis, per eos qui commemorati sunt, perveniri oportebat, sera pubertas intelligenda restabit; ut aliquanto post centum annos, puberes habilesque ad gignendum facti fuerint, ut ordo generationum per primogenitos curreret, et usque ad diluvium ad numerum annorum tantae quantitatis occurreret. Quamvis fieri possit, ut propter aliquam secretiorem causam, quae me latet, usque ad Lamech et eius filios generationum perveniente contextu, commendaretur haec civitas, quam dicimus esse terrenam; ac deinde cessaret scriptor libri commemorare caeteras, quae usque ad diluvium esse potuerunt. Potest et illa esse causa, cur non ordo generationum per primogenitos duceretur, ut necesse non sit in illis hominibus tam seram credere pubertatem, quod scilicet eadem civitas, quam Cain in nomine Enoch filii sui condidit, longe lateque regnare potuerit, et reges habere non simul plures, sed suis aetatibus singulos, quos genuissent sibi successuros quicumque regnassent. Horum regum primus esse potuit ipse Cain, secundus filius eius Enoch, in cuius nomine ubi regnaretur, condita est civitas: tertius Gaidad, quem genuit Enoch: quartus Manihel, quem genuit Gaidad: quintus Mathusael, quem genuit Manihel: sextus Lamech, quem genuit Mathusael, qui septimus est ab Adam per Cain. Non autem erat

la ciudad terrena, o la buena suerte, les hiciera acreedores a la corona; o mejor todavía, que sucediera con cierto derecho hereditario el hijo más amado del padre.

Con todo, pudo muy bien tener lugar el diluvio en vida y durante el reinado de Lamec, pereciendo con él todos los hombres, exceptuados los que se acogieron al arca. Ni es de maravillar que en un comedio de tantos años y durante tanto tiempo transcurrido desde Adán hasta el diluvio, no fueran numéricamente iguales las generaciones de las dos ramas, siendo por la línea de Caín siete, y por la de Set, diez. Como he dicho ya, Lamec hace el número séptimo a contar desde Adán, y Noé, el décimo. Y no se cita un solo hijo de Lamec, como en las generaciones precedentes, sino muchos, justamente porque era incierto quién había de sucederle si entre su muerte y el diluvio hubiera aún tiempo útil para reinar.

4. Empero, sea cualquiera el modo como se cuenten las generaciones de Caín, por los primogénitos o por los reyes, paréceme que por ningún motivo debo pasar en silencio que, haciendo Lamec el número siete desde Adán, se añaden cuatro hijos suyos para completar el número once, que es el símbolo del pecado. Se añaden tres hijos y una hija. Con todo, las mujeres pueden significar otra cosa, no ésta, que al presente parece se debía encarecer. Ahora hablamos de las generaciones, y de las mujeres se calla su origen.

En efecto, como la ley se encierra en el número diez—de aquí decálogo—, es indudable que el número once denota transgresión de la Ley, porque trasciende el diez, y, por tanto, pe-

consequens, ut primogeniti regum regnantibus succederent patribus, sed quos regnandi meritum propter virtutem terrenae utilem civitati, vel sors aliqua reperiret, vel ille potissimum succederet patri haereditario quodam iure regnandi, quem prae caeteris filiis dilexisset. Potuit autem vivente adhuc Lamech atque regnante fieri diluvium, ut ipsum cum aliis omnibus hominibus, exceptis qui in arca fuerunt, quem perderet, inveniret. Neque enim mirandum est, si varia quantitate numerositatis annorum interposita, per tam longam aetatem ab Adam usque ad diluvium non aequalis numeri generationes habuit utraque progenies, sed per Cain septem, per Seth autem decem: septimus est enim, ut iam dixi, ab Adam Lamech, decimus Noe: et ideo non unus filius Lamech, sicut in caeteris superius, sed plures commemorati sunt; quia incertum erat quis ei fuisset mortuo successurus, si regnandi tempus inter ipsum et diluvium remansisset.

4. Sed quoquo modo se habeat, sive per primogenitos, sive per reges, ex Cain generationum ordo decurrens, illud mihi nullo pacto praetereundum silentio videtur, quod cum Lamech septimus ab Adam fuisse inventus, tot eius annumerati sunt filii, donec undenarius numerus impleretur, quo significatur peccatum. Adduntur enim tres filii, et una filia. Uxores autem aliud possunt significare, non hoc quod nunc commendandum videtur. Nunc enim de generationibus loquimur: illae vero unde sint genitae, tacitum est. Quoniam ergo Lex denario numero praedicatur, unde est memorabilis ille Decalogus; profecto numerus undenarius, quoniam transgre-

cado [42]. Por esta razón mandó Dios hacer once velas de pelo de cabra en el tabernáculo del testimonio, que era como el templo portátil de su pueblo durante el viaje. En el cilicio se recuerdan los pecados por causa de los corderos que han de estar a la izquierda. Así, haciendo penitencia, nos postramos cubiertos de cilicio, como para decir con el Salmista: *Mi pecado está siempre ante mis ojos.*

En conclusión: la descendencia de Adán por la línea del criminal Caín termina con el número once y tiene por remate una mujer, de cuyo sexo trae principio el pecado, que nos ligó a todos a la muerte. Además, a este pecado ha seguido la voluptuosidad de la carne, que resiste al espíritu, pues Noema —nombre de la hija de Lamec—significa voluptuosidad. En cambio, por la línea de Set aparece legítimo el número diez desde Adán a Noé. A este número se añaden los tres hijos de Noé, de los cuales sólo dos fueron bendecidos, porque, al pecar uno, fué excluído como réprobo, y los otros, bendecidos, fueron agregados, intimando de esta manera el número doce. Este número está acreditado también por los patriarcas y por los apóstoles, que son doce, es decir, las partes constitutivas del siete multiplicadas una por otra. Es el resultado de cuatro por tres o de tres por cuatro. Ante esta perspectiva, creo que debemos abordar ya el problema de cómo estas dos líneas, que con distintas generaciones insinúan dos ciudades, una de terrígenas y otra de regenerados, se han ido entremezclando y se han confundido, hasta el extremo de que la humanidad entera se hizo acreedora a perecer por el diluvio, exceptuados sólo ocho hombres.

ditur denarium, transgressionem legis, ac per hoc peccatum significat. Hinc est quod in tabernaculo testimonii, quod erat in itinere populi Dei velut templum ambulatorium, undecim vela cilicina fieri praecepta sunt [70]. In cilicio quippe recordatio est peccatorum, propter haedos ad sinistram futuros: quod confitentes in cilicio prosternimur, tanquam dicentes quod in Psalmo scriptum est, *Et peccatum meum ante me est semper* [71]. Progenies ergo ex Adam per Cain sceleratum undenario numero finitur, quo peccatum significatur: et ipse numerus femina clauditur, a quo sexu initium factum est peccati, per quod omnes morimur. Commissum est autem, ut et voluptas carnis, quae spiritui resisteret, sequeretur. Nam et ipsa filia Lamech Noema Voluptas interpretatur. Per Seth autem ab Adam usque ad Noe denarius insinuatur legitimus numerus. Cui Noe tres adiiciuntur filii: unde uno lapso duo benedicuntur a patre, ut remoto reprobo et probatis filiis ad numerum additis etiam duodenarius numerus intimetur, qui et in Patriarcharum et in Apostolorum numero insignis est, propter septenarii partes, alteram per alteram multiplicatas. Nam ter quaterni, vel quater terni ipsum faciunt. His ita se habentibus, video considerandum et commemorandum, ista utraque progenies, quae distinctis generationibus duas insinuat civitates, unam terrigenarum, alteram regeneratorum, quomodo postea sic commixta fuerit atque confusa, ut universum genus humanum, exceptis octo hominibus, perire mereretur diluvio.

[70] Ex. 26,7. [71] Ps. 50,5.

CAPITULO XXI

Dos diferentes narraciones, una continua desde Henoc y otra retrospectiva desde Enós

En primer lugar es preciso presentar el problema: en la lista de las generaciones de Caín se antepone en la narración a Henoc, en cuyo nombre fué fundada la ciudad, a los demás descendientes, y a partir de él se van trabando las otras hasta el final, es decir, hasta que el diluvio hizo desaparecer toda esta rama. En cambio, en la otra, citado Enós, hijo de Set, y sin consignar las siguientes hasta el diluvio, se hace un paréntesis y se dice: *Este es el libro del origen de los hombres. Cuando Dios hizo a Adán, lo hizo a su imagen. Los hizo varón y hembra y los bendijo, y el día que los hizo les dió por nombre Adán.* Tengo para mí que este paréntesis se debe a la intención de comenzar de nuevo desde Adán la recordación de los tiempos, cosa que el autor no quiso hacer en la ciudad terrena, como si Dios la mencionara sin tenerla en cuenta.

Mas ¿por qué se vuelven a esta recapitulación después de haber mencionado al hijo de Set, hombre que puso su esperanza en invocar el nombre del Señor, sino porque era una ocasión propicia para proponer las dos ciudades, una que parte de un homicida y llega hasta otro, pues Lamec también cometió homi-

CAPUT XXI

Qua ratione commemorato Enoch, qui fuit filius Cain, totius generationis eius usque ad diluvium sit continuata narratio; commemorato autem Enos, qui fuit filius Seth, ad conditionis humanae principium sit reditum

Primo autem intuendum est, quemadmodum cum ex Cain generationes enumerarentur, commemorato ante caeteros posteros eius illo in cuius nomine condita est civitas, id est Enoch, contexti sunt caeteri usque ad illum finem, de quo locutus sum, donec illud genus atque universa propago diluvio deleretur: cum vero filius Seth unus commemoratus fuisset Enos, nondum usque ad diluvium additis caeteris, articulus quidam interponitur et dicitur, *Hic liber nativitatis hominum, qua die fecit Deus Adam, ad imaginem Dei fecit illum. Masculum et feminam fecit illos, et benedixit illos, et cognominavit nomen eorum Adam, qua die fecit illos* [72]. Quod mihi videtur ad hoc interpositum, ut hinc rursus inciperet ab ipso Adam dinumeratio temporum, quam noluit facere qui haec scripsit in civitate terrena: tanquam eam Deus sic commemoraret, ut non computaret. Sed quare hinc reditur ad istam recapitulationem, posteaquam commemoratus est filius Seth, homo qui speravit invocare nomen Domini Dei; nisi quia sic oportebat istas duas proponere civitates, unam per homicidam usque ad homicidam; nam et Lamech duabus uxoribus suis se perpetrasse ho-

[72] Gen. 5,1.2.

cidio en sus dos mujeres, y otra que parte de aquel que puso su esperanza *en invocar el nombre del Señor?* He aquí la única y soberana ocupación que debe tener en esta mortalidad la Ciudad de Dios, peregrina en este mundo, y que ha sido encarecida por un hombre engendrado de aquel en quien revivió el asesinado. Este hombre denota la unidad de la Ciudad soberana, aún no completa, es verdad, pero que recibirá un día su complemento con el precedente de esta prefiguración profética.

¡El hijo de Caín, es decir, el hijo de la Posesión (¿de qué sino de la ciudad terrena?), tomó, pues, nombre de esta ciudad, fundada en su nombre! De éstos es de quienes canta el Salmo: *Invocarán sus nombres en sus mismas tierras.* Y, como consecuencia, lo de otro Salmo: *Señor, en tu ciudad aniquilarás su imagen.* En cambio, ¡el hijo de Set, o sea, el hijo de la Resurrección, ponga su esperanza en invocar el nombre del Señor! De esta sociedad de hombres es figura el que dice: *Yo seré como una oliva fructífera en la casa de Dios, pues que esperé en su misericordia.* No aspire, pues, a la gloria vana de adquirir un nombre famoso sobre la tierra, porque es *bienaventurado aquel que pone su esperanza en el nombre del Señor, y no torna su vista a las vanidades y falaces desatinos del mundo.*

En efecto, después de propuestas las dos ciudades, una en la mortalidad de este siglo y otra en la esperanza de Dios, como salidas ambas de una puerta común, la mortalidad abierta en Adán, para que corran y avancen a su fin específico y debido, comienza la recordación de los tiempos. En esta reseña añade otras generaciones, tornando a comenzar su narración desde

---

micidium confitetur [73]: alteram per eum qui speravit invocare nomen Domini Dei? Hoc est quippe in hoc mundo peregrinantis civitatis Dei totum atque summum in hac mortalitate negotium, quod per unum hominem, quem sane occisi resurrectio genuit, commendandum fuit. Homo quippe ille unus totius supernae civitatis est unitas; nondum quidem completa, sed praemissa ista prophetica praefiguratione complenda. Filius ergo Cain, hoc est filius possessionis (cuius, nisi terrenae?) habeat nomen in civitate terrena, quae in eius nomine condita est. De his est enim de quibus cantatur in Psalmo, *Invocabunt nomina eorum in terris ipsorum* [74]. Propter quod sequitur eos quod in alio Psalmo scriptum est, *Domine, in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges* [75]. Filius autem Seth, hoc est filius resurrectionis, speret invocare nomen Domini Dei. Eam quippe societatem hominum praefigurat quae dicit, *Ego autem, sicut oliva fructifera in domo Dei speravi, in misericordia Dei* [76]. Vanas autem glorias famosi in terra nominis non requirat: *Beatus* enim *vir, cuius est nomen Domini spes eius, et non respexit in vanitates, et insanias mendaces* [77]. Propositis itaque duabus civitatibus, una in re huius saeculi, altera in spe Dei, tanquam ex communi, quae aperta est in Adam, ianua mortalitatis egressis, ut procurrant et excurrant ad discretos proprios ac debitos fines, incipit dinumeratio temporum: in qua et aliae generationes adiiciuntur, facta

[73] Gen. 4,23.
[74] Ps. 48,12.
[75] Ps. 72,20.
[76] Ps. 51,10.
[77] Ps. 39,5.

Adán, de cuya posteridad condenada, como de masa entregada a justa condenación, ha hecho Dios unos vasos de ira en ignominia y otros vasos de misericordia en honor. Y dió a aquéllos en pena lo merecido, y a éstos en gracia lo indebido, a fin de que la Ciudad soberana aprenda de los vasos de ira a no confiar en su libre albedrío, sino a poner su esperanza en invocar el nombre del Señor. La voluntad fué creada naturalmente buena por la bondad de Dios, pero mudable por el Inmutable, pues fué creada de la nada, y no sólo puede declinar del bien para obrar con su libre albedrío el mal, sino también del mal para obrar el bien, aunque es incapaz de ello sin la ayuda de Dios [43].

CAPITULO XXII

El pecado de los hijos de Dios. La red del amor a las mujeres extranjeras. El diluvio

Al aumentar y crecer los hombres en posesión de este libre albedrío se obró una mezcolanza y una especie de confusión de las dos ciudades por comunicación de iniquidad. Y este mal, una vez más, tuvo como piedra de toque el sexo débil, aunque no del mismo modo que al principio del mundo. En realidad, en este caso las mujeres no indujeron a los hombres al pecado, seducidas por la falacia de otro, sino que los hijos de Dios, es decir, los ciudadanos de la ciudad peregrina en el mundo, co-

---

recapitulatione ex Adam, ex cuius origine damnata, veluti massa una meritae damnationi tradita, fecit Deus alia in contumeliam vasa irae, alia in honorem vasa misericordiae [78]; illis reddens quod debetur in poena, istis donans quod non debetur in gratia: ut ex ipsa etiam comparatione vasorum irae, superna civitas discat, quae peregrinatur in terris, non fidere libertate arbitrii sui, sed speret invocare nomen Domini Dei. Quoniam voluntas, in natura quae facta est bona a Deo bono, sed mutabilis ab immutabili, quia ex nihilo, et a bono potest declinare, ut faciat malum, quod fit libero arbitrio; et a malo, ut faciat bonum, quod non fit sine divino adiutorio.

CAPUT XXII

De lapsu filiorum Dei alienigenarum mulierum amore captorum, unde et omnes, exceptis octo hominibus, diluvio perire meruerunt

Hoc itaque libero voluntatis arbitrio genere humano progrediente atque crescente, facta est permixtio, et iniquitate participata quaedam utriusque confusio civitatis. Quod malum a sexu femineo causam rursus invenit: non quidem illo modo quo ab initio; non enim cuiusquam etiam tunc fallacia seductae illae feminae persuaserunt peccatum viris: sed ab initio quae pravis moribus fuerant in terrena civitate, id est in terrigenarum societate, amatae sunt a *filiis Dei, civibus scilicet peregrinantis in*

[78] Rom. 9,23.

menzaron a amar por su belleza corporal a estas mujeres, que desde el principio tenían malas costumbres en la ciudad terrena, en la sociedad de los terrígenas. Es cierto que la belleza es un bien y un don de Dios; pero Dios lo da también a los malos precisamente para que los buenos no lo estimen como un gran bien. Así, abandonado el bien supremo, propio de los buenos, llegó inevitablemente el declinar al bien mínimo, no privativo de los buenos, sino común a buenos y a malos. Los hijos de Dios quedaron prendidos por el amor de las hijas de los hombres, y para desposarse con ellas se allanaron a las costumbres de la sociedad terrena y dejaron la piedad que guardaban en la sociedad santa.

La belleza del cuerpo, bien creado por Dios, pero temporal, ínfimo y carnal, es mal amado cuando su amor se antepone al de Dios, bien eterno, interno y sempiterno. Así, cuando un avaro ama el oro abandonando la justicia, el pecado no es del oro, sino del hombre. Y así se ha toda criatura, pues, siendo buena, puede ser amada bien y mal. Es amada bien cuando se guarda el orden, y mal cuando se perturba. He expresado brevemente esta idea en verso en un elogio del Cirio [44]:

> Estas cosas son tuyas y son buenas, porque tú, que eres bueno, las creaste. Nada nuestro hay en ellas sino nuestro pecado, al amar en tu lugar lo creado por ti, invirtiendo el orden.

El Creador, si es verdaderamente amado, es decir, si es amado El, no otra cosa en su lugar, no puede ser amado mal. El amor, que hace que se ame bien lo que debe amarse, debe ser amado también con orden, y así existirá en nosotros la virtud, que trae consigo el vivir bien. Por eso me parece que la definición más breve y acertada de virtud es ésta: la virtud es el orden del amor [45]. A este tenor, la esposa de Cristo, la Ciudad de Dios, canta en el Cantar de los Cantares: *Ordenad en mí la caridad*. Turbado, pues, el orden de esta caridad, es decir, de la dilección y del amor [46], los hijos de Dios se olvidaron de Dios y amaron las hijas de los hombres.

Estos dos nombres distinguen suficientemente las dos ciudades. No es que aquéllos no fueran hijos de los hombres por naturaleza, sino que habían comenzado a tener otro nombre por gracia. La misma Escritura, en el pasaje en que dice que los hijos de Dios amaron las hijas de los hombres, llama a los hijos de Dios ángeles de Dios. Esto ha dado pie a muchos para pensar que aquéllos no fueron hombres, sino ángeles.

CAPITULO XXIII

¿QUÉ DECIR DE ESTA OPINIÓN DE QUE FUERON ÁNGELES Y NO HOMBRES?

1. Este punto sobre si pueden los ángeles, siendo espíritus, unirse carnalmente con las mujeres, ya lo he tocado, aunque de paso y sin darle solución, en el libro III de esta obra. La Escritura dice: *Hace a los espíritus sus ángeles;* es decir, de aquellos que son espíritus por naturaleza, hace ángeles suyos, encomendándoles el oficio de anunciar. En griego se dice ἄγγελος —nombre que en latín suena *angelus* y que se traduce por nuncio—. Pero no es fácil decir si habla de sus cuerpos, cuando

hoc saeculo alterius civitatis, propter pulchritudinem corporis [79]. Quod bonum Dei quidem donum est: sed propterea id largitur etiam malis, ne magnum bonum videatur bonis. Deserto itaque magno bono et bonorum proprio, lapsus est factus ad bonum minimum, non bonis proprium, sed bonis malisque commune: ac sic filii Dei filiarum hominum amore sunt capti, atque ut eis coniugibus fruerentur, in mores societatis terrigenae defluxerunt, deserta pietate quam in sancta societate servabant. Sic enim corporis pulchritudo, a Deo quidem factum, sed temporale, carnale, infimum bonum, male amatur postposito Deo, aeterno, interno, sempiterno bono: quemadmodum iustitia deserta et aurum amatur ab avaris, nullo peccato auri, sed hominis. Ita se habet omnis creatura. Cum enim bona sit, et bene potest amari, et male: bene, scilicet ordine custodito; male, ordine perturbato. Quod in laude quadam Cerei breviter versibus dixi:

> Haec tua sunt, bona sunt, quia tu bonus ista creasti.
> Nil nostrum est in eis, nisi quod peccamus amantes,
> Ordine neglecto, pro te, quod conditur abs te.

Creator autem si veraciter ametur, hoc est, si ipse, non aliud pro illo quod non est ipse, ametur, male amari non potest. Nam et amor ipse ordinate amandus est, quo bene amatur quod amandum est, ut sit in nobis virtus qua vivitur bene. Unde mihi videtur, quod definitio brevis et vera virtutis, Ordo est amoris: propter quod in sancto Cantico canticorum cantat sponsa Christi, civitas Dei, *Ordinate in me charitatem* [80]. Huius igitur charitatis, hoc est, dilectionis et amoris ordine perturbato, Deum filii Dei neglexerunt, et filias hominum dilexerunt. Quibus duobus nominibus satis civitas utraque discernitur. Neque enim et illi non erant filii hominum per naturam; sed aliud nomen coeperant habere per gratiam. Nam in eadem Scriptura, ubi dicti sunt dilexisse filias hominum filii Dei, iidem dicti sunt etiam angeli Dei. Unde illos multi putant non homines fuisse, sed angelos.

CAPUT XXIII

AN CREDENDUM SIT ANGELOS SUBSTANTIAE SPIRITUALIS, AMORE SPECIOSARUM MULIERUM CAPTOS, EARUMDEM INIISSE CONIUGIA, EX QUIBUS GIGANTES SINT CREATI

1. Quam quaestionem nos transeunter commemoratam in tertio huius operis libro [81] reliquimus insolutam, Utrum possint angeli, cum spiritus sint, corporaliter coire cum feminis. Scriptum est enim, *Qui facit angelos suos spiritus:* id est, eos qui natura spiritus sunt, facit esse angelos suos, iniungendo eis officium nuntiandi. Qui enim graece dicitur ἄγγελος, quod nomen latina declinatione angelus perhibetur, latina lingua nuntius

[79] Gen. 6,15.

[80] Cant. 2,4.
[81] C.5.

añade: *Y sus ministros, fuego abrasador;* o si quiere dar a entender que sus ministros deben arder en la caridad como en fuego espiritual [47]. Con todo, la misma Escritura atestigua que los ángeles se han aparecido a los hombres en cuerpos tales, que no solamente podían ser vistos, sino también tocados. Y aún hay más: es un hecho del dominio público, y que muchos aseguran haberlo experimentado u oído de personas autorizadas que tenían experiencia de ello, que los Silvanos [48] y los Faunos [49], llamados vulgarmente íncubos, han atormentado con frecuencia a las mujeres y saciado con ellas sus pasiones [50]. Además, son tantos y de tal calibre los que afirman que ciertos demonios, llamados por los galos Dusios, han intentado y ejecutado esa torpeza, que negarlo parece descaro. Por eso no me atrevo a zanjar la cuestión de si hay espíritus con cuerpos aéreos (pues también el aire, al ser agitado con un abanico, excita la sensibilidad del tacto y de los demás sentidos) capaces de esta libido, es decir, de tener comercio carnal a su modo con las mujeres.

Con todo, no me allano en modo alguno a creer que los ángeles santos de Dios se despeñaran entonces de esta suerte, ni que habla de ellos el apóstol San Pedro cuando dice: *Porque Dios no perdonó a los ángeles delincuentes, sino que los precipitó en las cárceles obscuras del infierno, reservando su castigo para el juicio.* Me inclino a creer que habla de aquellos que, después de apartarse de Dios, se despeñaron con el diablo, su príncipe, cuya astucia serpentina y envidiosa hizo caer al primer hombre. La Santa Escritura es un testigo abundante en pruebas

interpretatur. Sed utrum eorum corpora consequenter adiunxerit, dicendo, *Et ministros suos ignem ardentem* [82]: an quod charitate tanquam igne spirituali fervere debeant ministri eius, ambiguum est. Apparuisse tamen hominibus angelos in talibus corporibus, ut non solum videri, verum etiam tangi possent, eadem verissima Scriptura testatur. Et quoniam creberrima fama est, multique se expertos, vel ab eis qui experti essent, de quorum fide dubitandum non est, audisse confirmant, Silvanos, et Faunos, quos vulgo incubos vocant, improbos saepe exstitisse mulieribus, et earum appetisse ac peregisse concubitum; et quosdam daemones, quos Dusios Galli nuncupant, hanc assidue immunditiam et tentare et efficere, plures talesque asseverant, ut hoc negare impudentiae videatur: non hinc aliquid audeo definire, utrum aliqui spiritus elemento aerio corporati (nam hoc elementum etiam cum agitatur flabello, sensu corporis tactuque sentitur), possint etiam hanc pati libidinem, ut quomodo possunt, sentientibus feminis misceantur. Dei tamen Angelos sanctos nullo modo illo tempore sic labi potuisse crediderim: nec de his dixisse apostolum Petrum, *Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed carceribus caliginis inferi retrudens tradidit in iudicio puniendos reservari* [83]; sed potius de illis qui primum apostatantes a Deo cum diabolo principe suo ceciderunt, qui primum hominem per invidiam serpentina fraude deiecit. Angelos autem fuisse etiam Dei homines nuncupatos, eadem Scriptura sancta lo-

[82] Ps. 103,5.
[83] 2 Petr. 2,4.

de que los hombres de Dios son llamados también ángeles. Así, de San Juan está escrito: *He aquí que yo despacho mi ángel ante tu presencia, el cual irá delante de ti preparándote el camino.* Y el profeta Malaquías, por una gracia peculiar suya, o sea, comunicada a él personalmente, se llamó ángel a sí mismo.

2. Sin embargo, algunos no entran por este sentir, porque leemos en la Escritura que de los llamados ángeles de Dios y de las mujeres que amaron, nacieron, al parecer, no hombres de nuestra raza, sino gigantes, como si en nuestros días no nacieran hombres cuyos cuerpos sobrepujan en mucho el módulo ordinario, como poco ha insinué. ¿No es cierto que hace un puñado de años, cuando Roma vió acercarse a sus puertas la devastadora mano de los godos, había allí una mujer, que vivía con sus padres, cuya estatura, en cierto modo gigantesca, sobrepujaba en mucho a los demás? Era admirable el gentío que venía a verla de todas partes. Y lo más maravilloso era que sus dos padres no eran siquiera tipos ordinarios, de la estatura corriente ahora. Pudieron, por tanto, nacer gigantes aun antes de que los hijos de Dios, por otro nombre ángeles de Dios, se mezclaran con las hijas de los hombres, o sea, de los que vivían según la carne, o en otros términos, los hijos de Set con las hijas de Caín [51]. La misma Escritura canónica supone esto en el libro que comentamos. He aquí sus palabras: *Resulta que, después de haberse multiplicado los hombres sobre la tierra y de haberles nacido hijas, viendo los ángeles de Dios que las hijas de los hombres eran bellas, tomaron de entre ellas por esposas las que más les agradaron. Y dijo el Señor: Haré des-*

cupletissima testis est. Nam et de Ioanne scriptum est, *Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam* [84]. Et Malachias propheta propria quadam, id est sibi proprie impertita, gratia dictus est angelus [85].

2. Verum hoc movet quosdam, quod ex illis qui dicti sunt angeli Dei, et ex mulieribus quas amaverunt, non quasi homines generis nostri, sed gigantes legimus esse natos. Quasi vero corpora hominum modum nostrum longe excedentia, quod etiam supra commemoravi [86], non etiam nostris temporibus nata sunt. Nonne ante paucos annos, cum Romanae urbis, quod a Gothis factum est, appropinquaret excidium, Romae fuit femina cum suo patre et sua matre, quae corpore quodammodo giganteo longe caeteris praeemineret? Ad quam visendam mirabilis fiebat usquequaque concursus. Et hoc erat maxime admirationi, quod ambo parentes eius nec saltem tam longi homines erant, quam longissimos videre consuevimus. Potuerunt ergo gigantes nasci et prius quam filii Dei, qui et angeli Dei dicti sunt, filiabus hominum, hoc est secundum hominem viventium, miscerentur; filii scilicet Seth filiabus Cain. Nam et canonica Scriptura sic loquitur, in quo libro haec legimus, cuius verba ista sunt: *Et factum est, postquam coeperunt homines multi fieri super terram, et filiae natae sunt illis: videntes autem angeli Dei filias hominum, quia bonae sunt, sumpserunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant. Et dixit Dominus*

[84] Mc. 1,2.
[85] Mal. 2,7.
[86] C.9.

aparecer mi espíritu de estos hombres, porque son carne. Vivirán sólo ciento veinte años. En aquel tiempo había gigantes sobre la tierra. Y después los hijos de Dios entraron a las hijas de los hombres y les engendraron hijos para ellos, siendo éstos los jayanes de nombradía de aquel tiempo. Estas palabras del sagrado texto indican con luz meridiana que, cuando los hijos de Dios tomaron por mujeres a las hijas de los hombres, porque eran buenas, es decir, hermosas, ya había gigantes sobre la tierra. La Escritura suele llamar buenos también a los hermosos de cuerpo. Lo cierto es que después de esa acción nacieron gigantes, pues dice así: *En aquel tiempo había ya gigantes sobre la tierra. Y después, los hijos de Dios entraron a las hijas de los hombres.* Luego antes y después de aquel hecho. Lo que añade: *Y les engendraron para ellos,* muestra con suficiencia que primero, es decir, antes de que los hijos de Dios se despeñaran en esos desmanes, engendraban hijos para Dios, no para sí; en otras palabras, no dominados por la libido, sino con miras a la propagación. Y engendraban no hijos para su vanidad, sino ciudadanos para la Ciudad de Dios, a quienes anunciaron, como ángeles de Dios, que pusieran en Dios su esperanza, asemejándose a aquel que nació de Set, que era hijo de la Resurrección y puso su esperanza en invocar el nombre del Señor. En esta esperanza serían, con su posteridad, coherederos de los bienes eternos, y bajo la paternidad de Dios, hermanos de sus hijos.

3. Pero no se ha de pensar que fueron ángeles de Dios tales que no eran hombres, pues la misma Escritura declara abiertamente que fueron hombres. Después de haber dicho que *los ángeles de Dios, prendados de la belleza de las hijas de los hombres, tomaron de entre ellas por esposas las que más les agradaron,* añadió en seguida: *Y dijo Dios: Haré desaparecer mi espíritu de estos hombres, porque son carne.* El espíritu de Dios les había hecho ángeles de Dios e hijos de Dios; pero ellos, por declinar a las cosas inferiores, son llamados hombres, que es nombre de naturaleza y no de gracia, y además son llamados también carne, espíritus desertores y desiertos, por desertar. Los Setenta los llaman ángeles de Dios e hijos de Dios; pero estos nombres no se hallan en todos los códices. Algunos traen solamente hijos de Dios. Aquila, en cambio, el intérprete preferido de los judíos, no traduce ni ángeles de Dios ni hijos de Dios, sino hijos de los dioses [52]. Las dos versiones, creo yo, son verdaderas. Eran hijos de Dios y hermanos de sus padres, que tenían, como ellos, a Dios por padre; y eran hijos de los dioses, porque habían sido engendrados por los dioses, con los cuales eran también dioses, según aquello del Salmo: *Yo dije: Sois dioses e hijos todos del Altísimo.*

Es, pues, razonable creer que los Setenta recibieron espíritu profético y que, si en su versión cambiaron algo por propia autoridad y lo expresaron de modo diferente que el original, lo hicieron, sin duda, por inspiración divina. Además, hay que reconocer que en hebreo ese término es ambiguo y que admite, por tanto, las dos traducciones, de hijos de Dios e hijos de los dioses.

4. Omitamos las fábulas de los escritos apócrifos, así llamados porque su origen fué desconocido aun para los Padres,

---

Deus: Non permanebit spiritus meus in hominibus his in aeternum, propter quod caro sunt. Erunt autem dies eorum centum viginti anni. Gigantes autem erant super terram in diebus illis: et post illud cum intrarent filii Dei ad filias hominum, et generabant sibi, illi erant gigantes, a saeculo homines nominati [87]. Haec libri verba divini satis indicant, iam illis diebus fuisse gigantes super terram, quando filii Dei acceperunt uxores filias hominum, cum eas amarent bonas, id est pulchras. Consuetudo quippe Scripturae huius est, etiam speciosos corpore, bonos vocare. Sed et postquam hoc factum est, nati sunt gigantes. Sic enim ait: *Gigantes autem erant super terram in diebus illis: et post illud, cum intrarent filii Dei ad filias hominum.* Ergo et ante in illis diebus, et post illud. Quod autem ait, *Et generabant sibi,* satis ostendit quod prius, antequam sic caderent filii Dei, Deo generabant, non sibi, id est, non dominante libidine coeundi, sed serviente officio propagandi; non familiam fastus sui, sed cives civitatis Dei: quibus annuntiarent tanquam angeli Dei, ut ponerent in Deo spem suam [88], similes illius qui natus est de Seth, filius resurrectionis, et speravit invocare nomen Domini Dei: in qua spe essent cum suis posteris cohaeredes aeternorum bonorum, et sub Deo patre fratres filiorum.

3. Non autem illos ita fuisse angelos Dei, ut homines non essent, sicut quidam putant, sed homines procul dubio fuisse, Scriptura ipsa sine ulla ambiguitate declarat. Cum enim praemissum esset, quod *videntes angeli Dei filias hominum, quia bonae sunt, sumpserunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant;* mox adiunctum est, *Et dixit Dominus Deus: Non permanebit spiritus meus in hominibus his in aeternum, propter quod caro sunt.* Spiritu quippe Dei fuerant facti angeli Dei et filii Dei: sed declinando ad inferiora, homines dicuntur nomine naturae, non gratiae; dicuntur et caro, desertores spiritus et deserendo deserti. Et Septuaginta quidem interpretes et angelos Dei dixerunt istos, et filios Dei: quod quidem non omnes codices habent; nam quidam nisi filios Dei non habent. Aquila autem, quem interpretem Iudaei caeteris anteponunt, non angelos Dei, nec filios Dei, sed filios deorum interpretatus est. Utrumque autem verum est. Nam et filii Dei erant, sub quo patre suorum patrum etiam fratres erant; et filii deorum, quoniam a diis geniti erant, cum quibus et ipsi dii erant, iuxta illud Psalmi: *Ego dixi, Dii estis, et filii Excelsi omnes* [89]. Merito enim creduntur Septuaginta interpretes accepisse propheticum spiritum, ut si quid eius auctoritate mutarent, atque aliter quam erat quod interpretabantur dicerent, neque hoc divinitus esse dictum dubitaretur. Quamvis hoc in hebraeo esse perhibeatur ambiguum, ut et filii Dei, et filii deorum, posset interpretari.

4. Omittamus igitur earum scripturarum fabulas, quae apocryphae nuncupantur, eo quod earum occulta origo non claruit patribus, a quibus

[87] Gen. 6,1-4.
[88] Ps. 77,7.
[89] Ps. 81,6.

a través de los cuales ha llegado hasta nosotros en sucesión cierta y notoria la autoridad de las veraces Escrituras. Aunque, en realidad, en esos escritos apócrifos se halla alguna que otra verdad, sin embargo, por sus abundantes falsedades carecen de autoridad canónica [53]. No podemos negar que Henoc, séptimo a contar desde Adán, escribió algunas cosas divinas, puesto que el apóstol San Judas lo dice en su Epístola canónica. Mas, no sin razón, no se encuentra en el canon de las Escrituras, que se conservaba en el templo del pueblo hebreo merced al cuidado de los sacerdotes que se iban sucediendo. Su antigüedad dió pie para pensar que eran sospechosos y era imposible saber si eran ésos los escritos del autor que firma, porque no los publicaban personas cuya fidelidad y confianza estuviera garantizada por el orden de sucesión [54].

Por este motivo, a los escritos publicados con su nombre, que contienen fábulas de gigantes cuyos padres no fueron hombres, los prudentes piensan, y con fundamento, que no se les debe fe, así como a muchos otros publicados por herejes con nombres de profetas y más recientemente con nombres de apóstoles. Tanto unos como otros han sido privados de autoridad canónica, y después de un esmerado examen, incluídos en el número de los apócrifos.

Es cierto, según las Escrituras canónicas, hebreas y cristianas, que hubo muchos gigantes antes del diluvio y que fueron ciudadanos de la ciudad terrena, y que los hijos de Dios, nacidos de Set según la carne, se volcaron en esta sociedad, abandonando la justicia. No es de maravillar, por tanto, que de ellos pudieran nacer también gigantes, porque, aunque es verdad que no todos eran gigantes, sin embargo había muchos más entonces que en los tiempos que siguieron al diluvio. Y plugo crearlos

---

usque ad nos auctoritas veracium Scripturarum certissima et notissima successione pervenit. In his autem apocryphis etsi invenitur aliqua veritas, tamen propter multa falsa nulla est canonica auctoritas. Scripsisse quidem nonnulla divina Enoch, illum septimum ab Adam, negare non possumus, cum hoc in Epistola canonica Iudas apostolus dicat [90]. Sed non frustra non sunt in eo canone Scripturarum, qui servabatur in templo Hebraei populi succedentium diligentia sacerdotum, nisi quia ob antiquitatem suspectae fidei iudicata sunt, nec utrum haec essent quae ille scripsisset, poterat inveniri, non talibus proferentibus, qui ea per seriem successionis reperirentur rite servasse. Unde illa quae sub eius nomine proferuntur, et continent istas de gigantibus fabulas, quod non habuerint homines patres, recte a prudentibus iudicantur non ipsius esse credenda; sicut multa sub nominibus et aliorum Prophetarum, et recentiora sub nominibus Apostolorum ab haereticis proferuntur, quae omnia nomine apocryphorum ab auctoritate canonica diligenti examinatione remota sunt. Igitur secundum Scripturas canonicas hebraeas atque christianas, multos gigantes ante diluvium fuisse, non dubium est, et hos fuisse cives terrigenae societatis hominum; Dei autem filios, qui secundum carnem de Seth propagati sunt, in hanc societatem deserta iustitia declinasse.

[90] Iudae 14.

al Hacedor para hacer ver al sabio que no debe sobrestimarse ni la belleza, ni el grandor, ni la fortaleza corporal, y que los bienes espirituales e inmortales, que le beatifican, privativos de los buenos, no comunes a buenos y a malos, son muy superiores y estables. Otro profeta, encareciendo esto mismo, dice: *Allí vivieron aquellos famosos gigantes que hubo al principio, hombres de grande estatura y diestros en la guerra. Dios no los escogió ni les dió la senda de la ciencia, y perecieron, porque carecieron de la sabiduría, y perecieron por su necedad.*

CAPITULO XXIV

¿CÓMO DEBE ENTENDERSE «VIVIRÁN SÓLO CIENTO VEINTE AÑOS?»

Estas palabras de Dios: *Vivirán sólo ciento veinte años*, no deben entenderse como prenuncio de que en adelante los hombres no habían de vivir más de ciento veinte años, puesto que después del diluvio vivió alguno hasta quinientos. Debe más bien entenderse que Dios dijo esto cuando Noé frisaba en los quinientos años, es decir, hacia el cuatrocientos ochenta de su vida, que, según el estilo de la Escritura, serían, en números redondos, quinientos. Con frecuencia se expresa la parte superior con el todo. Ahora bien, el diluvio tuvo lugar el año seiscientos de la vida de Noé, el mes segundo. Y así, esos ciento

---

Nec mirandum est, quod etiam de ipsis gigantes nasci potuerunt. Neque enim omnes gigantes, sed magis multi utique tunc fuerunt, quam post diluvium temporibus caeteris. Quos propterea creare placuit Creatori, ut etiam hinc ostenderetur non solum pulchritudines, verum etiam et magnitudines et fortitudines corporum non magnipendendas esse sapienti, qui spiritualibus atque immortalibus longe melioribus atque firmioribus et bonorum propriis, non bonorum malorumque communibus beatificatur bonis. Quam rem alius propheta commendans ait: *Ibi fuerunt gigantes illi nominati, qui ab initio fuerunt staturosi, scientes praelium. Non hos elegit Dominus, nec viam scientiae dedit illis: et interierunt, quia non habuerunt sapientiam, perierunt propter inconsiderantiam* [91].

CAPUT XXIV

QUOMODO INTELLIGENDUM SIT, QUOD DE EIS QUI DILUVIO PERDENDI ERANT, DOMINUS DIXIT, «ERUNT DIES EORUM CENTUM VIGINTI ANNI»

Quod autem dixit Deus, *Erunt dies eorum centum viginti anni* [92], non sic accipiendum est, quasi praenuntiatum sit, post haec homines centum viginti annos vivendo non transgredi, cum et post diluvium etiam quingentos excessisse inveniamus. Sed intelligendum est hoc Deum dixisse, cum circa finem quingentorum annorum esset Noe, id est, quadringentos octoginta vitae annos ageret, quos more suo Scriptura quingentos vocat, nomine totius maximam partem plerumque significans: sexcentesi-

[91] Bar. 3,26-28.
[92] Gen. 6,3.

veinte años serían los años que restaban de vida a los hombres, que habían de ser aniquilados por el diluvio, terminado ese plazo. No es vano creer que el diluvio arribó cuando no había sobre la tierra más que hombres dignos de ser arrasados con tal muerte vengadora de impíos, y esto no porque tal género de muerte cause en los buenos, que algún día han de rendir también tributo a la muerte, algún mal que pueda dañarles después de la muerte.

Es de notar, a este propósito, que en el diluvio no pereció ninguno de los que la Escritura santa menciona como descendientes de Set. He aquí la causa del diluvio según la narración divina: *Viendo el Señor que los hombres habían acrecido su malicia sobre la tierra y que cada cual pensaba interiormente en hacer mal a diario, se acordó de que había hecho al hombre sobre la tierra, recapacitó y dijo: Raeré de sobre la faz de la tierra al hombre que hice, y desde el hombre hasta la bestia, desde los reptiles hasta las aves del cielo, porque estoy airado de haberlos hecho.*

CAPITULO XXV

La ira de Dios

La ira de Dios no es en El una turbación del ánimo, sino el juicio por el que castiga el pecado. Su pensamiento y su reflexión es la razón inmutable de las cosas mudables. Porque Dios, que tiene sobre todos los seres un sentir tan estable como cierta es su presciencia, no se arrepiente de sus obras como el hombre. Si la Escritura no usara estas expresiones, su forma no sería familiar hasta cierto punto y a tono con toda clase de hombres, cuyo aprovechamiento pretende. De esta suerte aterra a los soberbios y despierta a los negligentes, ejercita a los investigadores y alienta a los inteligentes, cosa que no hiciera de no inclinarse y abajarse primero a dar su mano a los tendidos. El anunciar la muerte de todos los animales terrenos y volátiles es una imagen de la grandeza de la catástrofe venidera, no una amenaza de muerte hecha a los animales privados de razón, como si también ellos hubieran pecado.

mo quippe anno vitae Noe, secundo mense factum est diluvium [93]; ac sic centum viginti anni praedicti sunt futuri vitae hominum periturorum, quibus transactis diluvio delerentur. Nec frustra creditur sic factum esse diluvium, iam non inventis in terra qui non erant digni tali morte defungi, qua in impios vindicatum est: non quo hic quidquam bonis quandoque morituris tale genus mortis faciat aliquid quod eis possit obesse post mortem. Verumtamen nullus eorum diluvio mortuus est, quos de semine Seth propagatos sancta Scriptura commemorat. Sic autem divinitus diluvii causa narratur: *Videns*, inquit, *Dominus Deus, quia multiplicatae sunt malitiae hominum super terram, et omnis quisque cogitat in corde suo diligenter super maligna omnes dies: et cogitavit Deus quia fecit hominem super terram, et recogitavit, et dixit Deus, Delebo hominem quem feci a facie terrae, ab homine usque ad pecus, et a reptilibus usque ad volatilia caeli, quia iratus sum, quoniam feci eos* [94].

CAPUT XXV

De ira Dei, quae incommutabilem tranquillitatem nulla inflammatione perturbat

Ira Dei non perturbatio animi eius est, sed iudicium quo irrogatur poena peccato. Cogitatio vero eius et recogitatio, mutandarum rerum est immutabilis ratio. Neque enim sicut hominem, ita Deum cuiusquam facti sui poenitet, cuius est de omnibus omnino rebus tam fixa sententia, quam certa praescientia. Sed si non utatur Scriptura talibus verbis, non se quodammodo familiarius insinuabit omni generi hominum, quibus vult esse consultum, ut et perterreat superbientes, et excitet negligentes, et exerceat quaerentes, et alat intelligentes: quod non faceret, si non se prius inclinaret, et quodammodo descenderet ad iacentes. Quod autem etiam interitum omnium animalium terrenorum volatiliumque denuntiat, magnitudinem futurae cladis effatur; non animantibus rationis expertibus, tanquam et ipsa peccaverint, minatur exitium.

[93] Ibid., 7,11.
[94] Ibid., 6,5-7.

CAPITULO XXVI

El arca de Noé, símbolo de Cristo y de la Iglesia

1. El mandar Dios a Noé, hombre justo y, según la certera expresión de la Escritura, perfecto en su generación (no con la perfección con que los ciudadanos de la Ciudad de Dios han de igualar en la inmortalidad a los ángeles de Dios, es verdad, pero sí con la perfección de que en esta peregrinación son capaces), que construya un arca para escapar en ella a la devas-

CAPUT XXVI

Quod arca quam Noe iussus est facere, in omnibus Christum Ecclesiamque significet

1. Iam vero quod Noe homini iusto, et sicut de illo Scriptura veridica loquitur, in sua generatione perfecto [95] (non utique sicut perficiendi sunt cives civitatis Dei in illa immortalitate, qua aequabuntur Angelis Dei, sed sicut esse possunt in hac peregrinatione perfecti), imperat Deus, ut arcam faciat, in qua cum suis, id est, uxore, filiis, et nuribus, et cum animalibus, quae ad illum ex Dei praecepto in arcam ingressa sunt, liberaretur a diluvii vastitate; procul dubio figura est peregrinantis in hoc saeculo civitatis Dei, hoc est Ecclesiae, quae fit salva per lignum,

[95] Gen. 6,9.

tación del diluvio con los suyos, con su mujer, sus hijos y sus nueras y con los animales que por mandato de Dios hizo entrar también en el arca, es, sin duda, figura de la Ciudad de Dios que peregrina en este mundo, es decir, de la Iglesia, que se salva por el leño en que pendió el Mediador entre Dios y los hombres, el hombre Cristo Jesús. Las medidas de su longitud, altura y anchura son un símbolo del cuerpo humano, en cuya realidad vino a los hombres, como había sido predicho. En efecto, la longitud del cuerpo humano desde la coronilla a los pies es seis veces tanta como la anchura que hay desde un costado al otro, y diez veces tanta como la altura, que se mide en el costado desde la espalda al vientre. Así, si mides a un hombre tendido boca abajo o boca arriba, es seis veces más largo desde la cabeza a los pies que ancho de derecha a izquierda o de izquierda a derecha y diez veces más que alto desde el suelo. Por eso el arca se hizo de trescientos codos de larga, cincuenta de ancha y treinta de alta.

non possunt originem ducere; ita quaecumque gentes in diversitatibus corporum ab usitato naturae cursu, quem plures et prope omnes tenent, velut exorbitasse traduntur, si definitione illa includuntur, ut rationalia animalia sint atque mortalia, ab eodem ipso uno primo patre omnium stirpem trahere confitendum est: si tamen vera sunt quae de illarum nationum varietate et tanta inter se atque nobiscum diversitate traduntur. Nam et simias, et cercopithecos, et sphingas, si nesciremus non homines esse, sed bestias, possent illi historici de sua curiositate gloriantes, velut gentes aliquas hominum nobis impunita vanitate mentiri. Sed si homines sunt, de quibus illa mira conscripta sunt; quid, si propterea Deus voluit etiam nonnullas gentes ita creare, ne in his monstris, quae apud nos patet ex hominibus nasci, eius sapientiam, qua naturam fingit humanam, velut artem cuiuspiam minus perfecti opificis, putaremus errasse? Non itaque nobis videri absurdum debet, ut quemadmodum in singulis quibusque gentibus quaedam monstra sunt hominum, ita in universo genere humano quaedam monstra sint gentium. Quapropter, ut istam quaestionem pedetentim cauteque concludam: aut illa, quae talia de quibusdam gentibus scripta sunt, omnino nulla sunt; aut si sunt, homines non sunt; aut ex Adam sunt, si homines sunt.

CAPITULO IX

Existencia de los antípodas

En cuanto a la fábula de los antípodas, es decir, de hombres cuyos pies pisan el revés de nuestras huellas en la parte opuesta de la tierra, donde sale el sol cuando se oculta a nuestros ojos, no hay razón que nos obligue a creerla. Y esto no lo avalan con testimonios históricos, sino con meras conjeturas y razonamientos aparentes, basados en que la tierra está suspendida en la redondez del cielo, y el mundo ocupa el mismo lugar, ínfimo y medio. De aquí deducen que la otra parte de la tierra que está debajo no puede carecer de habitantes. Y no reparan que, aun creyendo o demostrando con alguna razón que el mundo es redondo y esférico, no es lógico decir que la tierra no está cubierta de agua por esa parte. Además, aun en el caso de que no esté cubierta, no es lógico concluir que tenga hombres. La Escritura, que da fe de las cosas pasadas precisamente porque se cumplen sus predicciones, no miente. Amén de que parece un absurdo enorme decir que algunos hombres, atravesada la inmensidad del océano, han podido navegar y arribar a esa parte con el fin exclusivo de salvar la continuidad unitaria del género humano en su origen [21].

Veamos, pues, si podemos encontrar la Ciudad de Dios, viajera en el mundo, que llegó hasta el diluvio y el arca, entre esos pueblos que, según la Escritura, se dividieron en setenta

CAPUT IX

An inferiorem partem terrae, quae nostrae habitationi contraria est, Antipodas habere credendum sit

Quod vero et Antipodas esse fabulantur, id est, homines a contraria parte terrae, ubi sol oritur, quando occidit nobis, adversa pedibus nostris calcare vestigia nulla ratione credendum est. Neque hoc ulla historica cognitione didicisse se affirmant, sed quasi ratiocinando coniectant, eo quod intra convexa caeli terra suspensa sit, eumdemque locum mundus habeat, et infimum, et medium: et ex hoc opinantur alteram terrae partem, quae infra est, habitatione hominum carere non posse. Nec attendunt, etiamsi figura conglobata et rotunda mundus esse credatur, sive aliqua ratione monstretur; non tamen esse consequens, ut etiam ex illa parte ab aquarum congerie nuda sit terra: deinde etiamsi nuda sit, neque hoc statim necesse esse, ut homines habeat. Quoniam nullo modo Scriptura ista mentitur, quae narratis praeteritis facit fidem, eo quod eius praedicta complentur: nimisque absurdum est, ut dicatur aliquos homines ex hac in illam partem, Oceani immensitate traiecta, navigare ac pervenire potuisse, ut etiam illic ex uno illo primo homine genus institueretur humanum. Quapropter inter illos tunc hominum populos, qui per septuaginta duas gentes et totidem linguas colliguntur fuisse divisi, quaeramus, si possumus invenire illam in terris peregrinantem civitatem Dei, quae usque ad dilu-

y dos naciones y otras tantas lenguas. Porque la verdad es que se demuestra que ha perseverado en los hijos de Noé debido a sus bendiciones, sobre todo en el mayor, que es Sem, puesto que la bendición de Jafet llevaba consigo el habitar en las tierras de su hermano.

CAPITULO X

SEM Y SU DESCENDENCIA, FLECHADA HACIA ABRAHÁN

1. Debe, pues, iniciarse la serie de generaciones desde Sem para que enarbole la Ciudad de Dios después del diluvio, al igual que la serie de las generaciones de Set la ponía a nuestra vista antes de él. Por esta razón, la divina Escritura, después de haber presentado la ciudad terrena en Babilonia, es decir, en la confusión, retorna, como recapitulando, al patriarca Sem, y desde él emprende la marcha de las generaciones hasta Abrahán, haciendo notar en qué año de su vida engendró al hijo que continúa la serie y cuántos años vivió. Aquí debo recordar mi promesa y dejar en claro por qué dijo que el nombre de uno de los hijos de Héber *fué Fálec, porque en sus días se hizo la división de la tierra.* ¿Qué debe entenderse por esta división sino la diversidad de lenguas? Dejando a un lado los hijos de Sem, que no hacen al caso en la lista de las generaciones, pone solamente a aquellos a través de los cuales puede llegarse hasta Abrahán. El mismo proceso había seguido antes del diluvio en las generaciones descendientes de Set, hijo de

vium arcamque perducta est, atque in filiis Noe per eorum benedictiones perseverasse monstratur, maxime in maximo, qui est appellatus Sem: quandoquidem Iapheth ita benedictus est, ut in eiusdem fratris sui domibus habitaret.

CAPUT X

DE GENERATIONE SEM, IN CUIUS PROGENIE TENDENS AD ABRAHAM CIVITATIS DEI ORDO DIRIGITUR

1. Tenenda est igitur series generationum ab ipso Sem, ut ipsa ostendat post diluvium civitatem Dei; sicut eam series generationum ab illo qui est appellatus Seth, ostendebat ante diluvium. Propter hoc ergo Scriptura divina cum terrenam civitatem in Babylone, hoc est in confusione, monstrasset, ad patriarcham Sem recapitulando revertitur, et orditur inde generationes usque ad Abraham, commemorato etiam numero annorum quanto quisque ad hanc seriem pertinentem filium genuisset, quantoque vixisset. Ubi certe agnoscendum est quod ante promiseram, ut appareat quare sit dictum de filiis Heber, *Nomen unius Phalech, quia in diebus eius divisa est terra*[26]. Quid enim aliud intelligendum est, terram esse divisam, nisi diversitate linguarum? Omissis igitur caeteris filiis Sem ad hanc rem non pertinentibus, illi connectuntur in ordine generationum per

[26] Gen. 10,25

Adán, hasta llegar a Noé. Así comienza la lista de las generaciones: *Estas son las generaciones de Sem. Sem tenía cien años cuando engendró a Arfaxat, el segundo año después del diluvio. Vivió Sem después de engendrar a Arfaxat quinientos años, y engendró hijos e hijas.* El mismo estilo emplea en los otros, con el cuidado de indicar los años en que cada cual ha engendrado al hijo que va a enrolar en la lista genealógica, que se estira hasta Abrahán, y los años que vivió después, intimando además que engendró hijos e hijas. El fin de esta última recomendación es darnos una idea del posible origen del crecimiento de los pueblos, para que no nos entren dudas, atentos puerilmente a los pocos nombres mencionados, sobre cómo pudo el linaje de Sem poblar tantas regiones y fundar tantos reinos. La mira está puesta sobre todo en el reino de los asirios, donde Nino, el domador de los pueblos orientales, tuvo un reinado inmensamente venturoso, y dejó a su posteridad un imperio muy extenso y fundamentado, que se mantuvo durante mucho tiempo.

2. Para no alargarnos más de lo debido, anotamos como digno de consideración en esta lista no cuántos años vivió cada uno según esta genealogía, sino solamente en qué año ha engendrado cada cual el hijo que sigue en ella, con el fin de deducir el número de años transcurridos desde terminado el diluvio hasta Abrahán. Y, en gracia a los puntos en que la necesidad nos obliga a demorarnos, vamos a tocar otros brevemente y de paso. Dos años después del diluvio, Sem, a la edad de *cien años, engendró a Arfaxat*: Arfaxat engendró a Cainán a

quos possit ad Abraham perveniri: sicut illi connectebantur ante diluvium, per quos perveniretur ad Noe, generationibus quae propagatae sunt ex illo Adam filio, qui appellatus est Seth. Sic ergo incipit generationum ista contextio: *Et hae generationes Sem. Sem filius centum annorum, cum genuit Arphaxat, secundo anno post diluvium. Et vixit Sem, postquam genuit Arphaxat, quingentos annos, et genuit filios et filias, et mortuus est*[27]. Sic exsequitur caeteros, dicens quoto quisque anno vitae suae filium genuerit, ad istum generationum ordinem pertinentem, qui pertendit ad Abraham; et quot annos postmodum vixerit, intimans eum filios filiasque genuisse: ut intelligamus unde potuerint populi accrescere, ne in paucis qui commemorantur hominibus occupati pueriliter haesitemus, unde tanta spatia terrarum atque regnorum repleri potuerint de genere Sem; maxime propter Assyriorum regnum, unde Ninus ille Orientalium domitor usquequaque populorum ingenti prosperitate regnavit, et latissimum ac fundatissimum regnum, quod diuturno tempore duceretur, suis posteris propagavit.

2. Sed nos, ne diutius quam opus est immoremur, non quot annos quisque in ista generationum serie vixerit, sed quoto anno vitae suae genuerit filium, hoc ordine memorandum tantummodo ponimus, ut et numerum annorum a transacto diluvio usque ad Abraham colligamus, et propter illa, in quibus nos cogit necessitas immorari, breviter alia cursimque tangamus. Secundo igitur anno post diluvium Sem, cum esset centum annorum, genuit Arphaxat; Arphaxat autem, cum esset centum triginta

[27] Ibid., 11,10.11

los ciento treinta y cinco años, quien a su vez engendró a Sala cuando tenía ciento treinta años. Sala contaba otros tantos cuando engendró a Héber. Este contaba ciento treinta y cuatro años cuando engendró a Fálec. En tiempo de éste se hizo la división de la tierra. Fálec vivió ciento treinta años, y engendró a Ragán, y Ragán a la edad de ciento treinta y dos engendró a Séruc. Séruc a los ciento treinta engendró a Nacor, y Nacor a los setenta y nueve engendró a Taré. Y Taré a los setenta años engendró a Abrán, a quien Dios cambió más tarde el nombre y le llamó Abrahán. Así, pues, desde el diluvio hasta Abrahán son unos mil setenta y dos años según la edición Vulgata, es decir, de los Setenta [22]. En los códices hebreos, al parecer, se dan muchos años menos, y, o no los prueban, o con mucha dificultad.

3. Cuando buscamos, pues, la Ciudad de Dios en aquellas setenta y dos naciones, no podemos afirmar que, en aquel tiempo en que hablaban una misma lengua, ya había abandonado el género humano el culto del verdadero Dios. De tal suerte sería esto así, que la verdadera piedad no se había conservado más que en las generaciones que descienden de Sem por Arfaxat y tienden a Abrahán. Debemos afirmar, sí, que la ciudad o sociedad de los impíos apareció a partir de la soberbia construcción de aquella torre hasta el cielo, que es imagen de la elación impía. Si no existió antes, o si estaba oculta, o mejor si ambas subsistieron, a saber, la piadosa, en los hijos de Noé bendecidos y en sus descendientes, y la impía, en el que fué maldecido y en su descendencia, de la que nació el gigante

quinque annorum, genuit Cainan; qui cum esset centum triginta, genuit Sala. Porro etiam ipse Sala totidem annorum erat, quando genuit Heber. Centum vero et triginta et quatuor agebat annos Heber, cum genuit Phalech, in cuius diebus divisa est terra. Ipse autem Phalech vixit centum triginta, et genuit Ragau: et Ragau centum triginta duos, et genuit Seruch: et Seruch centum triginta, et genuit Nachor: et Nachor septuaginta novem, et genuit Thara: Thara autem septuaginta, et genuit Abram [28]: quem postea Deus mutato vocabulo nominavit Abraham [29]. Fiunt itaque anni a diluvio usque ad Abraham mille septuaginta et duo, secundum Vulgatam editionem, hoc est interpretum Septuaginta. In hebraeis autem codicibus longe pauciores annos perhibent inveniri: de quibus rationem aut nullam, aut difficillimam reddunt.

3. Cum ergo quaerimus in illis septuaginta duabus gentibus civitatem Dei, non possumus affirmare illo tempore, quo erat illis labium unum [30], id est loquela una, tunc iam genus humanum alienatum fuisse a cultu veri Dei, ita ut in solis istis generationibus pietas vera remaneret, quae descendunt de semine Sem per Arphaxat, et tendunt ad Abraham: sed ab illa superbia aedificandae turris usque in caelum, qua impia significatur elatio, apparuit civitas, hoc est societas, impiorum. Utrum itaque ante non fuerit, an latuerit, an potius utraque permanserit, pia scilicet in duobus filiis Noe, qui benedicti sunt, eorumque posteris; impia vero in eo qui maledictus est, atque eius progenie, ubi etiam exortus est gigas venator

[28] Gen. 10-26. [29] Ibid., 17,5. [30] Ibid., 11,1.

cazador contra Dios, no es fácil decirlo. Quizá—y es, sin duda, lo más creíble—aun antes de la fundación de Babilonia existieron despreciadores de Dios en los hijos de aquellos dos, y adoradores de Dios en los de Cam. Con todo, es obligado creer que nunca faltaron en el mundo hombres de uno y otro género. Esto parecen manifestar estas palabras: *Todos se han extraviado; todos a una se han hecho inútiles; no hay quien obre el bien, no hay siquiera uno*, y otro salmo, del que son las siguientes: *¿No caerán en la cuenta de una vez todos aquellos que cometen la iniquidad y que devoran a mi pueblo como un pedazo de pan?* Luego ya existía entonces el pueblo de Dios. De donde se sigue que esta cláusula: *No hay quien obre el bien, no hay siquiera uno,* se refiere a los hijos de los hombres, no a los hijos de Dios. Porque primero dijo: *Dios echó desde el cielo una mirada sobre los hijos de los hombres para ver si había uno que tuviese juicio,* o que buscase a Dios, y luego añadió las palabras que prueban que son réprobos todos los hijos de los hombres, es decir, los que pertenecen a la ciudad que vive según los hombres, no según Dios.

CAPITULO XI

La lengua primitiva fué la llamada más tarde hebrea, de Héber

1. Así como la existencia de una única lengua común no obstó a la existencia de hijos malvados, ya que antes del diluvio

contra Dominum, non est diiudicatio facilis. Fortassis enim, quod profecto est credibilius, et in filiis duorum illorum iam tunc antequam Babylonia coepisset institui, fuerunt contemptores Dei, et in filiis Cham cultores Dei: utrumque tamen hominum genus terris nunquam defuisse credendum est. Siquidem et quando dictum est, *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt; non est qui faciat bonum, non est usque ad unum;* in utroque Psalmo, ubi haec verba sunt, et hoc legitur, *Nonne cognoscent omnes, qui operantur iniquitatem, qui devorant populum meum in cibo panis?* Erat ergo etiam tunc populus Dei. Unde illud quod dictum est, *Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum;* de filiis hominum dictum est, non de filiis Dei. Nam praemissum est, *Deus de caelo prospexit super filios hominum, ut videret si est intelligens, aut requirens Deum* [31]: ac deinde illa subiuncta, quae omnes filios hominum, id est, ad civitatem pertinentes quae vivit secundum hominem, non secundum Deum, reprobos esse demonstrant.

CAPUT XI

Quod ea primitus lingua in usu hominum fuerit, quae postea Hebraea ab Heber nomine nuncupata est, et in cuius familia remansit, cum diversitas esset facta linguarum

1. Quamobrem sicut lingua una cum esset omnium, non ideo filii pestilentiae defuerunt; nam et ante diluvium una erat lingua, et tamen

[31] Ps. 13,3.4.2; Ps. 52,4.5.3.

era única la lengua, y, sin embargo, merecieron ser borrados del mapa todos, a excepción de una familia, la del justo Noé, así, cuando las naciones soberbias e impías fueron justamente castigadas y divididas con la diversidad de lenguas, y la ciudad de los impíos recibió el nombre de Confusión, es decir, se llamó Babilonia, no faltó una familia, la de Héber, en la que se conservara la lengua que antes fué común a todos. De aquí que, como arriba he recordado, en la enumeración de los hijos de Sem, cada uno de los cuales dió origen a naciones concretas, se mencione en primer lugar a Héber, siendo su tataranieto, es decir, el quinto de sus descendientes. Y como esta lengua [23], que no sin fundamento se cree que fué la primitiva común al género humano, se conservó en su familia, al dividirse las naciones por sus lenguas, por eso se llamó luego hebrea [24]. La razón es que entonces era preciso distinguirla con su nombre propio de las otras lenguas, ya que éstas tenían también su nombre propio, mientras que, cuando era única, se llamaba simplemente lengua o lenguaje humano, pues era el usado por todos los hombres.

2. Tal vez diga alguno: Si la división de la tierra, es decir, de los hombres existentes en la tierra, tuvo lugar en tiempo de Fálec, hijo de Héber, la lengua primigenia, que fué común a todos, debió tomar el nombre de Fálec. Pero es de notar que Héber mismo puso el nombre a su hijo, en concreto el de Fálec, que significa División, porque nació justamente cuando se efectuó la división de la tierra por las lenguas, o sea, al mismo tiempo. Y a esto aluden estas palabras: *En sus días se hizo la división de la tierra.* Si de hecho Héber ya no vivía cuando se multiplicaron las lenguas, no daría su nombre a la lengua que se conservó cabe él [25]. Lo que nos lleva a creer que ésta fué la lengua primitiva común a todos es que la multiplicación y alteración de las lenguas es efecto de una pena, y el pueblo de Dios, evidentemente, debió quedar al margen de esta pena.

Y así no es bicoca que sea ésta la lengua usada por Abrahán, que él no pudo transmitir a todos sus hijos, sino solamente a los que, nacidos de Jacob, y formando de modo más notorio y evidente el reino de Dios, merecieron guardar los testamentos de Dios y la línea de Cristo. Héber mismo no volvió a dejar la lengua en todos los descendientes, sino sólo en aquellos cuyas generaciones llevan a Abrahán. Por este motivo, aunque no se expuso con claridad que, cuando los impíos edificaban Babilonia, había en la tierra hombres piadosos, esta obscuridad no fué para defraudar la atención del historiador, sino más bien para ejercitarla. Hay dos hechos: uno, que la lengua primitiva fué única y que Héber es antepuesto en la narración a todos los hijos de Sem, aunque es su quinto descendiente; y otro, que esa lengua se llama hebrea y que ha sido empleada por los patriarcas y por los profetas, no solamente en su hablar, sino también en las sagradas Letras. Por eso, ahora, cuando, al dividirse las lenguas, se nos pregunta dónde ha podido subsistir la lengua que antes fué común a todos, puesto que no hay duda que entre los que subsistió no existió la pena consistente en el cambio de lenguas, ¿qué otra cosa viene a las mientes sino que se conservó en la nación de éste, de cuyo nombre tomó nombre? Y una prueba no pequeña de la perfección de esta

---

omnes praeter unam Noe iusti domum deleri diluvio meruerunt: ita quando merito elatioris impietatis gentes linguarum diversitate punitae atque divisae sunt, et civitas impiorum confusionis nomen accepit, hoc est, appellata est Babylon, non defuit domus Heber, ubi ea quae antea fuit omnium lingua remaneret. Unde, sicut supra memoravi, cum coepissent enumerari filii Sem, qui singuli gentes singulas procrearunt, primus est commemoratus Heber, cum sit abnepos ipsius, hoc est, ab illo quintus inveniatur exortus. Quia ergo in eius familia remansit haec lingua, divisis per alias linguas caeteris gentibus, quae lingua prius humano generi non immerito creditur fuisse communis, ideo deinceps Hebraea est nuncupata. Tunc enim opus erat eam distingui ab aliis linguis nomine proprio, sicut aliae quoque vocatae sunt nominibus propriis. Quando autem erat una, nihil aliud quam humana lingua, vel humana locutio vocabatur, qua sola universum genus humanum loquebatur.

2. Dixerit aliquis: Si in diebus Phalech filii Heber divisa est terra per linguas, id est, homines qui tunc erant in terra; ex eius nomine potius debuit appellari lingua illa, quae fuit omnibus ante communis. Sed intelligendum est ipsum Heber propterea tale nomen imposuisse filio suo, ut vocaretur Phalech, quod interpretatur Divisio, quia tunc ei natus est, quando per linguas terra divisa est, id est ipso tempore, ut hoc sit quod dictum est: *In diebus eius divisa est terra* [32]. Nam nisi adhuc Heber viveret, quando linguarum facta est multitudo, non ex eius nomine nomen acciperet lingua, quae apud illum potuit permanere. Et ideo credenda est ipsa fuisse prima illa communis: quoniam de poena venit illa multiplicatio mutatioque linguarum; et utique praeter hanc poenam esse debuit populus Dei. Nec frustra lingua haec est, quam tenuit Abraham, nec in omnes filios suos transmittere potuit, sed in eos tantum qui propagati per Iacob, et insignius atque eminentius in Dei populum coalescentes, Dei Testamenta et stirpem Christi habere potuerunt. Nec Heber ipse eamdem linguam in universam progeniem suam refudit; sed in eam tantum, cuius generationes perducuntur ad Abraham. Quapropter, etiamsi non evidenter expressum est fuisse aliquod pium genus hominum, quando ab impiis Babylonia condebatur; non ad hoc valuit haec obscuritas, ut quaerentis fraudaretur, sed potius ut exerceretur intentio. Cum enim legitur unam fuisse linguam primitus omnium, et ante omnes filios Sem commendatur Heber, quamvis ab illo quintus oriatur; et Hebraea vocatur lingua, quam Patriarcharum et Prophetarum, non solum in sermonibus suis, verum etiam in Litteris sacris custodivit auctoritas: profecto cum quaeritur in divisione linguarum, ubi lingua illa remanere potuerit, quae fuit ante communis; quae, sine ulla dubitatione, ubi remansit, non ibi fuit illa poena, quae facta est mutatione linguarum; quid aliud occurrit, nisi quod in huius gente remanserit, a cuius nomine nomen accepit; et hoc iustitiae gentis huius non parvum apparuisse vestigium, quod, cum

[32] Gen. 10,25.

nación fué que, siendo otras naciones castigadas con la mutación de las lenguas, a ésta no alcanzó tal castigo.

3. Pero se presenta otro punto ahora: ¿Cómo han podido Héber y su hijo Fálec formar sendas naciones, si en ambos hallamos la misma lengua? Es cierto que el pueblo hebreo desciende de Héber hasta Abrahán, y por éste después hasta agrandarse el pueblo de Israel. ¿Cómo, pues, todos los hombres mencionados como hijos de los tres hijos de Noé formaron cada uno una nación, si Héber y Fálec no las formaron? En realidad, lo más probable es que el gigante Nebrot fundó también su nación. Y se hizo mención aparte de él por su vasto imperio y por su estatura extraordinaria, de suerte que el número de setenta y dos naciones subsiste. Fálec, en cambio, fué mencionado no precisamente porque fundara una nación (pues la suya era la nación hebrea y la misma lengua), sino por ese acontecimiento memorable que sucedió en su tiempo, la división de la tierra. Y no debe tampoco sorprendernos cómo es posible que el gigante Nebrot viviera hasta la fundación de Babilonia, y la confusión de lenguas, y la división de las naciones, porque de que Héber sea el sexto desde Noé, y él el cuarto, no se sigue que no hayan podido convivir hasta esa época. Sucedió que donde son menos las generaciones, vivían más, y menos donde son más, o que, donde son menos, engendraban más tarde, y más pronto donde son más. Además hay que entender que, cuando se llevó a cabo la división de la tierra, no sólo habían nacido ya los demás hijos de los hijos de Noé que, según la Escritura, son padres de naciones, sino que su avanzada edad les permitía tener también numerosas familias acreedoras

aliae gentes plecterentur mutatione linguarum, ad istam non pervenit tale supplicium?

3. Sed adhuc illud movet: quomodo potuerunt singulas gentes facere Heber et filius eius Phalech, si una lingua permansit ambobus? Et certe una est Hebraea gens ex Heber propagata usque ad Abraham, et per eum deinceps, donec magnus fieret populus Israel. Quomodo igitur omnes filii qui commemorati sunt trium filiorum Noe, fecerunt singulas gentes, si Heber et Phalech singulas non fecerunt? Nimirum illud est probabilius, quod gigas ille Nebroth fecerit etiam ipse gentem suam, sed propter excellentiam dominationis et corporis seorsum eminentius nominatus est, ut maneat numerus septuaginta duarum gentium atque linguarum. Phalech autem propterea commemoratus est, non quod gentem fecerit (nam eadem ipsa est eius gens Hebraea, eademque lingua); sed propter tempus insigne, quod in diebus eius terra divisa est. Nec movere nos debet, quomodo potuerit gigas Nebroth ad illud aetatis occurrere, quo Babylon condita est, et confusio facta linguarum, atque ex hac divisio gentium. Non enim quia Heber sextus est a Noe, ille autem quartus, ideo non potuerunt ad id tempus convenire vivendo. Hoc enim contigit, cum plus viverent, ubi pauciores sunt generationes, minus ubi plures; aut serius nati essent ubi pauciores, maturius ubi plures. Sane intelligendum est, quando terra divisa est, non solum iam natos caeteros filios filiorum Noe, qui commemorantur patres gentium; sed etiam eius aetatis fuisse, ut numerosas fami-

al nombre de naciones. De donde se sigue que no debe creerse ni por asomo que han sido engendrados en el orden en que los vemos mencionados. De otra suerte, ¿cómo fué posible que los doce hijos de Jectán, hijo también de Héber y hermano de Fálec, formaran ya naciones, si Jectán nació después de Fálec, su hermano, pues fué mencionado después, supuesto que al nacer Fálec se realizó la división de la tierra? Por consiguiente, se debe notar que fué nombrado el primero, pero que nació mucho después que su hermano Jectán, y que los doce hijos de éste tendrían ya familias tan numerosas, que podían ser divididas cada una en su lengua propia. Así fué mencionado el primero el que era posterior en edad, al igual que en los hijos de Noé comenzó por los hijos de Jafet, siendo éste el menor de ellos, y siguió por los hijos de Cam, que era el segundo, y en último término cita los hijos de Sem, que era el primero. Los nombres de aquellas naciones, en parte se han conservado, de suerte que aún hoy aparece de dónde derivan, como de Asur los asirios, y de Héber los hebreos; y en parte han sido cambiados por arcaicidad, de forma que los eruditos e investigadores de la historia antigua apenas han podido descubrir los orígenes, y no de todas, sino de algunas de estas naciones. Dicen que los egipcios proceden de Mesraín, hijo de Cam, pero el nombre aquí no suena a nada. Lo mismo sucede en los etíopes, que se dicen descendientes de otro hijo de Cam, llamado Cus. Considerándolos todos, se encuentran más nombres cambiados que permanentes.

lias haberent, quae dignae fuissent nominibus gentium. Unde nequaquam putandum, quod eo fuerint ordine geniti, quo commemorati leguntur. Alioquin duodecim filii Iectan, qui erat filius alius Heber, frater Phalech, quomodo potuerunt iam gentes facere, si post Phalech fratrem suum Iectan natus est, sicut post eum commemoratus est: quandoquidem tempore quo natus est Phalech, divisa est terra. Proinde intelligendum est, priorem quidem nominatum, sed longe post fratrem suum Iectan fuisse natum, cuius Iectan duodecim filii tam grandes iam familias haberent, ut in linguas proprias dividi possent. Sic enim potuit prior commemorari, qui erat aetate posterior; quemadmodum prius commemorati sunt ex tribus filiis Noe procreati filii Iapheth, qui erat minimus eorum; deinde filii Cham, qui erat medius; postremo filii Sem, qui erat primus et maximus. Illarum autem gentium vocabula partim manserunt, ita ut hodieque appareat unde fuerint derivata; sicut ex Assur Assyrii, et ex Heber hebraei: partim temporis vetustate mutata sunt, ita ut vix homines doctissimi antiquissimas historias perscrutantes, nec omnium, sed aliquarum ex istis origines gentium potuerint reperire. Nam quod ex filio Cham, qui vocabatur Mesraim, Aegyptii perhibentur exorti, nulla hic resonat origo vocabuli: sicut nec Aethiopum, qui dicuntur ad eum filium Cham pertinere, qui Chus appellatus est. Et si omnia considerentur, plura mutata, quam manentia nomina apparent.

CAPITULO XII

UNA PAUSA EN ABRAHÁN. UN NUEVO ORDEN EN LA CIUDAD SANTA

Ahora veamos ya el desarrollo de la Ciudad de Dios a partir del paréntesis hecho en el patriarca Abrahán. Aquí el conocimiento de esa Ciudad se hace luz y las promesas divinas que vemos cumplirse en Cristo tienen tintas más claras. Como sabemos por indicación de la santa Escritura, Abrahán nació en la región de los caldeos, tierra que pertenecía al imperio de los asirios. Entre los caldeos de entonces privaban ya las supersticiones impías, como en las demás naciones. Existía una familia, la de Taré, de la que nació Abrahán, en la cual se había conservado el culto al único Dios verdadero, y, en cuanto es creíble, era la única en que se conservaba la lengua hebrea. Y esto a pesar de que también ella, como en otro tiempo el pueblo de Dios en Egipto, sirvió en Mesopotamia a dioses ajenos, según la narración de Jesús Nave, derivando poco a poco las demás familias descendientes de Héber a otras lenguas y a otras naciones. Así como en el diluvio de agua sólo sobrevivió una familia, la de Noé, para reparar el género humano, así en el diluvio de las supersticiones que inundó el universo sólo se salvó una familia, la de Taré, y en ella se custodió la plantación de la Ciudad de Dios. Finalmente, de igual modo que allí, una vez enumeradas las generaciones hasta Noé y el

---

CAPUT XII

DE ARTICULO TEMPORIS IN ABRAHAM, A QUO SANCTAE SUCCESSIONIS NOVUS ORDO CONTEXITUR

Nunc iam videamus procursum civitatis Dei, etiam ab illo articulo temporis, qui factus est in Patre Abraham, unde incipit esse notitia eius evidentior, et ubi clariora leguntur promissa divina, quae nunc in Christo videmus impleri. Sicut ergo Scriptura sancta indicante didicimus, in regione Chaldaeorum natus est Abraham [33]: quae terra ad regnum pertinebat Assyriorum. Apud Chaldaeos autem iam etiam tunc superstitiones impiae praevalebant, quemadmodum per caeteras gentes. Una igitur Tharae domus erat, de qua natus est Abraham, in qua unius veri Dei cultus, et quantum credibile est, in qua iam sola etiam Hebraea lingua remanserat; quamvis et ipsa, sicut iam manifestior Dei populus in Aegypto, ita in Mesopotamia servisse diis alienis, Iesu Nave narrante referatur [34]; caeteris ex progenie illius Heber in linguas paulatim alias et in nationes alias defluentibus. Proinde sicut per aquarum diluvium una domus Noe remanserat ad reparandum genus humanum, sic in diluvio multarum superstitionum per universum mundum una remanserat domus Tharae, in qua custodita est plantatio civitatis Dei. Denique sicut illic enumeratis

[33] Gen. 11,28.
[34] Ios. 24,2.

número de años y expuesta la causa del diluvio, antes de que Dios hablara a Noé sobre la fabricación del arca, se dice: *Estas son las generaciones de Noé;* de tal forma que aquí, mencionadas las generaciones desde Sem, hijo de Noé, hasta Abrahán, hace un paréntesis semejante, y dice: *Estas son las generaciones de Taré. Taré engendró a Abram, y a Nacor, y a Arán. Y Arán engendró a Lot. Y murió Arán antes que su padre, Taré, en la tierra en que nació, en la región de los caldeos. Abram y Nacor se casaron. La mujer de Abram se llamaba Sara, y la de Nacor, Melca, hija de Arán.* Este Arán, padre de Melca, fué también padre de Jescá, y ésta, al parecer, se identifica con Sara, esposa de Abrahán [26].

CAPITULO XIII

MOTIVO DEL SILENCIO DE NACOR DURANTE LA TRANSMIGRACIÓN

Luego se cuenta cómo Taré con los suyos dejó el país de los caldeos, se fué a Mesopotamia y habitó en Harrán. Y, sin embargo, de uno de sus hijos, de Nacor, no se dice nada, como si no le acompañara. La narración dice así: *Taré tomó consigo a su hijo Abram, y a Lot, hijo de Arán, y a Sara, su nuera, esposa de su hijo Abram, y los sacó de la región de los caldeos para pasar a la tierra de Canaán. Y llegó a Harrán y se esta-*

---

supra generationibus usque ad Noe simul cum annorum numeris, et exposita diluvii causa, priusquam Deus inciperet de arca fabricanda loqui ad Noe, dicitur, *Hae autem generationes Noe* [35]: ita et hic, enumeratis generationibus ab illo, qui est appellatus Sem, filio Noe, usque ad Abraham, deinde insignis articulus similiter ponitur, ut dicatur, *Hae sunt generationes Tharae. Thara genuit Abram et Nachor et Aran: et Aran genuit Lot. Et mortuus est Aran coram Thara patre suo in terra in qua natus est, in regione Chaldaeorum. Et sumpserunt Abram et Nachor sibi uxores: nomen mulieris Abram Sara, et nomen mulieris Nachor Melcha, filia Aran* [36]. Iste Aran pater Melchae fuit et pater Iescae, quae Iesca creditur ipsa esse etiam Sara uxor Abrahae.

CAPUT XIII

QUAE RATIO FECISSE VIDEATUR, UT IN TRANSMIGRATIONE THARAE, QUA CHALDAEOS DESERENS IN MESOPOTAMIAM TRANSIIT, NULLA FILII EIUS NACHOR FACTA SIT MENTIO

Deinde narratur quemadmodum Thara cum suis regionem reliquerit Chaldaeorum, et venerit in Mesopotamiam, et habitaverit in Charra: tacetur autem de uno eius filio, qui vocabatur Nachor, tanquam eum non duxerit secum. Nam ita narratur: *Et sumpsit Thara Abram filium suum, et Lot filium Aran, filium filii sui, et Saram nurum suam, uxorem Abram filii sui, et eduxit illos de regione Chaldaeorum ire in terram Chanaan:*

[35] Gen. 6,9.
[36] Gen. 11,27-29.

bleció allí. Como se ve, a Nacor y a su esposa, Melca, no se les nombra. Pero resulta que después, cuando Abrahán envía a un siervo a buscar esposa para su hijo Isaac, se dice: *Tomó el siervo diez camellos de los de su señor y, llevando consigo toda clase de bienes de su amo, puesto en camino, se fué a Mesopotamia, a la ciudad de Nacor.* Por este y por otros testimonios de la historia sagrada se prueba que Nacor, hermano de Abrahán, salió también del país de los caldeos y que fijó sus reales en Mesopotamia, donde había morado antes Abrahán con su padre. ¿Por qué la Escritura no le menciona cuando Taré salió con los suyos de la Caldea y se estableció en Mesopotamia, siendo así que menciona como acompañantes a Abrahán, su hijo; a Sara, su suegra, y a Lot, su nieto? ¿Qué otra razón podemos dar sino que tal vez había apostatado de la religión de su padre y de su hermano y había dado su nombre a la superstición de los caldeos, y después, bien arrepentido, bien perseguido por estimársele sospechoso, emigró también él? En el libro intitulado de Judit, cuando Holofernes, enemigo de los israelitas, pregunta qué nación era aquélla y si debía pelearse contra ella, le respondió Aquior, jefe de los ammonitas: *Señor, escucha la palabra de boca de tu siervo, y yo diré la verdad acerca de este pueblo que habita cabe ti esta montaña, y ten por seguro que no saldrá mentira de esta boca. Estos descienden de los caldeos, y antes habitaron en Mesopotamia, y como no quisieron adorar los dioses de sus padres, que fueron*

---

et venit in Charram, et habitavit ibi [37]. Nusquam hic nominatus est Nachor, et uxor eius Melcha. Sed invenimus postea, cum servum suum mitteret Abraham ad accipiendam uxorem filio suo Isaac, ita scriptum: *Et accepit puer decem camelos de camelis domini sui, et de omnibus bonis domini sui secum, et exsurgens profectus est in Mesopotamiam in civitatem Nachor* [38]. Isto et aliis sacrae huius historiae testimoniis ostenditur etiam Nachor frater Abrahae exisse de regione Chaldaeorum, sedesque constituisse in Mesopotamia, ubi cum patre suo habitaverat Abraham. Cur ergo Scriptura eum non commemoravit, quando ex gente Chaldaea cum suis profectus est Thara, et habitavit in Mesopotamia, ubi non solum Abraham filius eius, verum etiam Sarra nurus et Lot nepos eius commemorantur, quod eos duxerit secum? Cur, putamus, nisi forte quod a paterna et fraterna pietate desciverat, et superstitioni adhaeserat Chaldaeorum, et postea inde, sive poenitendo, sive persecutionem passus, quod suspectus haberetur, et ipse emigravit? In libro enim qui inscribitur Iudith, cum quaereret Holofernes hostis Israelitarum, quaenam gens illa esset, utrum adversus eam bellandum fuisset, sic ei respondit Achior dux Ammonitarum: *Audiat dominus noster verbum de ore pueri sui, et referam tibi veritatem de populo qui habitat iuxta te montanam hanc, et non exibit mendacium de ore servi tui. Haec enim progenies populi est Chaldaeorum, et antea habitaverunt Mesopotamiam, quia noluerunt sequi deos patrum suorum, qui fuerunt in terra Chaldaeorum gloriosi, sed declinaverunt de via parentum suorum et adoraverunt Deum caeli, quem*

[37] Ibid., 31.
[38] Ibid., 24,10.

gloriosos entre los caldeos, sino que, apartándose de la religión de sus padres, adoraron al Dios del cielo, a quien conocieron, los arrojaron de la presencia de sus dioses y huyeron a Mesopotamia, y moraron allí muchos años. Su Dios les mandó salir de su morada e ir a la tierra de Canaán, y allí se establecieron, etc. De donde se sigue claramente que la familia de Taré fué perseguida por los caldeos a causa de la verdadera religión, que la llevaba a rendir culto al único Dios verdadero.

CAPITULO XIV

Edad de Taré y su muerte en Harrán

Muerto Taré en Mesopotamia, donde vivió, según la Escritura, doscientos cinco años, comienza la insinuación de las promesas hechas por Dios a Abrahán. He aquí sus palabras: *Y fueron los años de Taré en Harrán doscientos cinco, y murió en Harrán.* Pero no debe entenderse este pasaje como si hubiera vivido allí todo ese tiempo, sino que se dice eso porque su vida, que se redujo a doscientos cinco años, vió allí su fin. De lo contrario, los años de la vida de Taré nos serían desconocidos, porque no se lee en ninguna parte a qué edad llegó a Harrán. Además es absurdo pensar que, en una lista genealógica en que se refiere con esmero cuántos años vivió cada cual, se deje sin consignar solamente el número de años que vivió éste. Esta omisión tiene lugar para algunos mencionados por la Escritura,

---

cognoverunt, et proiecerunt eos a facie deorum suorum, et fugerunt in Mesopotamiam, et habitaverunt ibi dies multos. Dixitque illis Deus eorum, ut exirent de habitatione sua, et irent in terram Chanaan: et illic habitaverunt [39]: et caetera quae narrat Achior Ammonites. Unde manifestum est, domum Tharae persecutionem passam fuisse a Chaldaeis pro vera pietate, qua unus et verus ab eis colebatur Deus.

CAPUT XIV

De annis Tharae, qui in Charra vitae suae tempus implevit

Defuncto autem Thara in Mesopotamia, ubi vixisse perhibetur ducentos et quinque annos, iam incipiunt indicari factae ad Abraham promissiones Dei, quod ita scriptum est: *Et fuerunt dies Tharae in Charra quinque et ducenti anni, et mortuus est in Charra* [40]. Non sic autem accipiendum est, quasi omnes hos dies ibi egerit; sed quia omnes dies vitae suae, qui fuerunt anni ducenti quinque, ibi compleverit: alioquin nesciretur quot annos vixerit Thara, quoniam non legitur quoto anno vitae suae in Charram venerit; et absurdum est existimare in ista serie generationum, ubi diligenter commemoratur quot annos quisque vixerit, huius solius numerum annorum vitae non commendatum esse memoriae. Quod enim quorumdam, quos eadem Scriptura commemorat, tacentur anni, non sunt

[39] Iud. 5,5-9.
[40] Gen. 11,32.

pero es porque no están en esta lista, en que se numeran los tiempos por la muerte de los padres y la sucesión de los hijos. En esta lista, que va desde Adán hasta Noé, y desde éste hasta Abrahán, no hay ni uno solo sin el número de años que vivió.

CAPITULO XV

¿CUÁNDO SALIÓ ABRAHÁN DE HARRÁN SEGÚN PRECEPTO DE DIOS?

1. Estas palabras que leemos después de referida la muerte de Taré, padre de Abrahán: *Y dijo el Señor a Abram: Sal de tu tierra, y de tu parentela, y de la casa de tu padre,* etc., no deben hacernos pensar que, como en la narración es ése el orden, sea también en el tiempo de los acontecimientos. Si esto es así, es una cuestión insoluble. La Escritura, después de esas palabras dirigidas por Dios a Abrahán, dice así: *Y salió Abram, como le había dicho el Señor, y partió con él Lot. Abram tenía setenta y cinco años cuando salió de Harrán.* ¿Cómo es posible que sea esto verdadero, si salió de Harrán después de la muerte de su padre? Taré, como hemos hecho notar arriba, engendró a Abrahán a los setenta años. Si a éstos añadimos los sesenta y cinco que tenía Abrahán cuando salió de Harrán, tenemos un total de ciento cuarenta y cinco años. Taré tenía, pues, esta edad cuando salió Abrahán de aquella ciudad de Mesopotamia y éste vivía entonces el año setenta y cinco de su vida. Por tanto, su padre, que le había engendrado a los setenta, frisaba, como queda dicho, en los ciento cuarenta y cinco. Luego no salió de allí después de la muerte de su padre, es decir, después de doscientos cinco años, que vivió su padre, sino que el año de su salida, puesto que era el setenta y cinco de su vida, de la de su padre, que le había engendrado a los setenta, fué, indudablemente, el ciento cuarenta y cinco. Debe, por consiguiente, entenderse que la Escritura, según su usanza, hizo una nueva recapitulación del tiempo ya pasado. Más arriba hizo lo mismo. Después de haber mencionado los hijos de los hijos de Noé, dijo que se habían dividido en sus naciones y en sus lenguas, y, sin embargo, luego, como si siguiera cronológicamente esto, añade: *Y entonces, toda la tierra tenía un solo lenguaje y hablaban todos una misma lengua.* ¿Cómo estaban divididos según sus naciones y sus lenguas, si tenían todos una lengua única, sino porque la narración retorna, recapitulando, a lo que ya había sucedido? Así, en este pasaje dice: *Y fueron los años de Taré en Harrán doscientos cinco años, y murió Taré en Harrán;* y luego, volviendo a coger el hilo para completar la narración incoada de Taré, añade: *Y dijo el Señor a Abram: Sal de tu tierra,* etc. Tras estas palabras de Dios, agrega: *Y salió Abram como se lo había dicho el Señor, y partió con él Lot. Abram tenía setenta y cinco años cuando salió de Harrán.* En conclusión: efectuó la salida cuando tenía su padre ciento cuarenta y cinco años, y él setenta y

in hoc ordine, in quo temporum dinumeratio decessione gignentium et genitorum successione contexitur. Iste autem ordo, qui dirigitur ab Adam usque ad Noe, et inde usque ad Abraham, sine numero annorum vitae suae neminem continet.

CAPUT XV

DE TEMPORE PROFECTIONIS ABRAHAE, QUA SECUNDUM PRAECEPTUM DEI EXIIT DE CHARRA

1. Quod vero, commemorata morte Tharae patris Abraham, deinde legitur, *Et dixit Dominus ad Abram, Exi de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui,* et caetera: non quia hoc sequitur in sermone libri, hoc etiam in rerum gestarum tempore sequi existimandum est. Erit quippe, si ita est, insolubilis quaestio. Post haec enim verba Dei, quae ad Abraham facta sunt, Scriptura sic loquitur: *Et exiit Abram, quemadmodum locutus est illi Dominus, et abiit cum eo Lot. Abram autem erat quinque et septuaginta annorum, cum exiit ex Charra*[41]. Quomodo potest hoc verum esse, si post mortem patris sui exiit de Charra? Cum enim esset Thara septuaginta annorum, sicut supra intimatum est, genuit Abraham: cui numero additis septuaginta quinque annis, quos agebat Abraham, quando egressus est de Charra, fiunt anni centum quadraginta quinque. Tot igitur annorum erat Thara, quando exiit Abraham de illa Mesopotamiae civitate: agebat enim annum aetatis suae septuagesimum quintum; ac per hoc pater eius, qui eum septuagesimo anno suo genuerat, agebat, ut dictum est, centesimum quadragesimum et quintum. Non ergo inde post mortem patris, id est post ducentos quinque annos, quibus pater eius vixit, egressus est: sed annus de illo loco profectionis eius, quoniam ipsius septuagesimus quintus erat, procul dubio patris eius, qui eum septuagesimo suo anno genuerat, centesimus quadragesimus quintus fuisse colligitur. Ac per hoc intelligendum est more suo Scripturam redisse ad tempus, quod iam narratio illa transierat: sicut superius, cum filios filiorum Noe commemorasset, dixit illos fuisse in gentibus et linguis suis[42], et tamen postea quasi hoc etiam in ordine temporum sequeretur, *Et erat,* inquit, *omnis terra labium unum, et vox una omnibus*[43]. Quomodo ergo secundum suas gentes et secundum suas linguas erant, si una erat omnibus; nisi quia ad illud quod iam transierat recapitulando est reversa narratio? Sic ergo et hic cum dictum esset, *Et fuerunt dies Tharae in Charra quinque et ducenti anni, et mortuus est Thara in Charra*[44]: deinde Scriptura redeundo ad id quod ideo praetermiserat, ut prius de Thara id quod inchoatum fuerat compleretur, *Et dixit,* inquit, *Dominus ad Abram, Exi de terra tua,* et caetera. Post quae Dei verba subiungitur, *Et exiit Abram, quemadmodum locutus est illi Dominus, et abiit cum eo Lot: Abram autem erat quinque et septuaginta annorum, cum exiit ex Charra.* Tunc itaque factum est, quando pater eius centesimum quadragesimum et quintum annum agebat aetatis: tunc enim fuit huius septuagesimus

[41] Ibid., 12, 1.4.

[42] Gen. 10,31.
[43] Ibid., 11,1.
[44] Ibid., 31.

cinco [27]. Esta cuestión se ha resuelto también de otro modo. Según esta solución, los setenta y cinco años que tenía Abram cuando salió de Harrán se computarían desde el año en que fué librado del fuego de los caldeos, no desde el año en que nació, como si fuera ésta la fecha precisa de su nacimiento [28].

2. Mas San Esteban, narrando esto en los Hechos de los Apóstoles, dice: *El Dios de la gloria se apareció a nuestro padre Abrahán cuando estaba en Mesopotamia, antes de habitar en Harrán, y le dijo: Sal de tu tierra, y de tu parentela, y de la casa de tu padre, y ven al país que yo te mostraré.* Según estas palabras de San Esteban, Dios no habló a Abrahán después de la muerte de su padre, que murió ciertamente en Harrán, donde moró con él su hijo, sino antes de que habitara en aquella ciudad, pero estando ya en Mesopotamia. Ya había, pues, salido de entre los caldeos. Y así, lo que San Esteban añade: *Entonces Abrahán salió de la Caldea y habitó en Harrán,* no muestra que esto se llevó a cabo después que Dios le habló (pues no salió de la Caldea después de esa admonición divina, puesto que dice que le habló Dios estando en Mesopotamia), sino que se refiere a todo el tiempo expresado por el adverbio *entonces,* es decir, desde que salió de Caldea y fijó su residencia en Harrán. Lo mismo prueba esto: *Y, después de la muerte de su padre, Dios le colocó en esta tierra en que ahora moráis vosotros y vuestros padres.* No dice: Después de muerto su padre, salió de Harrán, sino: Dios le colocó aquí después de muerto su padre. En conclusión: debemos entender que Dios habló a Abrahán estando aún en Mesopotamia, antes de habitar en

quintus. Soluta est autem quaestio ista et aliter, ut septuaginta quinque anni Abrahae, quando egressus est de Charra, ex illo computarentur, ex quo de igne Chaldaeorum liberatus, non ex quo natus est, tanquam tunc potius natus habendus sit.

2. Sed beatus Stephanus in Actibus Apostolorum cum ista narraret, *Deus,* inquit, *gloriae apparuit Abrahae patri nostro, cum esset in Mesopotamia, priusquam habitaret in Charra, et ait ad illum, Exi de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram, quam tibi demonstrabo.* Secundum haec verba Stephani non post mortem patris eius locutus est Deus Abrahae, qui utique in Charra mortuus est, ubi cum illo et ipse filius habitavit; sed priusquam habitaret in eadem civitate, iam tamen cum esset in Mesopotamia. Iam ergo exierat a Chaldaeis. Quod itaque adiungit Stephanus, *Tunc Abraham egressus est de terra Chaldaeorum, et habitavit in Charra,* non demonstrat quid sit factum, posteaquam locutus est illi Deus (neque enim post illa Dei verba egressus est de terra Chaldaeorum, cum dicat ei locutum Deum cum esset in Mesopotamia), sed ad totum illud tempus pertinet quod ait, *Tunc,* id est, ex quo egressus est a Chaldaeis, et habitavit in Charra. Item quod sequitur, *Et inde postquam mortuus est pater eius, collocavit illum in terra hac, in qua vos nunc habitatis, et patres vestri* [45]: non ait, Postquam mortuus est pater eius, exiit de Charra; sed inde hic eum collocavit, postquam mortuus est pater eius. Intelligendum est igitur locutum Deum fuisse ad Abra-

[45] Act. 7,2-4.

Harrán, pero que llegó a Harrán con su padre, guardando de corazón el precepto de Dios, y que salió de allí a los setenta y cinco años y a los ciento cuarenta y cinco de su padre. Y dice que su instalación en la tierra de Canaán, no su salida de Harrán, tuvo lugar después de la muerte de su padre, pues, cuando compró esa tierra y comenzó a poseerla en propiedad, ya había muerto su padre. Empero, esto que dice Dios, establecido él ya en Mesopotamia, es decir, fuera ya del país de los caldeos: *Sal de tu patria, y de tu parentela, y de la casa de tu padre,* no lleva la intención de un sacar material del cuerpo, cosa que ya había hecho, sino de un desprender el espíritu de aquello. No había salido, pues, de allí de corazón si estaba movido por la esperanza y el deseo de volver, deseo y esperanza que, con la ayuda y el mandato de Dios y su obediencia, debía cercenar. Cierto que no es increíble pensar que Abrahán cumpliese el mandato de Dios saliendo de Harrán con su esposa Sarra, y con Lot, su sobrino, después que Nacor siguió a su padre.

CAPITULO XVI

Orden y cualidad de las promesas hechas por Dios a Abrahán

Hora es ya de considerar las promesas hechas por Dios a Abrahán. En ellas brillan con más claridad los oráculos de nuestro Dios, que es decir del Dios verdadero sobre el pueblo de los piadosos, pronunciados por la autoridad de los profetas.

ham, cum esset in Mesopotamia, priusquam habitaret in Charra; sed eum in Charram pervenisse cum patre, retento apud se praecepto Dei, et inde exisse septuagesimo et quinto suo, patris autem sui centesimo quadragesimo quinto anno. Collocationem vero eius in terra Chanaan, non profectionem de Charra, post mortem patris eius factam esse dicit: quia iam mortuus erat pater eius, quando emit terram, cuius ibi iam suae rei coepit esse possessor. Quod autem iam in Mesopotamia constituto, hoc est iam egresso de terra Chaldaeorum, dicit Deus, *Exi de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui;* non ut corpus inde eiiceret, quod iam fecerat, sed ut animum avelleret, dicitur. Non enim exierat inde animo, si spe redeundi et desiderio tenebatur, quae spes et desiderium, Deo iubente ac iuvante, et illo obediente, fuerat amputandum. Non sane incredibiliter existimatur, cum postea secutus esset Nachor patrem suum, tunc Abraham praeceptum Domini implesse, ut cum Sarra coniuge sua et Lot filio fratris sui exiret de Charra.

CAPUT XVI

De ordine et qualitate promissionum Dei, quae ad Abraham factae sunt

Iam considerandae sunt promissiones Dei factae ad Abraham. In his enim apertiora Dei nostri, hoc est Dei veri, oracula apparere coeperunt de populo piorum, quem prophetica praenuntiavit auctoritas. Harum pri-

La primera está expresada en estos términos: *Y dijo el Señor a Abram: Sal de tu tierra, y de tu parentela, y de la casa de tu padre, y ve a la tierra que yo te mostraré. Y yo te haré cabeza de una nación grande, y te bendeciré y ensalzaré tu nombre, y serás bendito. Bendeciré a los que te bendigan y maldeciré a los que te maldigan, y en ti serán benditas todas las naciones de la tierra.* Es de notar que aquí se prometen dos cosas a Abrahán; una, que su descendencia poseerá la tierra de Canaán, y se expresa en estas palabras: *Ve a la tierra que te mostraré, y te haré cabeza de una nación grande;* y otra, mucho más excelente, y que debe entenderse no de su descendencia carnal, sino espiritual, por la cual es padre, no de una nación, la israelítica, sino de todas las naciones que marchan por las veredas de su fe. Esta promesa comienza así: *Y serán bendecidas en ti todas las naciones de la tierra.* Eusebio piensa que esta promesa fué hecha el año setenta y cinco de la vida de Abrahán, como si hubiera salido de Harrán tan pronto como la recibió. Y se funda en que la Escritura no puede contradecirse en este pasaje: *Abram tenía setenta y cinco años cuando salió de Harrán.* Mas, si esta promesa fué hecha ese año, Abrahán moraba ya en Harrán con su padre, porque no podría salir si no hubiera estado allí antes. ¿Está en contradicción esto con lo que dice San Esteban: *El Dios de la gloria se apareció a nuestro padre Abrahán cuando estaba en Mesopotamia antes que habitara en Harrán?* Debe, pues, entenderse que acaecieron el mismo año todos estos sucesos: la promesa de Dios antes que Abrahán habitara en Harrán, su estancia en Harrán y su

ma ita legitur: *Et dixit Dominus ad Abram: Exi de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et vade in terram, quam tibi demonstravero; et faciam te in gentem magnam, et benedicam te, et magnificabo nomen tuum, et eris benedictus, et benedicam benedicentes te, et maledicam maledicentes te, et benedicentur in te omnes tribus terrae.* Advertendum est igitur, duas res promissas Abrahae: unam scilicet, quod terram Chanaan possessurum fuerat semen eius, quod significatur, ubi dictum est, *Vade in terram, quam tibi demonstravero, et faciam te in gentem magnam:* aliam vero longe praestantiorem, non de carnali, sed de spirituali semine, per quod pater est, non unius gentis Israeliticae, sed omnium gentium quae fidei eius vestigia consequuntur, quod promitti coepit his verbis, *Et benedicentur in te omnes tribus terrae.* Hanc promissionem factam arbitratur Eusebius septuagesimo quinto anno aetatis Abrahae, tanquam mox ut facta est, de Charra exierit Abraham: quoniam Scripturae contradici non potest, ubi legitur, *Abram erat quinque et septuaginta annorum, cum exiit ex Charra* [46]. Sed si eo anno facta est ista promissio, iam utique in Charra cum patre suo demorabatur Abraham. Neque enim inde exire posset, nisi prius ibi habitasset. Numquidnam ergo contradicitur Stephano dicenti: *Deus gloriae apparuit Abrahae patri nostro cum esset in Mesopotamia, priusquam habitaret in Charra?* [47] Sed intelligendum est, quod eodem anno facta sint omnia, et Dei promissio

[46] Gen. 12,1-4.
[47] Act. 7,2.

salida. Y esto no sólo porque Eusebio en sus *Crónicas* comienza a contar desde el año de esta promesa, y muestra que salió de Egipto después de cuatrocientos treinta años, época en que se dió la ley, sino también porque el apóstol San Pablo expresa eso mismo [29].

CAPITULO XVII

Los tres imperios más brillantes de los gentiles. El de los asirios estaba ya muy floreciente en tiempo de Abrahán

En ese mismo tiempo florecían ya tres imperios de los gentiles, en los que erguía su talle con alteza la ciudad de los terrígenas, es decir, la sociedad de los hombres que viven según el hombre, bajo la dominación de los ángeles desertores. Estos imperios eran el de los sicionios [30], el de los egipcios y el de los asirios. El de los asirios era el más poderoso y floreciente de todos. Nino, hijo de Belo, había subyugado a todos los pueblos del Asia, excepto la India. Y llamo Asia no a la región que es una provincia del Asia Mayor, sino a la llamada Asia Universal, que es, según unos, una de las dos, y, según otros, una de las tres grandes partes del mundo, que serían Asia, Europa y Africa [31]. En esta división no se ha guardado igualdad, pues Asia se extiende desde el mediodía por oriente hasta el septentrión, y Europa, desde el septentrión hasta el occidente, y Africa, desde el occidente hasta el mediodía. De

antequam in Charra habitaret Abraham, et in Charra habitatio eius, et inde profectio: non solum quia Eusebius in Chronicis ab anno huius promissionis computat et ostendit post quadringentos et triginta annos exitum esse de Aegypto, quando lex data est; verum etiam quia id commemorat apostolus Paulus [48].

CAPUT XVII

De tribus excellentioribus gentium regnis, quorum unum, id est Assyriorum, iam Abraham genito sublimius eminebat

Per idem tempus eminentia regna erant gentium, in quibus terrigenarum civitas, hoc est societas hominum secundum hominem viventium, sub dominatu angelorum desertorum insignius excellebat; regna videlicet tria, Sicyoniorum, Aegyptiorum, Assyriorum. Sed Assyriorum multo erat potentius atque sublimius. Nam rex ille Ninus Beli filius, excepta India, universae Asiae populos subiugaverat. Asiam nunc dico, non illam partem quae huius maioris Asiae una provincia est, sed eam quae universa Asia nuncupatur, quam quidam in altera duarum, plerique autem in tertia totius orbis parte posuerunt, ut sint omnes, Asia, Europa, et Africa: quod non aequali divisione fecerunt. Namque ista quae Asia nuncupatur, a

[48] Gal. 3,17.

donde se desprende, al parecer, que Europa y Africa ocupan la mitad del orbe, y la otra mitad, Asia. Pero estas dos partes se hicieron porque entre ellas se halla el océano, que recoge las aguas de dos continentes, formando así un mar grande. Por eso, dividido el mundo en dos partes, Oriente y Occidente, Asia queda en una, y Europa y Africa, en otra. De los tres imperios que florecían entonces, el de los sicionios no estaba sujeto a los asirios, porque están en Europa; pero ¿cómo el de los egipcios no les estaba sujeto, si dominaban toda el Asia, exceptuados, como queda dicho, solos los indios? En Asiria, pues, predominaba el poder de la ciudad impía. Su corte era Babilonia, que es decir Confusión, nombre muy apropiado para la ciudad terrígena. Allí reinaba ya Nino después de la muerte de su padre Belo, primer rey en esa ciudad por espacio de sesenta y cinco años. Su hijo Nino, que le sucedió en el trono, reinó cincuenta y dos años. Y llevaba cuarenta y tres años en el mando cuando nació Abrahán, más o menos el año mil doscientos antes de la fundación de Roma, que es como la Babilonia de Occidente [32].

CAPITULO XVIII

Segunda promesa de Dios a Abrahán

Salido que hubo Abrahán de Harrán a los setenta y cinco años de su vida y ciento cuarenta y cinco de su padre, se encaminó con Lot, su sobrino, y su esposa Sarra a la tierra de Canaán, llegando hasta Siquén. Aquí recibió un nuevo oráculo de Dios, referido en estos términos: *Se apareció Dios a Abrahán y le dijo: Yo daré a tu descendencia esta tierra.* En esta promesa no se hace referencia a la descendencia que le constituyó padre de todas las naciones, sino sólo a aquella por la que es padre de una nación, la israelítica. Y ésta es la que poseyó aquella tierra.

CAPITULO XIX

La castidad de Sarra, protegida por Dios en Egipto

Luego, Abrahán levantó allí un altar, invocó a Dios y marchó de allí. Habitó en el desierto, y de aquí se vió obligado por el hambre a pasar a Egipto. Cuando dijo que su mujer era su hermana, no mintió [33], porque en realidad lo era, pues era su prima carnal, como Lot, que estaba en el mismo grado de consanguinidad, fué llamado también hermano suyo. Por tanto, calló que era su esposa, pero no lo negó, encomendando a Dios el velar por su castidad y precaviendo, como hombre, las asechanzas humanas. Si no tomara todas las precauciones posibles contra el peligro, se diría que tentaba a Dios, no que esperaba en él. Sobre esta cuestión ya hemos dicho lo nuestro respondiendo a las calumnias del maniqueo Fausto [34]. Por fin sucedió lo que Abrahán se había prometido del Señor. Fa-

---

meridie per orientem usque ad septentrionem pervenit: Europa vero a septentrione usque ad occidentem; atque inde Africa ab occidente usque ad meridiem. Unde videntur orbem dimidium duae tenere, Europa et Africa, alium vero dimidium sola Asia. Sed ideo illae duae partes factae sunt, quia inter utramque ab Oceano ingreditur quidquid aquarum terras interluit, et hoc mare magnum nobis facit. Quapropter si in duas partes orbem dividas, Orientis et Occidentis, Asia erit in una, in altera vero Europa et Africa. Quamobrem trium regnorum, quae tunc praecellebant, scilicet Sicyoniorum non erat sub Assyriis, quia in Europa sunt: Aegyptiorum autem quomodo eis non subiacebat, a quibus tota Asia tenebatur, solis Indis, ut perhibetur, exceptis? In Assyria igitur praevaluerat dominatus impiae civitatis: huius caput erat illa Babylon, cuius terrigenae civitatis nomen aptissimum est, id est Confusio. Ibi iam Ninus regnabat post mortem patris sui Beli, qui primus illic regnaverat sexaginta quinque annos. Filius vero eius Ninus, qui defuncto patri successit in regnum, quinquaginta duos regnavit annos, et habebat in regno quadraginta tres, quando natus est Abraham, qui erat annus circiter millesimus ducentesimus ante conditam Romam, veluti alteram in Occidente Babyloniam.

CAPUT XVIII

De iterato alloquio Dei ad Abraham, quo ei et semini eius Chanaan terra promittitur

Egressus ergo Abraham de Charra septuagesimo quinto anno aetatis suae, centesimo autem quadragesimo et quinto patris sui, cum Lot filio fratris et Sarra coniuge perrexit in terram Chanaan, et pervenit usque ad Sichem, ubi rursus accepit divinum oraculum, de quo ita scriptum est: *Et apparuit Dominus Abrahae, et dixit illi, Semini tuo dabo terram hanc* [49]. Nihil hic de illo semine promissum est, in quo pater factus est omnium gentium: sed de illo solo, de quo pater est unius Israeliticae gentis; ab hoc enim semine terra illa possessa est.

CAPUT XIX

De Sarrae pudicitia in Aegypto per Deum custodita, quam Abraham non uxorem suam esse dixerat, sed sororem

Deinde aedificato ibi altari, et invocato Deo, Abraham profectus est inde, et habitavit in eremo, atque inde ire in Aegyptum famis necessitate compulsus est. Ubi uxorem suam dixit sororem [50], nihil mentitus. Erat enim et hoc, quia propinqua erat sanguine: sicut etiam Lot eadem propinquitate, cum fratris eius esset filius, frater eius est dictus. Itaque uxorem tacuit, non negavit, coniugis tuendam pudicitiam committens Deo, et humanas insidias cavens ut homo: quoniam si periculum quantum caveri poterat, non caveret, magis tentaret Deum, quam speraret in Deum. De qua re contra calumniantem Faustum Manichaeum satis diximus [51]. Denique factum est quod de Domino praesumpsit Abraham. Nam Pharao

[49] Gen. 12,7.
[50] Gen. 12,7-19.
[51] L.22 c.36.

raón, rey de Egipto, que la había tomado por esposa, hecho una llaga, la devolvió a su marido. Lejos de nosotros pensar que se vió mancillada por coito ajeno, pues que es mucho más creíble que esas enormes llagas no permitieran cometer a Faraón ese crimen.

CAPITULO XX

Separación entre Lot y Abrahán. En ella quedó a salvo la caridad

Una vez que Abrahán volvió de Egipto al lugar de donde había salido, Lot, su sobrino, se alejó de él sin romper las relaciones y se retiró a Sodoma. Las grandes riquezas que habían adquirido y las frecuentes riñas de sus pastores les movieron a tomar esa decisión, para evitar así la pugna y discordia de su servidumbre. Como hombres que eran, esto podía también suscitar entre ellos alguna reyerta. Y Abrahán, previniendo este mal, dirige a Lot estas palabras: *No haya reyerta entre nosotros, ni entre mis pastores y los tuyos, porque somos hermanos. ¿No está toda la tierra a tu vista? Sepárate de mí; si tú vas a la izquierda, yo iré a la derecha, y si tú a la derecha, yo a la izquierda.* Quizá haya tenido origen aquí esa pacífica costumbre entre los hombres de que, al repartirse los terrenos, el mayor divide y el menor escoge.

rex Aegypti, qui eam sibi uxorem acceperat, graviter afflictus marito reddit [52]. Ubi absit ut credamus, alieno concubitu fuisse pollutam: quia multo est credibilius, hoc Pharaonem facere afflictionibus magnis non fuisse permissum.

CAPUT XX

De secessione Lot et Abrahae, quae illis salva charitate complacuit

Reverso igitur Abraham ex Aegypto in locum unde venerat, tunc Lot fratris filius ab illo in terram Sodomorum, salva charitate, discessit. Divites quippe facti erant, pastoresque multos pecorum habere coeperant, quibus inter se rixantibus, eo modo familiarum suarum pugnacem discordiam vitaverunt. Poterat quippe hinc, ut sunt humana, etiam inter ipsos aliqua rixa consurgere. Proinde hoc malum praecaventis Abrahae verba ista sunt ad Lot: *Non sit rixa inter me et te, et inter pastores meos et pastores tuos, quia homines fratres nos sumus: nonne ecce tota terra ante te est? Discede a me: si tu in sinistram, ego in dextram; vel si tu in dextram, ego in sinistram* [53]. Hinc fortassis effecta est inter homines pacifica consuetudo, ut quando terrenorum aliquid partiendum est, maior dividat, minor eligat.

[52] Gen. 12,20
[53] Ibid., 13,8 et 9.

CAPITULO XXI

Tercera promesa de Dios a Abrahán

Después de haberse ya separado Abrahán y Lot, forzados por el mantenimiento de la servidumbre, no por la fealdad de la discordia, y cuando vivían ya cada uno en su puesto: Abrahán, en la tierra de Canaán, y Lot, en Sodoma, el Señor dirigió a Abrahán por tercera vez la palabra: *Mira con tus ojos y extiende tu vista desde aquí al aquilón y al áfrico, al oriente y al mar. Toda esa tierra que ves, yo te le daré a ti y a tu posteridad hasta el siglo, y multiplicaré tu descendencia como la arena de la tierra. Si alguno puede contar la arena de la tierra, ése contará también tu descendencia. Levántate y recorre ese país a lo largo y a lo ancho, porque a ti te lo daré.* No aparece claro si aquí está implicada la otra promesa que le constituye padre de todas las naciones. Puede suponerse que dicen relación a ello estas palabras: *Y multiplicaré tu descendencia como la arena de la tierra,* expresión figurada, que los griegos llaman hipérbole, y que en realidad es metafórica, no propia. Y nadie un poco versado en la Escritura duda que tanto éste como los demás tropos son corrientes en ella. Esta figura retórica, es decir, este modo de expresarse, tiene lugar cuando lo que se dice de una cosa excede en mucho a lo que la cosa es en sí. ¿Quién no ve, por ejemplo, que es incomparablemente mayor el número de arenas que el de hombres que pueden existir

CAPUT XXI

De tertia promissione Dei, qua terram Chanaan Abrahae et semini eius in perpetuum pollicetur

Cum ergo digressi essent, separatimque habitarent Abraham et Lot necessitate sustentandae familiae, non foeditate discordiae, et Abraham in terra Chanaan, Lot autem esset in Sodomis, oraculo tertio Dominus dixit ad Abraham: *Respiciens oculis tuis vide a loco in quo nunc tu es, ad Aquilonem, et Africum, et Orientem, et Mare; quia omnem terram quam tu vides, tibi dabo, et semini tuo usque in saeculum, et faciam semen tuum tanquam arenam terrae. Si potest aliquis dinumerare arenam terrae, et semen tuum dinumerabitur. Surgens perambula terram in longitudinem eius, et in latitudinem, quia tibi dabo eam* [54]. In hac promissione utrum sit etiam illa, qua pater factus est omnium gentium, non evidenter apparet. Potest enim videri ad hoc pertinere, *Et faciam semen tuum tanquam arenam terrae:* quod ea locutione dictum est, quam Graeci vocant hyperbolen: quae utique tropica est, non propria. Quo tamen modo, ut caeteris tropis uti solere Scripturam, nullus qui eam didicit, ambigit. Iste autem tropus, id est modus locutionis, fit quando id quod dicitur, longe est amplius, quam quod eo dicto significatur. Quis enim non videat, quam sit incomparabiliter amplior arenae numerus, quam potest esse omnium

[54] Gen. 13,14-17.

desde Adán hasta el fin del mundo? ¡Cuánto mayor será, por tanto, que la descendencia de Abrahán, no sólo la pertinente a la nación israelítica, sino también la que es y será según la imitación de la fe en el mundo entero y en todos los pueblos! En realidad, este linaje es bien poca cosa en comparación con la multitud de los impíos, aunque esos pocos forman un número innumerable, expresado hiperbólicamente por la arena de la tierra. Verdad es que esta multitud que se promete a Abrahán es *innumerable, no para* Dios, sino para los hombres, pues para Dios no lo es ni la arena de la tierra. Por ende, puesto que es más congruente comparar a la multitud de la arena las dos descendencias de Abrahán, la israelítica y la universal toda, y a ésta se extiende también la promesa, no según la carne, sino según el espíritu de muchos hijos, puede entenderse que la promesa hecha aquí se aplica a ambas realidades [35]. Mas dijimos que no aparece claro por qué la multitud de la única nación que desciende según la carne de Abrahán a través de su nieto Jacob se acreció tanto, que llenó casi todas las partes del mundo. Por eso pudo también ser comparada hiperbólicamente a la multitud de la arena, porque ésta sólo es innúmera para el hombre. Es cierto que nadie duda que se expresó solamente el país llamado Canaán. Pero estas palabras: *Te lo daré a ti y a tu descendencia hasta el siglo*, pueden hacer tilín a algunos si entienden por *hasta el siglo* eternamente. En cambio, si *hasta el siglo* lo entienden aquí, como fielmente sostenemos nosotros, por el principio del siglo futuro y el fin del presente, no les ofrecerá dificultad alguna. Porque, si bien los israelitas fueron expulsados de Jerusalén, con todo, moran en otras ciudades de la

---

hominum ab ipso Adam usque ad terminum saeculi? quanto ergo magis quam semen Abrahae; non solum quod pertinet ad Israeliticam gentem, verum etiam quod est, et futurum est, secundum imitationem fidei, toto orbe terrarum in omnibus gentibus? Quod semen, in comparatione multitudinis impiorum, profecto in paucis est: quamvis et ipsi pauci faciant innumerabilem multitudinem suam, quae significata est secundum hyperbolen per arenam terrae. Sane ista multitudo quae promittitur Abrahae, non Deo est innumerabilis, sed hominibus: Deo autem nec arena terrae. Proinde quia non tantum gens Israelitica, sed universum semen Abrahae, ubi est et promissio, non secundum carnem, sed secundum spiritum plurium filiorum, congruentius arenae multitudini comparatur; potest hic intelligi utriusque rei facta promissio. Sed ideo diximus, quod non evidenter appareat, quia et illius gentis unius multitudo, quae secundum carnem nata est ex Abraham per eius nepotem Iacob, in tantum crevit, ut pene omnes partes orbis impleverit. Et ideo potuit et ipsa secundum hyperbolen arenae multitudini comparari; quia et haec sola innumera est homini. Terram certe illam solam significatam, quae appellata est Chanaan, nemo ambigit. Sed quod dictum est, *Tibi dabo eam, et semini tuo usque in saeculum;* potest movere nonnullos, si *usque in saeculum* intelligant in aeternum. Si autem *in saeculum* hoc loco sic accipiant, quemadmodum fideliter tenemus, initium futuri saeculi a fine praesentis ordiri, nihil eos movebit: quia etsi expulsi sunt Israelitae de Ierosolymis, manent

tierra de Canaán y morarán hasta el fin. Además, cuando esa tierra es habitada por los cristianos, es el linaje de Abrahán el que la habita.

CAPITULO XXII

Victoria de Abrahán sobre los enemigos de Sodoma

Abrahán, después de haber recibido esta promesa, emigró y acampó en otro lugar de la misma región, es decir, bajo la encina de Mambre, que estaba en Hebrón. Después, cuando se libraba la guerra de cinco reyezuelos contra cuatro y, vencidos los sodomitas, quedó prisionero también Lot, Abrahán, acompañado de trescientos dieciocho de los suyos, lo libró de los enemigos que habían atacado a Sodoma. Y venció a favor de los reyes de Sodoma y rehusó los despojos que el rey de Sodoma le ofrecía. Pero entonces Melquisedec, sacerdote del Dios excelso, le bendijo. De Melquisedec se refieren muchas y grandes cosas en la epístola escrita a los Hebreos, que muchos dicen ser del apóstol San Pablo, y algunos lo niegan. En esta ocasión apareció por primera vez el sacrificio que ahora ofrecen los cristianos a Dios en todo el orbe, cumpliéndose aquello que mucho después del suceso se profetizó de Cristo, que aún había de encarnarse: *Tú eres sacerdote para siempre según el*

---

tamen in aliis civitatibus terrae Chanaan, et usque in finem manebunt: et universa terra illa cum a christianis inhabitatur, etiam ipsum semen est Abrahae.

CAPUT XXII

De superatis ab Abraham hostibus Sodomorum, quando et Lot de captivitate eripuit, et a Melchisedech sacerdote benedictus est

Hoc responso promissionis accepto migravit Abraham, et mansit in alio eiusdem terrae loco, id est iuxta quercum Mambre, quae erat Chebron [55]. Deinde ab hostibus qui Sodomis irruerant, cum quinque reges adversus quatuor bellum gererent, et victis Sodomitis etiam Lot captus esset, liberavit eum Abraham, adductis secum in praelium trecentis decem et octo vernaculis suis: et victoriam fecit regibus Sodomorum, nihilque spoliorum auferre voluit, cum rex cui vicerat obtulisset. Sed plane tunc benedictus est a Melchisedech, qui erat sacerdos Dei excelsi [56]: de quo in Epistola quae inscribitur ad Hebraeos, quam plures apostoli Pauli esse dicunt, quidam vero negant, multa et magna conscripta sunt [57]. Ibi quippe primum apparuit sacrificium, quod nunc a Christianis offertur Deo toto orbe terrarum, impleturque illud quod longe post hoc factum per prophetam dicitur ad Christum, qui fuerat adhuc venturus in carne: *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech* [58]. Non scilicet

[55] Gen. 13,18.
[56] Ibid., 14,1-20.
[57] Hebr. 7.
[58] Ps. 109, 4.

orden de Melquisedec. Es decir, no según el orden de Aarón, orden que debía ser abolido por la realidad que prenotaban aquellas sombras.

CAPITULO XXIII

Nueva promesa de Dios a Abrahán. La justificación por la fe

También en esta ocasión habló el Señor a Abrahán en visión. *Dios le prometió su protección y su gracia, y él, solícito* por su posteridad, dijo que un tal Eliecer, criado suyo, había de ser su heredero. Y Dios inmediatamente le prometió un heredero, no un doméstico suyo, sino un auténtico hijo de Abrahán, y que su descendencia sería innumerable, no como la arena de la tierra, sino como las estrellas del cielo. Aquí, a mi parecer, se le prometió la posteridad sublime con la felicidad celestial. Pues por lo que hace al número, ¿qué son las estrellas del cielo en relación con la arena de la tierra, a no ser que alguien diga que esta comparación se asemeja en que las estrellas no pueden contarse tampoco? Porque no debe creerse que sea posible verlas todas, ya que, cuanto con más fijeza mira uno, tantas más ve. De donde se deduce que es razonable pensar que, aun a los más perspicaces, se escapan algunas, sin hablar de los astros, que, según cuentan, salen y se ponen en una parte del mundo muy alejada de nosotros. En fin, a cuantos se

secundum ordinem Aaron: qui ordo fuerat auferendus illucescentibus rebus, quae illis umbris praenotabantur.

CAPUT XXIII

De verbo Domini ad Abraham, quo ei promittitur secundum multitudinem stellarum multiplicanda posteritas; quod credens iustificatus est adhuc in praeputio constitutus

Etiam tunc factum est verbum Domini ad Abraham in visu. Qui cum ei protectionem mercedemque promitteret valde multam; ille de posteritate sollicitus, quemdam Eliezer vernaculum suum futurum sibi haeredem dixit: continuoque illi promissus est haeres, non ille vernaculus, sed qui de ipso Abraham fuerat exiturus: rursusque semen innumerabile, non sicut arena terrae, sed sicut stellae caeli [59]: ubi mihi magis videtur promissa posteritas caelesti felicitate sublimis. Nam quantum ad multitudinem pertinet, quid sunt stellae caeli ad arenam terrae, nisi quis et istam comparationem in tantum esse similem dicat, in quantum etiam stellae dinumerari non valent? quia nec omnes eas videri posse credendum est. Nam quanto quisque acutius intuetur, tanto plures videt: unde et acerrime cernentibus aliquas occultas esse merito existimatur, exceptis eis sideribus quae in alia parte orbis a nobis remotissima oriri et occidere per-

[59] Gen. 15,1-5.

jactan de haber comprendido y consignado el número de estrellas, como Arato [36], Eudoxo [37] o algunos otros, si los hay, a esos tales la autoridad de este libro les desdeña [38]. Y es en este pasaje donde se inserta la sentencia que nos trae al recuerdo el Apóstol para encarecer la gracia de Dios: *Creyó Abrahán, y le fué reputado a justicia.* Con ello intenta que la circuncisión no se gloríe empeñándose en no admitir a los incircuncisos a la fe de Cristo, puesto que, cuando la fe de Abrahán le fué reputada a justicia, aún no había sido circuncidado.

CAPITULO XXIV

Simbolismo del sacrificio ofrecido por Abrahán

1. En la misma visión, hablando Dios con él, le dijo también: *Yo soy el Dios que te saqué de la región de los caldeos para darte esta tierra y ser su heredero.* Y, preguntándole Abrahán cómo conocería que sería su heredero, Dios le respondió: *Escógeme una novilla, una cabra y un carnero, todos ellos de tres años; una tórtola y una paloma. Tomó, pues, todos estos animales, los partió por medio y les puso frente a frente, pero las aves no las dividió. Y,* como está escrito, *las aves bajaban sobre los cuerpos que habían sido divididos y Abram las situó. Hacia el atardecer sorprendió a Abram un pavor y se apoderó*

hibentur. Postremo quicumque universum stellarum numerum comprehendisse et conscripsisse iactantur, sicut Aratus vel Eudoxus, vel si qui alii sunt, eos libri huius contemnit auctoritas. Hic sane illa sententia ponitur, cuius Apostolus meminit propter Dei gratiam commendandam, *Credidit Abraham Deo, et deputatum est illi ad iustitiam* [60]: ne circumcisio gloriaretur, gentesque incircumcisas ad fidem Christi nollet admitti. Hoc enim quando factum est, ut credenti Abrahae deputaretur fides ad iustitiam, nondum fuerat circumcisus.

CAPUT XXIV

De significatione sacrificii, quod Abraham offerre praeceptus est, cum poposcisset ut de his quae crediderat, doceretur

1. In eodem visu cum loqueretur ei Deus, etiam hoc ait ad illum: *Ego Deus qui te eduxi de regione Chaldaeorum, ut dem tibi terram hanc, ut haeres sis eius.* Ubi cum interrogasset Abraham secundum quid sciret, quod haeres eius erit, dixit illi Deus: *Accipe mihi iuvencam trimam, et capram trimam, et arietem trimum, et turturem, et columbam. Accepit autem illi haec omnia, et divisit illa media, et posuit ea contra faciem alterum alteri: aves autem non divisit. Et descenderunt,* sicut scriptum est, *aves supra corpora quae divisa erant, et consedit illis Abram. Circa solis autem occasum pavor irruit super Abram, et ecce timor tenebrosus magnus incidit ei: et dictum est ad Abram, Sciendo scies, quia peregri-*

[60] Gen. 15,6, Rom. 4,3, et Gal. 3,6.

de él un temor grande y tenebroso. Y entonces se le dijo: Sábete que tus descendientes serán peregrinos en tierra ajena, y que los reducirán a esclavitud, y los afligirán por espacio de cuatrocientos años. Mas a la nación a quien servirán, yo la juzgaré. Después de esto saldrán de aquí cargados de riquezas. Entre tanto, tú irás en paz a juntarte con tus padres entrado en una vejez dichosa. Y no volverán acá hasta la cuarta generación, porque al presente los pecados de los amorreos aún no han colmado la medida. Puesto ya el sol, se elevó una llama, y apareció un horno humeando y lámparas de fuego, que atravesaron por entre los animales divididos. Ese día firmó el Señor Dios con Abram una alianza, diciendo: Daré a tu posteridad esta tierra desde el río de Egipto hasta el gran río Eufrates, los ceneos, los ceneceos, y los cedmoneos, y los queteos, y los fereceos, y los rafaítas, y los amorreos, y los cananeos, y los eveos, y los gergeseos, y los jebuseos.

2. Todo eso sucedió y se dijo en visión, pero por inspiración de Dios. Explicar al detalle cada punto de éstos sería largo y excedería la humilde pretensión de la presente obra. Basta saber lo imprescindible. La fe de Abrahán, por la que creyó a Dios, y le fué reputado a justicia, no sufrió menoscabo al decir después de haberle sido prometida la herencia de aquella tierra: *Señor dominador, ¿según qué signos sabré que seré su heredero?* El no dice: ¿Cómo lo sabré?, como si aún no creyera, sino: *¿Según qué signos lo sabré?*, como pidiendo una semejanza de la realidad, con la que pudiera conocer el modo de la misma. A este tenor, no implica desconfianza le actitud de la Virgen María cuando dijo: *¿Cómo será eso, pues yo no conozco varón alguno?* Ella, que estaba cierta de lo que había de suceder, pedía una explicación, el cómo de la obra. Y esa pregunta halló eco: *El Espíritu Santo descenderá sobre ti y la virtud del Altísimo te cubrirá con su sombra.* Aquí también se dió un signo, el de animales, de una novilla, una cabra y un carnero, y de dos aves, una tórtola y una paloma. Y según esa figura conocía ya lo venidero, que no dudaba que sucedería. Quizá esté significado por la novilla el pueblo sometido al yugo de la ley, y por la cabra, ese mismo pueblo, futuro pecador, y por el carnero, ese pueblo que había de reinar. (Y se añade que esos animales son de tres años justamente por las tres épocas notables: desde Adán hasta Noé, desde Noé hasta Abrahán y desde éste hasta David, que, reprobado Saúl, es el primero sentado por voluntad de Dios en el trono de Israel. En esta tercera época, que corre desde Abrahán hasta David, como quien anda en la tercera edad de su vida, llegó aquel pueblo a su mocedad.) Y, aunque no significan eso, sino otra cosa más apta, yo no dudo lo más mínimo que los espirituales están prefigurados por la tórtola y la paloma. Y ésta es la razón de aquella cláusula: *Y las aves no las dividió*, porque los carnales se dividen entre sí, y los espirituales, no, bien se aparten de las conversaciones negociosas de los hombres, como la tórtola, bien vivan entre ellas, como la paloma. Estas dos aves son simples e inofensivas, y con ello daba a entender que en el pueblo israelita, futuro posesor de aquella tierra, los hombres serían hijos de la promesa y herederos de un reino permanente con una felicidad eterna. Las aves que descendían sobre los cuerpos divididos no

num erit semen tuum in terra non propria, et in servitutem redigent eos, et affligent eos quadringentis annis; gentem autem cui servierint, iudicabo ego. Post haec vero exibunt huc cum suppellectili multa. Tu autem ibis ad patres tuos cum pace nutritus in senecta bona. Quarta vero generatione convertent se huc. Nondum enim impleta sunt peccata Amorrhaeorum usque adhuc. Cum autem iam sol erat ad occasum, facta est flamma, et ecce fornax fumabunda, et lampades ignis, quae pertransierunt per media divisa illa. In die illa disposuit Dominus Deus testamentum ad Abram, dicens: Semini tuo dabo terram hanc, a flumine Aegypti usque ad flumen magnum Euphratem, Cenaeos, et Cenezaeos, et Cedmonaeos, et Chetaeos, et Pheresaeos, et Raphaim, et Amorrhaeos, et Chananaeos, et Evaeos, et Gergesaeos, et Iebusaeos.

2. Haec omnia in visu facta divinitus atque dicta sunt, de quibus singulis enucleate disserere longum est, et intentionem operis huius excedit. Quod ergo satis est, nosse debemus: posteaquam dictum est, credidisse Abraham Deo, et deputatum esse illi ad iustitiam, non eum in fide defecisse, ut diceret, *Dominator Domine, secundum quid sciam quia haeres eius ero?* [61] terrae quippe illius promissa erat haereditas. Non enim ait, Unde sciam, quasi adhuc non crederet: sed ait, *Secundum quid sciam,* ut ei rei quam crediderat, aliqua similitudo adhiberetur, qua eius modus agnosceretur. Sicut non est virginis Mariae diffidentia, quod ait, *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Quod enim futurum esse certa erat, modum quo fieret inquirebat. Et hoc cum quaesisset, audivit, *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi* [62]. Denique et hic similitudo data est de animalibus, iuvenca, capra et ariete, et duabus volucribus, *turture et columba*: ut secundum haec futurum sciret, quod futurum esse iam non ambigeret. Sive ergo per iuvencam significata sit plebs posita sub iugo legis, per capram eadem plebs peccatrix futura, per arietem eadem plebs etiam regnatura (quae animalia propterea trima dicuntur, quia cum sint insignes articuli temporum ab Adam usque ad Noe, et inde usque ad Abraham, et inde usque ad David, qui reprobato Saule primus in regno gentis Israeliticae est Domini voluntate fundatus; in hoc ordine tertio, qui tenditur ex Abraham usque ad David, tanquam tertiam aetatem gerens ille populus adolevit); sive aliquid aliud convenientius ista significent; nullo tamen modo dubitaverim, spirituales in ea praefiguratos additamento turturis et columbae. Et ideo dictum est, *Aves autem non divisit:* quoniam carnales inter se dividuntur, spirituales autem nullo modo; sive a negotiosis conversationibus hominum se removeant, sicut turtur; sive inter illas degant, sicut columba: utraque tamen avis est simplex et innoxia; significans et in ipso Israelitico populo, cui terra illa danda erat, futuros individuos filios promissionis et haeredes regni in aeterna felicitate mansuri. Aves autem descendentes super corpora quae divisa erant, non boni aliquid, sed spiritus indicant aeris huius,

[61] Gen. 15,7-21.

[62] Lc. 1,34-35.

indican nada bueno; son sencillamente los espíritus del aire, que buscan, como propio pasto, la división de los carnales. Abrahán las posó, y esto significa que los fieles auténticos han de perseverar hasta el fin entre las guerrillas de los carnales. El pavor y el temor grande y tenebroso que se apoderó de Abrahán hacia la puesta del sol significa que al fin del mundo sufrirán los fieles grandes quebrantos y tribulaciones. De éstas dijo el Señor en su Evangelio: *Entonces habrá una terrible tribulación cual no la ha habido desde el principio.*

3. Estas palabras dichas a Abrahán: *Sábete que tus descendientes serán peregrinos en tierra ajena, y los reducirán a esclavitud, y los afligirán por espacio de cuatrocientos años,* son una profecía manifiesta del pueblo de Israel, que había de ser esclavo en Egipto. Esto no quiere decir que aquel pueblo había de vivir cuatrocientos años en la esclavitud de los egipcios, sino que tales sucesos tendrían realización en esos cuatrocientos años. Y así como de Taré, padre de Abrahán, se dijo: *Y Taré vivió en Harrán doscientos cinco años,* no porque los pasó todos allí, sino porque los cumplió allí, así aquí se interpuso: *Y los reducirán a esclavitud, y los afligirán por espacio de cuatrocientos años,* porque se completó el número dicho en la aflicción, no porque pasó todo allí. Y dice *cuatrocientos años* para dar números redondos, aunque hayan sido algunos más, bien se compute desde el tiempo en que se hicieron estas promesas a Abrahán, bien desde que nació Isaac por causa de la posteridad de Abrahán, de la que se predicen estas cosas. Se cuentan, pues, como hemos ya apuntado arriba, a partir del año

---

pastum quemdam suum de carnalium divisione quaerentes. Quod autem illis consedit Abraham, significat etiam inter illas carnalium divisiones veros usque in finem perseveraturos fideles. Et circa solis occasum quod pavor irruit in Abraham, et timor tenebrosus magnus, significat circa huius saeculi finem magnam perturbationem ac tribulationem futuram fidelium: de qua Dominus dixit in Evangelio, *Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio* [63].

3. Quod vero dictum est ad Abraham, *Sciendo scies quia peregrinum erit semen tuum in terra non propria, et in servitutem redigent eos, et affligent eos quadringentis annis;* de populo Israel, qui fuerat in Aegypto serviturus, apertissime prophetatum est. Non quod in eadem servitute sub Aegyptiis affligentibus quadringentos annos ille populus fuerat peracturus; sed in ipsis quadringentis annis praenuntiatum est hoc futurum. Quemadmodum enim scriptum est de Thara patre Abrahae, *Et fuerunt dies Tharae in Charra quinque et ducenti anni* [64]; non quia ibi omnes acti sunt, sed quia ibi completi sunt: ita et hic propterea interpositum est, *Et in servitutem redigent eos, et affligent eos quadringentis annis;* quoniam iste numerus in eadem afflictione completus est, non quia ibi universus peractus est. Quadringenti sane dicuntur anni propter numeri plenitudinem, quamvis aliquanto amplius sint; sive ex hoc tempore computentur, quo ista promittebantur Abrahae, sive ex quo natus est Isaac, propter semen

[63] Mt. 24,21.
[64] Gen. 11,32.

setenta y cinco de Abrahán, es decir, desde la primera promesa hasta la salida de Israel de Egipto, cuatrocientos treinta años. El Apóstol los recuerda en estos términos: *Lo que quiero decir es que, habiendo hecho Dios una alianza en forma, la ley dada cuatrocientos treinta años después no empece ni invalida la promesa.* Estos cuatrocientos treinta años se han podido reducir, en números redondos, a cuatrocientos, pues que no son muchos más. Y si a eso añadimos que habían pasado ya algunos años cuando se mostraron y dijeron a Abrahán esos sucesos, mejor todavía. El mismo cómputo del número redonde cuatrocientos quiso Dios usarlo en el nacimiento de Isaac, que tuvo lugar siendo centenario su padre, es decir, a los veinticinco años de la primera promesa, pues éstos, restados a los cuatrocientos treinta años, dan cuatrocientos cinco. Esto y lo siguiente de la profecía divina, nadie duda que alude al pueblo israelítico [39].

4. Estas palabras: *Puesto ya el sol, se elevó una llama, y apareció un horno humeando y lámparas de fuego, que atravesaron por entre los animales divididos,* significan que, al fin del mundo, los carnales serán juzgados por el fuego. Como la persecución de la Ciudad de Dios, nunca antes vista, que se espera como futura, está denotada en el tenebroso temor de Abrahán que se apoderó de él hacia la puesta del sol, o sea, al fin del mundo, así este fuego, que aparecerá a la puesta del sol, o sea, al fin del mundo, simboliza el día del juicio, que separará los hombres carnales, que se salvarán por el fuego, de los que se condenarán en el fuego. En fin, el pacto hecho con Abrahán de-

---

Abrahae, de quo ista praedicuntur. Computantur enim, sicut superius iam diximus, ab anno septuagesimo et quinto Abrahae, quando ad eum facta est prima promissio, usque ad exitum Israel ex Aegypto, quadringenti et triginta anni: quorum Apostolus ita meminit: *Hoc autem dico,* inquit, *testamentum confirmatum a Deo, quae post quadringentos et triginta annos facta est lex, non infirmat ad evacuandam promissionem* [65]. Iam ergo isti quadringenti et triginta anni, quadringenti poterant nuncupari, quia non sunt multo amplius: quanto magis cum aliquot iam ex isto numero praeteriissent, quando illa in visu demonstrata et dicta sunt Abrahae; vel quando Isaac natus est centenario patri suo, a prima promissione post viginti et quinque annos, cum iam ex istis quadringentis triginta quadringenti et quinque remanerent, quos Deus quadringentos voluit nominare, et caetera quae sequuntur in verbis praenuntiantis Dei, nullus dubitaverit ad Israeliticum populum pertinere.

4. Quod vero adiungitur, *Cum autem iam sol erat ad occasum, flamma facta est, et ecce fornax fumabunda, et lampades ignis, quae pertransierunt per media divisa illa;* significat iam in fine saeculi per ignem iudicandos esse carnales. Sicut enim afflictio civitatis Dei, qualis antea numquam fuit, quae sub Antichristo futura speratur, significatur tenebroso timore Abrahae circa solis occasum, id est, propinquante iam fine saeculi: sic ad solis occasum, id est, ad ipsum iam finem, significatur isto igne dies iudicii dirimens carnales per ignem salvandos, et in igne damnandos. Deinde testamentum factum ad Abraham, terram Chanaan proprie mani-

[65] Gal. 3,17.

clara propiamente la tierra de Canaán, y en ella nombra once naciones desde el río de Egipto hasta el gran Eufrates. Y nótese que no se dice desde el gran río de Egipto, que sería el Nilo, sino desde el río, que será el pequeño, que separa a Egipto y Palestina, sobre cuya margen está Rinocorura [40].

CAPITULO XXV

Agar, esclava de Sarra y concubina de Abrahán

Situados aquí, ya desfilan ante nosotros los hijos de Abrahán, uno de Agar, la esclava, y otro de Sarra, la libre. De ellos ya hemos hablado en el libro anterior [41]. Por lo que hace a las relaciones de Abrahán con esa concubina, creo que no se debe imputar a Abrahán tal crimen [42]. Usó de ella con miras a tener hijos, no a satisfacer su libido, y no agraviando a su esposa, sino más bien secundando su propósito. Ella creyó consolar su esterilidad apropiándose la fecundidad de su esclava por voluntad, ya que no podía por naturaleza; usando, para obtener de otra lo que no podía de sí misma, del derecho de que habla el Apóstol: *Y, asimismo, el marido no es dueño de su cuerpo, sino que lo es la mujer.* No se da aquí ni deseo lascivo ni torpeza injusta. La mujer entrega al marido la esclava con miras a la procreación, y el marido la acepta con esa intención; ambos pretenden no la lujuria del pecado, sino el fruto

festat, et nominat in ea undecim gentes a flumine Aegypti usque ad flumen magnum Euphratem. Non ergo a flumine magno Aegypti, hoc est Nilo; sed a parvo, quod dividit inter Aegyptum et Palaestinam, ubi est civitas Rhinocorura.

CAPUT XXV

De Agar ancilla Sarrae, quam eadem Sarra Abrahae voluit esse concubinam

Iam hinc tempora consequuntur filiorum Abrahae, unius de Agar ancilla, alterius de Sarra libera, de quibus in libro superiore iam diximus [66]. Quod autem attinet ad rem gestam, nullo modo est inurendum de hac concubina crimen Abrahae. Usus est ea quippe ad generandam prolem, non ad explendam libidinem; nec insultans, sed potius obediens coniugi, quae suae sterilitatis credidit esse solatium, si fecundum ancillae uterum, quoniam natura non poterat, voluntate faceret suum, et eo iure quo dicit Apostolus, *Similiter et vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier* [67], uteretur mulier ad pariendum ex altera, quod non poterat ex se ipsa. Nulla est hic cupido lasciviae, nulla nequitiae turpitudo. Ab uxore causa prolis ancilla marito traditur, a marito causa prolis accipitur: ab utroque non culpae luxus, sed naturae fructus exquiritur. Denique cum ancilla gravida, domina sterili, superbiret, et hoc Sarra suspicione

[66] C.5.
[67] 1 Cor. 7,4.

de la naturaleza. Así, cuando la esclava, ya encinta, se engalló [43], menospreciando la esterilidad del ama, Sarra, suspicaz como mujer que era, imputó eso a su esposo, y Abrahán aún en esta ocasión demostró que no era esclavo del amor, sino el engendrador libre, y que había guardado en Agar la fidelidad que debía a su esposa Sarra. Además probó que cumplió no con su placer, sino con la voluntad de Sarra, y que aceptó a la esclava, pero que no la pidió; que se acercó a ella y no quedó prendido; que la fecundó y no la amó. Dice él: *Ahí tienes la esclava a tu disposición; haz de ella lo que te plazca.* ¡Oh hombre admirable, que usaba de las mujeres como debe usar un hombre: de la propia, moderadamente; de la esclava, obedientemente, y de ninguna intemperadamente! [44].

CAPITULO XXVI

Dios promete a Abrahán un hijo de su esposa estéril, Sarra

1. Tras este suceso nació de Agar Ismael. En él pudiera creerse que tenía cumplimiento la promesa que Dios le había hecho con estas palabras al ver su intención de constituir heredero a su doméstico: *No será ése tu heredero, sino otro que saldrá de ti.* Y, para que no se imaginara que estaba ya cumplida la promesa en el hijo de la esclava, *a la edad de noventa y nueve años se le apareció el Señor y le dijo: Yo soy tu Dios; trabaja por agradarme y vive irreprochablemente, y yo confirmaré el*

muliebri viro potius imputaret, etiam ibi demonstravit Abraham non se amatorem servum, sed liberum fuisse genitorem, et in Agar Sarrae coniugi pudicitiam custodisse; nec voluptatem suam, sed voluntatem illius implevisse: accepisse, nec petiisse; accessisse, nec haesisse: seminasse, nec amasse. Ait enim: *Ecce ancilla tua in manibus tuis, utere ea quomodo tibi placuerit* [68]. O virum viriliter utentem feminis, coniuge temperanter, ancilla obtemperanter, nulla intemperanter!

CAPUT XXVI

De testificatione Dei ad Abraham, qua eidem seni de sterili Sarra filium spondet, patremque eum gentium statuit, et promissi fidem sacramento circumcisionis obsignat

1. Post haec est natus Ismael ex Agar, in quo putare posset impletum, quod ei promissum fuerat, cum sibi vernaculum suum adoptare voluisset, dicente Deo, *Non erit haeres tuus hic; sed qui exiet de te, ille erit haeres tuus* [69]. Hoc ergo promissum ne in ancillae filio putaret impletum, iam *cum esset annorum nonaginta et novem, apparuit ei Dominus, et dixit illi: Ego sum Deus, place in conspectu meo, et esto sine querela, et ponam testamentum meum inter me et inter te, et implebo te valde.*

[68] Gen. 16,6.
[69] Gen. 15,4.

pacto entre yo y tú y te colmaré de toda clase de bienes. Y Abram se postró hasta el suelo, y el Señor le habló en estos términos: Yo soy, y he aquí mi alianza contigo: vendrás a ser padre de muchas naciones. De hoy en adelante, tu nombre será no Abram, sino Abrahán, porque te tengo destinado para padre de muchas naciones. Yo te acreceré en demasía y te constituiré cabeza de muchos pueblos y de ti descenderán reyes. Pondré mi alianza entre los dos, y después de ti, en tus generaciones; entre tu posteridad y yo pondré un pacto eterno, por el que yo seré tu Dios y Dios de tu posteridad. Te daré a ti y a tus descendientes la tierra en que estás ahora como peregrino, toda la tierra de Canaán en posesión perpetua, y seré Dios para ellos. Y Dios añadió a Abrahán: Tú cumplirás también mi alianza, y tras ti, tu posteridad en sus generaciones. Este es el pacto que has de observar entre mí y vosotros y entre tu descendencia: Todo varón será circuncidado, y entre vosotros circuncidaréis la carne de vuestro prepucio; y ésta será la señal del pacto contraído entre mí y vosotros: Será circuncidado a los ocho días todo niño varón que nazca entre vosotros. Será circuncidado también el esclavo, tanto el de la propia estirpe como el nacido de extranjera, es decir, que sea circuncidado tanto el doméstico como el comprado. Y mi pacto quedará en vuestra carne como marca de la alianza eterna. El que no fuere circuncidado, cualquier varón cuyo prepucio no haya sido circuncidado el día octavo, será borrado de su raza, porque violó mi alianza. Y dijo Dios a Abrahán: Sara, tu mujer, no se llamará ya Sara, sino que su nombre será Sarra. Yo la bendeciré, y te daré de ella un hijo. Y lo bendeciré y será origen de naciones

Et procidit Abram in faciem suam. Et locutus est illi Deus, dicens: Et ego, ecce testamentum meum tecum; et eris pater multitudinis gentium: et non appellabitur adhuc nomen tuum Abram, sed erit nomen tuum Abraham; quia patrem multarum gentium posui te: et augebo te valde, et ponam te in gentes, et reges ex te exibunt: statuam testamentum meum inter me et inter te, et inter semen tuum post te in generationes eorum in testamentum aeternum, ut sim tibi Deus, et semini tuo post te. Et dabo tibi et semini tuo post te terram, in qua incola es, omnem terram Chanaan in possessionem aeternam, et ero illis Deus. Et dixit Deus ad Abraham: Tu autem testamentum meum conservabis, tu et semen tuum post te in progenies suas. Et hoc est testamentum quod conservabis inter me et vos, et inter semen tuum post te in generationes suas. Circumcidetur vestrum omne masculinum, et circumcidemini carnem praeputii vestri: et erit in signum testamenti inter me et vos. Et puer octo dierum circumcidetur, vestrum omne masculinum in progenies vestras. Vernaculus et emptitius ab omni filio alienigena, qui non est de semine tuo, circumcisione circumcidetur: vernaculus domus tuae et emptitius. Et erit testamentum meum in carne vestra in testamentum aeternum. Et qui non fuerit circumcisus, masculus qui non circumcidetur carnem praeputii sui octavo die, interibit anima illa de genere eius; quia testamentum meum dissipavit. Et dixit Deus ad Abraham: Sara uxor tua, non appellabitur nomen eius Sara, sed Sarra erit nomen eius. Benedicam autem illam, et dabo tibi ex ea

y de él descenderán reyes de varios pueblos. Abrahán se prosternó y sonrió, diciendo en su corazón estas palabras: ¡Mira que si a un viejo como yo de cien años le va a nacer un hijo, y una mujer de noventa como Sarra va a dar a luz! Y dijo Abrahán a Dios: ¡Viva Ismael en tu presencia! Y Dios le contestó: Sí, sí, y he aquí que Sarra, tu esposa, te ha de parir un hijo, y le pondrás por nombre Isaac, y con él formaré mi pacto en alianza eterna. Y yo seré su Dios y el Dios de su descendencia. También he oído tu petición en favor de Ismael. Lo he bendecido, y le daré una descendencia grande y numerosa. Será padre de doce naciones y le haré jefe de una nación grande. Pero mi pacto lo estableceré con Isaac, que Sarra te parirá por este tiempo el año próximo.

2. En este pasaje, las promesas sobre la vocación de los gentiles se hacen luz en Isaac, es decir, en el hijo de la promesa, figura de la gracia, no de la naturaleza, porque se prometió a un viejo centenario y a una anciana estéril. Si bien es verdad que Dios concurre también al desarrollo natural de la procreación, con todo, cuando, viciada e imposibilitada la naturaleza, se manifiesta el poder de Dios, entonces aparece su gracia con más claridad. Y como esto se debería, no a la generación, sino a la regeneración, por eso se mandó la circuncisión cuando se prometió un hijo a Sarra. El mandar circuncidar a todos, no solamente a los hijos, sino también a los esclavos, domésticos y empticios, prueba que la gracia es para todos. ¿Qué significa la circuncisión sino la naturaleza renovada y despojada de su vejez? [45] ¿Y qué figura el día octavo sino a Cristo, que

filium: et benedicam illum; et erit in nationes, et reges gentium ex eo erunt. Et procidit Abraham super faciem suam; et risit, et dixit in animo suo, dicens: Si mihi centum annos habenti nascetur filius, et si Sarra annorum nonaginta pariet? Dixit autem Abraham ad Deum: Ismael hic vivat in conspectu tuo. Dixit autem Deus ad Abraham: Ita, ecce Sarra uxor tua pariet tibi filium, et vocabis nomen eius Isaac: et statuam testamentum meum ad illum in testamentum aeternum, esse illi Deus, et semini eius post illum. De Ismael autem ecce exaudivi te: ecce benedixi eum, et ampliabo illum, et multiplicabo illum valde. Duodecim gentes generabit: et dabo illum in gentem magnam. Testamentum autem meum statuam ad Isaac, quem pariet tibi Sarra in tempore hoc ad annum sequentem [70].

2. Hic apertiora promissa sunt de vocatione Gentium in Isaac, id est, in filio promissionis, quo significatur gratia, non natura: quia de sene et anu sterili promittitur filius. Quamvis enim et naturalem procreationis excursum Deus operetur: ubi tamen evidens opus Dei est, vitiata et cessante natura, ibi evidentius intelligitur gratia. Et quia hoc non per generationem, sed per regenerationem futurum erat, ideo nunc imperata est circumcisio, quando de Sarra promissus est filius. Et quod omnes, non solum filios, verum etiam servos vernaculos et emptitios circumcidi iubet, ad omnes istam gratiam pertinere testatur. Quid enim aliud circumcisio significat, quam vetustate exuta naturam renovatam? et quid aliud quam

[70] Gen. 17,1-21.

resucitó al fin de la semana, es decir, después del sábado? [46]. Se cambian los nombres de los padres. Todo respira novedad, y el Viejo Testamento hace presente al Nuevo. ¿Qué es el Viejo Testamento sino la ocultación del Nuevo, y qué el Nuevo sino la manifestación del Viejo? La sonrisa de Abrahán es salto de agradecimiento, no de desconfianza. Y aquellas palabras interiores: *¡Mira que si a un viejo como yo de cien años le va a nacer un hijo, y una mujer de noventa como Sarra va a dar a luz!*, no son dubitativas, sino admirativas. Y si alguien siente dudas sobre cómo se han cumplido o han de cumplirse estas palabras: *Y te daré a ti y a tus descendientes la tierra en que estás ahora como peregrino, toda la tierra de Canaán en posesión eterna*, basado en que ninguna posesión terrena puede ser eterna para una nación, recuerde que suele traducirse por eterno el término griego αἰώνιον, que deriva de siglo, pues αἰών en griego se llama al siglo. Mas los latinos no se han atrevido a traducirlo por *secular* por temor a tergiversar su sentido por completo. Y es claro, porque seculares decimos a muchas cosas que suceden en este siglo aunque pasen en breve tiempo; en cambio, αἰώνιον denota, o una duración sin fin, o algo que se extiende hasta el fin del mundo.

Christum octavus dies, qui hebdomada completa, hoc est post sabbatum, resurrexit? Parentum mutantur et nomina, omnia resonant novitatem, et in Testamento vetere obumbratur novum. Quid est enim quod dicitur Testamentum vetus, nisi occultatio novi? et quid est aliud quod dicitur novum, nisi veteris revelatio? Risus Abrahae, exsultatio est gratulantis, non irrisio diffidentis. Verba quoque eius illa in animo suo, *Si mihi centum annos habenti nascetur filius, et si Sarra annorum nonaginta pariet?* non sunt dubitantis, sed admirantis. Si quem vero movet quod dictum est, *Et dabo tibi et semini tuo post te terram, in qua tu incola es, omnem terram Chanaan in possessionem aeternam;* quomodo accipiatur impletum, sive adhuc exspectetur implendum, cum possessio quaecumque terrena aeterna cuilibet genti esse non possit: sciat aeternum a nostris interpretari, quod Graeci appellant αἰώνιον quod a saeculo derivatum est: αἰών quippe graece saeculum nuncupatur. Sed non sunt ausi Latini hoc dicere saeculare, ne longe in aliud mitterent sensum. Saecularia quippe dicuntur multa, quae in hoc saeculo sic aguntur, ut brevi etiam tempore transeant: αἰώνιον autem quod dicitur, aut non habet finem, aut usque in huius saeculi tenditur finem.

CAPITULO XXVII

La circuncisión y sus efectos

Se puede, asimismo, preguntar cómo deben interpretarse estas palabras: *Cualquier varón cuyo prepucio no haya sido circuncidado el día octavo, será borrado de su raza, porque violó mi alianza.* La verdad es que los niños, cuyas almas perecerán según el texto, no tienen culpa alguna, ya que ellos no quebrantaron la alianza de Dios, sino sus mayores, que no cuidaron de circuncidarlos. Mas decimos que también los niños han violado el pacto de Dios en la persona de aquel en quien todos pecamos, no a tenor de la vida propia, sino a tenor del origen común del linaje humano. Además del Viejo y del Nuevo Testamento, que cualquiera puede conocer leyendo, hay muchos otros testamentos o alianzas de Dios. El primer pacto hecho con el hombre es indudablemente éste: *El día en que comiereis, moriréis de muerte.* Por eso, en el libro intitulado Eclesiástico está escrito: *Toda carne ha de deteriorarse como un vestido. El testamento, desde principio del siglo: Moriréis de muerte.* Si, pues, la ley más manifiesta se dió después, y el Apóstol dice que *donde no hay ley, no hay prevaricación,* ¿cómo se salva la verdad de lo que se lee en un salmo: *He tenido por prevaricadores a todos los pecadores de la tierra,* sino

CAPUT XXVII

De masculo, qui si octavo die non fuerit circumcisus, perit anima eius, quia testamentum Dei dissipavit

Item potest movere, quomodo intelligi oporteat quod hic dictum est, *Masculus qui non circumcidetur carnem praeputii sui octavo die, interibit anima illa de genere eius, quia testamentum meum dissipavit:* cum haec nulla culpa sit parvuli, cuius dixit animam perituram; nec ipse dissipaverit testamentum Dei, sed maiores qui eum circumcidere non curarunt: nisi quia etiam parvuli, non secundum suae vitae proprietatem, sed secundum communem generis humani originem, omnes in illo uno testamentum Dei dissipaverunt, in quo omnes peccaverunt [71]. Multa quippe appellantur testamenta Dei, exceptis illis duobus magnis, vetere et novo, quod licet cuique legendo cognoscere. Testamentum autem primum, quod factum est ad hominem primum, profecto illud est: *Qua die ederitis, morte moriemini* [72]. Unde scriptum est in libro, qui Ecclesiasticus appellatur, *Omnis caro sicut vestis veterascit. Testamentum enim a saeculo, Morte morieris* [73]. Cum enim lex evidentior postea data sit, et dicat Apostolus, *Ubi autem non est lex, nec praevaricatio* [74]: quo pacto quod legitur in Psalmo verum est, *Praevaricatores aestimavi omnes peccatores terrae* [75]; nisi quia

[71] Rom. 5,12.
[72] Gen. 2,17.
[73] Eccli. 14,18, sec. LXX
[74] Rom. 4,15.
[75] Ps. 118,119.

diciendo que todos los que están ligados con algún pecado son reos de prevaricación de alguna ley? Por lo tanto, si los niños, y la fe auténtica así lo enseña, nacen pecadores no propiamente, sino originalmente—de aquí que admitamos la necesidad de la gracia remisiva de los pecados—, sin duda por el mero hecho de ser pecadores son también prevaricadores de la ley dada en el paraíso. Así, son verdaderas estas dos proposiciones: *He tenido por prevaricadores a todos los pecadores de la tierra*, y: *Donde no hay ley, no hay prevaricación*. En consecuencia, como la circuncisión fué un signo de la regeneración, la generación perderá en justicia a los niños por el pecado original, que violó la primer alianza de Dios, si la regeneración no los libra. Esas palabras deben entenderse como si se dijera: Quien no haya sido regenerado, perecerá, porque quebrantó el pacto de Dios cuando pecó en Adán con todos los demás hombres. Si hubiera dicho: Porque quebrantó esta mi alianza, nos obligaría a restringirlo a la circuncisión. Mas, como no expresó qué alianza ha violado el niño, estamos en libertad para entender aquí la alianza de cuya violación puede ser solidario el niño. Y si alguno se empeña en decir que se refiere a la circuncisión, porque, al no ser circuncidado, violó el pacto de Dios, busque un modo razonable, no absurdo, de decir que uno violó el pacto no violado por él, sino violado en él. Aun en este caso hay que hacer notar que el alma del niño incircunciso no perece injustamente por la negligencia habida en él, sino por la tara del pecado original.

omnes legis alicuius praevaricatae sunt rei, qui aliquo peccato tenentur obstricti? Quamobrem si etiam parvuli, quod vera fides habet, nascuntur non proprie, sed originaliter peccatores, unde illis gratiam remissionis peccatorum necessariam confitemur; profecto eo modo quo sunt peccatores, etiam praevaricatores legis illius, quae in paradiso data est, agnoscuntur; ut verum sit utrumque, quod scriptum est, et, *Praevaricatores aestimavi omnes peccatores terrae*; et, *Ubi lex non est; nec praevaricatio*. Ac per hoc, quia circumcisio signum regenerationis fuit, et non immerito parvulum propter originale peccatum, quo primum Dei dissipatum est testamentum, generatio disperdet, nisi regeneratio liberet: sic intelligenda sunt haec divina verba, tanquam dictum sit, Qui non fuerit regeneratus, interibit anima illa de populo eius, quia testamentum Dei dissipavit, quando in Adam cum omnibus etiam ipse peccavit. Si enim dixisset, Quia hoc testamentum meum dissipavit; nonnisi de ista circumcisione intelligi cogeret: nunc vero, quoniam non expressit cuiusmodi testamentum parvulus dissipaverit, liberum est intelligere de illo testamento dictum, cuius dissipatio pertinere possit ad parvulum. Si autem quisquam hoc nonnisi de ista circumcisione dictum esse contendit, quod in ea testamentum Dei, quoniam non est circumcisus, dissipaverit parvulus: quaerat locutionis aliquem modum, quo non absurde possit intelligi, ideo dissipasse testamentum, quia licet non ab illo, tamen in illo est dissipatum. Verum sic quoque animadvertendum est, nulla in se negligentia sua iniuste interire incircumcisi animam parvuli, nisi originalis obligatione peccati.

CAPITULO XXVIII

El cambio de nombres en Abrahán y en Sarra

Una promesa grande y espléndida fué hecha a Abrahán en estos términos tan claros: *Te tengo destinado para padre de muchas naciones. Yo te acreceré en demasía, y te constituiré cabeza de muchos pueblos, y de ti descenderán reyes. Y te daré de Sarra un hijo, y lo bendeciré y será origen de naciones, y descenderán de él varios pueblos*. Esta promesa la vemos cumplida ahora en Cristo. Desde este momento, la Escritura no llama ya a esos dos esposos como antes, Abram y Sara, sino como los he venido llamando desde el principio de esta obra, siguiendo la usanza corriente, Abrahán y Sarra. Y se da la razón del cambio del nombre en Abrahán en estas palabras: *Porque yo te tengo destinado para padre de muchas naciones*. Este es, pues, el significado de Abrahán, y Abram, su nombre antiguo, se traduce por *Padre sublime*. Del cambio del nombre en Sarra no se da el motivo, pero los intérpretes de los nombres hebreos contenidos en las sagradas Letras dicen que Sara significa *mi Princesa*, y Sarra, *Virtud*. Por eso en la Epístola a los Hebreos se escribe: *Por la fe, Sarra misma recibió la virtud de concebir*. Ambos eran ya viejos, como atestigua la Escritura, pero a ella se añadía la esterilidad, y además padecía menopausia, lo cual le hacía ya imposible la concepción aun-

CAPUT XXVIII

De commutatione nominum Abrahae et Sarrae, qui cum ob unius sterilitatem, ob utriusque autem senectutem generare non possent, munus fecunditatis indepti sunt

Facta igitur promissione tam magna tamque dilucida ad Abraham, cui evidentissime dictum est, *Patrem multarum gentium posui te; et augebo te valde, et ponam te in gentes, et reges exibunt ex te: et dabo tibi ex Sarra filium; et benedicam illum, et erit in nationes, et reges gentium ex eo erunt:* quam promissionem nunc in Christo cernimus reddi: ex illo deinceps illi coniuges non vocantur in Scripturis, sicut antea vocabantur, Abram et Sara; sed sicut nos eos ab initio vocavimus, quoniam sic iam vocantur ab omnibus, Abraham et Sarra. Cur autem mutatum sit nomen Abrahae, reddita est ratio: *Quia patrem*, inquit, *multarum gentium posui te*. Hoc ergo significare intelligendum est Abraham: Abram vero, quod ante vocabatur, interpretatur Pater excelsus. De nomine autem mutato Sarrae non est reddita ratio: sed, sicut aiunt, qui scripserunt interpretationes nominum hebraeorum, quae his sacris Litteris continentur, Sara interpretatur Princeps mea; Sarra autem Virtus. Unde scriptum est in Epistola ad Hebraeos: *Fide et ipsa Sarra virtutem accepit ad emissionem seminis* [76]. Ambo autem seniores erant, sicut Scriptura testatur: sed illa

[76] Hebr. 11,11.

que no fuera estéril. Una mujer de edad avanzada, si aún goza del flujo menstrual, puede tener hijos de un joven, pero no puede de un viejo, aunque el viejo pueda engendrar de una jovenzuela como pudo engendrar Abrahán de Cetura después de la muerte de Sarra, porque la halló en la flor de la vida. Esto es lo que el Apóstol encarece como maravilloso, y a este fin dice que Abrahán tenía ya el cuerpo amortiguado, porque en aquella edad era impotente para engendrar de cualquier mujer que aún tuviera un poco de vida para ese efecto. Debemos, pues, entender que su cuerpo estaba muerto para algo, no para todo, ya que, si lo estuviera para todo, no sería ya vejez de un vivo, sino un cadáver de un muerto. Tal vez pueda solucionarse también esta cuestión diciendo que Abrahán engendró más tarde de Cetura, porque ese don que recibió de Dios perduró en él aún después de la muerte de su mujer. Pero me parece más viable la primera solución dada, puesto que es verdad que un viejo centenario no puede engendrar de mujer alguna; pero lo es ahora, no entonces, cuando su vida era tan larga, que los cien años no pesaban en el hombre, haciéndole viejo decrépito.

---

etiam sterilis, et cruore menstruo iam destituta; propter quod iam parere non posset, etiamsi sterilis non fuisset. Porro si femina ita sit provectioris aetatis, ut ei solita mulierum adhuc fluant, de iuvene parere potest, de seniore non potest: quamvis adhuc possit ille senior, sed de adolescentula gignere: sicut Abraham post mortem Sarrae de Cethura potuit, quia vividam eius invenit aetatem. Hoc ergo est quod mirum commendat Apostolus, et ad hoc dicit Abrahae iam fuisse corpus emortuum [77]: quoniam non ex omni femina, cui esset adhuc aliquod pariendi tempus extremum, generare ipse in illa aetate adhuc posset. Ad aliquid enim emortuum corpus intelligere debemus, non ad omnia. Nam si ad omnia, non iam senectus vivi, sed cadaver est mortui. Quamvis etiam sic solvi soleat ista quaestio, quod de Cethura postea genuit Abraham, quia gignendi donum, quod a Domino accepit, etiam post obitum mansit uxoris. Sed propterea mihi videtur illa, quam secuti sumus, huius quaestionis solutio praeferenda, quia centenarius quidem senex, sed temporis nostri, de nulla potest femina gignere; non tunc, quando adhuc tam diu vivebant, ut centum anni nondum facerent hominem decrepitae senectutis.

[77] Rom. 4,19.

CAPITULO XXIX

Aparición de Dios a Abrahán en Mambre en figura de tres varones o ángeles

Dios se apareció a Abrahán en la encina de Mambre en persona de tres hombres, que no cabe duda que eran ángeles. Sin embargo, algunos creen que uno de ellos era Cristo, que, según ellos, antes de encarnarse era visible [47]. Es propio de la divina potestad y de la naturaleza invisible, incorporal e inmutable, hacerse visible a los ojos humanos sin mutación alguna, no por sí mismo, sino por medio de las criaturas sujetas a él. ¿Y qué no le está sujeto? Mas, si para decir que uno de ellos era Cristo se apoyan en que, habiendo visto tres, habló en particular al Señor, conforme al texto: *Y he aquí que tres personajes estaban parados ante él, y, en viéndolos, corrió a su encuentro desde la puerta de su tabernáculo, y les saludó inclinándose hasta la tierra. Y dijo: Señor, si he hallado gracia en tu presencia,* etc., ¿por qué no reparan también que dos de ellos fueron a destruir a los sodomitas cuando aún estaba hablando Abrahán con ese a quien llama Señor e intercediendo para que no aniquilara en Sodoma indistintamente al justo y al impío? Además, Lot recibió a los otros dos, y, hablando con ellos, dice también Señor. Primero dijo en plural: *¡Ea!, señores, venid a la casa de vuestro siervo,* etc., y

---

CAPUT XXIX

De tribus viris vel angelis, in quibus ad quercum Mambre apparuisse Abrahae Dominus indicatur

Item Deus apparuit Abrahae ad quercum Mambre in tribus viris, quos dubitandum non est Angelos fuisse; quamvis quidam existiment unum in eis fuisse Dominum Christum, asserentes eum etiam ante indumentum carnis fuisse visibilem. Est quidem divinae potestatis, et invisibilis, incorporalis incommutabilisque naturae, sine ulla sui mutatione etiam mortalibus aspectibus apparere, non per id quod est, sed per aliquid quod sibi subditum est. Quid autem illi subditum non est? Verumtamen si propterea confirmant horum trium aliquem fuisse Christum, quia cum tres vidisset, ad Dominum singulariter est locutus: sic enim scriptum est, *Et ecce tres viri stabant super eum, et videns procucurrit obviam illis ab ostio tabernaculi sui, et adoravit super terram, et dixit: Domine, si inveni gratiam ante te* [78], et caetera: cur non etiam illud advertunt, duos ex eis venisse, ut Sodomitae delerentur, cum adhuc Abraham ad unum loqueretur, Dominum appellans, et intercedens ne simul iustum cum impio in Sodomis perderet? Illos autem duos sic suscepit Lot, ut etiam ipse in colloquio cum illis suo singulariter Dominum appellaret. Nam cum eis pluraliter dixisset, *Ecce, domini, declinate in domum pueri vestri,* et cae-

[78] Gen. 18,1-3.

luego añade: *Los ángeles le cogieron de la mano a él y a su esposa y a sus dos hijas, porque el Señor les perdonaba a ellos. Y tan pronto como lo sacaron de la ciudad, le dijeron: Salva tu vida, no mires hacia atrás y no te pares en toda la región. Ponte a salvo en la montaña, no sea que tú también seas abrasado. Y Lot les dijo: Ruégote, Señor, pues que tu siervo ha encontrado gracia en tus ojos*, etc. En seguida, el Señor le responde en singular, estando en dos ángeles, y le dice: *Mira, he tenido piedad de ti*, etc. De donde se sigue que es mucho más creíble decir que Abrahán y Lot reconocieron al Señor en sus ángeles; aquél, en los tres, y éste, en los dos, y hablaban con él en singular, aun en la conciencia de que eran hombres. Y el recibimiento que les dieron responde a eso, pues que les sirvieron como a mortales y a indigentes. Empero, algo había indudablemente en ellos que llamaba la atención; tanto que, si bien les trataban como a hombres, no les cabía la menor duda que el Señor estaba en ellos como suele estar en los profetas. Y así se explica que a veces les llamaran en plural y a veces dijeran simplemente Señor, en singular, viéndole en ellos. La Escritura atestigua que eran ángeles; y lo atestigua no sólo en el Génesis, donde se narran estos hechos, sino también en la Epístola a los Hebreos, en la que, alabando la hospitalidad, se dice: *Por ella algunos, sin saberlo, han dado hospitalidad a los ángeles.* Esos tres personajes fueron los instrumentos de la nueva promesa hecha a Abrahán sobre Isaac, el hijo que tendría de Sarra. Y la respuesta divina fué ésta: *Abrahán será cabeza de una nación grande y numerosa, y serán benditas en él todas las naciones de la tierra.* Estas palabras encierran una promesa breve y perfecta de dos realidades: de la nación de Israel según la carne y de todas las naciones según la fe.

tera quae ibi dicuntur: postea tamen ita legitur, *Et tenuerunt Angeli manum eius, et manum uxoris eius, et manus duarum filiarum eius, in eo quod parceret Dominus ipsi. Et factum est, mox ut eduxerunt illum foras, et dixerunt: Salvam fac animam tuam, ne respexeris retro, nec steteris in tota regione: in monte salvum te fac, ne quando comprehendaris. Dixit autem Lot ad illos: Oro, Domine, quia invenit puer tuus misericordiam ante te*, et quae sequuntur. Deinde post haec verba singulariter illi respondit et Dominus, cum in duobus Angelis esset, dicens, *Ecce miratus sum faciem tuam* [79], et caetera. Unde multo est credibilius, quod et Abraham in tribus et Lot in duobus viris Dominum agnoscebant, cui per singularem numerum loquebantur, etiam cum eos homines esse arbitrarentur: neque enim aliam ob causam sic eos susceperunt, ut tanquam mortalibus et humana refectione indigentibus ministrarent: sed erat profecto aliquid, quo ita excellebant, licet tanquam homines, ut in eis esse Dominum, sicut esse assolet in Prophetis, hi qui hospitalitatem illis exhibebant, dubitare non possent; atque ideo et ipsos aliquando pluraliter, et in eis Dominum aliquando singulariter appellabant. Angelos autem fuisse Scriptura testatur, non solum in hoc Genesis libro, ubi haec gesta narrantur; verum etiam in Epistola ad Hebraeos, ubi, cum hospitalitas laudaretur, *Per hanc*, inquit, *etiam quidam nescientes hospitio receperunt Angelos* [80]. Per illos igitur tres viros, cum rursus filius Isaac de Sarra promitteretur Abrahae, divinum datum est etiam tale responsum, ut diceretur, *Abraham erit in gentem magnam et multam, et benedicentur in eo omnes gentes terrae* [81]. Et hic duo illa brevissime plenissimeque promissa sunt, gens Israel secundum carnem, et omnes gentes secundum finem.

[79] Gen. 19,2-21.
[80] Hebr. 13,2.

CAPITULO XXX

Liberación de Lot y concupiscencia de Abimelec

Habiendo salido Lot de Sodoma después de esta promesa, una lluvia de fuego bajó del cielo y redujo a cenizas toda la ciudad impía, en la que la sodomía de una y otra clase se había hecho tan corriente como los demás actos permitidos por las leyes [48]. Mas también este formidable castigo fué una imagen del futuro juicio de Dios. Pues ¿por qué se prohibió a los libertados por los ángeles mirar atrás sino porque, si queremos escapar al juicio final, no debemos tornar con el deseo al hombre viejo, del que despoja al regenerado la gracia? En efecto, la esposa de Lot, donde miró, allí quedó, y, convertida en sal, dió a los fieles cierto condimento que les permite saborear algo de aquel ejemplo. Luego Abrahán en Gerara repitió con Abimelec, rey de aquella ciudad, el mismo ardid usado en Egipto, y conservó así intacta a su esposa. En esta cuestión Abrahán, al increparle el rey por qué había callado que era su esposa y

CAPUT XXX

De Lot a Sodomis liberato, atque eisdem caelesti igne consumptis; et de Abimelech; cuius concupiscentia castitati Sarrae nocere non potuit

Post hanc promissionem liberato de Sodomis Lot, et veniente igneo imbre de caelo, tota illa regio impiae civitatis in cinerem versa est, ubi stupra in masculos in tantam consuetudinem convaluerant, quantam leges solent aliorum factorum praebere licentiam. Verum et hoc eorum supplicium specimen futuri iudicii divini fuit. Nam quo pertinet quod prohibiti sunt qui liberabantur ab Angelis retro respicere, nisi quia non est animo redeundum ad veterem vitam, qua per gratiam regeneratus exuitur, si ultimum evadere iudicium cogitamus? Denique uxor Lot, ubi respexit, remansit; et in salem conversa [82] hominibus fidelibus quoddam praestitit condimentum, quo sapiant aliquid, unde illud caveatur exemplum. Inde rursus Abraham fecit in Geraris apud regem civitatis illius Abimelech, quod in Aegypto de coniuge fecerat, eique intacta similiter reddita est. Ubi sane Abraham obiurganti regi cur tacuisset uxorem, sororemque di-

[81] Gen. 18,18.
[82] Gen. 19.

dicho que era su hermana, le añadió, descubriéndole su temor: *En realidad es mi hermana, no de madre, pero sí de padre.* Era hermana de Abrahán por parte de padre y una de sus más próximas parientes. Y era tan bella, que, aun a esa edad, podía inspirar amor.

CAPITULO XXXI

Isaac y motivo de su nombre

Tras estos sucesos le nació a Abrahán un hijo de su esposa Sarra, según la promesa de Dios, y le llamó Isaac, que significa *Sonrisa.* Porque el padre se sonrió cuando le fué prometido y se sonrió de gozo y de admiración, y la madre se sonrió también cuando se lo prometieron aquellos mancebos, y su sonrisa fué de gozo y de dicha, cosa que reprendió un ángel, diciendo que aquella risa, si bien era de gozo, con todo no manifestaba fe perfecta. Más tarde, el mismo ángel la confirmó en la fe. Y he aquí el porqué del nombre del niño. Que aquella risa no era risa de burla, sino de alegría, lo mostró Sarra al nacer Isaac y ponerle nombre. Dice así: *Dios me ha hecho reír, y cualquiera que lo oyere se regocijará conmigo.* Poco tiempo después, fué arrojada de casa la esclava con su hijo. Estas dos mujeres, según el Apóstol, figuran los dos Testamentos, el Viejo y el Nuevo. Sarra es figura de la Jerusalén celestial, es decir, de la Ciudad de Dios.

xisset, aperiens quid timuerit, etiam hoc addidit: *Etenim vere soror mea est de patre, sed non de matre* [83]: quia de patre suo soror erat Abrahae, de quo propinqua eius erat. Tantae autem pulchritudinis fuit, ut etiam in illa aetate posset adamari.

CAPUT XXXI

De Isaac secundum promissionem nato, cui nomen ex risu utriusque parentis est inditum

Post haec natus est Abrahae, secundum promissionem Dei, de Sarra filius, eumque nominavit Isaac, quod interpretatur Risus. Riserat enim et pater, quando ei promissus est, admirans in gaudio: riserat et mater, quando per illos tres viros iterum promissus est, dubitans in gaudio; quamvis exprobrante angelo quod risus ille, etiamsi gaudii fuit, tamen plenae fidei non fuit [84]. Post ab eodem angelo in fide etiam confirmata est. Ex hoc ergo puer nomen accepit. Nam quod risus ille non ad irridendum opprobrium, sed ad celebrandum gaudium pertinebat, nato Isaac, et eo nomine vocato, Sarra monstravit: ait quippe, *Risum mihi fecit Dominus; quicumque enim audierit, congaudebit mihi* [85]. Sed post aliquantulum tempus ancilla de domo eiicitur cum filio suo, et duo illa secundum Apostolum Testamenta significantur, vetus et novum: ubi Sarra illa supernae Ierusalem, hoc est civitatis Dei, figuram gerit [86].

[83] Gen. 20,2.
[84] Gen. 18,11-15.
[85] Ibid., 21,6.
[86] Gal. 4,26.

CAPITULO XXXII

Obediencia y fe de Abrahán. Muerte de Sarra

1. Entre esta serie de acontecimientos, cuyo recuento sería asaz largo, hay uno notable, la tentación de Abrahán, a quien se exigía inmolar a su queridísimo hijo Isaac para probar su piadosa obediencia y darla a conocer a los hombres, no a Dios. Porque no toda tentación es reprobable, puesto que a la que sirve de prueba a la virtud debe dársele la bienvenida. En la mayoría de los casos es éste el único medio de conocerse el hombre a sí mismo, el tantear sus fuerzas, no de palabra, sino por la experiencia, respondiendo a esa especie de pregunta que es la tentación [49]. Si en ella el hombre reconoce la mano de Dios, entonces es piadoso, entonces se afianza con la firmeza de la gracia, no se hincha con la inanidad de la jactancia. Abrahán nunca creyó que Dios se deleitaba en víctimas humanas, pero la voz del precepto divino se debe obedecer y no discutir. Sin embargo, Abrahán merece encomio, porque creyó que el hijo, una vez inmolado, había de resucitar, y fundaba su creencia en que Dios le había dicho cuando él se negaba a cumplir el querer de su esposa de arrojar de casa a la esclava y a su hijo: *En Isaac será llamada tu descendencia.* Y a renglón seguido se dice: *Bien que al hijo de la esclava yo le haré padre de un*

CAPUT XXXII

De obedientia et fide Abrahae, qua per oblationem immolandi filii probatus est, et de morte Sarrae

1. Inter haec, quae omnia commemorare nimis longum est, tentatur Abraham de immolando dilectissimo filio ipso Isaac, ut pia eius obedientia probaretur, saeculis in notitiam proferenda, non Deo. Neque enim omnis est culpanda tentatio: quia et gratulanda est, qua fit probatio. Et plerumque aliter animus humanus sibi ipsi innotescere non potest, nisi vires suas sibi, non verbo, sed experimento, tentatione quodammodo interrogante, respondeat: ubi si Dei munus agnoverit, tunc pius est, tunc solidatur firmitate gratiae, non inflatur inanitate iactantiae. Nunquam sane crederet Abraham, quod victimis Deus delectaretur humanis: quamvis, divino intonante praecepto, obediendum sit, non disputandum. Verumtamen Abraham confestim filium, cum fuisset immolatus, resurrecturum credidisse laudandus est. Dixerat namque illi Deus, cum de ancilla et filio eius foras eiiciendis voluntatem coniugis nollet implere: *In Isaac vocabitur tibi semen.* Et certe ibi sequitur ac dicitur, *Filium autem ancillae huius in magnam gentem faciam illum; quia semen tuum est* [87]. Quomodo ergo dictum est, *In Isaac vocabitur tibi semen*, cum et Ismaelem Deus semen eius vocaverit? Exponens autem Apostolus, quid sit, *In Isaac vocabitur tibi semen: Id est*, inquit, *non qui filii carnis, hi filii Dei; sed filii promissionis deputantur in semine* [88]. Ac per hoc filii pro-

[87] Gen. 21,12.13.
[88] Rom. 9,8.

pueblo grande, por ser sangre tuya. ¿Cómo, pues, dijo: *En Isaac será llamada tu descendencia,* si Dios dice de Ismael otro tanto? El Apóstol, exponiendo el significado de estas palabras: *En Isaac será llamada tu descendencia,* escribe: *Esto significa que no son los hijos de la carne hijos de Dios, sino los hijos de la promesa, ésos son los descendientes de Abrahán.* Y por eso, con el fin de que los hijos de la promesa sean descendencia de Abrahán, son llamados en Isaac, es decir, son reunidos en Cristo por la llamada de la gracia. El santo patriarca, fortalecido por la fe de esta promesa y consciente de que debía cumplirse en aquel a quien Dios mandaba dar muerte, no dudó que Dios, que pudo dárselo contra toda esperanza, podía devolvérselo una vez sacrificado. Así lo entendió, y así lo explica el autor de la Epístola a los Hebreos: *Por la fe brilló Abrahán al ser tentado en Isaac, pues él, que había recibido las promesas y se le había dicho: En Isaac será llamada tu descendencia, ofreció a su hijo único, mas estaba interiormente convencido de que Dios podía resucitarle de entre los muertos.* Así añade: *Por eso lo recibió también en figura de otro.* ¿En figura de quién sino de aquel de quien dice el mismo Apóstol: *El que no perdonó a su propio Hijo, sino que le entregó por todos nosotros?* Esta es la razón de que llevara Isaac la leña sobre la cual había de ser colocado al lugar del sacrificio, como el Señor llevó su cruz. En fin, puesto que se impidió al padre dar el golpe mortal a Isaac, que no estaba destinado a la muerte, ¿a quién figuraba aquel cordero, cuya sangre simbólica, una vez inmolado, completó el sacrificio? Es de notar que, cuando Abrahán lo vió, estaba prendido por sus cuernos en un matorral. ¿A quién figuraba, pues, sino a Jesús, coronado de las espinas de los judíos antes de ser inmolado?

---

missionis, ut sint semen Abrahae, in Isaac vocantur, hoc est, in Christum vocante gratia congregantur. Hanc ergo promissionem pater pius fideliter tenens, quia per hunc oportebat impleri, quem Deus iubebat occidi, non haesitavit quod sibi reddi poterat immolatus, qui dari potuit non speratus. Sic intellectum est et in Epistola ad Hebraeos, et sic expositum. *Fide,* inquit, *praecessit Abraham, in Isaac tentatus; et unicum obtulit, qui promissiones suscepit, ad quem dictum est, In Isaac vocabitur tibi semen: cogitans quia et ex mortuis excitare potest Deus.* Proinde addidit, *Pro hoc etiam eum et in similitudinem adduxit* [89]. Cuius similitudinem, nisi illius de quo dicit idem Apostolus, *Qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum?* [90] Propterea et Isaac, sicut Dominus, crucem suam, ita sibi ligna ad victimae locum, quibus fuerat imponendus, ipse portavit. Postremo quia Isaac occidi non oportebat, posteaquam est pater ferire prohibitus, quis erat ille aries, quo immolato impletum est significativo sanguine sacrificium? Nempe quando eum vidit Abraham, cornibus in frutice tenebatur. Quis ergo illo figurabatur, nisi Iesus, antequam immolaretur, spinis Iudaicis coronatus?

[89] Hebr. 11,17-19.
[90] Rom. 8,32.

2. Escuchemos más bien las palabras de Dios por boca del ángel. Abrahán extendió su mano, dice la Escritura, *para tomar el cuchillo y matar a su hijo. Pero el ángel del Señor gritó desde el cielo y le dijo: ¡Abrahán! Heme aquí, le replicó,* etc. *No extiendas tu mano sobre el muchacho*—prosiguió el ángel—, *ni le hagas daño alguno, pues ahora me doy cuenta de que temes a Dios, y no has perdonado a tu hijo amado por amor de mí. Ahora me he dado cuenta* equivale a decir: Ahora te he hecho caer en la cuenta, porque Dios no ignoraba eso. Después, una vez sacrificado el cordero en lugar de Isaac, su hijo, *llamó Abrahán a este lugar, según el texto, el Señor ha visto. Y aún hoy se dice: El Señor se apareció en la montaña.* Semejante a esta expresión: *Ahora me he dado cuenta,* usada en lugar de esta otra: Ahora te he hecho caer en la cuenta, es ésta: *El Señor ha visto,* en lugar de esta otra: El Señor se apareció, es decir, ha hecho que le viese. *Y el ángel del Señor llamó por segunda vez desde el cielo a Abrahán, diciendo: He jurado por mí mismo, dice el Señor, en vista de que has cumplido mi palabra, no perdonando a tu hijo amado por amor de mí; yo te colmaré de bendiciones y multiplicaré tu descendencia como las estrellas del cielo y como la arena que está en la orilla del mar. Y tu posteridad poseerá en herencia las ciudades de sus enemigos, y en tu descendencia serán benditas todas las naciones de la tierra, porque prestaste oídos a mi voz.* De esta forma, después del holocausto, figura de Cristo, confirmó Dios con juramento la promesa de la vocación de los gentiles en la descendencia de Abrahán. Lo había ya prometido muchas veces, pero nunca lo había jurado. ¿Qué es el juramento del Dios

---

2. Sed divina per Angelum verba potius audiamus. Ait quippe Scriptura: *Et extendit Abraham manum suam sumere machaeram, ut occideret filium suum. Et vocavit illum Angelus Domini de caelo, et dixit: Abraham! Ille autem dixit: Ecce ego. Et dixit: Non iniicias manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam: nunc enim scivi quia times Deum tu, et non pepercisti filio tuo dilecto propter me. Nunc scivi,* dictum est, nunc sciri feci: neque enim hoc nondum sciebat Deus. Deinde ariete illo immolato pro Isaac filio suo, *vocavit,* ut legitur, *Abraham nomen loci illius, Dominus vidit: ut dicant hodie, In monte Dominus apparuit.* Sicut dictum est, *Nunc scivi,* pro eo quod est, Nunc sciri feci: ita hic, *Dominus vidit;* pro eo quod est, Dominus apparuit; hoc est, Videri se fecit. *Et vocavit Angelus Domini Abraham secundo de caelo, dicens: Per memetipsum iuravi, dicit Dominus, propter quod fecisti verbum hoc, et non pepercisti filio tuo dilecto propter me, nisi benedicens benedicam te, et multiplicans multiplicabo semen tuum, sicut stellas caeli, et tanquam arenam quae est iuxta labium maris. Et haereditate possidebit semen tuum civitates adversariorum; et benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae; quia obaudisti vocem meam* [91]. Hoc modo est illa de vocatione gentium in semine Abrahae, post holocaustum, quo significatus est Christus, etiam iuratione Dei firmata promissio. Saepe enim promiserat, sed

[91] Gen 22,10-18.

veraz y verdadero sino una confirmación de sus promesas y un reproche lanzado a los incrédulos?

3. Después murió Sarra. Tenía entonces ciento veintisiete años ella y ciento treinta y siete su esposo. Le llevaba él diez años en edad, como nos lo deja entrever cuando se le prometió el hijo: *¡Mira que si a un viejo como yo de cien años le va a nacer un hijo, y si Sarra de noventa años va a dar a luz!* Abrahán compró un campo y enterró en él a su esposa. Y entonces fué, según la narración de San Esteban, cuando se estableció en aquella tierra, pues comenzó a poseerla en herencia. Esto fué después de la muerte de su padre, que, según deducciones, murió dos años antes.

CAPITULO XXXIII

REBECA, ESPOSA DE ISAAC

Luego Isaac, a la edad de cuarenta años, tomó por esposa a Rebeca, nieta de su tío Nacor. Contaba entonces su padre ciento cuarenta años, y habían pasado tres desde la muerte de su madre. Su padre envió un siervo a Mesopotamia para buscarle mujer, y le dijo: *Pon tu mano bajo mi muslo; te conjuro por el Señor Dios del cielo y de la tierra que no cases a mi hijo Isaac con mujer de las hijas de los cananeos.* ¿Qué se mostró en esto sino que el Señor y Dios del cielo y de la tierra

---

nunquam iuraverat. Quid autem est Dei veri veracisque iuratio, nisi promissi confirmatio, et infidelium quaedam increpatio?

3. Post haec Sarra mortua est, centesimo et vicesimo septimo anno vitae suae [92], centesimo autem et tricesimo septimo viri sui. Decem quippe annis eam praecedebat aetate; sicut ipse, quando sibi ex illa promissus est filius, ait, *Si mihi annorum centum nascetur filius, et si Sarra annorum nonaginta pariet?* [93] Tunc emit agrum Abraham, in quo sepelivit uxorem. Tunc ergo, secundum narrationem Stephani, in terra illa est collocatus, quoniam coepit ibi esse possessor [94]: post mortem scilicet patris sui, qui colligitur ante biennium fuisse defunctus.

CAPUT XXXIII

DE REBECCA NEPTE NACHOR, QUAM ISAAC ACCEPIT UXOREM

Deinde Rebeccam, neptem Nachor patrui sui, cum annorum quadraginta esset Isaac, duxit uxorem, centesimo scilicet et quadragesimo anno vitae patris sui, triennio post mortem matris suae. Ut autem illam duceret, quando ab eius patre in Mesopotamiam servus missus est, quid aliud demonstratum est, cum eidem servo dixit Abraham, *Pone manum tuam sub femore meo, et adiurabo te per Dominum Deum caeli et Dominum terrae, ut non sumas filio meo Isaac uxorem de filiabus Chananaeorum* [95],

[92] Gen. 23,1.
[93] Ibid., 17,17.
[94] Act. 7, 4.
[95] Gen. 24,2.3.

había de tomar carne salida de aquel muslo? ¿Son acaso éstas señales débiles de la verdad prenunciada, que vemos cumplida en Cristo?

CAPITULO XXXIV

¿QUÉ SIGNIFICAN LAS SEGUNDAS NUPCIAS DE ABRAHÁN CON CETURA?

Y ¿qué simboliza el casamiento de Abrahán con Cetura después de la muerte de Sarra? Lejos de nosotros pensar ni por sospecha que se debió a su incontinencia, máxime siendo de edad tan avanzada y varón tan santo y fiel. ¿Buscaba acaso todavía la procreación de hijos, creyendo como creía con fe muy probada en la promesa de Dios, según la cual los hijos de Isaac se multiplicarían como las estrellas del cielo y la arena de la tierra? Pero, si en realidad Agar e Ismael, según las enseñanzas del Apóstol, son figuras de los hombres carnales del Antiguo Testamento, ¿por qué Cetura y sus hijos no lo serán de los carnales, que estiman pertenecer al Nuevo Testamento? Las dos son llamadas esposas y concubinas de Abrahán, mientras que Sarra nunca recibió el nombre de concubina. Cuando Agar fué entregada a Abrahán, la Escritura dice: *Y tomó Sarra, esposa de Abram, a su esclava Agar, egipcia, a los diez años de haber entrado Abram en Canaán, y se la dió por mujer a su esposo.* En cambio, de Cetura, con la que se desposó después de la muerte de Sarra, se lee así: *Acercándose Abrahán, tomó por esposa a una mujer llamada Cetura.* He

---

nisi Dominum Deum caeli et Dominum terrae in carne, quae ex illo femore trahebatur, fuisse venturum? Numquid haec parva sunt praenuntiatae indicia veritatis, quam compleri videmus in Christo?

CAPUT XXXIV

QUID INTELLIGENDUM SIT IN EO QUOD ABRAHAM POST MORTEM SARRAE ACCEPIT UXOREM CETHURAM

Quid autem sibi vult, quod Abraham post mortem Sarrae Cethuram duxit uxorem? Ubi absit ut incontinentiam suspicemur, praesertim in illa iam aetate, et in illa fidei sanctitate. An adhuc procreandi filii quaerebantur, cum iam Deo promittente tanta multiplicatio filiorum ex Isaac per stellas caeli et arenam terrae fide probatissima teneretur? Sed profecto si Agar et Ismael, doctore Apostolo, significaverunt carnales veteris Testamenti [96]; cur non etiam Cethura et filii eius significent carnales, qui se ad Testamentum novum existimant pertinere? Ambae quippe et uxores Abrahae, et concubinae sunt appellatae: Sarra vero nunquam dicta est concubina. Nam et quando data est Agar Abrahae, ita scriptum est: *Et apprehendit Sarra uxor Abram Agar Aegyptiam ancillam suam, post decem annos quam habitaverat Abram in terra Chanaan, et dedit eam*

[96] Gal. 4,24.

aquí que ambas son llamadas esposas. Pero además ambas fueron también concubinas, según estas palabras de la Escritura: *Y dió Abrahán toda su herencia a su hijo Isaac, y a los hijos de sus concubinas les hizo donativos, y los separó, viviendo aún él mismo, de su hijo Isaac, enviándolos hacia el oriente, a la parte oriental*. Los hijos de las concubinas, es decir, los herejes y judíos carnales, reciben algunos donativos, pero no arriban al reino prometido. La razón es que Isaac es el único heredero y que *los hijos de la carne no son hijos de Dios, sino que los hijos de la promesa, ésos son sus descendientes*. De esta descendencia se dijo: *En Isaac será llamada tu descendencia*. Y a la verdad que no veo otro porqué de que Cetura, tomada por esposa después de la muerte de Sarra, sea llamada concubina sino por causa de este misterio. Mas quien no quiera aceptar esta supuesta interpretación, no indisponga a Abrahán. ¿Qué sabemos si esto se ordenó así para confundir a los futuros herejes, enemigos de las segundas nupcias [50], siendo una prueba de que no es pecado volverse a casar, después de muerto el consorte, el caso de este patriarca? Abrahán murió a la edad de ciento setenta y cinco años. Su hijo Isaac tenía entonces setenta y cinco años, pues lo había engendrado él a los cien.

Abram viro suo, ipsi uxorem [97]. De Cethura autem quam post obitum Sarrae accepit, sic legitur: *Adiiciens autem Abraham sumpsit uxorem, cui nomen Cethura.* Ecce ambae dicuntur uxores: ambae porro concubinae fuisse reperiuntur, postea dicente Scriptura, *Dedit autem Abraham omnem censum suum Isaac filio suo, et filiis concubinarum suarum dedit Abraham dationes, et dimisit eos ab Isaac filio suo adhuc se vivo, ad Orientem, in terram Orientis* [98]. Habent ergo nonnulla munera filii concubinarum, sed non perveniunt ad regnum promissum, nec haeretici, nec Iudaei carnales: quia praeter Isaac nullus est haeres; et *non qui filii carnis, hi filii Dei; sed filii promissionis deputantur in semine* [99], de quo dictum est, *In Isaac vocabitur tibi semen* [100]. Neque enim video, cur etiam Cethura post uxoris mortem ducta, nisi propter hoc mysterium, dicta sit concubina. Sed quisquis haec non vult in istis significationibus accipere, non calumnietur Abrahae. Quid si enim et hoc provisum est contra haereticos futuros secundarum adversarios nuptiarum, ut in ipso patre multarum gentium post obitum coniugis iterum coniugari demonstraretur non esse peccatum? Et mortuus est Abraham, *cum esset annorum centum septuaginta quinque* [101]. *Annorum ergo septuaginta quinque* Isaac filium dereliquit, quem centenarius genuit.

[97] Gen. 16,3.
[98] Ibid., 25,1.5.6.
[99] Rom. 9,8.
[100] Gen. 21,12.
[101] Ibid., 25,7.

CAPITULO XXXV

OTRO SIMBOLISMO. LUCHA DE DOS MELLIZOS EN EL VIENTRE DE REBECA

Demos un paso más y veamos el desarrollo de la Ciudad de Dios a través de los descendientes de Abrahán. Desde el nacimiento de Isaac hasta el año sesenta de su vida, en que le nacieron los hijos, sólo hay digno de mención un suceso. Pidió a Dios que diera la fecundidad a su esposa, pues era estéril, y el Señor despachó su petición, y, cuando ella concibió, luchaban, estando aún en su vientre, los mellizos. Angustiada ella con este malestar, se dirigió al Señor, y recibió esta respuesta: *Hay dos naciones en tu seno, y de tu vientre saldrán dos pueblos. Un pueblo sojuzgará a otro y el mayor servirá al menor.* El apóstol San Pablo trata de colegir de aquí un gran testimonio en pro de la gracia. Y se funda en que antes de nacer, y sin haber obrado ni bien ni mal, sin méritos buenos de ninguna clase, es elegido el menor y reprobado el mayor, cuando en realidad, respecto al pecado original, ambos eran iguales, y, respecto al pecado personal, ambos carecían de él. Siento que el plan de esta obra no me permita explayarme en este punto, del cual ya he hablado largamente en otros escritos [51]. Esta perícopa: *El mayor servirá al menor*, casi ninguno de nuestros intérpretes la aplican a otro que al pueblo judío, diciendo que éste, que es mayor, servirá al pueblo menor de los cristianos.

CAPUT XXXV

DE GEMINIS ADHUC IN UTERO REBECCAE MATRIS INCLUSIS QUID INDICAVERIT DIVINA RESPONSIO

Iam ex hoc, quemadmodum per posteros Abrahae civitatis Dei procurrant tempora, videamus. A primo igitur anno vitae Isaac, usque ad sexagesimum quo ei nati sunt filii, illud memorabile est, quod cum illi Deum roganti ut pareret uxor eius, quae sterilis erat, concessisset Dominus quod petebat, atque haberet illa conceptum, gestiebant gemini adhuc in utero eius inclusi. Qua molestia cum angeretur, Dominum interrogavit, accepitque responsum: *Duae gentes in utero sunt, et duo populi de ventre tuo separabuntur, et populus populum superabit, et maior serviet minori* [102]. Quod Paulus apostolus magnum vult intelligi gratiae documentum: quia nondum illis natis, nec aliquid agentibus boni seu mali, sine ullis bonis meritis eligitur minor, maiore reprobato [103]: quando procul dubio, quantum attinet ad originale peccatum, ambo pares erant: quantum autem ad proprium, ullius eorum nullum erat. Sed nunc de hac re dicere aliquid latius, instituti operis ratio non sinit, unde et in aliis iam multa diximus. Quod autem dictum est, *Maior serviet minori*, nemo fere

[102] Ibid., 23.
[103] Rom. 9, 11-13.

Y, si bien es verdad que esto parece haberse cumplido en el pueblo idumeo, descendiente del mayor, que tenía dos nombres (se llamaba Esaú y Edón, de aquí idumeos), ya que fué dominado por el pueblo que nació del menor, por el israelítico, y quedó sometido a él, con todo, es más razonable creer que la intención de esta profecía: *Un pueblo sojuzgará al otro y el mayor servirá al menor,* va más allá, a algo superior. Y ¿qué es ello sino lo que vemos claramente cumplirse en los judíos y en los cristianos?

CAPITULO XXXVI

Oráculo y bendición recibida por Isaac

También Isaac recibió algún oráculo semejante a los que recibió su padre. He aquí su expresión: *Sobrevino una gran hambre en el país además del hambre habida en tiempo de Abrahán, e Isaac se fué a Gerara, a Abimelec, rey de los filisteos. Allí se le apareció el Señor y le dijo: No bajes a Egipto, sino habita el país que yo te diré, y vive allí como peregrino. Yo estaré contigo y te daré mi bendición. A ti y a tu descendencia he de dar todo este país y estableceré mi juramento que hice a Abrahán, tu padre. Multiplicaré tu posteridad como las estrellas del cielo y daré a tus descendientes toda esta región, y serán benditas en tu descendencia todas las naciones de la tierra justamente*

nostrum aliter intellexit, quam maiorem populum Iudaeorum minori populo Christiano serviturum. Et revera quamvis in gente Idumaeorum, quae nata est de maiore, cui duo nomina erant (nam et Esau vocabatur, et Edom, unde Idumaei), hoc videri possit impletum; quia postea superanda fuerat a populo, qui ortus est ex minore, id est Israelitico, eique fuerat futura subiecta: tamen in aliquid maius intentam fuisse istam prophetiam, qua dictum est, *Populus populum superabit, et maior serviet minori,* convenientius creditur. Et quid est hoc, nisi quod in Iudaeis et Christianis evidenter impletur?

CAPUT XXXVI

De oraculo et benedictione, quam Isaac non aliter quam pater ipsius, merito eiusdem dilectus, accepit

Accepit etiam Isaac oraculum tale, quale aliquoties pater eius acceperat. De quo oraculo sic scriptum est: *Facta est autem fames super terram, praeter famem quae prius facta est in tempore Abrahae. Abiit autem Isaac ad Abimelech regem Philistinorum in Gerara. Apparuit autem illi Dominus, et dixit: Noli descendere in Aegyptum: habita autem in terra quam tibi dixero, et incole in terra hac; et ero tecum, et benedicam te. Tibi enim et semini tuo dabo omnem terram hanc: et statuam iuramentum meum quod iuravi Abrahae patri tuo; et multiplicabo semen tuum tanquam stellas caeli, et dabo semini tuo omnem terram hanc, et benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae, pro eo quod obaudivit Abraham*

porque Abrahán, tu padre, prestó oídos a mi voz y guardó mis preceptos y mis mandatos, mis justificaciones y mis leyes. Este patriarca no tuvo más mujer que ésta ni más concubinas. Se contentó con la posteridad de dos mellizos, habidos con un solo acto. También él, cuando moraba entre extranjeros, temió por la beldad de su esposa, y, siguiendo el ejemplo de su padre, no dijo que era su esposa, sino que la llamó hermana, pues era parienta suya por parte de padre y de madre. Y los extranjeros, al saber que era su esposa, no la violaron tampoco. Sin embargo, no porque éste no haya conocido más mujeres que a su esposa debemos anteponerle a su padre. Indudablemente, los méritos de su padre, por su fe y su obediencia, eran muy superiores, puesto que Dios dice que le da a éste esas bendiciones por causa de aquel. *Serán benditas*—le dice—*en tu descendencia todas las naciones de la tierra justamente porque Abrahán, tu padre, prestó oídos a mi voz y guardó mis preceptos y mis mandatos, mis justificaciones y mis leyes.* Y en otro oráculo: *Yo soy*—le dice—*el Dios de tu padre Abrahán; no tienes que temer, pues yo estoy contigo, y te bendije, y multiplicaré tu descendencia por causa de tu padre Abrahán.* Estas palabras dejan entrever la gran castidad que guardó Abrahán en estas acciones, que los hombres impúdicos, amadores de buscar una justificación a su maldad en las santas Escrituras, creen que las realizó por libido. Además, nos enseñan también que los hombres no deben ser comparados entre sí por bienes o acciones concretas, sino por el conjunto y totalidad de su vida. Porque puede suceder que uno supere a otro en una cualidad vital

pater tuus vocem meam, et custodivit praecepta mea, et mandata mea, et iustificationes meas, et legitima mea [104]. Iste patriarcha nec uxorem habuit aliam, nec aliquam concubinam, sed posteritate duorum geminorum ex uno concubitu procreatorum contentus fuit. Timuit sane etiam ipse periculum de pulchritudine coniugis, cum habitaret inter alienos, fecitque quod pater, ut eam sororem diceret, taceret uxorem: erat enim ei propinqua paterno et materno sanguine: sed etiam ipsa ab alienigenis, cognito quod uxor eius esset, mansit intacta. Nec ideo tamen istum patri eius praeferre debemus, quia iste nullam feminam praeter unam coniugem noverat. Erant enim procul dubio paternae fidei et obedientiae merita potiora, in tantum ut propter illum dicat Deus, huic se facere bona quae facit: *Benedicentur,* inquit, *in semine tuo omnes gentes terrae, pro eo quod obaudivit Abraham pater tuus vocem meam, et custodivit praecepta mea, et mandata mea, et iustificationes meas, et legitima mea.* Et alio rursus oraculo: *Ego sum,* inquit, *Deus Abraham patris tui: noli timere; tecum enim sum, et benedixi te, et multiplicabo semen tuum propter Abraham patrem tuum* [105]. Ut intelligamus quam caste Abraham fecerit, quod hominibus impudicis et nequitiae suae de Scripturis sanctis patrocinia requirentibus videtur fecisse libidine: deinde ut etiam hoc noverimus, non ex bonis singulis inter se homines comparare, sed in unoquoque consideremus universa. Fieri enim potest, ut habeat aliquid in vita et moribus

[104] Gen. 26,1-5.
[105] Ibid., 24.

y moral, y esta cualidad sea muy superior a aquella en que es superado por el otro. Y así, bien ponderadas las cosas, aunque absolutamente hablando es preferible la continencia al matrimonio, con todo, un casado fiel es mejor que un continente infiel [52]. Y el hombre infiel no sólo es menos digno de loa, sino que es digno del más supremo reproche. Supongamos a los dos buenos. Indudablemente, aun en este caso, el casado más fiel y obediente a Dios es mejor que el continente menos fiel y menos obediente [53]; mas, en igualdad de circunstancias, ¿quién duda que es preferible el hombre continente al casado?

CAPITULO XXXVII

Simbolismo místico de Esaú y Jacob

Los dos hijos de Isaac, Esaú y Jacob, van creciendo al unísono. La primogenitura es transferida al menor en virtud del pacto y de la sentencia dada. El mayor, vencido de su inmoderado gusto, pidió a su hermano el plato de lentejas que había preparado, y le vendió a este precio su primogenitura, mediando además un juramento. Esto nos enseña que en el comer no es censurable la realidad de las viandas, sino la avidez inmoderada. Envejece Isaac, y como consecuencia de su vejez pierde la vista. Quiere bendecir al hijo mayor, y sin saberlo bendice al menor en lugar del otro, que era velloso, cosa que el menor suplió acomodándose unas pieles de cabrito, como si llevara los pecados ajenos, para que la mano paterna le palpara. Y con

quispiam quo superat alium, idque sit longe praestabilius, quam est illud unde ab alio superatur. Ac per hoc sano veroque iudicio, cum continentia coniugio praeferatur, melior est tamen homo fidelis coniugatus, quam continens infidelis. Sed infidelis homo non solum minus laudandus, verum etiam maxime detestandus est. Constituamus ambos bonos; etiam sic profecto melior est coniugatus fidelissimus et obedientissimus Deo, quam continens minoris fidei minorisque obedientiae: si vero paria sint caetera, continentem coniugato praeferre quis ambigat?

CAPUT XXXVII

De his quae in Esau et Iacob mystice praefigurabantur

Duo igitur Isaac filii, Esau et Iacob, pariter crescunt. Primatus maioris transfunditur in minorem ex pacto et placito inter illos, eo quod lenticulam, quem cibum minor paraverat, maior immoderatius concupivit, eoque pretio primogenita sua fratri iuratione interposita vendidit. Ubi discimus in vescendo non cibi genere, sed aviditate immoderata quemque culpandum. Senescit Isaac, eiusque oculis per senectam visus aufertur. Vult benedicere filium maiorem, et pro illo nesciens benedicit minorem, pro fratre maiore, qui erat pilosus, se paternis manibus supponentem, haedinis sibi pelliculis coaptatis velut aliena peccata portantem. Iste dolus Iacob, ne putaretur fraudulentus dolus, et non in eo magnae rei myste-

el fin de que no imaginen que el dolo de Jacob fué fraudulento y que no encierra un gran misterio, la Escritura había predicho antes que *Esaú era un joven diestro en la caza y montaraz, y que Jacob, en cambio, era un mozo sencillo y que habitaba la casa.* Algunos intérpretes nuestros han traducido *hombre sin engaño.* Pero bien se traduzca *sin dolo,* bien *sencillo,* bien sin *ficción,* pues quizá es la mejor traducción de la palabra griega ἄπλαστος ¿qué es el engaño del hombre sin dolo al recibir esa bendición, qué el dolo del hombre sencillo, qué la ficción de quien no miente sino un profundo misterio de la verdad? [54]. ¿Cuál es la bendición? *Bien se ve*—dice—*que el olor que sale de mi hijo es como el olor de un campo florido al que bendijo el Señor. Que Dios te dé abundancia de trigo y de vino, del rocío del cielo y de la fertilidad de la tierra. Sírvante las naciones y adórente los príncipes, y seas señor de tu hermano y te adorarán los hijos de tu padre. Quien te maldijere, sea maldito, y el que te bendijere, sea bendecido.* La bendición de Jacob significa la predicación del nombre de Cristo en todas las naciones. Esta es la obra actual, ésta es la actual tarea. Isaac es figura de la Ley y de los Profetas. La Ley bendice a Cristo por boca de los judíos, como sin conocerle, porque también ella es desconocida. El mundo, como un campo, es perfumado por el nombre de Cristo. De él es la bendición del rocío del cielo, es decir, de esa lluvia de la palabra divina, y de la fertilidad de la tierra, o sea, de la vocación de los pueblos. Suya es la abundancia de vino y de trigo, es decir, la multitud que en el sacramento de su cuerpo y sangre reúne el pan y el vino [55]. Las naciones le rinden vasallaje y los príncipes le adoran. El es el Señor de su hermano, porque su pueblo señorea a los judíos. Los hijos de su padre, es decir, los hijos de

rium quaereretur, superius praedixit Scriptura: *Erat Esau homo sciens venari, agrestis: Iacob autem homo simplex, habitans domum*[106]. Hoc nostri quidam interpretati sunt, *sine dolo.* Sive autem *sine dolo,* sive *simplex,* sive potius *sine fictione* dicatur, quod est graece ἄπλαστος quis est in ista percipienda benedictione dolus hominis sine dolo? quis est dolus simplicis, quae fictio non mentientis, nisi profundum mysterium veritatis? Ipsa autem benedictio qualis est? *Ecce,* inquit, *odor filii mei tanquam odor agri pleni, quem benedixit Dominus. Et det tibi Deus de rore caeli, et de ubertate terrae, et multitudinem frumenti et vini: et serviant tibi gentes, et adorent te principes, et fias dominus fratris tui, et adorabunt te filii patris tui. Qui maledixerit te, maledictus; et qui benedixerit te, benedictus.* Benedictio igitur Iacob, praedicatio Christi est in omnibus gentibus. Hoc fit, hoc agitur: Lex et Prophetia est Isaac: etiam per os Iudaeorum Christus ab illa benedicitur velut a nesciente, quia ipsa nescitur. Odore nominis Christi, sicut ager, mundus impletur: eius est benedictio de rore caeli, hoc est, de verborum pluvia divinorum; et de ubertate terrae, hoc est, de congregatione populorum: eius est multitudo frumenti et vini, hoc est, multitudo quam colligit frumentum et vinum in Sacramento corporis et sanguinis eius. Ei serviunt gentes, ipsum ado-

[106] Gen. 25,29-34.27.

Abrahán según la fe, le adoran, porque él es también hijo de Abrahán según la carne. Quien le maldijere es maldito y el que le bendijere es bendito. Este Cristo nuestro, repito, es bendecido, o sea, es verazmente predicado por boca de los judíos, depositarios de la Ley y de los Profetas, aunque no comprenden y piensan que bendicen a otro que su error espera.

Mas he aquí que, cuando el mayor viene a recibir la bendición prometida, Isaac se pasma y se maravilla al saber que ha bendecido a uno por otro, y pregunta quién es aquél. Sin embargo, no se queja de haber sido engañado; más aún, revelado luego en su corazón un gran misterio, evita la indignación y confirma la bendición. *¿Quién me ha traído de la caza que cogió*—dice—*y he comido de todo antes que tu vinieras, y le bendije, y sea bendito?* ¿Quién no esperaría aquí la maldición de un hombre irritado, si esto no fuera motivado por inspiración divina, sino a usanza humana? ¡Oh maravillas realizadas, sí, pero proféticamente; realizadas en la tierra, pero celestialmente; realizadas por medio del hombre, pero divinamente! Si se examinara al detalle cada una de estas cosas tan fecundas en misterios, serían precisos infinidad de volúmenes. Mas el plan sobrio fijado a esta obra nos obliga a caminar aprisa a otros acontecimientos.

---

rant principes. Ipse est dominus fratris sui, quia populus eius dominatur Iudaeis. Ipsum adorant filii patris eius, hoc est, filii Abrahae secundum fidem: quia et ipse filius est Abrahae secundum carnem. Ipsum qui maledixerit, maledictus; et qui benedixerit, benedictus est. Christus, inquam, noster etiam ex ore Iudaeorum, quamvis errantium, sed tamen Legem Prophetasque cantantium benedicitur, id est veraciter dicitur; et alius benedici putatur, qui ab eis errantibus exspectatur. Ecce benedictionem promissam repetente maiore, expavescit Isaac, et alium pro alio se benedixisse cognoscens miratur, et quisnam ille sit, percunctatur: nec tamen se deceptum esse conqueritur; imo confestim revelato sibi intus in corde magno sacramento devitat indignationem, confirmat benedictionem. *Quis ergo,* inquit, *venatus est mihi venationem, et intulit mihi, et manducavi ab omnibus, antequam tu venires, et benedixi eum, et sit benedictus?* [107] Quis non hic maledictionem potius exspectaret irati, si haec non superna inspiratione, sed terreno more gererentur? O res, gestas sed prophetice gestas; in terra, sed caelitus; per homines, sed divinitus! Si excutiantur singula tantis fecunda mysteriis, multa sunt implenda volumina: sed huic operi modus moderate imponendus nos in alia festinare compellit.

[107] Gen. 27,27-29.33.

CAPITULO XXXVIII

Envío de Jacob a Mesopotamia. Visión en el camino. Sus cuatro mujeres

1. Jacob es enviado por sus padres a Mesopotamia para buscarse allí mujer. He aquí las palabras de su padre al enviarlo: *No tomarás mujer entre las hijas de los cananeos. Levántate y ve a Mesopotamia, a casa de Batuel, padre de tu madre, y toma allí mujer entre las hijas de Labán, hermano de tu madre. Que mi Dios te bendiga, y te acrezca, y te multiplique, y serás así cabeza de muchas naciones. Que él te dé la bendición de Abrahán, tu padre, tanto a ti como a tu descendencia, para que te hagas el heredero de la tierra de tu peregrinación, que Dios dió a Abrahán.* En estas palabras entendemos ya hecha la división entre la descendencia de Jacob y la otra línea de Isaac, que entronca en Esaú. Cuando se dijo: *En Isaac será llamada tu descendencia*—y esta descendencia pertenecía a la Ciudad de Dios, se separó ésta de otra descendencia de Abrahán, personificada en el hijo de la esclava, y que luego sucedió en los hijos de Cetura. Pero era aún dudoso si la bendición de Isaac era para sus dos hijos o solamente para uno de ellos; y, si para uno solo, quién era de ellos. Esta duda quedó disipada al bendecir proféticamente el padre a Jacob y decir: *Y serás cabeza de muchas naciones y que él te dé la bendición de Abrahán, tu padre.*

CAPUT XXXVIII

De misso Iacob in Mesopotamiam ad accipiendam uxorem, et de visione quam in itinere somniavit, et de quatuor ipsius feminis, cum unam petiisset uxorem

1. Mittitur Iacob a parentibus in Mesopotamiam, ut ibi ducat uxorem. Patris mittentis haec verba sunt: *Non accipies uxorem ex filiabus Chananaeorum: surgens fuge in Mesopotamiam in domum Bathuel, patris matris tuae, et sume tibi inde uxorem de filiabus Laban, fratris matris tuae. Deus autem meus benedicat te, et augeat te, et multiplicet te; et eris in congregationes gentium: et det tibi benedictionem Abrahae patris tui, tibi et semini tuo post te, ut haeres fias terrae incolatus tui, quam dedit Deus Abrahae* [108]. Hic iam intelligimus segregatum semen Iacob ab alio semine Isaac, quod factum est per Esau. Quando enim dictum est, *In Isaac vocabitur tibi semen* [109], pertinens utique semen ad civitatem Dei; separatum est inde aliud semen Abrahae, quod erat in ancillae filio, et quod futurum erat in filiis Cethurae. Sed adhuc erat ambiguum de duobus geminis filiis Isaac, an ad utrumque, an ad unum eorum illa benedictio pertineret; et si ad unum, quisnam esset illorum. Quod nunc declaratum est, cum prophetice a patre benedicitur Iacob, et dicitur ei: *Et eris in congregationes gentium, et det tibi benedictionem Abrahae patris tui.*

[108] Gen. 28,1-4.
[109] Ibid., 22,12.

2. Cuando Jacob iba camino de Mesopotamia, recibió en sueños un oráculo, que la Escritura refiere en estos términos: *Jacob, dejando el pozo del Juramento, se puso en camino y se dirigió a Harrán. Llegó a un lugar donde le sorprendió la noche, y durmió allí. Tomó una piedra de las que allí había y la puso por cabecera, y durmió en aquel lugar y soñó. Y en sueños vió una escala fija en la tierra, cuyo remate tocaba el cielo, y los ángeles de Dios subían y bajaban por ella. El Señor se recostaba sobre ella y dijo: Yo soy el Dios de Abrahán, tu padre, y el Dios de Isaac; no temas. La tierra en que duermes te la daré a ti y a tu descendencia. Tu posteridad será como la arena de la tierra, y se extenderá sobre el mar, y al áfrico, y al aquilón, y al oriente, y serán benditas en ti y en tu descendencia todas las tribus de la tierra. Yo estaré contigo guardándote dondequiera que vayas y te restituiré a esta tierra, porque no te abandonaré hasta haber cumplido cuanto te he prometido. Despertó Jacob de su sueño y dijo: Verdaderamente el Señor está en este lugar, y yo no lo sabía. Y temió y añadió: ¡Cuán terrible es este lugar! En realidad, ésta es la casa de Dios y la puerta del cielo. Se levantó Jacob y, tomando la piedra que se había puesto de cabecera, la erigió como en monumento, y derramó óleo sobre su cúspide, y puso por nombre a aquel lugar Casa de Dios.* Esto encierra en sí una profecía. Jacob no derramó óleo sobre esa piedra a usanza de los idólatras, como erigiéndola en dios, pues no adoró la piedra ni le ofreció sacrificio. Y como el nombre de Cristo viene de crisma, que significa unción, este acto es figura de un gran misterio. El mismo Salvador nos trae a la memoria en su Evangelio esa escala y su simbolismo cuando, después de haber dicho de Natanael: *He aquí un verdadero israelita en quien no hay doblez,* pues quien había tenido esta visión fué Israel, es decir, Jacob, agrega: *En verdad, en verdad os digo que algún día veréis abierto el cielo, y a los ángeles de Dios subir y bajar sobre el Hijo del hombre.*

3. Jacob siguió camino de Mesopotamia para buscarse allí mujer. La divina Escritura nos enseña cómo y por qué tuvo cuatro mujeres, de las cuales engendró doce hijos y una hija, sin desear a ninguna de ellas ilícitamente. Había venido para tomar una sola esposa; pero, como le dieron una por otra, no desechó a ésta con la que sin darse cuenta había pasado la noche, por miedo a que quedase deshonrada. Y como en aquel tiempo no había ley alguna que prohibiese la poligamia, por multiplicar la posteridad, tomó también por esposa a la única a quien había dado palabra de casamiento. Pero ésta, como era estéril, entregó la esclava a su marido para tener hijos de ella. Lo mismo hizo, a imitación suya, su hermana mayor, aunque no era estéril, porque deseaba multiplicar la prole. Jacob, según la Escritura, no pidió más que una, y no usó de muchas sino impelido por el deber de procreación, respetando siempre el derecho conyugal, de tal manera que no hiciera esto de no habérselo pedido sus mujeres, que gozaban del poder que las leyes del matrimonio les conceden sobre el cuerpo del marido. Tuvo doce hijos y una hija de cuatro mujeres. Más tarde entró en Egipto gracias a su hijo José, que, vendido por sus envidiosos hermanos, fué conducido allí, y allí fué encumbrado.

---

2. Pergens itaque in Mesopotamiam Iacob, in somnis accepit oraculum, de quo sic scriptum est: *Et exiit Iacob a Puteo iurationis, et profectus est in Charram, et devenit in locum, et dormivit ibi: occiderat enim sol: et sumpsit ex lapidibus loci, et posuit ad caput suum, et dormivit in loco illo, et somniavit. Et ecce scala stabilita super terram, cuius caput pertingebat ad caelum: et Angeli Dei ascendebant et descendebant per illam; et Dominus incumbebat super illam; et dixit: Ego sum Deus Abraham patris tui, et Deus Isaac, noli timere: terram in qua tu dormis super eam, tibi dabo illam, et semini tuo: et erit semen tuum sicut arena terrae; et dilatabitur super Mare, et in Africum, et in Aquilonem, et ad Orientem: et benedicentur in te omnes tribus terrae, et in semine tuo. Et ecce ego sum tecum, custodiens te in omni via quacumque ibis; et reducam te in terram hanc: quia non te derelinquam, donec faciam omnia, quae tecum locutus sum. Et surrexit Iacob de somno suo, et dixit: Quia Dominus est in loco hoc, ego autem nesciebam. Et timuit, et dixit: Quam terribilis locus hic! non est hoc nisi domus Dei, et haec porta est caeli. Et surrexit Iacob, et sumpsit lapidem quem supposuit ibi ad caput, et statuit illum in titulum, et superfudit oleum in cacumen eius: et vocavit Iacob nomen loci illius, Domus Dei* [110]. Hoc ad prophetiam pertinet: nec more idololatriae lapidem perfudit oleo Iacob, velut faciens illum deum; neque enim adoravit eumdem lapidem, vel ei sacrificavit: sed quoniam Christi nomen a chrismate est, id est ab unctione; profecto figuratum est hic aliquid, quod ad magnum pertineat sacramentum. Scalam vero istam intelligitur ipse Salvator nobis in memoriam revocare in Evangelio, ubi cum dixisset de Nathanaele, *Ecce vere Israelita, in quo dolus non est;* quia Israel viderat istam visionem, ipse est enim Iacob: eodem loco ait, *Amen, amen dico vobis, videbitis caelum apertum, et Angelos Dei ascendentes et descendentes super Filium hominis* [111].

3. Perrexit ergo Iacob in Mesopotamiam, ut inde acciperet uxorem. Unde autem illi acciderit quatuor habere feminas, de quibus duodecim filios et unam filiam procreavit, cum earum nullam concupisceret illicite, divina Scriptura indicat. Ad unam quippe accipiendam venerat [112]; sed cum illi altera pro altera supposita fuisset, nec ipsam dimisit, qua nesciens usus fuerat in nocte, ne ludibrio eam videretur habuisse; et eo tempore, quando multiplicandae posteritatis causa plures uxores lex nulla prohibebat, accepit etiam illam, cui uni iam futuri coniugii fidem fecerat. Quae cum esset sterilis, ancillam suam, de qua filios ipsa susciperet, marito dedit: quod etiam maior soror eius, quamvis peperisset, imitata, quoniam multiplicare prolem cupiebat, effecit. Nullam Iacob legitur petiisse praeter unam, nec usus plurimis nisi gignendae prolis officio, coniugali iure servato, ut neque hoc faceret, nisi uxores eius id fieri flagitassent, quae corporis viri sui habebant legitimam potestatem. Genuit ergo duodecim filios et unam filiam ex quatuor mulieribus. Deinde ingressus est in Aegyptum per filium suum Ioseph, qui venditus ab invidentibus fratribus eo perductus fuit, atque ibidem sublimatus.

[110] Gen. 28,10-19.

[111] Io. 1,47.51.

[112] Gen. 29.

CAPITULO XXXIX

¿Por qué se llamó Jacob también Israel?

Jacob, como poco ha dije, se llamaba también Israel, nombre más conocido en el pueblo que de él desciende. Este nombre le fué impuesto por el ángel que luchó contra él a su regreso de Mesopotamia, y que era figura de Cristo. La victoria que Jacob obtuvo sobre el ángel, porque éste lo quiso así para figurar el misterio, significa la pasión de Cristo, vencido, al parecer, por los judíos. Y, sin embargo, pidió la bendición al ángel derrotado, y su bendición consistió en la imposición de este nombre. Israel significa *Vidente de Dios,* visión que será el premio de todos los santos al fin del mundo. El ángel le tocó, como a vencedor, la largura del muslo y le dejó cojo. Jacob era, pues, uno y el mismo bendecido y cojo: bendecido en los de su pueblo que creyeron en Cristo y cojo en los infieles [56]. La largura del muslo figura una multitud numerosa, pues hay muchos entre sus descendientes de quienes se predijo proféticamente: *Y van cojeando fuera de sus sendas.*

CAPUT XXXIX

Quae ratio fuerit ut Iacob etiam Israel cognominaretur

Iacob autem etiam Israel, sicut paulo ante dixi, vocabatur: quod nomen magis populus ex illo procreatus obtinuit. Hoc autem nomen illi ab Angelo impositum est, qui cum illo fuerat in itinere de Mesopotamia redeunte luctatus, typum Christi evidentissime gerens. Nam quod ei praevaluit Iacob, utique volenti, ut mysterium figuraret, significat passionem Christi, ubi visi sunt ei praevalere Iudaei. Et tamen benedictionem ab eodem angelo, quem superaverat, impetravit: ac sic huius nominis impositio benedictio fuit. Interpretatur autem Israel, Videns Deum: quod erit in fine praemium omnium sanctorum. Tetigit porro illi idem angelus velut praevalenti latitudinem femoris, eumque isto modo claudum reddidit [113]. Erat itaque unus atque idem Iacob et benedictus et claudus; benedictus *in eis qui in Christum ex eodem populo crediderunt, atque in infidelibus* claudus. Nam femoris latitudo, generis est multitudo. Plures quippe sunt in ea stirpe, de quibus prophetice praedictum est: *Et claudicaverunt a semitis suis* [114].

[113] Gen. 32,24-29.
[114] Ps. 17,46.

CAPITULO XL

Entrada de Jacob en Egipto y concordancia de textos

La Escritura dice que entraron en Egipto setenta y cinco personas con Jacob, contados también sus hijos. Entre ellos solamente se hace mención de dos mujeres, la una hija, y la otra, nieta del patriarca. Mas, ponderado el punto con detención, llegamos a la conclusión de que la familia de Jacob no era tan numerosa el día o el año en que entró en Egipto, porque son mencionados también los biznietos de José, que era imposible que existieran ya. Jacob tenía entonces ciento treinta años, y su hijo José, treinta y nueve, y consta que éste tomó esposa a los treinta años más o menos. ¿Cómo, pues, pudo en nueve años tener biznietos de los hijos habidos de esa mujer? Además, Efraín y Manasés, hijos de José, no tenían aún hijos, pues cuando Jacob entró en Egipto eran unos niños de menos de nueve años. ¿Cómo es que se cuentan no sólo los hijos de ellos, sino también sus nietos, entre los setenta y cinco que entraron entonces con Jacob en Egipto? En la relación se nombra a Maquir, hijo de Manasés, y a un hijo de Maquir, Galaad, nieto de Manasés y biznieto de José. Se nombra también un hijo de Efraín, Utalaán, nieto de José, y a Edén, hijo de Uta-

---

CAPUT XL

Quomodo Iacob cum septuaginta quinque animabus Aegyptum narretur ingressus; cum plerique ex his qui commemorantur, tempore posteriore sint geniti

Ingressi itaque referuntur in Aegyptum simul cum ipso Iacob septuaginta quinque homines [115], annumerato ipso cum filiis suis. In quo numero duae tantum feminae commemorantur, una filia, neptis altera. Sed res diligenter considerata non indicat, quod tantus numerus fuerit in progenie Iacob die vel anno quo ingressus est Aegyptum. Commemorati sunt quippe in eis etiam pronepotes Ioseph, qui nullo modo iam tunc esse potuerunt: quoniam tunc centum triginta annorum erat Iacob, filius vero eius Ioseph triginta novem; quem cum accepisse tricesimo anno suo, vel amplius, constet uxorem, quomodo potuit per novem annos habere pronepotes de filiis, quos ex eadem uxore suscepit? Cum igitur nec filios haberent Ephraem et Manasses filii Ioseph, sed eos pueros infra quam novennes Iacob Aegyptum ingressus invenerit, quo pacto eorum non solum filii, sed etiam nepotes, in illis septuaginta quinque numerantur, qui tunc Aegyptum ingressi sunt cum Iacob? Nam commemoratur ibi Machir filius Manasse, nepos Ioseph, et eiusdem Machir filius, id est Galaad, nepos Manasse, pronepos Ioseph: ibi est et quem genuit Ephraem, alter filius Ioseph, id est Utalaam, nepos Ioseph; et filius ipsius Utalaae Edem, nepos Ephraem, pronepos Ioseph [116]: qui nullo modo esse potuerunt,

[115] Gen. 46,27, sec. LXX, et Act. 7,14.
[116] Gen. 50,22; Num. 26,29sqq.

laán, nieto de Efraín y biznieto de José. Y es imposible que existieran ya éstos cuando Jacob llegó a Egipto y halló a los hijos de José, nietos suyos, abuelos de éstos, chicos menores de nueve años. En realidad, la Escritura, al referir la entrada de Jacob en Egipto y decir que le acompañaron setenta y cinco almas, habla no de un día o de un año, sino de todo el tiempo que vivió José, al cual se debió esa entrada. La Escritura dice así de José: *José habitó en Egipto con sus hermanos y toda la familia de su padre, y vivió ciento diez años, y vió los hijos de Efraín hasta la tercera generación.* Este es su biznieto, el hijo de Efraín, pues, contando hasta la tercera generación, tenemos el hijo, el nieto y el biznieto. Luego añade: *Y nacieron sobre los muslos de José los hijos de Maquir, hijo de Manasés.* Este es el nieto de Manasés y biznieto de José. La Escritura, siguiendo su estilo, usa el plural aquí como en aquel pasaje en que llama hijas de Jacob a su única hija. Esto es corriente también en latín, y se dice *liberi* por hijos, aunque no sea más que uno [57]. Y no se debe pensar que, como para poner de relieve la felicidad de José se dice que llegó a ver a sus biznietos, ya habían nacido éstos cuando Jacob entró en Egipto, pues tenía entonces José treinta y nueve años. Lo que origina error, considerando con menos diligencia estas cosas, es aquello que está escrito: *He aquí los nombres de los hijos de Israel que entraron en Egipto con Jacob, su padre.* Esto se dijo porque en total, con él, suman setenta y cinco, no porque coexistieran

---

quando Iacob in Aegyptum venit, et filios Ioseph nepotes suos, avos istorum, minores quam novem annorum pueros invenit. Sed nimirum introitus Iacob in Aegyptum, quando eum in septuaginta quinque animabus Scriptura commemorat, non unus dies, vel unus annus, sed totum illud est tempus, quamdiu vixit Ioseph, per quem factum est ut intrarent. Nam de ipso Ioseph eadem Scriptura sic loquitur: *Et habitavit Ioseph in Aegypto, ipse et fratres eius, et omnis cohabitatio patris eius: et vixit annos centum et decem, et vidit Ioseph filios Ephraem usque in tertiam generationem.* Ipse est ille pronepos eius ab Ephraem tertius. Generationem quippe tertiam dicit, filium, nepotem, pronepotem. Deinde sequitur: *Et filii Machir, filii Manasse, nati sunt supra femora Ioseph* [117]. Et hic ille ipse est nepos Manasse, pronepos Ioseph. Sed pluraliter appellati sunt, sicut Scriptura consuevit; quae unam quoque filiam Iacob filias nuncupavit: sicut in latinae linguae consuetudine liberi dicuntur pluraliter filii, etiamsi non sint uno amplius. Cum ergo ipsius Ioseph praediceretur felicitas, quia videre potuit pronepotes, nullo modo putandi sunt iam fuisse tricesimo nono anno proavi sui Ioseph, quando ad eum in Aegyptum Iacob pater eius advenit. Illud autem est, quod fallit minus ista diligenter intuentes, quoniam scriptum est, *Haec autem nomina filiorum Israel, qui intraverunt in Aegyptum simul cum Iacob patre suo* [118]. Hoc enim dictum est, quia simul cum illo computantur septuaginta quinque, non quia simul iam erant omnes, quando Aegyptum ingressus est ipse:

[117] Gen. 50,22.
[118] Ibid., 45,8.

ya todos cuando entró él en Egipto. Como queda dicho, se nos da todo el tiempo de la entrada, que duró tanto cuanto vivió José, a quien, al parecer, se debió la entrada.

CAPITULO XLI

Bendición de Judá

Así, pues, si por el pueblo cristiano, en el que peregrina aquí abajo la Ciudad de Dios, buscamos a Cristo según la carne en la descendencia de Abrahán, dejando a un lado los hijos de las concubinas, topamos con Isaac. Si lo buscamos en la descendencia de Isaac, dejando a Esaú, o Edón, que es lo mismo, se nos presenta Jacob, llamado también Israel. Y, si ahora lo buscamos en la descendencia de Israel, preteridos los demás, viene al encuentro Judá, de cuya tribu nació Cristo. Veamos, pues, la bendición profética dada a Judá cuando Israel, a las puertas de la muerte, bendijo a sus hijos: *¡Oh Judá!*—dice—, *a ti te alabarán tus hermanos. Tus manos caerán sobre tus enemigos y te adorarán los hijos de tu padre. Tú, Judá, eres un cachorro de león; te has elevado como un árbol en pleno desarrollo, hijo mío; después, para descansar, dormiste cual león y a manera de un cachorrillo. ¿Quién le despertará? No será quitado el cetro de Judá ni de su descendencia el caudillo hasta que se cumplan las promesas a él hechas. El será la esperanza de las naciones, y él atará a la cepa su pollino, y al cilicio el asnillo. Lavará su ropa en el vino, y su manto, en la sangre de las uvas. Sus ojos están rojos por el vino, y sus dientes, más blan-*

---

sed, ut dixi, totum tempus habetur eius ingressus, quo vixit Ioseph, per quem videtur ingressus.

CAPUT XLI

De benedictione, quam Iacob in Iudam filium suum promisit

Igitur propter populum christianum, in quo Dei civitas peregrinatur in terris, si carnem Christi in Abrahae semine requiramus, remotis concubinarum filiis, occurrit Isaac: si in semine Isaac, remoto Esau, qui est etiam Edom, occurrit Iacob, qui est et Israel: si in semine Israel ipsius, remotis caeteris, occurrit Iudas, quia de tribu Iuda exortus est Christus. Ac per hoc cum in Aegypto moriturus Israel filios suos benediceret, quemadmodum Iudam prophetice benedixerit, audiamus: *Iuda*, inquit, *te laudabunt fratres tui. Manus tuae super dorsum inimicorum tuorum: adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Iuda: ex germinatione, fili mi, ascendisti: recumbens dormisti ut leo, et ut catulus leonis, quis suscitabit eum? Non deficiet princeps ex Iuda, et dux de femoribus eius, donec veniant quae reposita sunt ei: et ipse exspectatio gentium; alligans ad vitem pullum suum, et cilicio pullum asinae suae. Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine uvae amictum suum. Fulvi oculi eius a vino, et dentes candidiores lacte* [119]. Exposui haec adversus Manichaeum Faustum dispu-

[119] Gen. 49,8-12.

cos que la leche. He expuesto este pasaje en mi disputa *Contra Fausto Maniqueo* [58], y creo haber dicho bastante para mostrar la verdad de esta profecía. En ella está predicha también la muerte de Cristo con la palabra *dormición,* y con el nombre de *león,* el poder que tiene de morir o no, no la necesidad. De este poder hizo gala en su Evangelio con estas palabras: *Tengo poder para entregar mi alma y volverla a recobrar. Nadie me la arranca, sino que yo la doy de propia voluntad y la recobro de nuevo.* Así rugió el león, así cumplió su palabra. Con este mismo poder se relaciona lo que se añadió de la resurrección. *¿Quién le despertará?;* es decir, que no lo hará hombre alguno, sino el mismo que dijo de su cuerpo: *Destruíd este templo, y en tres días lo reedificaré.* El género de muerte, es decir, la elevación a la cruz, está expresado en esta sola palabra: *Te has elevado.* Y esto: *Recostándote dormiste,* lo expone el evangelista cuando dice: *E inclinando la cabeza, entregó su espíritu.* O se puede entender también de su sepultura, en la que descansó durmiendo, y de la cual nadie le resucitó, como hicieron los profetas a algunos y El mismo con otros, sino que de ella despertó como de un sueño. Su ropa, en verdad, es la ropa que lava en el vino, es decir, la purifica de sus pecados en su sangre, cuyo misterio conocen bien los bautizados, por el cual añade: *Y en la sangre de sus uvas, su manto, ¿qué es sino la Iglesia? Sus ojos están rojos por el vino.* Esto significa las personas espirituales, embriagadas de esta bebida, de la que canta el Salmo: *¡Cuán excelente es tu cáliz, que embriaga! Y sus dientes, más blancos que la leche,* significa la leche que

tans [120]: et satis esse arbitror, quantum veritas prophetiae huius elucet: ubi et mors Christi praedicta est verbo dormitionis, et non necessitas, sed potestas in morte, nomine leonis. Quam potestatem in Evangelio ipse praedicat, dicens: *Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo eam tollit a me: sed ego eam pono a me, et iterum sumo eam* [121]. Sic leo fremuit, sic quod dixit implevit. Ad eam namque pertinet potestatem, quod de resurrectione eius adiunctum est, *Quis suscitabit eum?* hoc est, quia nullus hominum, nisi se ipse, qui etiam de corpore suo dixit, *Solvite templum hoc, et in triduo resuscitabo illud* [122]. Ipsum autem genus mortis, hoc est sublimitas crucis, in uno verbo intelligitur, quod ait, *Ascendisti.* Quod vero addidit, *Recumbens dormisti,* evangelista exponit, ubi dicit, *et inclinato capite tradidit spiritum* [123]. Aut certe sepultura eius agnoscitur, in qua recubuit dormiens: et unde illum nullus hominum, sicut Prophetae aliquos, vel sicut ipse alios suscitavit, sed sicut a somno ipse surrexit. Stola porro eius quam lavat in vino, id est, mundat a peccatis in sanguine suo, cuius sanguinis sacramentum baptizati sciunt, unde et adiungit, *Et in sanguine uvae amictum suum,* quid est nisi Ecclesia? *Et fulvi oculi eius a vino:* spirituales eius inebriati poculo eius, de quo canit Psalmus, *Et calix tuus inebrians quam praeclarus est!* [124] *Et dentes eius candidiores lacte:* quod

[120] *Contra Faustum Manichaeum,* l.12 c.42.
[121] Io. 10,18.17.
[122] Ibid., 2,19.
[123] Ibid., 19,30.
[124] Ps. 22,5.

beben en el Apóstol los párvulos, es decir, las palabras que alimentan a los aún no capaces de alimento sólido. El es, pues, sobre quien recayeron las promesas hechas a Judá, antes de cuyo cumplimiento no han faltado nunca príncipes, o sea, reyes de Israel, de esta estirpe. *Y él es la esperanza de las naciones,* expresión más clara en sí que cualquiera exposición.

CAPITULO XLII

Los hijos de José y la bendición de Jacob

Como los dos hijos de Isaac, Esaú y Jacob fueron figura de dos pueblos, de los judíos y de los cristianos (aunque, según la carne, no son los judíos los descendientes de Esaú, sino los idumeos; ni los cristianos, descendientes de Jacob, sino más bien los judíos [59], pues el sentido de la figura se resume en estas palabras: *El mayor servirá al menor),* lo mismo fueron los dos hijos de José. El mayor representó a los judíos, y el menor a los cristianos. Jacob, al bendecirlos, puso su mano derecha sobre el menor, que estaba a su izquierda, y la izquierda sobre el mayor, que estaba a su derecha. Entonces el padre de ellos se lo advirtió, molestado, corrigiendo su error e indicándole cuál era el mayor. Mas él se negó a cambiar sus manos y dijo: *Lo sé, hijo; lo sé. Este será padre de un pueblo, y será exaltado; mas su hermano, más joven que él, será mayor que él. Su*

potant apud Apostolum parvuli, verba scilicet nutrientia, nondum idonei solido cibo [125]. Ipse igitur est in quo reposita erant promissa Iudae, quae donec venirent, nunquam principes, hoc est reges, Israel ab illa stirpe defuerunt. *Et ipse exspectatio gentium:* quod clarius est videndo, quam sit exponendo.

CAPUT XLII

De filiis Ioseph, quos Iacob prophetica manuum suarum transmutatione benedixit

Sicut autem duo Isaac filii, Esau et Iacob, figuram praebuerunt duorum populorum in Iudaeis et Christianis (quamvis quod ad carnis propaginem pertinet, nec Iudaei venerint ex semine Esau, sed Idumaei; nec Christianae gentes de Iacob, sed potius Iudaei, ad hoc enim tantum figura valuit, quod dictum est, *Maior serviet minori* [126]); ita factum est etiam in duobus filiis Ioseph: nam maior gessit typum Iudaeorum, Christianorum autem minor. Quos cum benediceret Iacob, manum dexteram ponens super minorem, quem habebat ad sinistram; sinistram super maiorem, quem habebat ad dextram: grave visum est patri eorum, et admonuit patrem velut corrigens eius errorem, et quisnam eorum esset maior ostendens. At ille mutare manus noluit, sed dixit: *Scio, fili, scio. Et hic erit in populum, et hic exaltabitur: sed frater eius iunior maior illo erit, semen eius erit in*

[125] 1 Cor. 3,2.
[126] Gen. 25,23.

linaje se extenderá a muchas naciones. He aquí distinguidas otra vez las dos promesas. El uno será padre *de un pueblo,* y el otro, *de muchas naciones.* ¿Qué cosa hay más evidente que en estas dos promesas se contenga el pueblo de los israelitas y toda la tierra en la descendencia de Abrahán, aquél según la carne y éste según la fe?

CAPITULO XLIII

Epoca de Moisés, de Jesús Nave, de los jueces y de los reyes. Saúl, el primer rey, y David, el principal en misterio y en merecimiento

1. Después de la muerte de Jacob y de José, durante los ciento cuarenta y cuatro años que mediaron todavía hasta la salida de Egipto, la nación judía se multiplicó tan prodigiosamente aun en medio de sus crueles persecuciones, que hubo un tiempo en que los egipcios, maravillados del crecimiento de ese pueblo y temerosos, daban muerte a los niños tan pronto como nacían. En esta época, Moisés, escogido por Dios para obrar por su medio cosas grandes, fué substraído al furor de los asesinos y llevado a la casa real, donde fué alimentado y adoptado por la hija del Faraón (nombre común que se daba en Egipto a todos los reyes). Y llegó a desarrollarse tanto, que libró a esa nación tan maravillosamente acrecida del durísimo y pesadísimo yugo de la servidumbre a que estaba sujeta; mejor dicho, la libró Dios, conforme a la promesa hecha a Abrahán por medio de él.

multitudinem gentium [127]. Etiam hic duo illa promissa demonstrat. Nam ille *in populum,* iste *in multitudinem gentium:* quid evidentius quam his duabus promissionibus contineri populum Israelitarum orbemque terrarum in semine Abrahae, illum secundum carnem, istum secundum fidem?

CAPUT XLIII

De temporibus Moysi, et Iesu Nave, ac Iudicum, atque exinde Regum, quorum quidem Saul primus est, sed David praecipuus et sacramento habetur et merito

1. Defuncto Iacob, defuncto etiam Ioseph, per reliquos centum quadraginta quatuor annos, donec exiretur de terra Aegypti, in modum incredibilem illa gens crevit, etiam tantis attrita persecutionibus, ut quodam tempore nati masculi necarentur, cum mirantes Aegyptios nimia populi illius incrementa terrerent. Tunc Moyses subtractus furto trucidatoribus parvulorum, ad domum regiam, ingentia per eum Deo praeparante, pervenit, nutritusque et adoptatus a filia Pharaonis (quod nomen in Aegypto omnium regum fuit), in tantum pervenit virum, ut ipse illam gentem mirabiliter multiplicatam, ex durissimo et gravissimo, quod ibi ferebat, iugo servitutis extraheret, imo per eum Deus, qui hoc promiserat

[127] Gen. 48,19.

Obligado a marchar de allí, por temor, porque salió en defensa de un israelita, dió muerte a un egipcio y luego enviado por orden del cielo, venció, por el poder del Espíritu divino, a los magos del faraón que se oponían. Y entonces, negándose los egipcios a dejar salir al pueblo de Dios de Egipto, se vieron asaltados de las diez famosas plagas: el agua convertida en sangre, las ranas y los cínifes, las moscas, la muerte del ganado, las llagas, el granizo, la langosta, las tinieblas y la muerte de los primogénitos. Finalmente, los egipcios fueron sepultados en el mar Rojo cuando perseguían a los israelitas, a quienes habían permitido la salida después de ser heridos por tales plagas. El mar se dividió y dejó paso libre a los que se iban, y el agua, tornando a juntarse, anegó a los que iban en su seguimiento. Después, el pueblo de Dios vivió durante cuarenta años con Moisés al frente en el desierto, y fué entonces cuando se dedicó el tabernáculo del testimonio, en el que se rendía culto a Dios con sacrificios, figura de los venideros. Sucedió esto después de haber sido dada la ley en el monte, muy terriblemente, pues se manifestaba evidentísima la divinidad con signos y voces admirables. Acaeció esto una vez salido el pueblo de Egipto y morando ya en el desierto, cincuenta días después de la celebración de la Pascua de la inmolación del cordero. Este es símbolo de Cristo, y figura la inmolación y la pasión sufrida antes de pasar de este mundo al Padre (pues *Pascua* en hebreo significa *Tránsito).* Y es tan verdad esto, que, una vez revelado ya el Nuevo Testamento, a los cincuenta días de haber sido inmolado Cristo, que es nuestra Pascua, descendería del cielo el Espíritu Santo. A este Espíritu en el Evangelio se le da el nombre de

Abrahae. Prius quippe exinde fugiens, quod, cum Israelitam defenderet, Aegyptium occiderat, et territus fuerat; postea divinitus missus in potestate Spiritus Dei superavit resistentes Pharaonis magos. Tunc per eum Aegyptiis illatae sunt decem memorabiles plagae, cum dimittere populum Dei nollent: aqua in sanguinem versa, ranae et sciniphes, cynomyia, mors pecorum, ulcera, grando, locusta, tenebrae, mors primogenitorum. Ad extremum Israelitas, quos plagis tot tantisque perfracti tandem aliquando dimiserant, Aegyptii in mari Rubro dum persequuntur, exstincti sunt. Illis quippe abeuntibus divisum mare viam fecit: hos autem insequentes in se rediens unda submersit. Deinde per annos quadraginta, duce Moyse, Dei populus per desertum actus est, quando Tabernaculum testimonii nuncupatum est, ubi Deus sacrificiis futura praenuntiantibus colebatur: cum scilicet iam data lex fuisset in monte multum terribiliter; attestabatur enim evidentissima mirabilibus signis vocibusque divinitas. Quod factum est mox ut exitum est de Aegypto, et in deserto populus esse coepit, quinquagesimo die post celebratum Pascha per ovis immolationem: qui usque adeo typus Christi est, praenuntians eum per victimam passionis de hoc mundo transiturum ad Patrem (Pascha quippe hebraea lingua Transitus interpretatur [128]), ut iam cum revelaretur Testamentum novum, posteaquam Pascha nostrum immolatus est Christus, quinquagesimo die veniret de caelo Spiritus sanctus: qui dictus est in Evangelio digitus

[128] Ex. 12,11.

dedo de Dios, para volver a hacer mención del primer hecho prefigurado, ya que también aquellas tablas de la Ley se anuncian como escritas con el dedo de Dios.

2. Muerto Moisés, se puso al frente del pueblo Jesús Nave, y lo introdujo en la tierra de promisión y la repartió al pueblo. Estos dos admirables caudillos libraron con éxito muchas guerras, haciéndoles constancia Dios de que aquellas victorias procedían no tanto de los merecimientos del pueblo hebreo cuanto de los pecados de las naciones en guerra. A estos jefes, constituído el pueblo en la tierra de promisión, sucedieron los jueces. Así comenzaba el cumplimiento de la primera promesa hecha a Abrahán, tocante a la nación hebrea y a la tierra de Canaán, no la tocante a todas las naciones y al orbe entero de la tierra. Esta última había de cumplirse en la encarnación de Cristo, y no con las prácticas de la Ley vieja, sino con la Ley evangélica. Esta verdad está prefigurada de antemano en que no fué Moisés, el cual había recibido para el pueblo la Ley en el monte Sinaí, sino Jesús Nave, a quien Dios, por una orden propia, había cambiado el nombre, quien introdujo el pueblo en la tierra prometida. En tiempo de los jueces, según fueran o los pecados del pueblo o la misericordia de Dios, así alternaban la prosperidad y la adversidad en las guerras.

3. De aquí se pasó a la época de los reyes. El primero fué Saúl. Pero, roto y deshecho en un choque guerrero y reprobado él y toda su raza para que de ella no hubiera más reyes, le sucedió en el trono David, cuyo hijo más sobresaliente se llama Cristo. En él se hizo una pausa, y él marca, por decirlo así, el comienzo de la juventud del pueblo de Dios. Su adolescencia se extendió desde Abrahán hasta David. No en vano el evangelista San Mateo mencionó catorce generaciones en este primer período, a saber, desde Abrahán hasta David. En efecto, el hombre comienza a ser capaz de engendrar desde la adolescencia, y por esta razón comienzan las generaciones desde Abrahán, que fué constituído padre de naciones cuando le fué cambiado el nombre. Antes de Abrahán, es decir, desde Noé hasta él, el pueblo de Dios vivió su niñez, y por eso se inventó entonces la primera lengua, la hebrea. La niñez es precisamente la edad en que comienza el hombre a hablar, muerta ya la infancia, así llamada porque en ella es imposible hablar. Y es también indudable que el olvido encubre esta primera edad, al igual que el diluvio hizo desaparecer la primera edad del género humano. ¿Cuántos hay que recuerden su infancia? [60]. A esto se debe que en el actual desarrollo de la Ciudad de Dios, como el libro anterior contiene la primera edad del mundo, éste abarque la segunda y la tercera. En esta tercera edad fué impuesto el yugo de la Ley, prefigurado por la novilla, la cabra y el carnero de tres años; apareció una multitud de pecados y surgió el principio del reino terreno, en el que no han faltado hombres espirituales, misterio prefigurado en la tórtola y en la paloma [61].

Dei [129], ut recordationem nostram in primi praefigurati facti memoriam revocaret; quia et legis illae tabulae digito Dei scriptae referuntur [130].

2. Defuncto Moyse, populum rexit Iesus Nave, et in terram promissionis introduxit, eamque populo divisit. Ab his duobus mirabilibus ducibus bella etiam prosperrime ac mirabiliter gesta sunt, Deo contestante non tam propter merita Hebraei populi, quam propter peccata earum quae debellabantur gentium, illas eis provenisse victorias. Post istos duces, Iudices fuerunt, iam in terra promissionis populo collocato: ut inciperet interim reddi Abrahae prima promissio de gente una, id est Hebraea, et terra Chanaan; nondum de omnibus gentibus et toto orbe terrarum: quod Christi adventus in carne, et non veteris Legis observationes, sed Evangelii fides fuerat impletura. Cuius rei praefiguratio facta est, quod non Moyses, qui legem populo acceperat in monte Sina, sed Iesus, cui etiam nomen Deo praecipiente mutatum fuerat ut Iesus vocaretur, populum in terram promissionis induxit. Temporibus autem Iudicum, sicut se habebant et peccata populi et misericordia Dei, alternaverunt prospera et adversa bellorum.

3. Inde ventum est ad Regum tempora: quorum primus regnavit Saul: quo reprobato et bellica clade prostrato, eiusque stirpe reiecta, ne inde reges orirentur, David successit in regnum, cuius maxime Christus dictus est filius. In quo articulus quidam factus est et exordium quodammodo iuventutis populi Dei: cuius generis quaedam velut adolescentia ducebatur ab ipso Abraham usque ad hunc David. Neque enim frustra Matthaeus evangelista sic generationes commemoravit, ut hoc primum intervallum quatuordecim generationibus commendaret, ab Abraham scilicet usque ad David [131]. Ab adolescentia quippe incipit homo posse generare: propterea generationum ex Abraham sumpsit exordium; qui etiam pater gentium constitutus est, quando mutatum nomen accepit. Ante hunc ergo velut pueritia fuit huius generis populi Dei, a Noe usque ad ipsum Abraham: et ideo prima lingua inventa est, id est hebraea. A pueritia namque homo incipit loqui post infantiam, quae hinc appellata est, quia fari non potest. Quam profecto aetatem primam demergit oblivio, sicut aetas prima generis humani est deleta diluvio. Quotus enim quisque est, qui suam recordetur infantiam? Quamobrem in isto procursu civitatis Dei, sicut superior unam eamdemque primam, ita duas aetates secundam et tertiam liber iste contineat, in qua tertia propter vaccam trimam, capram trimam, et arietem trimum [132], impositum est Legis iugum, et *apparuit abundantia* peccatorum, et regni terreni surrexit exordium, ubi non defuerunt spirituales, quorum in turture et columba [133] figuratum est sacramentum.

[129] Lc. 11,20.

[130] Ex. 31,18

[131] Mt. 1,17.

[132] Gen. 15,9.

[133] Ibid.

NOTAS AL LIBRO XVI

[1] Este pensamiento lo vemos desarrollado en *Contra Faustum Manichaeum* (XII 22ss.), donde contesta a sus objeciones.

[2] No puede desligarse del sentido cristocéntrico de la historia. Cristo lo es todo antes y después de su encarnación. Antes, todos los hechos se relacionaban con él como algo venidero, y las hazañas se reducían a ser meras profecías de su presencia carnal; después, en mirada retrospectiva, se mide todo por su influencia avasalladora en el mundo. Y Cristo sigue actuando en la historia y siendo el eje de la misma.

4. *Pleni panibus,* inquit, *minorati sunt, et esurientes transierunt terram.* Qui sunt intelligendi pleni panibus, nisi iidem ipsi quasi potentes, id est Israelitae, quibus credita sunt eloquia Dei? [15] Sed in eo populo ancillae filii minorati sunt: quo verbo minus quidem latino, bene tamen expressum est, quod ex maioribus minores facti sunt: quia et in ipsis panibus, id est divinis eloquiis, quae Israelitae soli tunc ex omnibus gentibus acceperunt, terrena sapiunt. Gentes autem quibus lex illa non erat data, posteaquam per novum Testamentum ad eloquia illa venerunt, multum esuriendo terram transierunt; quia in eis non terrena, sed caelestia sapuerunt. Et hoc, velut quaereretur causa cur factum sit, *Quia sterilis,* inquit, *peperit septem, et multa in filiis infirmata est.* Hic totum quod

[13] Ps. 93,11.
[14] Ps. 6,3.
[15] Rom. 3,2.

Porque la estéril ha tenido siete hijos y la que tenía muchos quedó sin vigor. La profecía ha proyectado aquí chorros de luz para quienes conocen el número siete, en el que está significada la perfección de la Iglesia universal. Por este motivo, el apóstol San Juan escribe a siete iglesias, dando a entender con ello que escribía a la plenitud de la única Iglesia; y en los Proverbios de Salomón, la Sabiduría, que era figura de esto, dice: *Se fabricó una casa y labró siete columnas.* La Ciudad de Dios era estéril en todas las naciones antes de que surgiera este engendro que ahora vemos. Y vemos también ahora sin vigor a la Jerusalén terrena, que tenía muchos hijos, porque los hijos de la libre que había en su seno constituían su vigor, y como ahora en ella no hay más que letra, no espíritu, perdido el vigor, se ha debilitado.

5. *El Señor es quien da la muerte y la vida;* dió muerte a la que tenía muchos hijos, y vida, a la estéril, que tuvo siete, aunque puede entenderse también, quizá con más propiedad, que da vida a los mismos que antes había dado muerte. Esta misma idea está repetida, al parecer, en estas palabras: *Conduce al sepulcro y libra de él.* Estos a quienes se dirige el Apóstol en estos términos: *Si habéis muerto con Cristo, buscad las cosas que son de arriba, donde Cristo está sentado a la diestra de Dios,* indudablemente han recibido del Señor muerte saludable; y estos otros a quienes dice: *Saboreaos en las cosas del cielo, no en las de la tierra,* son los hambrientos que atravesaron la tierra. *Porque estáis ya muertos,* dice. He aquí la muerte saludable que da Dios. Y luego añade: *Y vuestra vida está escondida con Cristo en Dios.* He aquí la vida dada también por Dios. Mas ¿son los mismos los conducidos al sepulcro

prophetabatur eluxit agnoscentibus numerum septenarium, quo est universae Ecclesiae significata perfectio. Propter quod et Ioannes apostolus ad septem scribit Ecclesias [16], eo modo se ostendens ad unius plenitudinem scribere: et in Proverbiis Salomonis hoc antea praefigurans Sapientia, *aedificavit sibi domum, et suffulsit columnas septem* [17]. Sterilis enim erat in omnibus gentibus Dei civitas, antequam iste fetus, quem cernimus, oriretur. Cernimus etiam, quae multa in filiis erat, nunc infirmatam Ierusalem terrenam. Quoniam quicumque filii liberae in ea erant, virtus eius erant: nunc vero ibi quoniam littera est, et spiritus non est, amissa virtute infirmata est.

5. *Dominus mortificat, et vivificat:* mortificavit illam, quae multa erat in filiis; et vivificavit hanc sterilem, quae peperit septem. Quamvis commodius possit intelligi eosdem vivificare, quos mortificaverit. Id enim velut repetivit addendo, *Deducit ad inferos, et reducit.* Quibus enim dicit Apostolus, *Si mortui estis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera Dei sedens:* salubriter utique mortificantur a Domino: quibus adiungit, *Quae sursum sunt sapite, non quae super terram;* ut ipsi sint illi, qui esurientes transierunt terram. *Mortui enim estis,* inquit: ecce quomodo salubriter mortificat Deus. Deinde sequitur, *Et vita*

[16] Apoc. 1,4.
[17] Prov. 9,1.

y los librados de él? Las dos cosas vemos cumplidas en El, es decir, en nuestra Cabeza, con el cual dijo el Apóstol que está escondida nuestra vida en Dios. Y le dió muerte, pues *no perdonó a su propio Hijo, sino que le entregó por todos nosotros.* Y le devolvió la vida, puesto que le resucitó de entre los muertos. Y ya que en la profecía se oye su voz: *No abandones mi alma en el sepulcro,* lo condujo al sepulcro y redujo de él. Su pobreza nos ha enriquecido a nosotros, pues *el Señor es quien hace pobres y ricos.* Para darnos cuenta de esto oigamos lo que sigue: *Abate y ensalza.* Es cierto, abate a los soberbios y ensalza a los humildes. Todo el discurso de esta mujer, cuyo nombre significa Gracia, se compendia en estas palabras: *Dios resiste a los soberbios y da su gracia a los humildes.*

6. Y esta adición: *Levanta de la tierra al pobre,* no la entiende de nadie mejor que de aquel que, *siendo rico, se hizo pobre por nosotros a fin de que fuéramos enriquecidos,* como hemos dicho poco ha, *por su pobreza.* Le levantó de la tierra tan presto para que su carne no viera la corrupción. Y a él aplicó también esto otro: *Y saca del estiércol al mendigo.* Mendigo es igual a pobre. El estiércol del que es sacado se entiende muy bien los perseguidores judíos, en cuyo número se contaba el Apóstol, que persiguió a la Iglesia y decía: *Estas cosas, que antes las consideraba yo como ventajas mías, las tomé por pérdidas por amor de Cristo, y consideré que son no*

vestra abscondita est cum Christo in Deo [18]: ecce quomodo eosdem ipsos vivificat Deus. Sed numquid eosdem deduxit ad inferos et reduxit? Hoc utrumque sine controversia fidelium in illo potius videmus impletum, Capite scilicet nostro, cum quo vitam nostram in Deo Apostolus dixit absconditam. Nam cum *proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum* [19], isto modo utique mortificavit eum. Et quia resuscitavit a mortuis, eumdem rursus vivificavit. Et quia in prophetia vox eius agnoscitur, *Non derelinques animam meam in inferno* [20], eumdem deduxit ad inferos et reduxit. Hac eius paupertate ditati sumus. *Dominus* enim *pauperes facit, et ditat.* Nam quid hoc sit ut sciamus, quod sequitur audiamus: *Humiliat, et exaltat;* utique superbos humiliat, et humiles exaltat. Quod enim alibi legitur, *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam* [21]; hoc totus habet sermo huius, cuius nomen interpretatur Gratia eius.

6. Iam vero quod adiungitur, *Suscitat a terra pauperem:* de nullo melius quam de illo intelligo, qui *propter nos factus est pauper, cum dives esset, ut eius paupertate,* sicut paulo ante dictum est, *ditaremur* [22]. Ipsum enim de terra suscitavit tam cito, ut caro eius non videret corruptionem. Nec illud ab illo alienabo, quod additum est, *Et de stercore erigit inopem.* Inops quippe idem qui pauper. Stercus vero unde erectus est, rectissime intelliguntur persecutores Iudaei, in quorum numero cum se dixisset Apostolus Ecclesiam persecutum, *Quae mihi,* inquit, *fuerunt lucra, haec propter Christum damna esse duxi, nec solum detrimenta,*

[18] Col. 3,1-3.
[19] Rom. 8,32.
[20] Ps. 15,10.
[21] Iac. 4,6.
[22] Cor. 8,9.

sólo desventajas, sino también estiércol, por ganar a Cristo. De la tierra fué, pues, levantado aquel pobre y puesto sobre todos los ricos y del estiércol fué sacado aquel mendigo y puesto sobre todos los opulentos *para colocarlo entre los potentados del pueblo,* a quienes dice: *Os sentaréis sobre doce sillas. Y les da en herencia un trono de gloria.* Habían dicho los potentados: *Bien ves que lo hemos abandonado todo y te hemos seguido.* Habían hecho con verdadero poder este voto.

7. Pero ¿de dónde les vino el poder hacerlo sino de Aquel de quien se dijo a renglón seguido: *El que da la ofrenda al que hace voto?* De otra suerte serían de aquellos potentados, cuyo arco quedó debilitado. *El, que da la ofrenda al que hace voto,* porque nadie puede ofrendar a Dios algo bueno sino el que recibiera de El la ofrenda. Y prosigue: *El bendijo los años del justo* a fin de que viva sin fin con aquel a quien se dice: *Y tus años no tendrán fin.* Allí permanecerán los días, aquí pasan, mejor diría, perecen, pues antes de venir, *no son,* y, una vez que han venido, ya no son, porque vienen tarados con su fin. De las dos cosas, expresadas así: *El, que da la ofrenda al que hace voto y bendijo los años del justo,* nosotros hacemos una y recibimos otra. Pero no se recibe ésta de la bondad de Dios si con su ayuda no se hace primero la otra, *porque el hombre no es poderoso en su propia fuerza. El Señor desechará al enemigo de él,* es decir, al envidioso del oferente, que pretende hacerle imposible el cumplimiento de su voto. La ambigüedad del griego deja margen para entender también *a su enemigo.* Cuando el Señor haya comenzado a poseernos, sin duda el enemigo, que hasta ahora lo había sido nuestro, se hace de

verum etiam stercora existimavi esse, ut Christum lucrifacerem [23]. De terra ergo suscitatus est ille supra omnes divites pauper, et de illo stercore erectus est supra omnes opulentos ille inops: *ut sedeat cum potentibus populi,* quibus ait, *Sedebitis super duodecim sedes. Et sedem gloriae haereditatem dans eis.* Dixerant enim potentes illi, *Ecce nos dimisimus omnia, et secuti sumus te* [24], hoc votum potentissime voverant.

7. Sed unde hoc eis, nisi ab illo, de quo hic continuo dictum est, *Dans votum voventi?* Alioquin ex illis essent potentibus, quorum infirmatus est arcus. *Dans,* inquit, *votum voventi.* Non enim Domino quisquam quidquam rectum voveret, nisi qui ab illo acciperet quod voveret. Sequitur, *Et benedixit annos iusti:* ut cum illo scilicet sine fine vivat, cui dictum est, *Et anni tui non deficient* [25]. Ibi enim stant anni, hic autem transeunt, imo pereunt: antequam enim veniant, non sunt; cum autem venerint, non erunt, quia cum suo fine veniunt. Horum autem duorum, id est, *Dans votum voventi, et benedixit annos iusti;* unum est quod facimus, alterum quod sumimus. Sed hoc alterum Deo largitore non sumitur, nisi cum ipso adiutore primum illud efficitur: *quia non in virtute potens est vir. Dominus infirmum faciet adversarium eius:* illum scilicet qui homini voventi invidet, et resistit, ne valeat implere quod vovit. Potest ex ambiguo graeco intelligi et *adversarium suum.* Cum enim Dominus pos-

[23] Phil. 3,7 et 8.
[24] Mt. 19,28.27.
[25] Ps. 101,28.

El, y es vencido por nosotros, pero no con nuestras fuerzas, *porque el hombre no es poderoso en su propia fuerza. El Señor, pues, desarmará a su enemigo, el Señor santo,* para que lo venzan los santos, hechos santos por el Santo de los santos, por el Señor.

8. *No se gloríe el sabio en su sabiduría, ni el poderoso en su poder, ni el rico en sus riquezas, sino que el que se gloríe, gloríese en esto: en entender y conocer al Señor y en hacer juicio y justicia en medio de la tierra.* Quien conoce y entiende que es el Señor el que le da el conocer y entenderse, no entiende y conoce poco al Señor [5]. *¿Qué tienes*—dice el Apóstol—*que no hayas recibido? Y si lo has recibido, ¿de qué te glorías como si no lo hubieses recibido?* Es decir, como si el motivo u objeto de tu gloriarte procediera de ti. El que vive rectamente, ése hace juicio y justicia. Y vive rectamente quien obedece al mandato de Dios, y *el fin de los mandamientos,* es decir, al que se refieren los mandamientos, *es la caridad que nace de un corazón puro, de una conciencia buena y de una fe no fingida.* Ahora bien: *esta caridad,* como atestigua el apóstol San Juan, *procede de Dios.* Luego el hacer juicio y justicia procede de Dios. Mas ¿qué significa *en medio de la tierra?* ¿Es que, por ventura, no deben hacer juicio y justicia los que habitan los confines de la tierra? ¿Por qué, pues, se añadió *en medio de la tierra?* Si no se hubiera añadido eso, diciendo simplemente *hacer juicio y justicia,* este mandamiento abarcaría por igual a los hombres mediterráneos y a los marítimos. Pero tengo para mí que se dijo *en medio de la tierra* para designar

---

sidere nos coeperit, profecto adversarius qui noster fuerat ipsius fit, et vincitur a nobis; sed non viribus nostris: *quia non in virtute potens est vir. Dominus* ergo *infirmum faciet adversarium suum, Dominus sanctus:* ut vincatur a sanctis, quos Dominus sanctus sanctorum effecit sanctos.

8. Ac per hoc, *Non glorietur prudens in prudentia sua, et non glorietur potens in potentia sua, et non glorietur dives in divitiis suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur, intelligere et scire Dominum, et facere iudicium et iustitiam in medio terrae.* Non parva ex parte intelligit et scit Dominum, qui intelligit et scit etiam hoc a Domino sibi dari, ut intelligat et sciat Dominum. *Quid enim habes,* ait Apostolus, *quod non accepisti? Si autem et accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* [26] Id est, quasi a te ipso tibi sit, unde gloriaris. Facit autem iudicium et iustitiam, qui recte vivit. Recte autem vivit, qui obtemperat praecipienti Deo: *et finis praecepti,* id est, ad quod refertur praeceptum, *charitas est de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta* [27]. Porro ista *charitas,* sicut Ioannes apostolus testatur, *ex Deo est* [28]. Facere igitur iudicium et iustitiam, ex Deo est. Sed quid est, *in medio terrae?* Neque enim non debent facere iudicium et iustitiam qui habitant in extremis terrae? quis hoc dixerit? Cur ergo additum est, *in medio terrae?* Quod si non adderetur, et tantummodo diceretur, *facere iudicium et iustitiam,* magis hoc praeceptum ad utrosque homines pertineret, et mediterraneos et ma-

[26] 1 Cor. 4,7.
[27] 1 Tim. 1,5.15.
[28] 1 Io. 4,7.

el tiempo que se vive en el cuerpo, a fin de que no pensara alguien que, después de finalizada la vida, en el cuerpo hay todavía tiempo suficiente para hacer juicio y justicia, cosa que no hizo mientras vivía en la carne, y que de esta forma puede escapar al juicio divino. En esta vida cada uno lleva consigo su tierra, que, muriendo el hombre, va a parar a la tierra común, y luego se le devolverá una vez resucitado. Por tanto, debe hacerse juicio y justicia *en medio de la tierra,* es decir, mientras nuestra alma se halla aprisionada en este cuerpo terreno; y eso nos será de gran utilidad en el futuro, cuando *cada cual reciba el pago debido a las buenas o malas acciones que haya hecho por el cuerpo.* Esta expresión del Apóstol *por el cuerpo* significa durante el tiempo que vivió en el cuerpo. Porque, si alguien blasfema con intención torcida y de pensamiento, aunque esa acción no la realice con ningún miembro ni movimiento del cuerpo, no por eso deja de ser culpable, siendo así que la realizó durante el tiempo que vivió en el cuerpo. Y así podemos muy bien entender también aquello del Salmo: *Dios, que es nuestro rey desde antes de los siglos, ha obrado la salvación en medio de la tierra.* En este caso, el Señor Jesús se identifica con nuestro Dios, que existe antes de los siglos, porque los siglos fueron hechos por El. El obró nuestra salvación en medio de la tierra cuando el Verbo se hizo carne y habitó en un cuerpo de tierra.

9. Tras la profecía de Ana sobre cómo debe gloriarse quien se gloría, es decir, que no debe gloriarse en sí mismo, sino en el Señor, dice con la mirada en el día del juicio: *El Se-*

---

ritimos. Sed ne quisquam putaret post finem vitae, quae in hoc agitur corpore, superesse tempus iudicium iustitiamque faciendi, quam dum esset in carne non fecit, et sic divinum evadi posse iudicium; *in medio terrae,* mihi videtur dictum, cum quisque vivit in corpore. In hac quippe vita suam terram quisque circumfert, quam moriente homine recipit terra communis, resurgenti utique redditura. Proinde *in medio terrae,* id est, cum anima nostra isto terreno clauditur corpore, faciendum est iudicium et iustitia, quod nobis prosit in posterum, quando *recipiet quisque secundum ea quae per corpus gessit, sive bonum, sive malum* [29]. *Per corpus* quippe ibi dixit Apostolus, per tempus quo vixit in corpore. Neque enim si quis maligna mente atque impia cogitatione blasphemet, neque id ullis membris corporis operetur, ideo non erit reus, quia id non motu corporis gessit, cum hoc per illud tempus gesserit, *quo gessit et corpus.* Isto modo congruenter intelligi potest etiam illud quod in Psalmo legitur, *Deus autem rex noster ante saecula operatus est salutem in medio terrae* [30]: ut Dominus Iesus accipiatur Deus noster qui est ante saecula, quia per ipsum facta sunt saecula, operatus salutem nostram in medio terrae, cum Verbum caro factum est, et terreno habitavit in corpore [31].

9. *Deinde posteaquam prophetatum est in his verbis Annae,* quomodo gloriari debeat qui gloriatur, non in se utique, sed in Domino; propter retributionem quae in die iudicii futura est, *Dominus,* inquit, *ascendit*

[29] 2 Cor. 5,10
[30] Ps. 73,12.
[31] Io. 1,14.

ñor subió a los cielos y tronó. El juzgará los confines de la tierra, porque es justo. En estas palabras observa el orden de la profesión de fe de los fieles. Cristo Nuestro Señor subió a los cielos, y desde allí vendrá a juzgar a los vivos y a los muertos. En efecto, como dice el Apóstol: *¿Quién ascendió sino el que descendió a los lugares más ínfimos de la tierra? El que descendió, ese mismo es el que ascendió sobre todos los cielos para llenarlo todo.* Tronó, pues, por medio de sus nubes, que llenó del Espíritu Santo una vez ascendido. De estas nubes habla en el profeta Isaías cuando amenaza a la Jerusalén esclava, es decir, a la viña ingrata, con no llover sobre ella. Y añadió: *El juzgará los confines de la tierra,* como diciendo: Hasta los confines de la tierra, ya que quien juzgará, sin duda alguna, a todos los hombres, no dejará de juzgar las otras partes de la tierra. Pero quizá se entienda mejor por *confines de la tierra* los confines de la vida humana, porque el hombre no será juzgado según el estado actual, en que fluctúa del bien al mal o del mal al bien, sino según sea hallado en sus postrimerías. Por eso se dijo que *el que perseverare hasta el fin se salvará.* Luego quien hace con perseverancia juicio y justicia en medio de la tierra no será condenado cuando sean juzgadas las potestades de la tierra. *Y da*—dice—*virtud a nuestros reyes,* es decir, para no condenarlos en el juicio. Les da virtud para gobernar la carne como reyes y vencer el mundo en Aquel que derramó por ellos su sangre. *Y ensalzará el poder de su Cristo.* ¿Cómo ensalzará Cristo el poder de su Cristo? Arriba, al decir: *El Señor subió a los cielos,* se ha entendido el Señor Cristo, y

in caelos, et tonuit: ipse iudicabit extrema terrae, quia iustus est. Prorsus ordinem tenuit confessionis fidelium. Ascendit enim in caelum Dominus Christus, et inde venturus est ad vivos et mortuos iudicandos. Nam *quis ascendit,* sicut dicit Apostolus, *nisi qui et descendit in inferiores partes terrae? Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes caelos, ut adimpleret omnia* [32]. Per nubes ergo suas tonuit, quas Spiritu sancto, cum ascendisset, implevit. De quibus ancillae Ierusalem, hoc est ingratae vineae, comminatus est apud Isaiam prophetam, ne pluant super eam imbrem [33]. Sic autem dictum est, *Ipse iudicabit extrema terrae:* ac si diceretur, Etiam extrema terrae. Non enim alias partes non iudicabit, qui omnes homines procul dubio iudicabit. Sed melius intelliguntur extrema terrae, extrema hominis: quoniam non iudicabuntur, quae in melius vel in deterius medio tempore commutantur, sed in quibus extremis inventus fuerit qui iudicabitur. Propter quod dictum est, *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* [34]. Qui ergo perseveranter facit iudicium et iustitiam in medio terrae, non damnabitur, cum iudicabuntur extrema terrae. *Et dat,* inquit, *virtutem regibus nostris:* ut non eos iudicando condemnet. *Dat eis virtutem, qua carnem sicut reges regant, et in illo mundum,* qui propter eos fudit sanguinem, vincant. *Et exaltabit cornu Christi sui.* Quomodo Christus exaltabit cornu Christi sui? De quo enim supra dictum est, *Dominus ascendit in caelos,* et intellectus est Dominus Christus; ipse,

[32] Eph. 4,9 et 10.
[33] Is. 5,6.
[34] Mt. 10,22.

de ese mismo se dice aquí que *ensalzará el poder de su Cristo.* ¿Quién es, pues, el Cristo de su Cristo? ¿O es que ensalzará el poder de cada uno de sus fieles, según la expresión de esta misma mujer al principio de su himno: *Mi Dios ha ensalzado mi poder?* En realidad, podemos muy bien llamar cristos a todos los ungidos con su crisma, porque el Cristo único lo forma el cuerpo y su cabeza. A esto se reduce la profecía de Ana, madre del ilustre y santo Samuel. En él fué figurado entonces el cambio del antiguo sacerdocio, que ahora vemos cumplido, y fué entonces cuando la que tuvo muchos hijos quedó sin vigor, a fin de que la estéril, trocada en madre de siete, tuviera un nuevo sacerdocio en Cristo.

CAPITULO V

Desaparición del sacerdocio de Aarón, predicho al sacerdote Helí

1. El hombre de Dios, cuyo nombre se silencia, pero que por su oficio y ministerio se presenta como profeta, enviado al sacerdote Helí, expresa eso mismo con más claridad [6]. He aquí el texto: *Un hombre de Dios se llegó a Helí y le dijo: Esto dice el Señor: Yo me he manifestado a la familia de tu padre cuando estaban en Egipto sometidos al yugo de Faraón. Y escogí la familia de tu padre entre todos los cetros de Israel para que se haga cargo de mi sacerdocio, para que ellos subiesen a mi altar y me quemasen incienso y anduviesen vestidos*

sicut hic dicitur, *exaltabit cornu Christi sui.* Quis ergo est Christus Christi sui? An cornu exaltabit uniuscuiusque fidelis sui, sicut ista ipsa in principio huius hymni ait: *Exaltatum est cornu meum in Deo meo?* Omnes quippe unctos eius chrismate, recte christos possumus dicere: quod tamen totum cum suo capite corpus unus est Christus. Haec Anna prophetavit, Samuelis mater sancti viri, multumque laudati. In quo quidem tunc figurata est mutatio veteris sacerdotii, et nunc impleta, quando infirmata est quae multa erat in filiis, ut novum haberet in Christo sacerdotium sterilis, quae peperit septem.

CAPUT V

De his quae ad Heli sacerdotem homo Dei prophetico locutus est spiritu, significans sacerdotium, quod secundum Aaron institutum fuerat, auferendum

1. Sed hoc evidentius ad ipsum Heli sacerdotem missus loquitur homo Dei, cuius quidem nomen tacetur, sed intelligitur officio ministerioque suo sine dubitatione propheta. Sic enim scriptum est: *Et venit homo Dei ad Heli, et dixit: Haec dicit Dominus: Revelans revelatus sum ad domum patris tui, cum essent in terra Aegypti servi in domo Pharaonis; et elegi domum patris tui ex omnibus sceptris Israel mihi sacerdotio fungi, ut ascenderent ad altare meum, et incenderent incensum, et portarent Ephod;*

del efod. Yo di a comer a la casa de tu padre parte de los sacrificios que los hijos de Israel hacen con fuego. ¿Por qué, pues, has mirado con ojo desvergonzado mi incienso y mi sacrificio y has glorificado a tus hijos más que a mí por bendecir las primicias de todo sacrificio ofrecido en Israel en mi acatamiento? Por eso dice el Señor Dios de Israel: He decidido que tu casa y la casa de tu padre pasaran eternamente en mi presencia. Y ahora dice el Señor: Eso sí que no. Glorificaré a los que me glorifiquen, y el que me desprecie será despreciado. He aquí que llega el tiempo en que exterminaré tu descendencia de la casa de tu padre y jamás tendrá ya sacerdote en mi casa. Yo apartaré a todos de mi altar a fin de que desfallezcan sus ojos y decaiga su alma. Cuantos restaren de tu casa morirán a cuchillo, y la señal de esto será lo que ha de suceder a tus dos hijos, Ofní y Finees, pues morirán los dos en un mismo día. Yo me buscaré un sacerdote fiel que haga cuanto mi corazón y mi alma desean, y le construiré una casa sólida y duradera, y pasará siempre en presencia de mi Cristo. Y todo el que sobreviviere de tu casa vendrá a adorarle con un óbolo de plata, diciendo: Acomódame en alguna parte de tu sacerdocio para comer el pan.

2. Está de más decir que esta profecía—prenuncio tan claro de la mutación del antiguo sacerdocio—se cumplió a la letra en Samuel. Si bien es verdad que Samuel no fué de tribu distinta de la destinada por Dios para servir al altar, sin embargo, no era de los hijos de Aarón [7], cuya posteridad había sido designada para perpetuar el sacerdocio. Como consecuencia, este suceso fué figura, si bien sombría, del cambio que luego había de operarse por medio de Jesucristo. La profecía, en sentido propio, pertenecía al Antiguo Testamento, y en sentido figurado, al Nuevo. Y hablo en cuanto al hecho, no en cuanto a las palabras; es decir, que el hecho significaba lo que el profeta expresó al sacerdote Helí en palabras. Después hubo sacerdotes de la familia de Aarón, como Sadoc y Abiatar, en el reinado de David, y otros más tarde, pero mucho antes de la época en que debía cumplirse en Cristo la predicción hecha sobre el cambio del sacerdocio. ¿Quién, observando esto con la mirada de la fe, no ve que ya está cumplida? En efecto, actualmente no queda a los judíos ni tabernáculo, ni templo, ni altar, ni sacrificio, ni, por consiguiente, algunos de esos sacerdotes que, según la ley de Dios, debían ser de la familia de Aarón. A esto alude el profeta en esta profecía al decir: *Esto dice el Señor Dios de Israel: He decidido que tu casa y la casa de tu padre pasaran eternamente en mi presencia. Y ahora dice el Señor: Eso sí que no. Glorificaré a los que me glorifiquen y el que me desprecie será despreciado.* Aquí llama casa de su padre. Conste que no habla de su padre próximo, sino de Aarón, que fué el primer sacerdote instituído, del que descienden todos los demás, cosa que dejan entrever las expresiones anteriores, que suenan: *Me he manifestado a la familia de tu padre cuando estaban en tierra de Egipto sometidos al yugo de Faraón. Y escogí la familia de tu padre entre todos los cetros de Israel para que se haga cargo de mi sacerdocio.* ¿Quién de sus padres estuvo bajo el yugo de los egipcios y, una vez libertados, fué

---

et dedi domui patris tui omnia quae sunt ignis filiorum Israel in escam. Et utquid respexisti in incensum meum, et in sacrificium meum impudenti oculo, et glorificasti filios tuos super me, benedicere primitias omnis sacrificii in Israel in conspectu meo? Propter hoc haec dicit Dominus Deus Israel: Dixi, Domus tua et domus patris tui transibunt coram me usque in aeternum. Et nunc dicit Dominus: Nequaquam, sed glorificantes me glorificabo; et qui spernit me, spernetur. Ecce dies veniunt, et exterminabo semen tuum et semen domus patris tui, et non erit tibi senior in domo mea omnibus diebus, et virum exterminabo tibi ab altari meo, ut deficiant oculi eius, et defluat anima eius; et omnis qui superaverit domus tuae, decidet in gladio virorum. Et hoc tibi signum, quod veniet super duos filios tuos hos, Ophni et Phinees; una die morientur ambo. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui omnia quae in corde meo et quae in anima mea, faciat; et aedificabo ei domum fidelem, et transibit coram Christo meo omnibus diebus. Et erit, qui superaverit in domo tua, veniet adorare ei obolo argenti, dicens: Iacta me in unam partem sacerdotii tui manducare panem[35].

2. Non est ut dicatur ista prophetia, ubi sacerdotii veteris tanta manifestatione praenuntiata mutatio est, in Samuele fuisse completa. Quanquam enim non esset de alia tribu Samuel, quam quae constituta fuerat a Domino, ut serviret altari; tamen non erat de filiis Aaron, cuius progenies fuerat deputata, unde fierent sacerdotes: ac per hoc in ea quoque re gesta, eadem mutatio, quae per Christum Iesum futura fuerat, adumbrata est: et ad vetus Testamentum proprie, figurate vero pertinebat ad novum, prophetia facti etiam ipsa, non verbi; id scilicet facto significans, quod verbo ad Heli sacerdotem dictum est per Prophetam. Nam fuerunt postea sacerdotes ex genere Aaron, sicut Sadoch et Abiathar regnante David[36], et alii deinceps, antequam tempus veniret, quo ista quae de sacerdotio mutando tanto ante praedicta sunt, effici per Christum oportebat. Quis autem nunc fideli oculo haec intuens non videat esse completa? quandoquidem nullum tabernaculum, nullum templum, nullum altare, nullum sacrificium, et ideo nec ullus sacerdos remansit Iudaeis, quibus, ut de semine Aaron ordinaretur, in Dei fuerat lege mandatum. Quod et hic commemoratum est, illo dicente propheta, *Haec dicit Dominus Deus Israel: Dixi, Domus tua et domus patris tui transibunt coram me usque in aeternum. Et nunc dicit Dominus: Nequaquam, sed glorificantes me glorificabo; et qui me spernit, spernetur.* Quod enim nominat domum patris eius, non eum de proximo patre dicere, sed de illo Aaron, qui primus sacerdos est institutus, de cuius progenie caeteri sequerentur, superiora demonstrant, ubi ait, *Revelatus sum ad domum patris tui, cum essent in terra Aegypti servi in domo Pharaonis, et elegi domum patris tui ex omnibus sceptris Israel, mihi sacerdotio fungi.* Quis patrum fuit huius in illa Aegyptia servitute, unde, cum liberati essent, electus est ad sacerdotium, nisi Aaron? De huius ergo stirpe isto loco dixit futurum

[35] 1 Reg. 2,27-36.

[36] 2 Reg. 15.

elegido para el sacerdocio sino Aarón? Luego en este pasaje se dice que de su estirpe no habrá en adelante más sacerdotes. Y esto ya lo vemos cumplido. ¡En vela la fe! Los hechos están a la vista, se ven, se palpan y se entran por los ojos de quienes no quieren ver. *He aquí que llega el tiempo*—dice—*en que exterminaré tu descendencia y la descendencia de la casa de tu padre, y jamás tendrás ya sacerdote en mi casa.* Y *apartaré a todos de mi altar a fin de que desfallezcan sus ojos y decaiga su alma.* He aquí que ya llegó el tiempo anunciado. No hay sacerdotes según el orden de Aarón, y cuantos restan de su estirpe, al considerar que el sacrificio de los cristianos brilla en todo el mundo y que al suyo le ha sido substraído ese gran honor, les desfallecen los ojos y su alma decae presa de tristeza [8].

3. Empero, lo siguiente se refiere, en sentido propio, a la casa de Helí, a quien se dirigía: *Cuantos restaren de tu casa morirán a cuchillo, y la señal de esto será lo que ha de suceder a tus dos hijos, Ofní y Finees, es decir, morirán los dos en un mismo día.* La misma señal que marcó el sacerdocio arrebatado a la casa de éste, ésa marcó que debía cambiarse el sacerdocio de la casa de Aarón. La muerte de los hijos de Helí significó no la muerte de los hombres, sino la del sacerdocio en la descendencia de Aarón. Lo que sigue dice ya relación a aquel sacerdote del que es figura Samuel, sucesor de Helí. Se habla, por consiguiente, de Jesucristo, verdadero sacerdote del Nuevo Testamento: *Yo me buscaré un sacerdote fiel que obre según mis deseos y mis pensamientos, y le construiré una casa sólida y duradera.* Esta casa es la Jerusalén soberana y eterna. *Y pasará siempre*—dice—*en casa de mi Cristo. Pasará,* es decir, estará

---

fuisse, ut non essent ulterius sacerdotes: quod iam videmus impletum. Vigilet fides, praesto sunt res, cernuntur, tenentur, et videre nolentium oculis ingeruntur. *Ecce,* inquit, *dies veniunt, et exterminabo semen tuum, et semen domus patris tui, et non erit tibi senior in domo mea omnibus diebus, et virum exterminabo tibi ab altari meo, ut deficiant oculi eius, et defluat anima eius.* Ecce dies qui praenuntiati sunt, iam venerunt. Nullus sacerdos est secundum ordinem Aaron; et quicumque ex eius genere est homo, cum videt sacrificium Christianorum toto orbe pollere, sibi autem honorem illum magnum esse subtractum, deficiunt oculi eius, et defluit anima eius tabe moeroris.

3. Proprie autem ad huius domum Heli, cui haec dicebantur, quod sequitur pertinet: *Et omnis qui superaverit domus tuae, decidet in gladio virorum. Et hoc tibi signum, quod veniet super duos filios tuos hos, Ophni et Phinees; die uno morientur ambo.* Hoc ergo signum factum est mutandi sacerdotii de domo huius, quo signo significatum est mutandum sacerdotium domus Aaron. Mors quippe filiorum huius significavit mortem, non hominum, sed ipsius sacerdotii de filiis Aaron. Quod autem sequitur, ad illum iam pertinet sacerdotem, cuius figuram gessit huic succedendo Samuel. Proinde quae sequuntur, de Christo Iesu, novi Testamenti vero sacerdote, dicuntur: *Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui omnia quae in corde meo et quae in anima mea, faciat; et aedificabo*

ante él, como había dicho antes de la casa de Aarón: *He decidido que tu casa y la casa de tu padre pasaran siempre en mi presencia. Pasará en presencia de mi Cristo* se refiere, indudablemente, a la casa, no a Cristo sacerdote, Mediador y Salvador. Luego su casa pasará en presencia de El. Puede también entenderse que pasará de la muerte a la vida durante todo el tiempo de nuestra mortalidad hasta el fin de los siglos. Y cuando Dios dice: *Que haga cuanto mi corazón y mi alma desea,* no pensemos que tiene alma, siendo El el Creador del alma. Estas expresiones se aplican a Dios metafóricamente, no en sentido propio, como se dice de El que tiene manos y pies y otros miembros del cuerpo. Además, a fin de que no se imagine alguien que el hombre fué hecho a imagen de Dios según el cuerpo, se atribuyen también a Dios alas, miembros de que el hombre carece. Y así se dice a Dios: *Ampárame bajo la sombra de tus alas,* para que entiendan los hombres que eso se dice de su naturaleza inefable no propia, sino metafóricamente.

4. Estas palabras: *Y todo el que sobreviviere de tu casa vendrá a adorarle,* no se refieren propiamente a la casa de Helí, sino a la de Aarón, de la cual han sobrevivido hombres hasta la venida de Jesucristo, y de su linaje aún hay algunos. Porque de la casa de Helí ya se había dicho antes: *Y cuantos restaren de tu casa morirán a cuchillo.* ¿Cómo es posible que sea verdadero que todo *el que sobreviviere de tu casa vendrá a adorarle,* si es verdad que no escapará nadie al cuchillo vengador? Quizá quiso dar a entender con ello todos los pertenecien-

---

ei domum fidelem. Ipsa est aeterna et superna Ierusalem. *Et transibit,* inquit, *coram Christo meo omnibus diebus. Transibit,* dixit, conversabitur: sicut superius dixerat de domo Aaron, *Dixi, Domus tua et domus patris tui transibunt coram me in aeternum.* Quod autem ait, *coram Christo meo transibit;* de ipsa domo utique intelligendum est, non de illo sacerdote, qui est Christus ipse Mediator atque Salvator. Domus ergo eius coram illo transibit. Potest et *transibit* intelligi de morte ad vitam, omnibus diebus, quibus peragitur usque in finem saeculi huius ista mortalitas. Quod autem ait Deus, *Qui omnia quae in corde meo, et quae in anima mea, faciat;* non arbitremur habere animam Deum, cum sit conditor animae: sed ita hoc de Deo tropice, non proprie, dicitur, sicut manus et pedes et alia corporis membra. Et, ne secundum hoc credatur homo in carnis huius effigie factus ad imaginem Dei, adduntur et alae, quas utique non habet homo: et dicitur Deo, *Sub umbra alarum tuarum protege me* [37]: ut intelligant homines de illa ineffabili natura, non propriis, sed translatis rerum vocabulis ista dici.

4. Quod vero adiungitur, *Et erit, qui superaverit in domo tua, veniet adorare ei:* non proprie de domo dicitur huius Heli, sed illius Aaron, de qua usque ad adventum Iesu Christi homines remanserunt, de quo genere etiam nunc usque non desunt. Nam de illa domo huius Heli iam supra dictum erat, *Et omnis qui superaverit domus tuae, decidet in gladio virorum.* Quomodo ergo hic vere dici potuit, *Et erit, qui superaverit in domo tua, veniet adorare ei;* si illud est verum, quod ultore gladio nemo inde

[37] Ps. 16,8.

tes a la estirpe sacerdotal según el orden de Aarón. Si, pues, forma parte de los predestinados que restan, de los cuales dijo otro profeta: *Los que sobrevivan se salvarán,* a lo cual añade: *De la misma suerte, pues, se han salvado en este tiempo los sobrevivientes acogidos por la elección de la gracia,* ya que de tales supervivientes se entenderían perfectamente estas palabras: *Todo el que sobreviviere de tu casa,* indudablemente creerá en Cristo. Así, en tiempos de los apóstoles creyeron muchos de esa nación, y aun ahora no faltan quienes, aunque son muy raros, creen, cumpliéndose en ellos lo que añadió de seguida este hombre de Dios: *Vendrá a adorarle con un óbolo de plata.* ¿A quién vendrá a adorar sino al sumo Sacerdote, que es también Dios? En el sacerdocio según el orden de Aarón, los hombres no iban al templo o al altar de Dios a adorar al sacerdote. ¿Qué significa *con un óbolo de plata* sino la palabra abreviada de la fe, a la cual aplica el Apóstol esto: *El Señor hará una palabra breve y reducida sobre la tierra?* El salmo que canta: *Palabras puras y sinceras son las palabras del Señor; son plata ensayada al fuego,* prueba que plata en este lugar equivale a palabra.

5. ¿Qué dice este que viene a adorar al sacerdote de Dios y al sacerdote-Dios? *Acomódame en alguna parte de tu sacerdocio para comer el pan.* No quiero gozar del honor de mis padres, que ya no existe; acomódame en una parte de tu sacerdocio. *He escogido ser el ínfimo de la casa de Dios,* es decir, deseo ser un miembro cualquiera de tu sacerdocio. Llama aquí sacerdocio al pueblo, cuyo sacerdote es el Mediador entre Dios y los hombres, el hombre Jesucristo. A este pueblo dice el apóstol San Pedro: *Pueblo santo, sacerdocio real.* Verdad es que algunos han traducido *de tu sacrificio,* no *de tu sacerdocio;* pero esto significa igualmente el pueblo cristiano. Por eso dice el apóstol San Pablo: *Siendo muchos, venimos a ser un solo pan, un solo cuerpo.* Estas palabras *para comer el pan* expresan elegantemente ese género de sacrificio del que dice su Sacerdote: *Y el pan que yo daré para la vida del mundo es mi propia carne.* Y este sacrificio no es según el orden de Aarón, sino según el orden de Melquisedec. Entiéndalo bien el lector [9]. Esta confesión breve y saludablemente humilde: *Acomódame en una parte de tu sacerdocio para comer el pan,* es el óbolo de plata, porque la palabra del Señor, que mora en el creyente, es breve. Arriba había dicho que dió a la casa de Aarón por comida las víctimas del Antiguo Testamento, expresándose así: *Y di a la casa de tu padre en comida parte de todos los sacrificios de los hijos de Israel que se hacen con fuego;* éstos eran precisamente los sacrificios de los judíos. Y ahora dijo: *Para comer el pan,* que es el sacrificio de los cristianos en el Nuevo Testamento.

---

supererit: nisi quia illos intelligi voluit, qui pertinent ad stirpem, sed illius totius sacerdotii secundum ordinem Aaron? Ergo si de illis est praedestinatis reliquiis, de quibus alius propheta dixit, *Reliquiae salvae fient* [38]; unde et Apostolus, *Sic ergo,* inquit, *et in hoc tempore reliquiae per electionem gratiae salvae factae sunt* [39]; quia de talibus reliquiis bene intelligitur esse de quo dictum est, *Qui superaverit in domo tua:* profecto credit in Christum; sicut temporibus Apostolorum ex ipsa gente plurimi crediderunt; neque nunc desunt, qui, licet rarissime, tamen credant, et impletur in eis quod hic iste homo Dei continuo secutus adiunxit, *Veniet adorare ei obolo argenti:* cui adorare, nisi illi summo sacerdoti, qui et Deus est? Neque enim in illo sacerdotio secundum ordinem Aaron, ad hoc veniebant homines ad templum vel altare Dei, ut sacerdotem adorarent. Quid est autem quod ait, *obolo argenti,* nisi brevitate verbi fidei, de quo commemorat Apostolus dictum, *Verbum consummans et brevians faciet Dominus super terram* [40]; argentum autem pro eloquio poni, Psalmus testis est, ubi canitur: *Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum* [41].

5. Quid ergo dicit iste, qui venit adorare sacerdoti Dei et sacerdoti Deo? *Iacta me in unam partem sacerdotii tui, manducare panem.* Nolo in patrum meorum collocari honore, qui nullus est: iacta me in partem sacerdotii tui. *Elegi* enim *abiectus esse in domo Dei* [42]: qualecumque et quantulumcumque membrum esse cupio sacerdotii tui. Sacerdotium quippe hic ipsam plebem dicit, cuius plebis ille sacerdos est Mediator Dei et hominum homo Christus Iesus. Cui plebi dicit apostolus Petrus, *Plebs sancta, regale sacerdotium* [43]. Quamvis nonnulli, *sacrificii tui* sint interpretati; non, *sacerdotii tui:* quod nihilominus eumdem significat populum christianum. Unde dicit apostolus Paulus, *Unus panis, unum corpus multi sumus* [44]. Quod ergo addidit, *manducare panem,* etiam ipsum sacrificii genus eleganter expressit, de quo dicit sacerdos ipse, *Panis quem ego dedero, caro mea est pro saeculi vita* [45]. Ipsum est sacrificium, non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech: qui legit, intelligat. Brevis itaque ista confessio et salubriter humilis, qua dicitur, *Iacta me in partem sacerdotii tui, manducare panem,* ipse est obolus argenti; quia et breve est, et eloquium Domini est habitantis in corde credentis. Quia enim dixerat superius dedisse se domui Aaron cibos de victimis veteris Testamenti, ubi ait, *Dedi domui patris tui omnia quae sunt ignis filiorum Israel in escam;* haec quippe fuerant sacrificia Iudaeorum: ideo hic dixit, *manducare panem;* quod est in novo Testamento sacrificium Christianorum.

[38] Is. 10,22.
[39] Rom. 11,5.
[40] Rom. 9,28; Is. 10,23.
[41] Ps. 11,7.
[42] Ps. 83,11.
[43] 1 Petr. 2,9.
[44] 1 Cor. 10,17.
[45] Io. 6,52.

CAPITULO VI

El sacerdocio judío y su reino

1. Aunque estas cosas fueron predichas entonces con gran profundidad y ahora despiden luz clara, sin embargo, alguien puede objetar con visos de probabilidad: ¿Quién nos garantiza que todas las predicciones de esos libros se han de cumplir, si este oráculo divino: *Tu casa y la casa de tu padre pasarán eternamente en mi presencia, no ha podido cumplirse?* Porque vemos que ese sacerdocio ha sido cambiado, y que no puede esperarse que se cumpla algún día la promesa hecha a esa casa, puesto que ése ha sido abolido y cambiado y la eternidad se predica más bien del que le sucede. Quien así habla no comprende o no recuerda que el sacerdocio, aun el que es según el orden de Aarón, fué constituído como sombra del sacerdocio venidero, eterno. Y, por tanto, cuando se prometió la eternidad, se prometió no a la sombra y a la figura, sino a lo figurado y adumbrado. Y por que no se imaginara que la misma sombra permanece, fué preciso profetizar también su cambio.

2. En este sentido, el reino de Saúl, que fué reprobado y rechazado, era también sombra del reino futuro, que tendría una duración eterna. El óleo con que fué ungido—de este crisma derivó Cristo—debe tomarse místicamente y considerar en él un gran misterio. Así, el mismo David le respetó tanto en

CAPUT VI

De Iudaico sacerdotio et regno, quae cum in aeternum dicantur statuta, non permanent; ut alia intelligantur, quorum spondetur aeternitas

1. Cum igitur haec tanta tunc altitudine praenuntiata sint, tanta nunc manifestatione clarescant; non frustra tamen moveri quispiam potest, ac dicere: Quomodo confidimus venire omnia, quae in libris illis ventura praedicta sunt, si hoc ipsum quod ibi divinitus dictum est, *Domus tua et domus patris tui transibunt coram me in aeternum*, effectum habere non potuit? Quoniam videmus illud sacerdotium fuisse mutatum; et quod illi domui promissum est, nec sperari aliquando complendum: quia illud quod ei reprobato mutatoque succedit, hoc potius praedicatur aeternum. Hoc qui dicit, nondum intelligit, aut non recolit, etiam ipsum secundum ordinem Aaron sacerdotium, tanquam umbram futuri aeterni sacerdotii constitutum: ac per hoc quando ei aeternitas promissa est, non ipsi umbrae ac figurae, sed ei quod per ipsam adumbrabatur figurabaturque, promissum est. Sed ne putaretur ipsa umbra esse mansura, ideo etiam mutatio eius debuit prophetari.

2. Regnum quoque isto modo etiam Saulis ipsius, qui certe reprobatus atque reiectus est, futuri regni erat umbra in aeternitate mansuri. Oleum quippe illud quo unctus est, et ab eo chrismate christus est dictus, mystice accipiendum, et magnum sacramentum intelligendum est: quod in eo tantum veneratus est ipse David, ut percusso corde pavitaverit,

él, que le saltaba el corazón de miedo cuando, escondido en una cueva obscura, donde había entrado también Saúl forzado por una necesidad natural, le cortó ocultamente una partecita de su túnica, para hacerle ver, mostrándosela, que le había perdonado, pudiendo haberle dado muerte. Y con ello ahuyentara de su espíritu la sospecha que le llevaba a ver en el santo David un enemigo suyo y a perseguirle con violencia. Este temía ser culpable de la profanación de tan gran misterio simplemente por haber tocado su túnica. Así está escrito: *A David le remordió la conciencia por haber tocado la orla del manto de Saúl.* Sus compañeros le persuadían a que diera muerte a Saúl, entregado como estaba en sus manos. *No permita Dios* —repuso—*que ponga en práctica tal consejo levantando mi mano contra y sobre él, porque es el ungido del Señor.* Y respetaba tan honradamente esa figura del futuro, no tanto por sí misma cuanto por lo figurado por ella. Samuel dice a Saúl: *Porque no has cumplido mi mandamiento, que te intimó el Señor, el reino de Israel que Dios te había preparado para siempre ya no subsistirá, no será estable. El Señor buscará un hombre según su corazón y le llamará a ser caudillo de su pueblo, por cuanto tú no guardaste lo mandado por El.* No debe entenderse esto como si Dios hubiera dispuesto que Saúl reinara eternamente y no quisiera luego guardar su promesa, pues no ignoraba que había de pecar. Había aparejado su reino, eso sí, mas para que fuera figura del reino eterno. Por eso añadió: *Y ahora tu reino no subsistirá para ti.* Subsistió y sub-

quando in tenebroso occultatus antro, quo etiam Saul urgente intraverat necessitate naturae, exiguam particulam vestis eius retrorsum latenter abscidit, ut haberet unde monstraret, quomodo ei pepercerit, cum posset occidere; atque ita suspicionem de animo eius, qua sanctum David putans inimicum suum vehementer persequebatur, auferret. Ne itaque reus esset tanti sacramenti in Saule violati, quia vel indumentum eius sic attrectavit, extimuit. Ita enim scriptum est: *Et percussit cor David super eum, quia abstulit pinnulam chlamydis eius.* Viris autem, qui cum illo erant, et ut Saulem in manus suas traditum interimeret suadebant, *Non mihi*, inquit, *contingat a Domino, si fecero hoc verbum domino meo christo Domini, inferre manum meam super eum; quia christus Domini est hic*[46]. Huic ergo umbrae futuri non propter ipsam, sed propter illud quod praefigurabat, tanta veneratio exhibebatur. Unde et illud quod ait Sauli Samuel, *Quoniam non servasti mandatum meum, quod mandavit tibi Dominus; quemadmodum nunc paraverat Dominus regnum tuum usque in aeternum super Israel, et nunc regnum tuum non stabit tibi; et quaeret Dominus sibi hominem secundum cor suum, et mandabit ei Dominus esse in principem super populum suum; quia non custodisti quae mandavit tibi Dominus*[47]: non sic accipiendum est, ac si ipsum Saulem Deus in aeternum praeparaverit regnaturum, et hoc postea noluerit servare peccanti; neque enim eum peccaturum esse nesciebat: sed praeparaverat regnum eius, in quo figura esset regni aeterni. Ideo addidit, *Et nunc regnum tuum non*

[46] 1 Reg. 24,6.7.
[47] Ibid., 13,13.14.

sistirá lo figurado por él, pero no subsistirá para él, porque no reinará ni él ni su descendencia eternamente, a fin de que, al menos en la sucesión de sus descendientes, pareciera cumplirse la promesa de eternidad. *El Señor buscará un hombre*, dice. Lo cual apunta bien a David, bien al Mediador del Nuevo Testamento, figurado en el crisma con que fué ungido David y su linaje. El Señor no busca un hombre, como si desconociera dónde está, sino que habla por medio de un hombre, a usanza humana, y nos busca también con ese modo de hablar. Y éramos tan conocidos no sólo para Dios Padre, sino también para su Unigénito, que vino a buscar lo que había perecido, que nos había elegido en él antes de la creación del mundo. *Se buscará* (quaeret) significa *tendrá por suyo*. De aquí que en latín esta palabra admita preposición y se diga *acquirit* (adquiere), que pone en claro qué significa, aunque *buscar* (quaerere) sin preposición significa *adquirir* (acquirere). Por eso los lucros se llaman también *ganancias* (quaestus).

CAPITULO VII

Desgajamiento del reino de Israel

1. Saúl pecó de nuevo por desobediencia, y Samuel tornó a dirigirle la palabra en nombre del Señor: *Porque despreciaste la palabra del Señor, el Señor te ha desechado para que no*

stabit tibi. Stetit ergo, et stabit, quod in illo significatum est: sed non huic stabit, quia non in aeternum ipse fuerat regnaturus, nec progenies eius, ut saltem per posteros alterum alteri succedentes videretur impleri quod dictum est, *in aeternum. Et quaeret*, inquit, *Dominus sibi hominem:* sive David, sive ipsum Mediatorem significans Testamenti novi, qui figurabatur in chrismate etiam quo unctus est ipse David et progenies eius. Non autem quasi nesciat ubi sit, ita Deus sibi hominem quaerit: sed per hominem more hominum loquitur; quia et sic loquendo nos quaerit. Non solum enim Deo Patri, verum etiam ipsi quoque Unigenito eius, qui venit quaerere quod perierat, usque adeo iam eramus noti, ut in ipso essemus electi ante constitutionem mundi [49]. *Quaeret sibi* ergo dixit, suum habebit. Unde in latina lingua hoc verbum accipit praepositionem, et, Acquirit, dicitur: quod satis apertum est quid significet. Quanquam et sine additamento praepositionis Quaerere intelligatur Acquirere: ex quo lucra vocantur et quaestus.

CAPUT VII

De disruptione regni Israelitici, qua praefiguratur perpetua divisio Israelis spiritualis ab Israeli carnali

1. Rursus peccavit Saul per inobedientiam, et rursus Samuel ait illi in verbo Domini: *Quia sprevisti verbum Domini, sprevit te Dominus, ut non sis rex super Israel.* Et rursus pro eodem peccato, cum id confiteretur

[48] Lc. 19,10.
[49] Eph. 1,4.

seas rey de Israel. Saúl confiesa otra vez su pecado, pide perdón y ruega a Samuel que vuelva a aplacar a Dios. Y él le dice: *No volveré contigo, porque has despreciado la palabra del Señor, y el Señor te desecha para que no seas rey de Israel. Samuel volvió su rostro para marchar, y Saúl le asió de la orla de su capa y la rasgó. Samuel entonces le replicó: El Señor ha destituído hoy a Israel del reino quitándole de tu mano, y lo dará a otro próximo mejor que tú. Israel quedará dividido en dos partes. Y no se volverá atrás ni se arrepentirá, porque no es como el hombre, susceptible de arrepentimiento. El hombre amenaza y no persevera.* Este a quien dice: *El Señor te desecha para que no seas rey de Israel* y *el Señor ha destituído hoy a Israel del reino quitándolo de tu mano*, reinó sobre Israel cuarenta años [10]. Es decir, reinó tanto tiempo como David, y oyó esto en la primera época de su reinado. Con ello se nos da a entender que no había de reinar ya ninguno de su estirpe y que fijemos nuestra vista en la estirpe de David, de la cual nació, según la carne, el Mediador entre Dios y los hombres, Cristo hombre.

2. En la Escritura no se lee, como en muchos códices latinos: *El Señor ha desgajado de tu mano el reino de Israel*, sino como hemos traducido, acomodándonos a los códices griegos: *El Señor ha destituído a Israel del reino quitándolo de tu mano*, dando a entender con ello que *de tu mano* es lo mismo que *a Israel*. Este hombre personificaba figuradamente al pueblo de Israel, destinado a perder el reino, habiendo de reinar Nuestro Señor Jesucristo no carnal, sino espiritualmente, por el Nuevo Testamento. Cuando se dice: *Y lo dará a otro pró-*

Saul, et veniam precaretur, rogaretque Samuelem, ut reverteretur cum illo ad placandum Deum: *Non revertar*, inquit, *tecum; quia sprevisti verbum Domini, et spernet te Dominus, ne sis rex super Israel. Et convertit Samuel faciem suam, ut abiret: et tenuit Saul pinnulam diploidis eius, et disrupit eam. Et dixit ad eum Samuel, Disrupit Dominus regnum ab Israel de manu tua hodie, et dabit proximo tuo bono super te, et dividetur Israel in duo: et non convertetur, neque poenitebit eum; quoniam non est sicut homo, ut poeniteat eum: ipse minatur, et non permanet* [50]. Iste cui dicitur, *Spernet Dominus, ne sis rex super Israel;* et, *Disrupit Dominus regnum ab Israel de manu tua hodie;* quadraginta annos regnavit super Israel, tanto scilicet spatio temporis, quanto et ipse David, et audivit hoc primo tempore regni sui: ut intelligamus ideo dictum, quia nullus de stirpe eius fuerat regnaturus; et respiciamus ad stirpem David, unde exortus est secundum carnem Mediator Dei et hominum homo Christus Iesus.

2. Non autem habet Scriptura, quod in plerisque latinis codicibus legitur, *Disrupit Dominus regnum Israel de manu tua;* sed sicut a nobis positum est inventum in graecis, *Disrupit Dominus regnum ab Israel de manu tua:* ut hoc intelligatur, *de manu tua;* quod est, *ab Israel.* Populi ergo Israel personam figurate gerebat homo iste, qui populus regnum fuerat amissurus, Christo Iesu Domino nostro per novum Testamentum,

[50] 1 Reg. 15,23-29.

ximo, alude a un parentesco carnal, pues que Cristo nació de Israel según la carne, igual que Saúl. Esta adición, *bueno sobre ti*, puede entenderse *mejor que tú*. Algunos así lo han interpretado. Pero es más aceptable este sentido de *bueno sobre ti;* El está sobre ti, porque él es bueno, según aquel dicho profético: *Mientras yo pongo a tus enemigos bajo tus pies*. Entre estos enemigos está Israel, y a este su perseguidor le arrebató el reino Cristo. Y el Israel en que no había engaño había sido allí como trigo entre paja. De El procedían los apóstoles, de él los santos mártires, el primero de los cuales fué San Esteban; de él brotaron esa serie de iglesias mencionadas por el apóstol San Pablo, que engrandeció a Dios en su conversión.

3. Sobre estas palabras: *Israel quedará dividido en dos partes*, no me quedan dudas. Deben entenderse diciendo que una parte es el Israel enemigo de Cristo, y otra, el Israel simpatizante con Cristo; una, el Israel de la esclava, y otra, el Israel de la libre. Estas dos clases estaban en un principio juntas, como Abrahán unido aún a la esclava, hasta que la estéril, fecundada por la gracia de Cristo, exclamó: *Arroja a la esclava y a su hijo*. Sabemos que Israel se dividió en dos bandos, a causa del pecado de Salomón, durante el reinado de Roboán, y que se mantuvo así, cada partido con sus reyes, hasta que toda la nación fué subyugada por los caldeos y llevada a cautividad. Pero ¿qué tiene que ver esto con Saúl? Si hubiera de hacerse tal amenaza, ¿no debería hacerse más bien a David, de quien era hijo Salomón? Además, ahora la nación hebrea no se dividió entre sí, sino que fué dispersada indiferentemente por el mundo en comunión del mismo error. Empero, la división que Dios conminó en la persona de Saúl, representante del reino y del pueblo, a ese mismo pueblo y reino se dió como eterna e inmutable en las palabras siguientes: *Y no se volverá atrás ni se arrepentirá, porque no es como el hombre, susceptible de arrepentimiento. El hombre amenaza y no persevera;* que es decir: el hombre amenaza y no es constante; en cambio, Dios no, porque no se arrepiente como el hombre. Cuando dice que se arrepiente, se da a entender la mutación de las cosas, siguiendo inmutable la presciencia divina. Y decir que no se arrepiente es decir que no cambia.

4. Por estas palabras vemos que Dios pronunció una sentencia irrevocable y perpetua sobre la división del pueblo de Israel. Cuantos han pasado, pasan o pasarán de ese pueblo a Cristo, según la presciencia de Dios, no proceden de él, pero sí según la naturaleza única del género humano. Además, cuantos israelitas se adhieran a Cristo y permanezcan en él no estarán nunca con los israelitas, que seguirán siendo enemigos suyos hasta el fin del mundo. La división aquí predicada subsistirá siempre. El Antiguo Testamento, dado sobre el monte Sinaí, que engendra esclavos, tiene sólo un valor, el dar testimonio del Nuevo. Mientras uno lee a Moisés, se echa un velo sobre su corazón, y al pasar a Cristo se descorre el velo.

---

non carnaliter, sed spiritualiter regnaturo. De quo cum dicitur, *Et dabit illud proximo tuo*, ad carnis cognationem id refertur: ex Israel enim Christus secundum carnem, unde et Saul. Quod vero additum est, *bono super te*, potest quidem intelligi, *meliori te;* nam et quidam sic sunt interpretati: sed melius sic accipitur, *bono super te*, ut quia ille bonus est, ideo sit super te, iuxta illud aliud propheticum, *Donec ponam omnes inimicos tuos sub pedibus tuis* [51]. In quibus est et Israel, cui suo persecutori regnum abstulit Christus. Quamvis fuerit illic et Israel, in quo dolus non erat [52], quoddam quasi frumentum illarum palearum. Nam utique inde erant Apostoli, inde tot martyres, quorum prior Stephanus; inde tot Ecclesiae, quas apostolus Paulus commemorat, in conversione eius magnificantes Deum [53].

3. De qua re non dubito intelligendum esse quod sequitur, *Et dividetur Israel in duo:* in Israel scilicet inimicum Christo, et Israel adhaerentem Christo; in Israel ad ancillam, et Israel ad liberam pertinentem. Nam ista duo genera primum simul erant, velut Abraham adhuc adhaereret ancillae, donec sterilis per Christi gratiam fecundata clamaret, *Eiice ancillam et filium eius* [54]. Propter peccatum quidem Salomonis regnante filio eius Roboam, scimus Israel in duo fuisse divisum, atque ita perseverasse, habentibus singulis partibus reges suos, donec illa gens tota a Chaldaeis esset ingenti vastatione subversa atque translata. Sed hoc quid ad Saulem, cum si tale aliquid comminandum esset, ipsi David fuerit potius comminandum, cuius erat filius Salomon? Postremo nunc inter se gens Hebraea divisa non est, sed indifferenter in eiusdem erroris societate dispersa per terras. Divisio vero illa, quam Deus sub persona Saulis, illius regni et populi figuram gerentis, eidem regno populoque minatus est, aeterna atque immutabilis significata est, per hoc quod adiunctum est, *Et non convertetur, neque poenitebit eum; quoniam non est sicut homo, ut poeniteat eum: ipse minatur, et non permanet:* id est, homo minatur, et non permanet; non autem Deus, quem non poenitet, sicut hominem. Ubi enim legitur quod poeniteat eum, mutatio rerum significatur, immutabili praescientia manente divina. Ubi ergo non poenitere dicitur, non mutare intelligitur.

4. Prorsus insolubilem videmus per haec verba prolatam divinitus fuisse sententiam de ista divisione populi Israel, et omnino perpetuam. Quicumque enim ad Christum transierunt, vel transeunt, vel transibunt inde, non erant inde secundum Dei praescientiam, non secundum generis humani unam eamdemque naturam. Prorsus quicumque ex Israelitis adhaerentes Christo perseverant in illo, nunquam erunt cum eis Israelitis, qui eius inimici usque in finem vitae huius esse persistunt: sed in divisione, quae hic praenuntiata est, perpetuo permanebunt. Nihil enim prodest Testamentum vetus de monte Sina in servitutem generans [55], nisi quia testimonium perhibet Testamento novo. Alioquin quamdiu legitur Moyses, velamen super corda eorum positum est: cum autem quisque inde

[51] Ps. 109,1.
[52] Io. 1,47.
[53] Gal. 1,24.
[54] Gen. 21,10.
[55] Gal. 4,24.

En efecto, los que dan ese paso del *Antiguo al Nuevo Testamento* cambian su intención y no aspiran ya a la felicidad carnal, sino a la espiritual. Por esta razón, el gran profeta Samuel, antes de haber ungido por rey a Saúl, rogó al Señor por Israel y fué escuchado. Y, estando ofreciendo holocaustos, al acercarse los extranjeros a luchar contra el pueblo de Dios, tronó sobre ellos el Señor, los confundió, y hocicaron ante Israel y fueron vencidos. Entonces tomó una piedra, la colocó entre Masefat, la nueva y la antigua, y le llamó Abennézer, que significa en castellano *Piedra del ayudador*. Y dijo: *Hasta aquí nos ha ayudado el Señor*. Masefat significa, en efecto, intención. La piedra del ayudador es la mediación del Salvador, gracias al cual se ha de pasar de la Masefat vieja a la nueva, es decir, de la intención con que se esperaba la falsa felicidad carnal en el reino carnal, a la intención con que se espera la verdadera felicidad espiritual en el reino de los cielos por medio del Nuevo Testamento. Y como no hay nada superior a ella, hasta ella nos brinda su ayuda el Señor.

CAPITULO VIII

Promesas hechas a David cumplidas no en Salomón, sino plenísimamente en Cristo

1. Vamos, pues, a poner en claro qué prometió Dios, por lo que hace al punto en cuestión, a David, sucesor de Saúl,

---

transierit ad Christum, auferetur velamen[56]. Transeuntium quippe intentio ipsa mutatur de vetere ad novum: ut non iam quisque intendat *accipere carnalem, sed spiritualem felicitatem. Propter quod ipse magnus* propheta Samuel, antequam unxisset regem Saul, quando exclamavit ad Dominum pro Israel, et exaudivit eum: et cum offerret holocaustosim, accedentibus alienigenis ad pugnam contra populum Dei, tonuit Dominus super eos, et confusi sunt, et offenderunt coram Israel, atque superati sunt: assumpsit lapidem unum, et statuit illum inter Massephat novam et veterem, et vocavit nomen eius Abennezer, quod est latine Lapis adiutoris: et dixit, *Usque huc adiuvit nos Dominus*[57]. Massephat interpretatur Intentio. Lapis ille adiutoris medietas est Salvatoris, per quem transeundum est a Massephat vetere ad novam, id est, ab intentione qua exspectabatur in carnali regno beatitudo falsa carnalis, ad intentionem qua per novum Testamentum exspectatur in regno caelorum beatitudo verissima spiritualis: qua quoniam nihil est melius, huc usque adiuvat Deus.

CAPUT VIII

De promissionibus ad David in filio eius, quae nullatenus in Salomone, sed plenissime inveniuntur in Christo

1. Iam nunc video esse monstrandum quid ipsi David, qui Sauli successit in regnum, cuius mutatione finalis illa mutatio figurata est, propter

[56] 2 Cor. 3,15 et 16.
[57] 1 Reg. 7,5-12.

cambio que fué figura del cambio supremo, al que dicen relación todas las cosas dichas por Dios y consignadas en esos libros. La fortuna sonrió al rey David, y entonces pensó en edificar una casa a Dios, el tan afamado templo construído más tarde por su hijo Salomón. Pensando él estas cosas, el Señor dirigió sus palabra al profeta Natán, diciéndole que se presentara al rey. Y, después de haber dicho Dios que no le edificaría David la casa y que había pasado tanto tiempo sin haber mandado a nadie de su pueblo que le hiciera una casa de cedro, añadió: *Ahora tú dirás a mi siervo David: Esto dice el Señor todopoderoso: Yo te saqué de entre los rebaños para que fueses el caudillo de mi pueblo, Israel. Yo he estado contigo en todos tus pasos, y he exterminado delante de ti a todos tus enemigos, y he hecho tu nombre tan célebre como el de los grandes de la tierra. Buscaré un lugar estable a mi pueblo Israel, le estableceré en él, y en él habitará separado, sin ser inquietado más. El hijo de la iniquidad no volverá a humillarlo, como lo venía haciendo desde que constituí jueces sobre mi pueblo Israel. Yo haré que estés en paz con todos tus enemigos y el Señor te anunciará que le edifiques una casa. Cuando hayas terminado tus días, irás a descansar con tus padres, y yo levantaré después de ti tu descendencia, que nacerá de ti, y le aparejaré el reino. Este edificará un templo en mi nombre y dirigiré su trono eternamente. Yo seré su padre, y él será mi hijo. Si su iniquidad llegara a ser real, le corregiré con vara de hombres y con toques de hijos de hombres. Mas no apartaré de él mi misericordia, como*

---

quam divinitus cuncta dicta, cuncta conscripta sunt, Deus promiserit, quod ad rem qua de agimus pertinet. Cum regi David multa prospera provenissent, cogitavit facere Deo domum, templum illud scilicet excellentissime diffamatum, quod a rege Salomone filio eius postea fabricatum est. Hoc eo cogitante, factum est verbum Domini ad Nathan prophetam, quod perferret ad regem. Ubi cum dixisset Deus quod non ab ipso David sibi aedificaretur domus, neque per tantum tempus se mandasse cuiquam in populo suo, ut sibi fieret domus cedrina: *Et nunc*, inquit, *haec dices servo meo David: Haec dicit Dominus omnipotens: Accepi te de ovili ovium, ut esses in ducem super populum meum in Israel, et eram tecum in omnibus quibus ingrediebaris, et exterminavi omnes inimicos tuos a facie tua, et feci te nominatum secundum nomen magnorum qui sunt super terram: et ponam locum populo meo Israel, et plantabo illum, et inhabitabit seorsum, et non sollicitus erit ultra; et non apponet filius iniquitatis humiliare eum, sicut ab initio a diebus quibus constitui iudices super populum meum Israel. Et requiem tibi dabo ab omnibus inimicis tuis: et nuntiabit tibi Dominus, quoniam domum aedificabis ipsi. Et erit cum repleti fuerint dies tui, et dormies cum patribus tuis, et suscitabo semen tuum post te, qui erit de ventre tuo, et praeparabo regnum eius. Hic aedificabit mihi domum nomini meo, et dirigam thronum illius usque in aeternum. Ego ero illi in patrem, et ille erit mihi in filium. Et si venerit iniquitas eius, redarguam illum in virga virorum, et in tactibus filiorum hominum: misericordiam autem meam non amoveam ab eo, sicut amovi a quibus amovi a facie mea: et fidelis erit domus eius, et regnum*

la aparté de aquellos que arrojé de mi presencia. Su casa será estable, y su reino permanecerá eternamente delante de mí, y su trono estará eternamente en alto.

2. Quien piense que tal promesa se cumplió en Salomón, está en un grande error. Repara sólo en que: *Este edificará mi casa* y en que fué justamente Salomón quien construyó aquel soberbio templo, y no en que: *Su casa será estable, y su reino permanecerá eternamente delante de mí.* Atienda, pues, y contemple el palacio de Salomón, lleno de mujeres extranjeras, que dan culto a dioses falsos, y al mismo rey sabio seducido y precipitado por ellas a veces en la idolatría, y no ose pensar que la promesa de Dios fué mendaz o que no pudo presaber qué había de ser Salomón y su casa. Sin embargo, aunque no viéramos cumplidas esas palabras en Nuestro Señor Jesucristo, que nació del linaje de David según la carne, no debiéramos dudar de ello, so pena de que busquemos, vana e inanemente, otro mesías, como los judíos carnales. Es tan verdad que ellos por el hijo que se promete en este pasaje al rey David no entienden a Salomón, que, revelado ya con tanta claridad el prometido, aún dicen con admirable ceguera que esperan otro. En realidad, también en Salomón se dió una imagen del futuro, en cuanto que edificó el templo y tuvo paz, como indica su nombre (Salomón es igual a Pacífico), y en el principio de su reinado fué digno de loa. Su persona prefiguraba, como sombra del futuro, a Nuestro Señor Jesucristo, pero no lo exhibía. De aquí que la santa Escritura dice algunas cosas de él como si de él estuvieran predichas, cuando en realidad lo que está haciendo es una profecía y delineándole en cierta manera como figura del futuro. Además de los libros históricos en los que se narra su reinado, hay un salmo, el 71, que va encabezado con su nombre. En él se dicen muchas cosas que son incompatibles con su persona y, en cambio, convienen tan aptísimamente a Cristo, que aparece con evidencia que en aquél se dibujó una cierta figura y en éste se presentó la verdad misma. Los límites del reino de Salomón—por citar algún caso—son conocidos, y, sin embargo, en el salmo se lee: *Dominará de un mar a otro y desde el río hasta el extremo de la tierra.* Esto lo vemos cumplido en Cristo. Su imperio comenzó desde el río, donde fué bautizado por San Juan y comenzó a ser conocido, haciendo él acto de presencia por los discípulos, que no le llamaban solamente Maestro, sino también Señor [11].

3. Salomón comenzó a reinar en vida aún de su padre David—cosa nunca vista entre aquellos reyes—con el fin exclusivo de que quedara en claro que la profecía que se dirigía a su padre no apuntaba a él. La profecía era ésta: *Y cuando hayas terminado tus días, irás a descansar con tus padres, y yo levantaré después de ti un descendiente que nacerá de ti, y aparejaré su reino.* ¿Por qué, pues, en lo que sigue: *Este edificará mi casa,* va a estar profetizado Salomón, y en lo que precede: *Cuando hayas terminado tus días, irás a descansar con tus padres, y yo levantaré después de ti un descendiente,*

eius usque in aeternum coram me, et thronus eius erit erectus usque in aeternum [58].

2. Hanc tam grandem promissionem qui putat in Salomone fuisse completam, multum errat. Attendit enim quod dictum est, *Hic aedificabit mihi domum;* quoniam Salomon templum illud nobile exstruxit: et non attendit, *Fidelis erit domus eius, et regnum eius usque in aeternum coram me.* Attendat ergo et aspiciat Salomonis domum plenam mulieribus alienigenis colentibus deos falsos, et ipsum ab eis regem aliquando sapientem in eamdem idolollatriam seductum atque deiectum: et non audeat existimare Deum vel hoc promisisse mendaciter, vel talem Salomonem domumque eius futuram non potuisse praescire. Non hinc autem deberemus ambigere, nec si non in Christo Domino nostro, qui factus est ex semine David secundum carnem [59], iam videremus ista compleri; ne vane atque inaniter hic alium aliquem requiramus, sicut carnales Iudaei. Nam et ipsi usque adeo filium, quem loco isto regi David promissum legunt, intelligunt non fuisse Salomonem, ut eo qui promissus est tanta iam manifestatione declarato adhuc mirabili caecitate alium sperare se dicant. Facta est quidem nonnulla imago rei futurae etiam in Salomone, in eo quod templum aedificavit, et pacem habuit secundum nomen suum (Salomon quippe Pacificus est latine), et in exordio regni sui mirabiliter laudabilis fuit: sed eadem sua persona per umbram futuri praenuntiabat etiam ipse Christum Dominum nostrum, non exhibebat. Unde quaedam de illo ita scripta sunt, quasi de ipso ista praedicta sint, dum Scriptura sancta etiam rebus gestis prophetans, quodammodo in eo figuram delineat futurorum. Nam praeter libros divinae historiae, ubi regnasse narratur, Psalmus etiam septuagesimus primus titulo nominis eius inscriptus est: in quo tam multa dicuntur, quae omnino ei convenire non possunt, Domino autem Christo aptissima perspicuitate conveniunt, ut evidenter appareat, quod in illo figura qualiscumque adumbrata sit, in isto autem ipsa veritas praesentata. Notum est enim quibus terminis regnum conclusum fuerit Salomonis: et tamen in eo psalmo legitur, ut alia taceam, *Dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrae* [60]; quod in Christo videmus impleri. A flumine quippe dominandi sumpsit exordium, ubi baptizatus a Ioanne, eodem monstrante coepit agnosci a discipulis, qui eum non solum magistrum, verum etiam Dominum appellaverunt.

3. Nec ob aliud, vivente adhuc patre suo David, regnare Salomon coepit, quod nulli illorum regum contigit, nisi ut hinc quoque satis eluceat non esse ipsum, quem prophetia ista praesignat, quae ad eius patrem loquitur, dicens: *Et erit, cum repleti fuerint dies tui, et dormies cum patribus tuis, et suscitabo semen tuum post te, qui erit de ventre tuo, et praeparabo regnum illius.* Quomodo ergo propter id quod sequitur, *Hic aedificabit mihi domum,* iste Salomon putabitur prophetatus: et non potius propter id quod praecedit, *Cum repleti fuerint dies tui, et dormies cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te,* alius pacificus intelligitur

[58] 2 Reg. 7,8-16.
[59] Rom. 1,3.

[60] Ps. 71,8.

no va a entenderse prometido otro pacífico, del que se anunció que surgiría no antes, como éste, sino después de la muerte de David? Por largo que sea el tiempo transcurrido hasta la venida de Jesucristo, siempre es cierto que después de la muerte del rey David, a quien se hizo esa promesa, había de venir el que edificara a Dios una casa, no de maderas y de piedras, sino de hombres, de cuya edificación gozamos [12]. A esta casa, es decir, a los fieles de Cristo, se dirige el Apóstol en estos términos: *El templo de Dios es santo, y ese templo sois vosotros.*

CAPITULO IX

Semejanza entre la profecía del salmo 88 y la del profeta Natán

Por este motivo, en el salmo 88, que lleva por título *Instrucción a Etán Israelita,* se hace mención de las promesas hechas por Dios al rey David y se dicen cosas semejantes a las citadas del libro de los Reinos. Así por ejemplo: *He jurado a David, mi siervo, que haré florecer eternamente su descendencia.* Y también: *Entonces hablaste en visión a tus hijos, y dijiste: Tengo preparada mi asistencia en un hombre poderoso y he ensalzado a aquel que escogí de entre mi pueblo. Hablé a David, mi siervo, y le ungí con un óleo sagrado. Mi mano le protegerá, y le fortalecerá mi brazo. El enemigo no tendrá ya poder sobre él, y no podrá ofenderle más el hijo de*

esse promissus, qui non ante, sicut iste, sed post mortem David praenuntiatus est suscitandus? Quamlibet enim longo interposito tempore Iesus Christus veniret, procul dubio post mortem regis David, cui sic est promissus, eum venire oportebat, qui aedificaret domum Deo, non de lignis et lapidibus, sed de hominibus, qualem illum aedificare gaudemus. Huic enim domui dicit Apostolus, hoc est, fidelibus Christi: *Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos* [61].

CAPUT IX

Quam similis in Psalmo octogesimo octavo sit prophetia de Christo, his quae in Regnorum libris Nathan prophetante promittuntur

Propter quod et in Psalmo octogesimo et octavo, cuius est titulus. *Intellectus ipsi Aethan Israelitae,* commemorantur promissiones Dei factae regi David, et istis, quae in libro Regnorum sunt posita, quaedam ibi similia dicuntur; sicut est: *Iuravi David servo meo: Usque in aeternum praeparabo semen tuum.* Et iterum: *Tunc locutus es in aspectu filiis tuis, et dixisti: Posui adiutorium super potentem, et exaltavi electum de populo meo. Inveni David servum meum, in oleo sancto meo unxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum. Non proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non apponet nocere ei. Et*

[61] 1 Cor. 3,17.

la iniquidad. Y exterminaré de su presencia a sus enemigos y pondré en fuga a los que le aborrecen. Le acompañarán mi verdad y mi misericordia y en mi nombre será exaltado su poder. Y extenderá su mano sobre el mar, y su diestra sobre los ríos. El me invocará diciendo: Tú eres mi padre, y mi Dios, y el autor de mi salud. Y yo le constituiré mi primogénito y el más excelso entre los reyes de la tierra. Le conservaré siempre mi favor, y mi alianza con él será estable. Haré que subsista su descendencia por los siglos de los siglos y su trono mientras duren los cielos. Todo esto dicho bajo el nombre de David, cuando se entiende rectamente, se entiende de Jesucristo, por la forma de esclavo que como Mediador tomó de la descendencia de David en el seno de una virgen. Unas líneas después se habla de los pecados de sus hijos de un modo similar al libro de los Reinos, y que nos inclina más a tomarlo como dicho de Salomón. Allí, en el libro de los Reinos, se dice: *Si su iniquidad llegara a ser real le corregiré con vara de hombre y con toques de hijos de hombres. Mas no apartaré de él mi misericordia.* Estos toques son, sin duda, las marcas del correctivo, de donde nació aquello: *No toquéis a mis ungidos.* ¿Qué significa esto sino: No les lastiméis? En el mismo salmo, tratando aparentemente de David, se dice algo por el estilo: *Si sus hijos abandonaren mi ley y no procedieren conforme a mis deseos; si violaren mis justas disposiciones, yo castigaré con la vara sus maldades, y con el azote sus pecados. Mas no retiraré de él mi misericordia.* Nótese que no dijo «de ellos», hablando como hablaba de sus hijos, sino *de él,* que

concidam inimicos eius a facie eius, et eos qui oderunt eum, fugabo. Et veritas mea et misericordia mea cum ipso, et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponam in mari manum eius, et in fluminibus dexteram eius. Ipse invocabit me: Pater meus es tu, Deus meus et susceptor salutis meae. Et ego primogenitum ponam illum, excelsum apud reges terrae. In aeternum servabo illi misericordiam meam, et testamentum meum fidele ipsi. Et ponam in saeculum saeculi semen eius, et thronum eius sicut dies caeli [62]. Quae omnia de Domino Iesu intelliguntur, quando recte intelliguntur, sub nomine David, propter formam servi, quam de semine David idem Mediator assumpsit ex virgine. Continuo etiam dicitur de peccatis filiorum eius tale aliquid, quale in Regnorum libro positum est, et quasi de Salomone proclivius accipitur. Ibi namque, hoc est in Regnorum libro, *Et si venerit,* inquit, *iniquitas eius, redarguam illum in virga virorum, et in tactibus filiorum hominum: misericordiam autem meam non amoveam ab eo* [63]: tactibus significans plagas correptionis. Unde illud est, *Ne tetigeritis christos meos* [64]. Quod quid est aliud, quam, Ne laeseritis? In Psalmo vero cum ageret tanquam de David, ut quiddam eiusmodi etiam ibi diceret, *Si dereliquerint,* inquit, *filii eius legem meam, et in iudiciis meis non ambulaverint; si iustificationes meas profanaverint, et mandata mea non custodierint; visitabo in virga iniquitates eorum, et in flagellis delicta eorum: misericordiam autem*

[62] Ps. 88,4.5.20-30.
[63] 2 Reg. 7,14 et 15.
[64] Ps. 104,15.

bien entendido significa lo mismo. Ahora bien: en Cristo, que es cabeza de la Iglesia, no es posible hallar pecado alguno que precise ser, guardada la misericordia, castigado por Dios con correctivos humanos, pero sí en sus miembros y en su cuerpo, que es su pueblo. Así, en el libro de los Reinos se habla de *la maldad de él*, y en el salmo, de la *de sus hijos*, con el fin de darnos a entender que, en cierto modo, lo que se dice de su cuerpo, se dice también de El. Por esta razón dijo El mismo desde el cielo cuando Saulo perseguía a su cuerpo, es decir, a los fieles: *Saulo, Saulo, ¿por qué me persigues?* El salmo añade: *No faltaré jamás a la verdad, ni violaré mi alianza, ni retractaré las promesas que han salido de mi boca. He jurado una vez por mi santo nombre que no faltaré a lo que he prometido a David*, es decir, que jamás mentiré a David. Es un modismo de la Escritura. ¿Sobre qué no mentirá? Añade y dice: *Su linaje durará eternamente y su trono resplandecerá para siempre en mi presencia como el sol, y como la luna llena, y como el iris, testimonio fiel en el cielo.*

CAPITULO X

Los hechos de la Jerusalén terrena desmintieron el cumplimiento en ella de las promesas hechas por Dios

Después de fundamentos tan sólidos de promesa tan trascendental, dice para que no se crean cumplidas en Salomón,

meam non dispergam ab eo [65]. Non dixit, Ab eis, cum loqueretur de filiis eius, non de ipso: sed dixit, *ab eo;* quod bene intellectum tantumdem valet. Non enim Christi ipsius, quod est caput Ecclesiae, possent inveniri ulla peccata, quae opus esset humanis correptionibus servata misericordia divinitus coerceri; sed in eius corpore ac membris, quod populus eius est. Ideo in libro Regnorum, *iniquitas eius* dicitur; in Psalmo autem, *filiorum eius:* ut intelligamus de ipso dici quodammodo, quod de eius corpore dicitur. Propter quod etiam ipse de caelo, cum corpus eius, quod sunt fideles eius, Saulus persequeretur, *Saule*, inquit, *Saule, quid me persequeris?* [66] Deinde in consequentibus Psalmi, *Neque nocebo*, inquit, *in veritate mea, neque profanabo testamentum meum, et quae procedunt de labiis meis non reprobabo. Semel iuravi in sancto meo, si David mentiar:* id est, nequaquam David mentiar. Solet enim sic loqui Scriptura. Quid autem non mentiatur, adiungit, et dicit, *Semen eius in aeternum manebit; et sedes eius sicut sol in conspectu meo, et sicut luna perfecta in aeternum, et testis in caelo fidelis* [67].

CAPUT X

Quam diversa acta sint in regno terrenae Ierusalem, ab his quae promiserat Deus, ut intelligeretur promissionis veritas ad alterius Regis et regni gloriam pertinere

Post haec tantae promissionis validissima firmamenta, ne putarentur in Salomone completa, tanquam id speraretur, nec inveniretur: *Tu vero,*

[65] Ps. 88,31-34. [66] Act. 9,4. [67] Ps. 88,34-38.

como si se esperara y no resultara así: *Tú, Señor, lo has desechado y reducido a la nada.* Esto arribó en el reinado de Salomón y en su posteridad hasta la ruina de la Jerusalén terrena, que fué la corte de su reino, y sobre todo hasta la destrucción del templo, construído por Salomón [13]. Mas, a fin de que no imaginaran que esto iba contra las promesas de Dios, añadió en seguida: *Has diferido a tu Cristo.* Si, pues, fué diferido el Cristo del Señor, no es ni Salomón ni David. Todos los reyes consagrados con aquel místico crisma eran llamados cristos, no solamente desde David en adelante, sino ya desde Saúl, ungido primer rey del pueblo israelítico, a quien David mismo llamó cristo del Señor. Pero había un solo Cristo verdadero, del cual eran figura aquéllos con su unción profética. Este Cristo, según el sentir de los hombres, que pensaban que debía ser David o Salomón, se difería para largo; mas, según la providencia de Dios, se iba preparando el tiempo de su venida. En el entretanto, mientras El llegaba, ¿qué se hizo del reino de la Jerusalén terrena, donde se esperaba que había de reinar? El salmo añade a renglón seguido y dice: *Has anulado la alianza con tu siervo, has echado por tierra su santidad. Has destruído todas sus cercas, y sus fortalezas las has convertido en espanto. Saqueáronle cuantos pasan por el camino; está hecho el escarnio de sus vecinos. Has exaltado el poder de sus enemigos, y a sus adversarios los has colmado de contento. Tienes embotados los filos de su espada y has hecho pedazos su solio. Acortaste los días de su reinado*

inquit, *repulisti, et ad nihilum deduxisti, Domine.* Hoc quippe factum est de regno Salomonis in posteris eius, usque ad eversionem ipsius terrenae Ierusalem, quae regni eiusdem sedes fuit; et maxime ipsius templi labem, quod fuerat a Salomone constructum. Sed ne ob hoc putaretur Deus contra sua promissa fecisse, continuo subiecit, *Distulisti Christum tuum* [68]. Non est ergo ille Salomon, sed nec ipse David, si dilatus est Christus Domini. Cum enim christi eius dicerentur omnes reges mystico illo chrismate consecrati, non solum a rege David et deinceps, sed ab illo etiam Saule, qui populo eidem rex primus est unctus [69]; ipse quippe David eum christum Domini appellat: erat tamen unus verus Christus, cuius illi figuram prophetica unctione gestabant; qui secundum opinionem hominum, qui eum putabant in David vel in Salomone intelligendum, differebatur in longum; secundum autem dispositionem Dei venturus suo tempore parabatur. Interea dum ille differtur, quid factum sit de regno terrenae Ierusalem, ubi sperabatur utique regnaturus, secutus iste psalmus adiunxit, atque ait: *Evertisti testamentum servi tui, profanasti in terra sanctitatem eius. Destruxisti omnes macerias eius, posuisti munitiones eius in formidinem. Diripuerunt eum omnes transeuntes viam, factus est opprobrium vicinis suis. Exaltasti dexteram inimicorum eius, iucundasti omnes inimicos eius. Avertisti adiutorium gladii eius, et non es opitulatus ei in bello. Dissolvisti eum ab emundatione, sedem eius in terram collisisti. Minuisti dies sedis eius, perfudisti eum confusione* [70]. Haec omnia vene-

[68] Ps. 88,39.
[69] 1 Reg. 24,7.
[70] Ps. 88,40-46.

y le cubriste de ignominia. Todo este cúmulo de desgracias cayeron sobre la Jerusalén esclava, en la que reinaron también algunos hijos de la libre. Estos sostenían temporalmente ese cetro en su mano y asían con verdadera fe el cetro de la Jerusalén celestial, de la que son hijos, y esperaban en el verdadero Cristo. Basta leer la historia para darse cuenta del desarrollo de esos sucesos en aquel reino.

CAPITULO XI

La substancia radical del pueblo de Dios

Tras esas profecías, el profeta hace oración a Dios; pero aun en la oración hay profecía: *¿Hasta cuándo, Señor, apartas hasta el fin?* Se sobrentiende *tu rostro,* como se dice en otro salmo: *¿Hasta cuándo apartarás de mí tu rostro?* Algunos códices no tienen *apartas,* sino *apartarás,* bien que puede entenderse: Apartas tu misericordia, que prometiste a David. La expresión *in finem,* ¿qué significa más que hasta el fin? Y en el fin están expresados los últimos tiempos, cuando esa nación ha de creer en Jesucristo. Pero antes de eso era preciso que tuvieran realización las calamidades que más arriba lamentó el profeta. Por causa de ellas añade: *Arderá como fuego tu indignación. Acuérdate cuál es mi substancia.* Si el Hijo del hombre no fuera la substancia de Israel, gracias al cual se

---

runt super ancillam Ierusalem, in qua regnaverunt nonnulli etiam filii liberae, regnum illud tenentes in dispensatione temporaria: regnum autem caelestis Ierusalem, cuius erant filii, in vera fide habentes, et in vero Christo sperantes. Quomodo autem ista venerint super illud regnum, index est rerum gestarum, si legatur, historia.

CAPUT XI

De substantia populi Dei, quae per susceptionem carnis in Christo est qui solus eruendi ab inferis animam suam habuit potestatem

Post haec autem prophetata ad precandum Deum Propheta convertitur: sed et ipsa precatio prophetatio est. *Usquequo, Domine, avertis in finem?* [71] subauditur, *faciem tuam:* sicut alibi dicitur, *Usquequo avertis faciem tuam a me* [72]. Nam ideo quidam codices hic non habent, *avertis:* sed, *averteris:* quanquam possit intelligi, Avertis misericordiam tuam, quam promisisti David. Quod autem dixit, *in finem;* quid est, nisi, Usque in finem? Qui finis intelligendus est ultimum tempus, quando in Christum Iesum etiam illa gens est creditura, ante quem finem illa fieri oportebat, quae superius aerumnosa deflevit. Propter quae et hic sequitur, *Exardescet sicut ignis ira tua. Memento quae est mea substantia.* Nihil hic melius, quam ipse Iesus intelligitur, substantia populi eius, ex quo natura est carnis eius. *Non enim vane,* inquit, *constituisti omnes filios*

[71] Ps. 88,47.
[72] Ps. 12, 1.

vieran libres muchos hijos de hombres, en realidad sería vana la creación de los hijos de los hombres. Sin embargo, ahora toda la naturaleza humana ha caído por el pecado del primer hombre, y ha caído de la verdad a la vanidad. A esto alude otro salmo precisamente: *El hombre se ha asemejado a la vanidad; sus días pasan como la sombra.* Mas Dios no ha creado en vano a todos los hijos de los hombres, porque libra a muchos de la vanidad por el Mediador Jesús. Y a quienes presupo que no había de librar, los creó para utilidad de los que había de librar y para parangonar entre sí por oposición a las dos ciudades; no en vano, sino con esa ordenación bellísima y justísima de toda criatura racional [14]. Luego añade: *¿Qué hombre hay que haya de vivir sin ver jamás la muerte? ¿Librará acaso su alma del poder del infierno?* ¿Quién es éste sino la substancia de Israel, procedente de la estirpe de David, Cristo Jesús? De El dice el Apóstol que, *resucitado de entre los muertos, no muere jamás, y que la muerte no tendrá ya dominio sobre él.* Vive y no verá la muerte, pero él ha muerto. Y ha librado su alma del poder del infierno, adonde había descendido para dar libertad a los cautivos. Y la libró en virtud de aquel poder predicado en el Evangelio de esta manera: *Tengo poder para entregar mi alma y para recobrarla.*

---

hominum [73]. Nisi enim esset unus Filius hominis substantia Israel, per quem Filium hominis liberarentur multi filii hominum, vane utique constituti essent omnes filii hominum. Nunc vero omnis quidem humana natura per peccatum primi hominis in vanitatem de veritate collapsa est, propter quod dicit alius psalmus, *Homo vanitati similis factus est, dies eius velut umbra praetereunt* [74]: sed non vane Deus constituit omnes filios hominum; quia et multos a vanitate liberat per mediatorem Iesum, et quos liberandos non esse praescivit, ad utilitatem liberandorum et comparationem duarum inter se a contrario civitatum, non utique vane in totius rationalis creaturae pulcherrima atque iustissima ordinatione constituit. Deinde sequitur, *Quis est homo qui vivet, et non videbit mortem; eruet animam suam de manu inferi?* [75] Quis est iste, nisi substantia illa Israel ex semine David, Christus Iesus? De quo dicit Apostolus, quod *surgens a mortuis, iam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur* [76]. Sic enim vivet et non videbit mortem, ut tamen mortuus fuerit; sed animam suam eruerit de manu inferi, quo propter quorumdam solvenda inferni vincla descenderat: eruerit autem potestate illa, de qua in Evangelio dicit, *Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam* [77].

[73] Ps. 88,48.
[74] Ps. 143,4.
[75] Ps. 88,49.
[76] Rom. 6,9.
[77] Io. 10,18.

CAPITULO XII

¿A QUIÉN SE REFIERE LA PETICIÓN DE PROMESAS DE ESE SALMO 88?

El salmo concluye así: *Señor, ¿dónde están tus antiguas misericordias, que prometiste con juramento a David, poniendo tu verdad por testigo? Ten presente, ¡oh Señor!, los oprobios que tus siervos han sufrido de varias naciones, oprobios que tengo sellados en mi pecho. Oprobios con que nos dan en rostro, Señor, tus enemigos, quienes nos echan en cara la mutación de tu Cristo.* Sobre estas promesas cabe muy bien preguntar si se refieren a los israelitas, que deseaban que la promesa hecha a David se cumpliera, o más bien a los cristianos, que son israelitas no según la carne, sino según el espíritu. Es cierto que están dichas o escritas durante el tiempo de Etán, cuyo nombre encabeza el salmo, y durante el reinado de David. Siendo ello así, el profeta, de no revestirse de la personalidad de cuantos mucho después habían de venir, para los cuales la época en que se hicieron las promesas a David fuese antigua, no dijera: *Señor, ¿dónde están tus antiguas misericordias, que prometiste con juramento a David, poniendo tu verdad por testigo?* Sin embargo, puede entenderse que muchas naciones, cuando perseguían a los cristianos, les echaron en cara la pasión de Cristo, llamada por la Escritura mutación, porque muriendo se hizo inmortal. Según eso, puede también entenderse por mutación de Cristo la echada en rostro a los israelitas, pues, cuando esperaban que vendría para ellos, se dió también a los gentiles. Y esto, muchas naciones que creyeron en El por el Nuevo Testamento se lo echan en cara, pues que ellos siguieron en su vetustez. En este caso, las palabras: *Ten presente, Señor, los oprobios que tus siervos han sufrido,* se dicen porque, no olvidándose el Señor de ellos, sino más bien compadeciéndoles, ellos habían de creer después de su reproche. Pero me parece sentido más propio el primero. A los enemigos de Cristo, a quienes se echa en cara que les abandonó Cristo pasando a los gentiles, no es fácil ni viable aplicarles esta súplica: *Ten presente, Señor, los oprobios que tus siervos han sufrido*, ya que tales judíos no deben ser llamados siervos del Señor. Pero estas palabras se refieren a aquellos que, padeciendo por el nombre de Cristo las graves humillaciones de las persecuciones, pudieron recordar que el reino excelso había sido prometido a la descendencia de David. Y así dicen con su deseo, no desesperando, sino pidiendo, buscando, llamando: *Señor, ¿dónde están tus antiguas misericordias, que prometiste con juramento a David, poniendo tu verdad por testigo? Ten presente, Señor, los oprobios que tus siervos han sufrido de varias naciones, oprobios que tengo sellados en mi pecho*, que es decir, oprobios que soporté pacientemente en mis intimidades. *Oprobios con que nos dan en rostro, Señor, tus enemigos, quienes nos echan en cara la mutación de tu Cristo.* ¿Qué significa: *Ten presente, Señor*, sino: Ten piedad de mí, y por la humillación pacientemente tolerada, dame la gloria que prometiste con juramento a David, poniendo por testigo tu verdad? Si aplicamos estas palabras a los judíos, aquellos siervos de Dios conducidos a la cautividad después de destruída la Jerusa-

---

CAPUT XII

AD QUORUM PERSONAM PERTINERE INTELLIGENDA SIT FLAGITATIO PROMISSORUM, DE QUIBUS IN PSALMO DICITUR, «UBI SUNT MISERICORDIAE TUAE, DOMINE, ANTIQUAE», ETC.

Sed caetera psalmi huius, quae ita se habent, *Ubi sunt miserationes tuae antiquae, Domine, quas iurasti David in veritate tua? Memento, Domine, opprobrii servorum tuorum, quod continui in sinu meo multarum gentium: quod exprobraverunt inimici tui, Domine; quod exprobraverunt, commutationem Christi tui:* utrum ex persona dicta sint illorum Israelitarum, qui desiderabant reddi sibi promissionem, quae facta est ad David; an potius Christianorum, qui non secundum carnem, sed secundum spiritum sunt Israelitae, merito, quaeri potest. Dicta sunt quippe ista vel scripta tempore quo fuit Aethan, de cuius nomine titulum iste psalmus accepit; et idem tempus regni David fuit: ac per hoc non diceretur, *Ubi sunt miserationes tuae antiquae, Domine, quas iurasti David in veritate tua?* nisi eorum personam in se Propheta transfiguraret, qui longe postea futuri erant, quibus hoc tempus esset antiquum, quando regi David ista promissa sunt. Potest autem intelligi multas gentes, quando persequebantur Christianos, exprobrasse illis passionem Christi, quam Scriptura commutationem vocat; quoniam moriendo immortalis est factus. Potest et commutatio Christi secundum hoc accipi exprobrata Israelitis, quia cum eorum speraretur futurus, factus est gentium: et hoc eis nunc exprobrant multae gentes, quae crediderunt in eum per novum Testamentum, illis in vetustate remanentibus: ut ideo dicatur, *Memento, Domine, opprobrii servorum tuorum;* quia non eos obliviscente, sed potius miserante Domino, et ipsi post hoc opprobrium credituri sunt. Sed ille quem prius posui, convenientior sensus mihi videtur. Inimicis enim Christi, quibus exprobratur, quod eos ad gentes transiens reliquerit Christus, incongrue vox ista coaptatur, *Memento, Domine, opprobrii servorum tuorum:* non enim servi Dei nuncupandi sunt tales Iudaei: sed eis verba ista competunt, qui cum graves humilitates persecutionum pro Christi nomine paterentur, recordari potuerunt excelsum regnum semini David fuisse promissum; et eius desiderio dicere, non desperando, sed petendo, quaerendo, pulsando, *Ubi sunt miserationes tuae antiquae, Domine, quas iurasti David in veritate tua? Memento, Domine, opprobrii servorum tuorum, quod continui in sinu meo multarum gentium*; hoc est, In interioribus meis patienter pertuli. *Quod exprobraverunt inimici tui, Domine; quod exprobraverunt, commutationem Christi tui:* non eam putantes commutationem, sed consumptionem. Quid est autem, *Memento, Domine*, nisi, ut miserearis, et pro tolerata patienter humilitate mea, reddas celsitudinem, quam iurasti David in veritate tua? Si autem Iudaeis assignemus haec verba, illi servi

lén terrena y antes de la venida de Cristo, han podido decir tales cosas, entendiendo por mutación de Cristo que no debía esperarse por él la felicidad terrena y carnal, cual apareció en los pocos años del rey Salomón, sino la celestial y espiritual. La infidelidad de los gentiles, desconociéndola, cuando exultaba e insultaba al pueblo de Dios cautivo, le echaba en cara la mutación de Cristo, pero como quien ignora a los que saben. Y la siguiente conclusión del salmo: *Bendición al Señor para siempre. ¡Así sea, así sea!*, cae muy bien al pueblo de Dios perteneciente a la Jerusalén celestial, bien en quienes estaban entre las sombras del Viejo Testamento, antes de revelarse el Nuevo; bien en estos que, una vez revelado el Nuevo Testamento, pertenecen plena y claramente a Cristo. La bendición del Señor en la descendencia de David no debe creerse temporal, cual apareció en los días de Salomón, sino eterna. Montado sobre esta certísima esperanza, dice: *¡Así sea, así sea!* La repetición de esas palabras expresa la confirmación de la esperanza. David, consciente de esto, dice en el libro segundo de los Reinos, tema vivo de esta digresión: *Y has asegurado la casa de tu siervo para los siglos venideros.* Y poco después añade: *Empieza ya y bendice la casa de tu siervo para siempre,* etc. Entonces precisamente habría de engendrar al hijo de cuya estirpe nacería Cristo, por quien sería eterna su casa, y a la vez la casa de Dios. Es casa de David por razón de su linaje, y casa de Dios, por mor del templo de Dios; pero un templo hecho de hombres, no de piedras, en el que mora eternamente el pueblo con su Dios y en su Dios, y Dios con su pueblo y en

Dei talia dicere potuerunt, qui expugnata terrena Ierusalem, antequam Iesus Christus humanitus nasceretur, in captivitatem ducti sunt, intelligentes commutationem Christi, quia scilicet non per eum terrena carnalisque felicitas, qualis paucis annis regis Salomonis apparuit, sed caelestis ac spiritualis esset fideliter exspectanda: quam tunc ignorans infidelitas gentium, cum Dei populum exsultabat atque insultabat esse captivum, quid aliud quam Christi commutationem, sed scientibus nesciens, exprobrabat? Et ideo quod sequitur, ubi psalmus iste concluditur, *Benedictio Domini in aeternum: fiat, fiat*[78]; universo populo Dei ad caelestem Ierusalem pertinenti, sive in illis qui latebant in Testamento vetere, antequam revelaretur novum, sive in his qui iam Testamento novo revelato manifeste pertinere cernuntur ad Christum, satis congruit. Benedictio quippe Domini in semine David, non ad aliquod tempus, qualis diebus Salomonis apparuit, sed in aeternum speranda est, in qua certissima spe dicitur, *Fiat, fiat.* Illius enim spei est confirmatio verbi huius iteratio. Hoc ergo intelligens David ait in secundo Regnorum libro, unde ad istum psalmum digressi sumus: *Et locutus es pro domo servi tui in longinquum.* Ideo autem post paululum ait: *Nunc incipe, et benedic domum servi tui usque in aeternum*[79], et caetera; quia tunc geniturus erat filium, ex quo progenies eius duceretur ad Christum, per quem futura erat domus eius aeterna, eademque domus Dei. Domus enim David, propter genus David;

[78] Ps. 88,50-53.
[79] 2 Reg. 7,19,29.

su pueblo. Dios llenará a su pueblo y el pueblo será lleno de su Dios cuando Dios sea todo en todas las cosas. Dios, que es fuerza en el combate, será premio en la paz. Después de estas palabras de Natán: *Y te anunciará el Señor, que le edificarás una casa,* se añaden luego las palabras de David: *Porque tú, Señor omnipotente, Dios de Israel, revelaste al oído de tu siervo y le dijiste: Yo te edificaré una casa.* Esta casa la edificamos también nosotros viviendo bien, pero con la ayuda de Dios, porque, *si el Señor no edificare la casa, en vano se fatigan los que la fabrican* [15]. Y cuando se complete la dedicación de esta casa, entonces serán realidad las palabras de Dios por Natán: *Y colocaré en un lugar estable a mi pueblo de Israel, le estableceré en él, y en él vivirá separado, sin ser inquietado más. Y el hijo de la iniquidad no volverá a humillarle, como lo hacía desde el tiempo en que constituí jueces sobre mi pueblo de Israel.*

CAPITULO XIII

La paz prometida a David no es realmente la habida durante el reinado de Salomón

Es una locura esperar tamaño bien en este mundo terrenal. ¿Habrá quien piense que esa promesa se cumplió en la paz

domus autem Dei eadem ipsa, propter templum Dei, de hominibus factum, non de lapidibus, ubi habitet in aeternum populus cum Deo et in Deo suo, et Deus cum populo atque in populo suo: ita ut Deus sit implens populum suum, et populus plenus Deo suo, cum Deus erit omnia in omnibus[80], ipse in pace praemium, qui virtus in bello. Ideo cum in verbis Nathan dictum sit, *Et nuntiabit tibi Dominus quoniam domum aedificabis ipsi:* postea dictum est in verbis David, *Quoniam tu dominus omnipotens Deus Israel, revelasti aurem servi tui, dicens, Domum aedificabo tibi*[81]. Hanc enim domum et nos aedificamus bene vivendo, et Deus ut bene vivamus opitulando: quia *nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum laborabunt aedificantes eam*[82]. Cuius domus cum venerit ultima dedicatio, tunc fiet illud, quod hic per Nathan locutus est Deus, dicens: *Et ponam locum populo meo Israel, et plantabo illum, et inhabitabit seorsum, et non sollicitus erit ultra: et non apponet filius iniquitatis humiliare eum, sicut ab initio a diebus quibus constitui iudices super populum meum Israel*[83].

CAPUT XIII

An promissae pacis veritas illis temporibus possit adscribi, quae sub Salomone fluxerunt

Hoc tam magnum bonum quisquis in hoc saeculo et in hac terra sperat, insipienter sapit. An quispiam putabit in pace regni Salomonis id

[80] 1 Cor. 15,28.
[81] 2 Reg. 7,11.27.
[82] Ps. 126,1.
[83] 2 Reg. 7,10 et 11.

habida durante el reinado de Salomón? La Escritura da una importancia especial a esa paz, porque es figura de la venidera. Ella sale al paso con mucho tiento a esta sospecha cuando, después de haber dicho: *Y el hijo de la iniquidad no volverá a humillarle*, añadió: *Como lo hacía desde el tiempo en que constituí jueces sobre el pueblo de Israel.* El pueblo, antes de ser gobernado por los reyes, lo fué por los jueces desde que recibió la tierra de promisión. Y es verdad que lo humillaba el hijo de la iniquidad, es decir, el enemigo extranjero, mientras, según se lee, alternaron la paz y la guerra. Encontramos, además, épocas de paz más largas que las habidas con Salomón, que reinó cuarenta años. Bajo Aod, por ejemplo, hubo ochenta años de paz. Lejos, pues, de nosotros la idea de que esta promesa atañe a los días de Salomón, y mucho menos, claro está, a los de cualquiera otro rey. Ningún rey entre ellos ha tenido un reinado tan pacífico como él y nunca esa nación mantuvo su imperio sin temor al yugo enemigo. Y es que los vaivenes de la vida humana no conceden a pueblo alguno una seguridad tal, que le permita no temer las incursiones hostiles. En puridad, el lugar de una morada tan pacífica y segura aquí prometido es eterno, y se debe a los moradores eternos en la madre Jerusalén libre, donde reinará realmente el pueblo de Israel, porque Israel significa *el que ve a Dios.* La vida piadosa penetrada del deseo de tal premio debe llevar por guía la fe a través de este triste peregrinaje [16].

esse completum? Pacem quippe illam Scriptura in umbra futuri excellenti praedicatione commendat. Sed huic suspicioni vigilanter occursum est, cum, posteaquam dictum est, *Et non apponet filius iniquitatis humiliare eum;* continuo subiunctum est, *Sicut ab initio a diebus quibus constitui iudices super populum meum Israel.* Iudices namque, priusquam Reges ibi esse coepissent, super illum populum fuerant constituti, ex quo terram promissionis accepit. Et utique humiliabat eum filius iniquitatis, hoc est hostis alienigena, per intervalla temporum, quibus leguntur paces alternasse cum bellis: et inveniuntur illic pacis tempora prolixiora quam Salomon habuit, qui quadraginta regnavit annos. Nam sub eo Iudice qui appellatus est Aod, octoginta anni pacis fuerunt [84]. Absit ergo, ut Salomonis tempora in hac promissione praedicta esse credantur: multo minus utique cuiuslibet regis alterius. Non enim quisquam eorum in tanta, quanta ille, pace regnavit: nec unquam omnino gens illa ita regnum tenuit, ut sollicita non fuerit ne hostibus subderetur; quia in tanta mutabilitate rerum humanarum nulli aliquando populo concessa est tanta securitas, ut huic vitae hostiles non formidaret incursus. Locus ergo iste qui promittitur tam pacatae ac securae habitationis, aeternus est, aeternisque debetur in matre Ierusalem libera, ubi erit veraciter populus Israel: hoc enim nomen interpretatur Videns Deum: cuius praemii desiderio pia per fidem vita in hac aerumnosa peregrinatione ducenda est.

[84] Iud. 3,30.

CAPITULO XIV

AFÁN DE DAVID EN LA DISPOSICIÓN DE LOS SALMOS Y SU MISTERIO

En el curso temporal de la Ciudad de Dios, David reinó primero en la Jerusalén terrena, figura de lo venidero. David era un hombre versado en la música, y amaba la armonía no con placer vulgar, sino con una intención elevada. Con ella servía a su Dios, que es el Dios verdadero, en figuración mística de una realidad grande. El concierto acorde y acompasado de diversos sonidos insinúa con concorde variedad la unidad compacta de una ciudad bien ordenada [17]. Las profecías casi se hallan únicamente en los Salmos. El llamado libro de los Salmos contiene ciento cincuenta. Algunos creen que sólo compuso David los salmos que llevan su nombre. Hay además quienes piensan que son obra suya sólo los que llevan esta nota: *Del mismo David*, y que los intitulados *Al mismo David* fueron compuestos por otro y adaptados a él. Esta opinión cae por tierra ante la voz evangélica del Salvador, que dice que David dijo en espíritu que Cristo era su Señor. Este es el salmo 109. Y comienza así: *Dijo el Señor a mi Señor: Siéntate a mi diestra mientras que yo pongo a tus enemigos por escabel de tus pies.* Y a la verdad que este salmo no lleva por título *Del mismo David*, sino *Al mismo David*, como la mayor parte de ellos. Yo creo más aceptable pensar que los ciento cincuenta salmos

CAPUT XIV

DE STUDIO DAVID IN DISPOSITIONE MYSTERIOQUE PSALMORUM

Procurrente igitur per tempora civitate Dei, primo in umbra futuri, in terrena scilicet Ierusalem regnavit David. Erat autem David vir in canticis eruditus, qui harmoniam musicam non vulgari voluptate, sed fideli voluntate dilexerit; eaque Deo suo, qui verus est Deus, mystica rei magnae figuratione servierit. Diversorum enim sonorum rationabilis moderatusque concentus concordi varietate compactam bene ordinatae civitatis insinuat unitatem. Denique omnis fere prophetia eius in Psalmis est, quos centum quinquaginta liber continet, quem Psalmorum vocamus. In quibus nonnulli volunt, eos solos factos esse a David, qui eius nomine inscripti sunt. Sunt item qui putant non ab eo factos, nisi qui praenotantur, *Ipsius David:* qui vero habent in titulis, *Ipsi David*, ab aliis factos, personae ipsius fuisse coaptatos. Quae opinio voce evangelica Salvatoris ipsius refutatur, ubi ait, quod ipse David in Spiritu Christum dixerit esse Dominum suum [85]: quoniam Psalmus centesimus nonus sic incipit: *Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* [86]. Et certe idem psalmus non habet in titulo, *Ipsius David;* sed, *Ipsi David*, sicut plurimi. Mihi autem credibilius videntur existi-

[85] Mt. 22,43.
[86] Ps. 109,1.

son obra suya, y que a algunos él mismo los tituló con nombres de otros, que figuraban algo que hacía al asunto en cuestión, y que los demás no quiso que llevaran en el título el membrete de nadie. *Dios mismo inspiró también la disposición* de esta variedad, obscura, es verdad, pero profunda [18]. No es objeción contra esto el que algunos salmos vayan iniciados con nombres de profetas muy posteriores al rey David y que las cosas allí dichas parecen dichas por ellos. Y es que muy bien pudo el Espíritu profético revelar los nombres de profetas venideros a David que profetizaba [19] para que cantara en profecía algo apropiado a la persona de éstos. A este tenor vemos que un profeta habla de Josías y de sus futuras hazañas más de trescientos años antes de nacer este rey.

CAPITULO XV

Texto y contexto de las profecías contenidas en los Salmos sobre Cristo y la Iglesia

Me da el corazón que se espera de mí ahora que explique en este lugar las profecías sobre Cristo y su Iglesia contenidas en los Salmos de David. Sin embargo, aunque no satisfaga las exigencias de los lectores (y de uno ya lo he hecho antes), me retrae de ello más la abundancia que la falta de material. No me permito citarlo todo en gracia a la brevedad, y temo que, al

mare qui omnes illos centum et quinquaginta Psalmos eius operi tribuunt, eumque aliquos praenotasse etiam nominibus aliorum, aliquid quod ad rem pertineat figurantibus, caeteros autem nullius hominis nomen in titulis habere voluisse: sicut ei varietatis huius dispositionem, quamvis latebrosam, non tamen inanem Dominus inspiravit. Nec movere debet ad hoc non credendum, quod nonnullorum nomina Prophetarum, qui longe post David regis tempora fuerunt, quibusdam psalmis in eo libro leguntur inscripta; et quae ibi dicuntur, velut ab eis dici videntur. Neque enim non potuit propheticus Spiritus prophetanti regi David haec etiam futurorum Prophetarum nomina revelare, ut aliquid, quod eorum personae conveniret, prophetice cantaretur: sicut rex Iosias exorturus et regnaturus post annos amplius quam trecentos, cuidam prophetae, qui etiam facta eius futura praedixit, cum suo nomine revelatus est [87].

CAPUT XV

An omnia quae in Psalmis de Christo et Ecclesia prophetantur, ad contextum huius operis coaptanda sint

Nunc iam exspectari a me video, ut hoc loco libri huius aperiam quid in Psalmis David de Domino Iesu Christo vel eius Ecclesia prophetaverit. Ego autem ut hoc non ita faciam, sicut videtur ipsa exspectatio postulare (quamvis iam in uno fecerim), copia quam inopia magis impedior. Omnia enim ponere vitandae prolixitatis causa prohibeor: vereor autem ne,

[87] 3 Reg. 13.

elegir unos, parezca a algunos sabios que silencio los más esenciales. Además, dado que el testimonio del salmo que se aduce debe ir confirmado por el contexto del mismo a fin de que no haya nada que oponerle, *temo que, si no son aducidos todos*, parezca que, como los centones [20], voy espigando versículos para mi propósito, extractándoles como de un grande poema, que la investigación prueba que no se trata de ese punto, sino de otro y muy diverso. Y, claro está, para poder aclarar esto en cada salmo es preciso exponerlo todo. El trabajo que esto exige puede colegirse de algunos tratadistas y de nuestros volúmenes sobre el particular [21]. Léalos, pues, el que tenga tiempo, y verá cuánto y cuántas cosas profetizó David, el profeta rey, sobre Cristo y su Iglesia, es decir, sobre el Rey y sobre la Ciudad que fundó.

CAPITULO XVI

El salmo 44 y sus profecías

1. Por más propias y claras que sean las locuciones proféticas sobre cualquiera cosa, necesariamente van entreveradas con las metafóricas. Y precisamente éstas son las que, en gracia a los torpes, brindan a los doctos un pesado y duro trabajo expositivo. Algunas de ellas, a primera vista, hacen reparar en Cristo y en la Iglesia, bien que siempre queda algo obscuro, que exige una exposición holgada. De este tenor es aquel pasaje

cum aliqua elegero, multis qui ea noverunt, videar magis necessaria praeterisse; deinde, quia testimonium quod profertur, de contextione totius Psalmi debet habere suffragium ut certe nihil sit quod ei refragetur, si non omnia suffragantur, ne more centonum ad rem quam volumus, tanquam versiculos decerpere videamur, velut de grandi carmine, quod non de re illa, sed de alia longeque diversa reperiatur esse conscriptum. Hoc autem ut in quocumque psalmo possit ostendi, exponendus est totus: quod quanti operis sit, et aliorum, et nostra volumina, in quibus hoc fecimus, satis indicant. Legat ergo illa, qui voluerit, et potuerit: inveniet quot et quanta rex David idemque propheta de Christo et eius Ecclesia prophetaverit, de Rege scilicet et civitate quam condidit.

CAPUT XVI

De his quae in quadragesimo quarto Psalmo ad Christum et Ecclesiam pertinentia, aut aperte dicuntur, aut tropice

1. Quamlibet enim de quacumque re propriae sint atque manifestae propheticae locutiones, necesse est ut eis etiam tropicae misceantur: quae maxime propter tardiores ingerunt doctoribus laboriosum disputandi exponendique negotium. Quaedam tamen Christum et Ecclesiam ipsa prima facie, *mox ut dicuntur, ostendunt*; etsi ex otio restant exponenda, quae in eis minus intelliguntur: quale illud est in eodem Psalmorum libro:

del libro de los Salmos: *Hirviendo está mi pecho en pensamientos sublimes. Al rey consagro yo mi obra. Mi lengua es pluma de amanuense que escribe muy ligera. ¡Oh tú, el más gentil en hermosura entre los hijos de los hombres!, la gracia se ve derramada en tus labios; por eso te bendijo Dios para siempre. Cíñete en tu derredor la espada, ¡oh potentísimo! Con esa tu gallardía y hermosura camina, avanza prósperamente, y reina por medio de la verdad, y de la mansedumbre, y de la justicia; y tu diestra te conducirá a cosas maravillosas. Tus penetrantes saetas traspasarán, ¡oh rey!, los corazones de tus enemigos: se rendirán a ti los pueblos. El trono tuyo, ¡oh Dios!, permanece por los siglos de los siglos; el cetro de tu reino es cetro de rectitud. Amaste la justicia y aborreciste la iniquidad; por eso te ungió Dios, el Dios tuyo, con óleo de alegría, con preferencia a tus compañeros. Mirra, áloe y casia exhalan tus vestidos al salir de las estancias de marfil en que con su olor te han recreado. Hijas de reyes son tus damas de honor.* ¿Quién no ve aquí, por más miope que sea, a Cristo, a quien predicamos y en quien creemos, oyendo a Dios, cuyo trono es eterno, y ungido por Dios, como unge Dios con crisma no visible, sino espiritual e inteligible? ¿Quién es tan rudo en religión o tan sordo a la fama que de él corre por todas partes que no conozca que Cristo deriva de crisma, es decir, de unción? Una vez conocido el Rey Cristo, ya las demás cosas dichas aquí metafóricamente, cuál es su hermosura, superior a la de todos los hijos de los hombres, con una belleza tanto más digna de amor y admiración cuanto menos corpórea; cuál es su espada, sus flechas y todo lo demás el sometido al que reina por

Eructavit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribae velociter scribentis. Speciosus forma prae filiis hominum: diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in aeternum. Accingere gladium tuum circa femur, potentissime. Specie tua et pulchritudine tua, intende, prospere procede, et regna. Propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam; et deducet te mirabiliter dextera tua. Saggittae tuae acutae potentissimae. Populi sub te cadent, in corde inimicorum regis. Sedes tua, Deus, in saecula saeculorum, virga directionis virga regni tui. Dilexisti iustitiam, et odio habuisti iniquitatem: propterea unxit te, Deus, Deus tuus oleo exsultationis prae participibus tuis. Myrrha et gutta et casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis: ex quibus delectaverunt te filiae regum in honore tuo[88]. Quis non hic Christum, quem praedicamus, et in quem credimus, quamlibet sit tardus, agnoscat: cum audiat Deum, cuius sedes est in saecula saeculorum; et unctum a Deo, utique sicut ungit Deus, non visibili, sed spirituali atque intelligibili chrismate? Quis enim tam rudis est in hac religione, vel tam surdus adversus eius famam longe lateque diffusam, ut Christum a chrismate, hoc est ab unctione, appellatum esse non noverit? Agnito autem rege Christo, iam caetera quae hic tropice dicta sunt, quomodo sit speciosus forma prae filiis hominum, quadam tanto magis amanda atque miranda, quanto minus corporea pulchritudine; quis gladius eius, quae sagittae, et caetera

[88] Ps. 44, 2-10.

medio de la verdad, de la mansedumbre y de la justicia, estúdielo si dispone de tiempo.

2. Luego dirige su mirada a la Iglesia, unida en matrimonio espiritual y en amor divino a tan noble esposo. De ella se habla en los versillos siguientes: *A tu diestra está la reina con vestido bordado de oro y engalanada con varios adornos. Escucha, ¡oh hija!, y considera, y presta atento oído y olvida tu pueblo y la casa de tu padre. Y el Rey se enamorará más de tu beldad; porque él es el Señor Dios tuyo, a quien todos han de adorar. Las hijas de Tiro vendrán con dones, y te presentarán humildes súplicas todos los poderosos del pueblo. En el interior está la principal gloria o lucimiento de la hija del Rey; ella está cubierta de un vestido con varios adornos y recamado con franjas de oro. Serán presentadas al rey las vírgenes que han de formar el séquito de ella; ante tu presencia serán traídas sus compañeras. Conducidas serán con fiestas y con regocijos; al templo o palacio del Rey serán llevadas. En lugar de tus padres te nacerán hijos, los cuales establecerás príncipes sobre la tierra. Estos conservarán la memoria de tu nombre por todas las generaciones. Por esto los pueblos te cantarán alabanzas eternamente por los siglos de los siglos.* Pienso que nadie desatinará hasta el extremo de creer que aquí se encomia y se describe alguna mujerzuela, pues se habla de la esposa de aquel a quien se dice: *Tu trono, ¡oh Dios!, permanece por los siglos de los siglos; el cetro de tu reino es cetro de rectitud. Amaste la justicia y aborreciste la iniquidad; por eso te ungió Dios, el Dios tuyo, con óleo de alegría con preferencia a tus participantes.* Indudablemente, Cristo con preferencia a los cristianos, que son participeros suyos. Esta reina se forma de la unidad y concordia

isto modo non proprie, sed tropice posita, iam subditus ei qui regnat propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam, inquirat ex otio.

2. Deinde aspiciat eius Ecclesiam, tanto viro suo spirituali connubio et divino amore coniunctam: de qua dicitur in his quae sequuntur: *Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumamicta varietate. Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum, et domum patris tui. Quoniam concupivit rex speciem tuam, quia ipse est Dominus Deus tuus. Et adorabunt eum filiae Tyri in muneribus: vultum tuum deprecabuntur divites plebis. Omnis gloria eius filiae regis intrinsecus, in fimbris aureis, circumamicta varietate. Afferentur regi virgines post eam, proximae eius afferentur tibi. Afferentur in laetitia et exsultatione: adducentur in templum regis. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: constitues eos principes super omnem terram. Memores erunt nominis tui, in omni generatione et generatione. Propterea populi confitebuntur tibi in aeternum, et in saeculum saeculi*[89]. Non opinor quemquam ita desipere, ut hic aliquam mulierculam praedicari credat atque describi: coniugem videlicet illius, cui dictum est, *Sedes tua, Deus, in saecula saeculorum: virga directionis virga regni tui. Dilexisti iustitiam, et odio habuisti iniquitatem: propterea unxit te, Deus, Deus tuus oleo exsultationis prae participibus tuis:* Christum utique prae Christianis. Hi sunt enim parti-

[89] Ps. 44, 10-18.

universal de los cristianos. A ella se llama en otro salmo *la Ciudad del gran Rey.* Y ésta es la espiritual Sión, nombre que significa *Contemplación,* porque contempla el gran bien del siglo venidero y allí dirige su intención. Esta es, a su vez, la Jerusalén espiritual, de la que tanto hemos hablado. Su enemiga es la ciudad del diablo, Babilonia, es decir, *Confusión* [22]. Por la regeneración, esa reina es libertada, y pasa del rey pésimo al Rey óptimo, es decir, del diablo a Cristo. Por eso se le dice: *Olvida tu pueblo y la casa de tu padre.* Los israelitas que son tales por la carne, no por la fe, forman parte de esa ciudad impía, y además son enemigos de este gran Rey y de su reina. Cristo, al venir a ellos y ser matado, se hizo más bien salvador de quienes no vió en carne. De aquí que en otro salmo diga este nuestro Rey: *Me librarás de las contradicciones del pueblo; me constituirás caudillo de las naciones. Un pueblo a quien yo no conocía se sometió a mi dominio; apenas hubo oído, me rindió obediencia.* Este pueblo de los gentiles a quien Cristo no conoció con presencia corporal, y que creyó en él una vez que se lo anunciaron, pues de él se dice con razón: *Apenas hubo oído, me rindió obediencia,* porque la fe entra por el oído; este pueblo, digo, agregado a los israelitas auténticos por carne y por fe es la Ciudad de Dios, que dió a luz también a Cristo según la carne cuando la formaban sólo los israelitas. De este pueblo era la Virgen María, en la que se encarnó Cristo para hacerse hombre. Otro salmo dice de esta Ciudad: *La madre de Sión dirá: Hombres y más hombres se han hecho en ella, y el Altísimo es quien la ha fundado.* ¿Quién es el Altísimo sino Dios? Por consiguiente, Cristo-Dios la fundó en los patriarcas y en los profetas antes de hacerse hombre, merced a María, en aquella ciudad. De esta reina de la Ciudad se había dicho ya mucho tiempo antes lo que vemos ya cumplido: *En lugar de tus padres, te nacerán hijos y los constituirás príncipes sobre toda la tierra.* La tierra entera está llena de magistrados y caudillos de esos hijos, y los pueblos, aunándose en ella, le aclaman con alabanza eterna por los siglos de los siglos [23]. Cuanto haya, pues, de obscuro en las explicaciones figuradas, entiéndase como se entienda, debe estar acorde con las cosas claras.

cipes eius, ex quorum in omnibus gentibus unitate atque concordia fit ista regina: sicut in alio psalmo de illa dicitur, *Civitas Regis magni* [90]. Ipsa est Sion spiritualiter: quod nomen latine interpretatum Speculatio est. Speculatur enim futuri saeculi magnum bonum: quoniam illuc dirigitur eius intentio. Ipsa est et Ierusalem eodem modo spiritualiter, unde multa iam diximus. Eius inimica est civitas diaboli Babylon, quae Confusio interpretatur. Ex qua tamen Babylone regina ista in omnibus gentibus regeneratione liberatur, et a pessimo rege ad optimum Regem, id est, a diabolo transit ad Christum. Propter quod ei dicitur, *Obliviscere populum tuum et domum patris tui.* Cuius civitatis impiae portio sunt et Israelitae sola carne, non fide: inimici etiam ipsi magni huius Regis, eiusque reginae. Ad ipsos enim veniens, et ab eis Christus occisus, magis aliorum factus est, quos non vidit in carne. Unde per cuiusdam psalmi prophetiam dicit Rex ipse noster, *Erues me de contradictionibus populi, constitues me in caput gentium. Populus quem non cognovi, servivit mihi; in obauditu auris obaudivit mihi* [91]. Populus ergo iste gentium, quem non cognovit Christus praesentia corporali, in quem tamen Christum sibi annuntiatum credidit, ut merito de illo diceretur, *In obauditu auris obaudivit mihi;* quia fides ex auditu est [92]; iste, inquam, populus additus veris et carne et fide Israelitis civitas est Dei, quae ipsum quoque secundum carnem peperit Christum, quando in solis illis Israelitis fuit. Inde quippe erat virgo Maria, in qua carnem Christus, ut homo esset, assumpsit. De qua civitate psalmus alius ait, *Mater Sion, dicet homo, et homo factus est in ea, et ipsa fundavit eam Altissimus* [93]. Quis est iste Altissimus, nisi Deus? Et per hoc Christus Deus, antequam in illa civitate per Mariam fieret homo, ipse in Patriarchis et Prophetis fundavit eam. Cum igitur huic reginae civitati Dei tanto ante dictum sit per prophetiam, quod iam videmus impletum, *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos principes super omnem terram:* ex filiis quippe eius per omnem terram sunt praepositi et patres eius, cum confiteantur ei populi concurrentes ad eam cum confessione laudis aeternae in saeculum saeculi: procul dubio *quidquid hic tropicis locutionibus subobscure dictum est,* quoquo modo intelligatur, debet his rebus manifestissimis convenire.

[90] Ps. 47,3.
[91] Ps. 17,44 et 45.
[92] Rom. 10,17.

CAPITULO XVII

EL SALMO 109 Y EL SACERDOCIO DE CRISTO. EL SALMO 21 Y LA PASIÓN DEL REDENTOR

Así ocurre en este salmo, en que se declara abiertamente a Cristo sacerdote, como allí Rey: *Dijo el Señor a mi Señor: Siéntate a mi derecha mientras pongo a tus enemigos por escabel de tus pies.* Que Cristo se sienta a la diestra es de fe, no opinión. En cambio, aún no se ve a sus enemigos puestos bajo sus pies. Esta es la cuestión, y aparecerá al fin del mundo. Ahora lo creemos y después lo veremos. Y estas palabras: *De Sión hará salir el Señor el cetro de tu poder y que domines en medio*

CAPUT XVII

DE HIS QUAE AD SACERDOTIUM CHRISTI IN PSALMO CENTESIMO NONO, ET DE HIS QUAE IN PSALMO VIGESIMO PRIMO AD PASSIONEM IPSIUS SPECTANT

Sicut etiam in illo psalmo, ubi sacerdos Christus, quemadmodum hic rex, apertissime praedicatur: *Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Sedere Christus ad dexteram Dei Patris creditur, non videtur: eius etiam inimicos poni sub pedibus eius nondum apparet; id agitur, apparebit in fine; etiam hoc nunc creditur, post videbitur. Verum quod sequitur, *Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion, et dominare in medio inimicorum tuorum,*

[93] Ps. 86,5.

de tus enemigos, son tan claras, que negar su contenido es no sólo infidelidad, sino desvergüenza. Los enemigos son los primeros en confesar que de Sión salió la Ley de Cristo que nosotros llamamos Evangelio, y ésa viene designada por cetro de su poder. Que él domina en medio de sus enemigos, los mismos dominados, rechinando y castañeteando los dientes, pero no pudiendo hacer nada contra él, lo atestiguan. A continuación añade: *Juró el Señor, y no se arrepentirá*. Esta expresión está indicando la inmutabilidad de esto: *Tú eres sacerdote sempiterno según el orden de Melquisedec*. Y lo será justamente, porque ya en adelante no existirá el sacerdocio ni el sacrificio según el orden de Aarón, pues se ofrecerá en todas partes, bajo el sacerdocio de Cristo, la ofrenda ofrecida por Melquisedec cuando bendijo a Abrahán. ¿Quién se permitirá dudar sobre la persona a quien se refiere esto? La alusión es clara. Se alude, si se entiende bien, a las cosas apuntadas quizá más obscuramente en el mismo salmo, como hemos notado ya en nuestros sermones al pueblo. Así, Cristo habla en otro salmo por boca del profeta de su humillante pasión, y dice: *Han taladrado mis manos y mis pies y han contado mis huesos uno a uno. Y ellos se pusieron a mirarme y a observarme*. Estas palabras están señalando su cuerpo, tendido en la cruz; sus pies y sus manos, taladradas con clavos, y que de este modo brindó a los curiosos y observadores un grato espectáculo. Y añade: *Se repartieron entre sí mis vestidos y sortearon mi túnica*, profecía cuyo cumplimiento literal narra el Evangelio. A esta luz, las cosas menos claras que en él se dicen, se entienden perfectamente haciéndolas concordar con éstas, cuya claridad deslumbra. Máxime teniendo en cuenta que los hechos que no creemos pasados y los vemos presentes fueron predichos mucho antes en el salmo, y ahora se cumplen en el mundo entero. Así lo que sigue en ese salmo: *Se acordarán y se convertirán al Señor todos los confines de la tierra y se postrarán ante su acatamiento todas las naciones, porque el reino es del Señor y él señoreará las naciones*.

---

ita clarum est, ut non solum infideliter et infeliciter, sed etiam impudenter negetur. Et ipsi quippe fatentur inimici, ex Sion missam fuisse legem Christi, quod Evangelium nos vocamus, et eam virgam virtutis eius agnoscimus. Dominari vero eum in medio inimicorum suorum, iidem ipsi inter quos dominatur, dentibus frendendo et tabescendo, et nihil adversus eum valendo, testantur. Deinde quod paulo post dicit, *Iuravit Dominus, et non poenitebit eum:* quibus verbis immutabile futurum esse significat, quod adiungit, *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech* [94], ex eo quod iam nusquam est sacerdotium et sacrificium secundum ordinem Aaron, et ubique offertur sub sacerdote Christo, quod protulit Melchisedech, quando benedixit Abraham [95], quis ambigere permittitur, de quo ista dicantur? Ad haec itaque manifesta referuntur, quae paulo obscurius in eodem psalmo posita sunt, quando recte intelliguntur: quod in nostris iam popularibus Sermonibus fecimus. Sic et in illo ubi humilitatem passionis suae per prophetiam Christus eloquitur, dicens: *Foderunt manus meas et pedes, dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi vero consideraverunt et conspexerunt me.* Quibus utique verbis in cruce corpus significavit extentum, manibus pedibusque confixis et clavorum transverberatione confossis, eoque modo se spectaculum considerantibus et conspicientibus praebuisse. Addens etiam, *Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem* [96]. Quae prophetia quemadmodum impleta sit, evangelica narratur historia [97]. Tunc profecto et alia recte intelliguntur, quae ibi minus aperte dicta sunt, cum congruunt his quae tanta manifestatione claruerunt: praesertim quia et illa quae non transacta credimus, sed praesentia contuemur, sicut in eodem psalmo leguntur tanto ante praedicta, ita nunc exhibita iam toto orbe cernuntur. Ibi enim paulo post dicitur: *Commemorabuntur, et convertentur ad Dominum universi fines terrae, et adorabunt in conspectu eius universae patriae gentium; quoniam Domini est regnum, et ipse dominabitur gentium* [98].

[94] Ps. 109,1.2.4.
[95] Gen. 14,18 sqq.
[96] Ps. 21,17-19

CAPITULO XVIII

Profecías sobre la muerte y resurrección del Señor en los salmos 3, 40, 15 y 67

1. Los Salmos contienen también profecías sobre la resurrección de Cristo. ¿Qué otra cosa significan estas palabras del salmo 3, dichas en persona de El: *Yo me dormí y me entregué a un profundo sueño, y me levanté, porque el Señor me tomará bajo su amparo?* ¿Habrá alguien que desatine hasta el punto de creer que el profeta quiso señalar con piedra blanca el que durmió y se levantó, si este sueño no fuera la muerte, y el despertar, la resurrección, que convino se anunciara de Cristo bajo esta imagen? En el salmo 44 aparece esto con luz más meridiana. En persona del Mediador se narran, según costumbre, como pasadas las cosas que se profetizaban futuras. Las cosas

---

CAPUT XVIII

De Psalmo tertio, et de quadragesimo, et de quinto decimo, et de sexagesimo septimo, in quibus mors et resurrectio Domini prophetantur

1. De resurrectione quoque eius nequaquam Psalmorum oracula tacuerunt. Nam quid est aliud quod in Psalmo tertio ex persona eius canitur, *Ego dormivi, et somnum cepi; exsurrexi quoniam Dominus suscipiet me?* [99] An forte quisquam ita desipit, ut credat velut aliquid magnum nobis indicare voluisse Prophetam, quod dormierit, et exsurrexerit, nisi somnus iste mors esset, et evigilatio resurrectio, quam de Christo sic oportuit prophetari? Nam et in quadragesimo multo manifestius id ostenditur, ubi ex persona eiusdem Mediatoris, more solito, tanquam praeterita nar-

[97] Mt. 27,35.
[98] Ps. 21,28.29.
[99] Ps. 3,6.

futuras parecen como que eran ya realidad en la predestinación y presciencia de Dios, porque eran ciertas [24]. *Prorrumpían mis enemigos en imprecaciones contra mí: ¿Cuándo morirá éste, decían, y se acabará su memoria? Si alguno entraba a visitarme, su corazón hablaba con mentiras y tramaba iniquidades contra mí. Salíase afuera y se confabulaba con los otros. Susurraban contra mí todos mis enemigos; todos conspiraban para acarrearme males. Sentencia inicua pronunciaron contra mí. Mas ¿por ventura el que duerme no ha de volver a levantarse?* Estas palabras están insinuando sencillamente una interpretación, y es como si dijera: ¿Acaso el que muere no ha de tornar a la vida? Las anteriores prueban que sus enemigos maquinaron y dispusieron su muerte y que esto se realizó gracias a aquel que entraba a visitarle y salía para traicionarle. ¿A quién no se le viene a las mientes Judas, trocado de discípulo en traidor? Y como habían de llevar a efecto sus maquinaciones, es decir, le habían de dar muerte, dando a entender que ellos con malicia vana darían muerte al que resucitaría, agregó este verso, como diciendo: ¿Qué hacéis, insensatos? Vuestro crimen será mi sueño. *¿Acaso el que duerme no ha de volver a levantarse?* Y, sin embargo, tamaño desafuero no ha de quedar sin castigo, según se deduce de los siguientes versículos: *Y lo que es más, un hombre con quien vivía yo en dulce paz, y en quien yo esperaba, y que comía de mi pan, levantó contra mí su planta,* es decir, me pisoteó. *Pero tú, Señor*—añade—, *ten piedad de mí y resucítame, y yo les daré su merecido.* ¿Quién, viendo a los judíos arrancados de raíz de sus sitiales con la

rantur, quae futura prophetabantur; quoniam quae ventura erant iam in praedestinatione et praescientia Dei velut facta erant, quia certa erant. *Inimici,* inquit, *mei dixerunt mala mihi: Quando morietur, et peribit nomen eius? Et si ingrediebatur ut videret, vana locutum est cor eius, congregavit iniquitatem sibi. Egrediebatur foras, et loquebatur simul in unum. Adversus me susurrabant omnes inimici mei, adversus me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum disposuerunt adversus me: Numquid qui dormit, non adiiciet ut resurgat?* Hic certe ita posita sunt verba haec, ut nihil aliud dixisse intelligatur, quam si diceret, Numquid qui moritur, non adiiciet ut reviviscat? Superiora quippe demonstrant mortem ipsius cogitasse et disposuisse inimicos eius, et hoc actum esse per eum qui ingrediebatur ut videret, et egrediebatur ut proderet. Cui autem hic non occurrat ex discipulo eius factus traditor Iudas? Quia ergo facturi erant quod moliebantur, id est, occisuri erant eum, ostendens illos vana malitia frustra occisuros resurrecturum, sic adiecit hunc versum, velut si diceret, Quid agitis vani? quod vestrum scelus erit, meus somnus erit. *Numquid qui dormit, non adiiciet ut resurgat?* Et tamen eos tam magnum nefas non impune facturos, consequentibus indicat versibus, dicens: *Etenim homo pacis meae in quem speravi, qui edebat panes meos, ampliavit super me calcaneum;* hoc est, conculcavit me. *Tu autem,* inquit, *Domine, miserere mei, et resuscita me, et reddam illis* [100]. Quis hoc iam neget, qui Iudaeos post passionem resurrectionemque Christi de sedibus suis bellica

[100] Ps. 40, 6-11.

guerra y la destrucción que siguió a la pasión y resurrección de Cristo, negará este hecho? El matado por ellos resucitó, y les dió luego un correctivo temporal, reservando otro a los impenitentes para cuando venga a juzgar a los vivos y a los muertos. El mismo Jesús, descubriendo a los apóstoles al traidor alargándole un bocado, citó este versillo del salmo y se lo aplicó a sí mismo: *El que comía de mi pan levantó sobre mí su planta.* Esto otro: *En quien esperaba,* no conviene a la cabeza, sino al cuerpo, pues el Salvador no desconocía al traidor, ya que antes había dicho: *Uno de vosotros es un diablo.* Mas acostumbra a tomar sobre sí la persona de sus miembros y a atribuirse a sí lo que es de ellos, porque cabeza y miembros forman un solo cuerpo, Cristo [25]. Así se explica aquello del Evangelio: *Tuve hambre y me disteis de comer,* y así lo expone él: *Cuando lo hicisteis a uno de estos mis pequeñuelos, a mí me lo hicisteis.* Dijo, pues, que esperaba lo que habían esperado de Judas sus discípulos cuando fué agregado a los apóstoles.

2. Los judíos, sin embargo, no creen que el Cristo que esperan haya de morir. Por eso no creen tampoco que el Cristo anunciado por la ley y por los profetas sea nuestro, sino únicamente suyo, y lo figuran exento de la muerte. Y sostienen con admirable ceguera y vanidad que las palabras citadas significan no la muerte y la resurrección, sino el sueño y el despertar. Pero el salmo 15 les grita: *Por eso se regocijó mi corazón y prorrumpió en cánticos después mi lengua. Más aún, mi car-*

strage et excidio funditus eradicatos videt? Occisus enim ab eis resurrexit, et reddidit eis interim temporariam disciplinam, excepto quod non correctis servat, quando vivos et mortuos iudicabit. Nam Dominus ipse Iesus istum ipsum traditorem suum per panem porrectum ostendens Apostolis [101], hunc etiam versum psalmi huius commemoravit, et in se dixit impletum: *Qui edebat panes meos, ampliavit super me calcaneum.* Quod autem ait, *In quem speravi,* non congruit capiti, sed corpori. Neque enim nesciebat eum ipse Salvator, de quo ante iam dixerat, *Unus ex vobis diabolus est* [102]. Sed solet in se membrorum suorum transferre personam, et sibi tribuere quod esset illorum, quia caput et corpus unus est Christus: unde illud est in Evangelio, *Esurivi, et dedistis mihi manducare.* Quod exponens ait: *Quando uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis* [103]. Se itaque dixit sperasse, quod tunc speraverant de Iuda discipuli eius, quando est connumeratus Apostolis.

2. Iudaei autem Christum, quem sperant, moriturum esse non sperant. Ideo quem Lex et Prophetae annuntiaverunt, nostrum esse non putant; sed nescio quem suum, quem sibi alienum a mortis passione confingunt. Ideo mirabili vanitate atque caecitate verba quae posuimus, non mortem et resurrectionem, sed somnum et evigilationem significasse contendunt. Sed clamat eis etiam Psalmus quintus decimus: *Propter hoc iucundatum est cor meum, et exsultavit lingua mea, insuper et caro mea requiescet in spe: quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec*

[101] Io. 13,26.
[102] Ibid., 6,71.
[103] Mt. 25,35.40.

ne descansará en la esperanza. Porque yo sé que no has de abandonar mi alma en el sepulcro, ni permitirás que tu santo experimente la corrupción. ¿Quién diría que su carne descansó con la esperanza de no ser abandonada por el alma en el sepulcro, sino de revivir tornando a ella para no ser corrompida, como suelen corromperse los cadáveres, sino el que resucitó al tercer día? A la verdad que esto no pueden decirlo del rey profeta, de David.

Y el salmo 67 canta: *Nuestro Dios es un Dios que salva y el Señor saldrá por la muerte.* ¿Es posible hablar ya más claro? El Dios que salva es Jesús, que significa Salvador, o Salud. La razón de este nombre se dió en las palabras que se dijeron antes de nacer de la Virgen: *Parirás un hijo. Y le pondrás por nombre Jesús, pues El salvará al pueblo de sus pecados.* Y como vertió su sangre en remisión de esos pecados, no debió salir de la vida por otra puerta que la de la muerte. Por eso, en habiendo dicho: *Nuestro Dios es el Dios que salva,* añadió en seguida: *Y el Señor saldrá por la muerte,* para dar a entender que nos había de salvar muriendo. Se dice con admiración: *Y el Señor,* como diciendo: Tal es la vida de los mortales, que ni el Señor mismo ha tenido otra puerta de salida que la muerte.

---

dabis Sanctum tuum videre corruptionem [104]. Quis in ea spe diceret requievisse carnem suam, ut non derelicta anima sua in inferno, sed cito ad eam redeunte revivisceret, ne corrumperetur, sicut cadavera corrumpi solent, nisi qui die tertio resurrexit? Quod utique dicere non possunt de propheta et rege David. Clamat et sexagesimus septimus Psalmus: *Deus noster, Deus salvos faciendi, et Domini exitus mortis* [105]. Quid apertius diceretur? Deus enim salvos faciendi Dominus est Iesus, quod interpretatur Salvator, sive Salutaris. Nam ratio nominis huius haec reddita est, quando priusquam ex virgine nasceretur dictum est: *Pariet filium, et vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum* [106]. In quorum peccatorum remissionem quoniam sanguis eius effusus est, non utique oportuit eum de hac vita exitus alios habere quam mortis. Ideo cum dictum esset, *Deus noster, Deus salvos faciendi;* continuo subiunctum est, *Et Domini exitus mortis;* ut ostenderetur moriendo salvos esse facturus. Sed mirando dictum est, *Et Domini;* tanquam diceretur, Talis est ista vita mortalium, ut nec ipse Dominus aliter ab illa exiret, nisi per mortem.

[104] Ps. 15,9 et 10.
[105] Ps. 67,21.
[106] Mt. 1,21.

CAPITULO XIX

EL SALMO 68 Y LA INFIDELIDAD DE LOS JUDÍOS

Mas como los judíos no ceden a testimonios tan manifiestos como son los de esta profecía, llevadas las cosas a un efecto tan cierto, indudablemente se cumple en ellos lo del salmo siguiente. El profeta dice allí en persona de Cristo lo relativo a su pasión y expresó lo que se patentizó en el Evangelio: *Presentáronme hiel para comida y en mi sed me dieron a beber vinagre.* Tras este banquete y tras unos manjares de esta calidad, añadió: *En justo pago conviértasele su mesa en lazo de perdición. Obscurézcanse sus ojos para que no vean y tráelos siempre agobiados,* etc. Todo esto no es un deseo, sino una predicción profética con capa de deseo. ¿Qué tiene, pues, de particular que no vean aquellos cuyos ojos están obscurecidos para que no vean? ¿Qué tiene de particular que no miren las cosas celestiales quienes tienen su cerviz siempre encorvada a fin de que estén inclinados a las cosas terrenas? Estas metáforas tomadas del cuerpo denotan realmente los vicios del alma.

Y para poner límite a mi pluma, baste lo dicho sobre los Salmos, es decir, sobre las profecías del rey David. Los lectores para quienes es esto archiconocido perdónenme y no se quejen de que haya omitido pasajes, según su entender, más decisivos y propios [26].

CAPUT XIX

DE PSALMO SEXAGESIMO OCTAVO, IN QUO IUDAEORUM PERTINAX INFIDELITAS DECLARATUR

Sed ut Iudaei tam manifestis huius prophetiae testimoniis, etiam rebus ad effectum tam clarum certumque perductis, omnino non cedant, profecto in eis illud impletur, quod in eo psalmo qui hunc sequitur, scriptum est. Cum enim et illic ex persona Christi, quae ad eius passionem pertinent, prophetice dicerentur, commemoratum est quod in Evangelio patuit: *Dederunt in escam meam fel, et in siti mea potum mihi dederunt acetum* [107]. Et velut post tale convivium epulasque sibi huiuscemodi exhibitas mox intulit, *Fiat mensa eorum coram ipsis in muscipulam, et in retributionem, et in scandalum: obscurentur oculi eorum ne videant, et dorsum eorum semper incurva* [108], et caetera, quae non optando sunt dicta, sed optandi specie prophetando praedicta. Quid ergo mirum, si haec manifesta non vident, quorum oculi sunt obscurati, ne videant? quid mirum, si caelestia non suspiciunt, qui ut in terrena sint proni, dorsum eorum semper incurvum est? His enim verbis translatis a corpore, vitia significantur animorum. Ista de Psalmis, hoc est de prophetia regis David, satis dicta sint, ut aliquis modus sit. Ignoscant autem qui haec legunt, et cuncta illa noverunt; et de his quae fortasse firmiora me praetermisisse vel intelligunt, vel existimant, non querantur.

[107] Ps. 68,22; Mt. 27,34.48.
[108] Ps. 78,23.24.

CAPITULO XX

REINADO Y MERECIMIENTOS DE DAVID Y DE SALOMÓN, SU HIJO. PROFECÍAS SOBRE CRISTO EN SUS LIBROS PRESUNTOS O REALES

1. David, hijo de la Jerusalén celestial, tan encomiado por la Escritura, reinó en la Jerusalén terrena. Sobrepasó sus delitos con su humilde y saludable penitencia; tanto, que es, sin duda, del número de aquellos de quienes dice: *Felices aquellos a quienes se han perdonado sus iniquidades y se han borrado sus pecados*. A David sucedió en el trono su hijo Salomón, que, como hemos apuntado, comenzó a reinar en vida aún de su padre. La prosperidad, que hastía el espíritu de los sabios, le dañó más que le aprovechó la sabiduría, aún hoy digna de memoria y entonces alabada por doquiera [27]. También él, al parecer, profetizó en sus libros. Tres de ellos han sido admitidos en el canon: los Proverbios, el Eclesiastés y el Cantar de los Cantares. Otros dos, que llevan por título, uno, la Sabiduría, y otro, el Eclesiástico, por la semejanza de estilo, la tradición los ha atribuído también a Salomón [28]. Mas los entendidos están de acuerdo en decir que no son de él. Con todo, la Iglesia, principalmente la occidental, ya desde antiguo los ha admitido como canónicos [29]. En uno de éstos, en la Sabiduría, se predice claramente la pasión de Cristo. He aquí la relación de sus impíos matadores: *Armemos, pues, lazos al justo, visto que no es de provecho para nosotros y que es contrario a nuestras obras y nos echa en cara los pecados contra la Ley. Y nos desacredita divulgando nuestra depravada conducta. Protesta tener la ciencia de Dios y se llama a sí mismo Hijo de Dios. Se ha hecho el censor de nuestros pensamientos. No podemos sufrir ni aun su vista, porque no se asemeja su vida a la de los otros y sigue una conducta muy diferente. Nos mira como a gente frívola y ridícula, se abstiene de nuestros usos como de inmundicias, prefiere lo que esperan los justos en la muerte. Y se gloría de tener a Dios por padre. Veamos ahora si sus palabras son verdaderas. Experimentemos lo que le acontecerá y veremos cuál será su paradero. Que, si es verdaderamente hijo de Dios, Dios le tomará a su cargo y le librará de las manos de sus adversarios. Examinémosle a fuerza de afrentas y de tormentos para conocer su resignación y probar su paciencia. Condenémosle a la más infame muerte, pues que, según sus palabras, será el atendido*. Tales cosas idearon y tanto desatinaron, cegados por su soberbia.

Y en el Eclesiástico se predice la fe de los gentiles en estos términos: *¡Oh Dios, dominador de todas las cosas!, ten misericordia de nosotros e infunde tu temor en todas las naciones. Levanta tu brazo contra las naciones extrañas y experimenten tu poder. En presencia de ellos demostraste en nosotros tu santidad, a fin de que conozcan, como nosotros hemos conocido, ¡oh Señor!, que no hay Dios fuera de ti*. Esta profecía en forma de oración y de súplica la vemos cumplida por Jesucristo. Pero

CAPUT XX

DE REGNO AC MERITO DAVID, ET DE FILIO IPSIUS SALOMONE, EAQUE PROPHETIA QUAE AD CHRISTUM PERTINENS INVENITUR, VEL IN EIS LIBRIS QUI SCRIPTIS IPSIUS COPULANTUR, VEL IN EIS QUOS IPSIUS ESSE NON DUBIUM EST

1. Regnavit ergo David in terrena Ierusalem, filius caelestis Ierusalem, divino multum testimonio praedicatus: quia et delicta eius tanta pietate superata sunt, per saluberrimam poenitendi humilitatem, ut prorsus inter eos sit, de quibus ipse ait, *Beati quorum remissae sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata* [109]. Post hunc regnavit eidem populo universo Salomon eius filius, qui, ut supra dictum est, patre suo vivente coepit regnare. Hic bonis initiis, malos exitus habuit. Quippe secundae res, quae sapientium animos fatigant, magis huic obfuerunt, quam profuit ipsa sapientia, etiam nunc et deinceps memorabilis, et tunc longe lateque laudata. Prophetasse etiam ipse reperitur in suis libris, qui tres recepti sunt in auctoritatem canonicam, Proverbia, Ecclesiastes, et Canticum canticorum. Alii vero duo, quorum unus Sapientia, alter Ecclesiasticus dicitur, propter eloquii nonnullam similitudinem, ut Salomonis dicantur, obtinuit consuetudo: non autem esse ipsius, non dubitant doctiores; eos tamen in auctoritatem, maxime occidentalis, antiquitus recepit Ecclesia: quorum in uno, qui appellatur Sapientia Salomonis, passio Christi apertissime prophetatur. Impii quippe interfectores eius commemorantur dicentes: *Circumveniamus iustum, quoniam insuavis est nobis, et contrarius est operibus nostris, et improperat nobis peccata legis, et infamat in nos peccata disciplinae nostrae. Promittit scientiam Dei se habere, et filium Dei se nominat. Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum. Gravis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita illius, et immutatae viae eius. Tanquam nugaces aestimati sumus ab illo, et abstinet se a viis nostris quasi ab immunditiis: praefert novissima iustorum, et gloriatur patrem Deum se habere. Videamus ergo si sermones illius veri sunt, et tentemus quae ventura sunt illi, et sciemus quae erunt novissima eius. Si enim iustus est filius Dei, suscipiet illum, et liberabit eum de manu contrariorum. Contumelia et tormento interrogemus illum, ut sciamus reverentiam illius, et probemus patientiam ipsius. Morte turpissima condemnemus illum: erit enim ei respectus ex sermonibus illius. Haec cogitaverunt, et erraverunt: excaecavit enim illos malitia ipsorum* [110]. In Ecclesiastico autem fides gentium futura praedicitur isto modo: *Miserere nostri, dominator Deus omnium, et immitte timorem tuum super omnes gentes: extolle manum tuam super gentes alienas, et videant potentiam tuam. Sicut coram illis sanctificatus es in nobis, ita coram nobis magnificeris in illis, ut agnoscant te secundum quod et nos agnovimus te, quia non est Deus praeter te, Domine* [111]. Hanc optandi et precandi specie prophetiam per Iesum Christum videmus impletam. Sed adversus contra-

[109] Ps. 31,1.

[110] Sap. 2,12-21.
[111] Eccli. 36,1-5.

como estos libros no están en el canon de los judíos, tienen menos fuerza contra los contradictores.

2. Hacer ver que cuanto de esta laya se dice en los tres libros, que ciertamente son de Salomón, y que los judíos reconocen como canónicos, conviene a Cristo y a la Iglesia, sería muy penoso, y de abordarlo nos llevaría más allá de lo justo. Sin embargo, este discurso de los varones impíos, que leemos en los Proverbios: *Escondamos injustamente en la tierra al varón justo y traguémosle vivo como lo hace el infierno. Borremos su memoria de la tierra y echemos mano a su preciosa heredad,* no es tan obscuro como para no poder fácilmente entenderlo de Cristo y de su Iglesia. Algo semejante puso Jesús en boca de los malos colonos en la parábola evangélica: *He aquí el heredero; venid, matémosle, y será nuestra la heredad.*

Asimismo, el texto ya citado de este libro, al tratar de la estéril, han solido entenderlo siempre de Cristo y de la Iglesia quienes conocieron que Cristo es la Sabiduría de Dios. *La Sabiduría se fabricó una casa y labró siete columnas. Inmoló sus víctimas, escanció su vino en la copa y preparó su mesa. Envió a sus siervos a convocar con excelente encomio al banquete, diciendo: Si hay algún necio, que venga a mí. Y a los carentes de juicio les dijo: Venid a comer de mi pan y a beber el vino que os tengo preparado.* Estas palabras nos dejan entrever que la Sabiduría de Dios, o sea, el Verbo, coeterno al Padre, se edificó una casa en el seno de la Virgen, el cuerpo humano, y que a él,

---

dictores non tanta firmitate proferuntur, quae scripta non sunt in canone Iudaeorum.

2. In tribus vero illis, quos Salomonis esse constat, et Iudaei canonicos habent, ut ostendatur ad Christum et Ecclesiam pertinere quod in eis eiusmodi reperitur, operosa disputatio necessaria est, quae nos ultra quam oportet, si nunc adhibetur, extendit. Tamen quod in Proverbiis legitur, viros impios dicere, *Abscondamus in terra virum iustum iniuste, absorbeamus vero eum tanquam infernus viventem, et auferamus eius memoriam de terra, possessionem eius pretiosam apprehendamus* [112]; non ita obscurum est, ut de Christo et possessione eius Ecclesia sine laboriosa expositione non possit intelligi. Tale quippe aliquid etiam Dominus ipse Iesus per evangelicam parabolam ostendit dixisse malos colonos: *Hic est haeres, venite, occidamus eum, et nostra erit haereditas* [113]. Itemque illud in eodem libro, quod iam ante perstrinximus, cum ageremus de sterili quae peperit septem [114], nonnisi de Christo et Ecclesia mox ut fuerit pronuntiatum consuevit intelligi ab eis, qui Christum Sapientiam Dei esse noverunt. *Sapientia aedificavit sibi domum, et suffulsit columnas septem; immolavit suas victimas, miscuit in cratere vinum suum, et paravit mensam suam. Misit servos suos convocans cum excellenti praedicatione ad craterem, dicens: Quis est insipiens? divertat ad me. Et inopibus sensu dixit: Venite, manducate de meis panibus, et bibite vinum quod miscui vobis* [115]. Hic certe agnoscimus Dei Sapientiam, hoc est, Verbum Patri

[112] Prov. 1,11-13.
[113] Mt. 21,38.
[114] Supra, c.4 n.4.
[115] Prov. 9,1-5.

como los miembros a la cabeza, sujetó su Iglesia; que inmoló las víctimas de los mártires, que preparó la mesa con vino y pan—clara alusión al sacerdocio según el orden de Melquisedec—y que llamó a los insensatos y destituídos de juicio, pues, según la expresión del Apóstol, escogió a los débiles para confundir a los fuertes. A los débiles se dirige en este lugar: *Dejad la estulticia para vivir y buscad la prudencia para tener vida.* Hacerse partícipe de su mesa es comenzar a tener vida [30]. Y ¿qué significación más propia puede darse a aquellas palabras del Eclesiastés: *El hombre no tiene más bien que lo que come y bebe,* que aplicarlas a la participación de esta mesa, que el Mediador del Nuevo Testamento, sacerdote según el orden de Melquisedec, brinda de su cuerpo y sangre? Este sacrificio sucedió a los sacrificios del Viejo Testamento, que no eran más que un símbolo del futuro.

En el salmo 39 reconocemos también la voz del Mediador, que habla por boca del profeta: *No has querido sacrificios ni oblaciones, pero me has dado un cuerpo perfecto.* Y es que, en lugar de todos aquellos sacrificios y oblaciones, se ofrece su cuerpo y se administra a los comulgantes. Que el Eclesiastés no piensa en los banquetes del placer carnal al hablar de comer y beber—punto este frecuentemente repetido y grandemente encarecido—, lo deja asaz entrever cuando dice: *Mejor es ir a una casa de luto que a una taberna;* y poco después:

---

coaeternum, in utero virginali domum sibi aedificasse corpus humanum, et huic, tanquam capiti membra, Ecclesiam subiunxisse, martyrum victimas immolasse, mensam in vino et panibus praeparasse, ubi apparet etiam sacerdotium secundum ordinem Melchisedech, insipientes et inopes sensu vocasse; quia, sicut dicit Apostolus, infirma huius mundi elegit, ut confunderet fortia [116]. Quibus tamen infirmis quod sequitur dicit: *Derelinquite insipientiam, ut vivatis; et quaerite prudentiam, ut habeatis vitam* [117]. Participem autem fieri mensae illius, ipsum est incipere habere vitam. Nam et in alio libro, qui vocatur Ecclesiastes, ubi ait, *Non est bonum homini, nisi quod manducabit et bibet* [118]; quid credibilius dicere intelligitur, quam quod ad participationem mensae huius pertinet, quam sacerdos ipse Mediator Testamenti novi exhibet secundum ordinem Melchisedech de corpore et sanguine suo? Id enim sacrificium successit omnibus illis sacrificiis veteris Testamenti, quae immolabantur in umbra futuri: propter quod etiam vocem illam in Psalmo tricesimo et nono eiusdem Mediatoris per prophetiam loquentis agnoscimus: *Sacrificium et oblationem noluisti, corpus autem perfecisti mihi* [119]. Quia pro illis omnibus sacrificiis et oblationibus corpus eius offertur, et participantibus ministratur. Nam istum Ecclesiastem in hac sententia manducandi et bibendi, quam saepe repetit, plurimumque commendat, non sapere carnalis epulas voluptatis, satis illud ostendit, ubi ait, *Melius est ire in domum luctus, quam ire in domum potus:* et paulo post, *Cor,* inquit, *sapientium in domo luctus,*

[116] 1 Cor. 1,27.
[117] Prov. 9,6.
[118] Eccl. 8,15.
[119] Ps. 39,7.

El corazón de los sabios va a la casa del luto, y el corazón de los necios, a la casa de banquetes.

Pero estimo más digno de mención lo tocante a las dos ciudades, la del diablo y la de *Cristo*, y a sus dos reyes, Cristo y el demonio. *Desdichado de ti, ¡oh país!*—dice—, *cuyo rey es un adolescente y cuyos príncipes comen de mañana. Dichosa tú, tierra, cuyo rey es hijo de los naturales y cuyos príncipes comen a su tiempo en fortaleza y no en confusión.* Llamó adolescente al diablo por su estulticia y su soberbia, temeridad, petulancia y demás vicios que suelen abundar en esa edad [31]; y a Cristo, hijo de los naturales, es decir, de los santos patriarcas, ciudadanos de la Ciudad libre, de quienes fué carnalmente engendrado. Los príncipes de aquella ciudad comían de madrugada, o sea, antes de la hora debida, porque no esperaban la felicidad real en el siglo futuro, que es la verdadera, deseando ser felices cuanto antes con la felicidad del mundo. En cambio, los príncipes de la Ciudad de Cristo esperan pacientemente el tiempo de la felicidad auténtica. Esto indican las expresiones *en fortaleza, no en confusión,* porque no los engaña la esperanza, de la cual dice el Apóstol: *La esperanza no confunde.* Y un salmo: *Ninguno que espere en ti quedará confundido.*

El Cantar de los Cantares es un deliquio espiritual de las almas santas en las bodas del Rey y de la Reina de la Ciudad, es decir, de Cristo y de la Iglesia. Pero ese deliquio está envuelto bajo el velo de la alegoría a fin de prender su anhelo más ardientemente en los pechos y de descubrirse con más jo-

et cor insipientium in domo epularum [120]. Sed illud magis commemorandum existimo de hoc libro, quod pertinet ad civitates duas, unam diaboli, alteram Christi, et earum reges diabolum et Christum: *Vae tibi, terra,* inquit, *cuius rex adolescens, et principes tui mane comedunt. Beata tu, terra, cuius rex tuus filius ingenuorum, et principes tui in tempore comedunt, in fortitudine, et non in confusione* [121]. Adolescentem dixit diabolum, propter stultitiam, et superbiam, et temeritatem, et petulantiam, caeteraque vitia, quae huic aetati assolent abundare: Christum autem filium ingenuorum, sanctorum scilicet Patriarcharum, pertinentium ad liberam civitatem, ex quibus est in carne progenitus. Principes illius civitatis mane manducantes, id est ante horam congruam; quia non exspectant opportunam, quae vera est, in futuro saeculo felicitatem, festinanter beari huius saeculi celebritate cupientes. Principes autem civitatis Christi tempus non fallacis beatitudinis patienter exspectant. Hoc ait, *in fortitudine, et non in confusione:* quia non eos fallit spes; de qua dicit Apostolus, *Spes autem non confundit* [122]. Dicit et Pasalmus, *Etenim qui te exspectant, non confundentur* [123]. Iam vero Canticum canticorum spiritualis quaedam sanctarum est voluptas mentium, in coniugio illius Regis et reginae civitatis, quod est Christus et Ecclesia. Sed haec voluptas allegoricis tegminibus involuta est, ut desideretur ardentius, nudeturque iucun-

[120] Eccl. 7,3.5.
[121] Ibid., 10,16 et 17
[122] Rom. 5,5.
[123] Ps. 24,3.

cundidad, apareciendo el esposo, a quien se dice en el Cantar: *Los justos te aman,* y la esposa, que oye: *La caridad en tus delicias.* Por tener ante la vista el fin de la obra, pasamos por alto muchas cosas.

CAPITULO XXI

Reyes posteriores a Salomón en Judá y en Israel

En los demás reyes de Judá y de Israel posteriores a Salomón, apenas se encuentra una profecía que en sus enigmáticos dichos y adivinaciones dé cabida a Cristo y a la Iglesia. Judá e Israel fueron los nombres de las dos partes en que se dividió el reino, por juicio de Dios en premio al crimen de Salomón, bajo su hijo, que le sucedió en el trono. Las diez tribus dadas a Jeroboán, esclavo de Salomón, constituído rey de ellas en Samaria, se llamaron propiamente Israel, nombre que fué común a todo aquel pueblo. Y las otras dos tribus, Judá y Benjamín, que habían quedado sometidas a Jerusalén en consideración a David, cuyo reino no debía desgajarse a su linaje, recibieron el nombre de Judá, porque de esa tribu era David. La tribu de Benjamín, parte, como he dicho, de este reino, era la cuna de Saúl, predecesor de David. Ambas tribus, como queda apuntado, se llamaban Judá, distinguiéndose con ese nombre de Israel, que se reservó a las diez tribus que tenían

dius, et appareat sponsus, cui dicitur in eodem Cantico, *Aequitas dilexit te* [124]; et sponsa quae ibi audit, *Charitas in deliciis tuis* [125]. Tacita multa transimus, cura huius operis terminandi.

CAPUT XXI

De regibus post Salomonem, sive in Iuda, sive in Israel

Caeteri post Salomonem reges Hebraeorum vix inveniuntur per aliqua aenigmata dictorum suorum rerumve gestarum, quod ad Christum et Ecclesiam pertineat, prophetasse, sive in Iuda, sive in Israel. Sic enim appellatae sunt illius populi partes, ex quo propter Salomonis offensam tempore filii eius Roboam, qui patri successit in regnum, Deo vindicante divisus est. Proinde tribus decem, quas accepit Ieroboam servus Salomonis, rex eis in Samaria constitutus, proprie vocabantur Israel, quamvis hoc universi populi illius nomen esset. Duabus vero tribubus, Iudae scilicet et Beniamin, quae propter David, ne penitus regnum stirpis eius fuisset eradicatum, remanserant subiacentes civitati Ierusalem, Iudae nomen fuit: quia ipsa erat tribus unde David. Beniamin vero tribus altera ad idem regnum, sicut dixi, pertinens, erat unde fuit Saul rex ante David. Sed simul istae duae tribus, ut dictum est, Iuda vocabantur; et hoc nomine discernebantur ab Israel, quod appellabantur proprie decem tribus haben-

[124] Cant. 1,3.
[125] Ibid., 7,6.

su rey propio. La tribu de Leví, tribu sacerdotal, encargada del culto a Dios no sujeta a los reyes, hacía el número trece. Y José, uno de los doce hijos de Israel, formó no una tribu solamente, como los demás, sino dos, Efraín y Manasés. No obstante, la tribu de Leví pertenecía más al reino de Jerusalén, donde estaba el templo de Dios, al cual servía. Una vez dividido el reino, reinó en Jerusalén Roboán, primer rey de Judá, hijo de Salomón, y en Samaria, Jeroboán, rey de Israel, esclavo de Salomón. Y como Roboán intentara declarar la guerra como a rebelde a la parte separada, Dios prohibió al pueblo pelear contra sus hermanos, y dijo por su profeta que eso fué obra suya. De donde se colige que en ese asunto no hubo pecado alguno ni por parte del rey de Israel ni por parte del pueblo, sino únicamente cumplimiento de un castigo impuesto por la voluntad de Dios. Una vez que la conocieron ambas partes, hicieron entre sí las paces, pues la división fué de reino, no de religión [32].

CAPITULO XXII

JEROBOÁN Y LA IDOLATRÍA. PROFECÍAS DURANTE SU REINADO

Mas Jeroboán, no creyendo con espíritu perverso a Dios, cuya veracidad había probado al prometerle y recibir de su mano el reino, temió que, si el pueblo iba al templo de Dios, que estaba en Jerusalén, donde debía sacrificar, según la ley divina, toda la nación, fuera seducido y se volviera a la estirpe de David. Así introdujo la idolatría en su reino y engañó con nefanda impiedad al pueblo de Dios, obligándole a rendir con él culto a los ídolos. Con todo, ni aun entonces dejó Dios de reprender por sus profetas no solamente al rey, sino también a sus sucesores, imitadores de su impiedad, y a todo el pueblo. Allí y entre ellos vivieron los grandes y famosos profetas Elías y Eliseo, su discípulo, que hicieron muchas maravillas. A Elías, que decía en esta coyuntura: *Señor, han pasado a cuchillo a tus profetas, han destruído tus altares y he quedado yo solo, y me buscan para quitarme la vida,* se le respondió que había allí siete mil varones que no habían doblado sus rodillas ante Baal.

CAPITULO XXIII

DIVERSOS AZARES DE LOS REINOS JUDÍOS HASTA LA CAUTIVIDAD

Y en el reino de Judá, cuya capital era Jerusalén, no faltaron tampoco profetas en tiempo de los reyes siguientes. Dios los enviaba cuando le placía, bien para anunciar lo que era necesario, bien para corregir los pecados y encomendar la justicia. Porque también allí, aunque en menor escala que en Israel, hubo reyes que ofendieron gravemente a Dios con sus impiedades, y fueron castigados más suavemente con el pueblo

---

tes suum regem. Nam tribus Levi, quoniam sacerdotalis fuit, Dei, non regum servitio mancipata, tertia decima numerabatur. Ioseph quippe unus ex duodecim filiis Israel, non unam, sicut caeteri singulas, sed duas tribus fecit, Ephraem et Manassen. Verumtamen etiam tribus Levi ad regnum Ierosolymitanum pertinebat magis, ubi erat Dei templum, cui serviebat. Diviso igitur populo, primus regnavit in Ierusalem Roboam, rex Iuda, filius Salomonis; et in Samaria Ieroboam, rex Israel, servus Salomonis. Et cum voluisset Roboam tanquam tyrannidem divisae illius partis bello persequi, prohibitus est populus pugnare cum fratribus suis, dicente Deo per prophetam, se hoc fecisse [126]. Unde apparuit nullum in ea re, vel regis Israel, vel populi fuisse peccatum, sed voluntatem Dei vindicantis impletam. Qua cognita, pars utraque inter se pacata conquievit: non enim religionis, sed regni fuerat facta divisio.

CAPUT XXII

DE IEROBOAM, QUI IMPIETATE IDOLOLATRIAE SUBDITUM SIBI POPULUM PROFANAVIT, IN QUO TAMEN NON DESTITIT DEUS ET PROPHETAS INSPIRARE, ET MULTOS AB IDOLOLATRIAE CRIMINE CUSTODIRE

Verum rex Israel Ieroboam mente perversa non credens Deo, quem veracem promisso sibi regno datoque probaverat, timuit ne veniendo ad templum Dei, quod erat in Ierusalem, quo secundum divinam legem sacrificandi causa universae illi genti veniendum fuit, seduceretur ab eo populus, et stirpi David tanquam regio semini redderetur; et instituit idololatriam in regno suo, et populum Dei secum simulacrorum cultu obstrictum nefanda impietate decepit. Nec tamen omnimodo cessavit Deus non solum illum regem, verum etiam successores eius et impietatis imitatores, populumque ipsum, arguere per Prophetas. Nam ibi exstiterunt et magni illi insignesque Prophetae, qui etiam mirabilia multa fecerunt, Elias et Elisaeus discipulus eius. Etiam ibi dicenti Eliae, *Domine, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, et ego relictus sum solus, et quaerunt animam meam* [127]; responsum est, illic esse septem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal.

CAPUT XXIII

DE VARIO UTRIUSQUE REGNI HEBRAEORUM STATU, DONEC AMBO POPULI IN CAPTIVITATEM DIVERSO TEMPORE DUCERENTUR, REVOCATO POSTEA IUDA IN REGNUM SUUM, QUOD NOVISSIME IN ROMANORUM TRANSIIT POTESTATEM

Itemque in regno Iuda pertinente ad Ierusalem, etiam succedentium regum temporibus non defuerunt Prophetae: sicut Deo placebat eos mittere, vel ad praenuntiandum quod opus erat, vel ad corripienda peccata, praecipiendamque iustitiam. Nam et illic, etsi longe minus quam in Israel, tamen exstiterunt reges qui suis impietatibus Deum graviter offenderent, et moderatis flagellis cum populo simili plecterentur. Piorum

---

[126] 3 Reg. 12,24.

[127] 3 Reg. 19,10.

que los imitaba. Es cierto que hay otros reyes de una virtud grandemente alabada y señalada; pero en Israel, unos más y otros menos, todos fueron malos. Tanto una parte como la otra, según la orden o la permisión de la Providencia divina, tan pronto era sublimada con la prosperidad como abatida con la adversidad. Y así se lastimaban no solamente con guerras exteriores, sino también con guerras civiles, brillando merced a eso la misericordia o la ira de Dios. Este estado de cosas duró hasta que, creciendo más y más su indignación, toda la nación fué vencida en guerra por los caldeos y llevada cautiva en su mayor parte a Asiria. Primero las diez tribus de Israel, y luego, Judá, tras la ruina de Jerusalén y su famosísimo templo. En esa cautividad vivió por espacio de setenta años. Después, puesta en libertad, restauró el templo destruído, y, aunque muchísimos vivían en tierra extranjera, en adelante no hubo ya dos reinos ni dos reyes. Había un solo príncipe, y Jerusalén era su corte. Y al templo de Dios, que allí había, venían en determinadas épocas todos, de todas partes y por los medios de que disponían. Mas ni aun entonces les faltaron enemigos y conquistadores de otras naciones, pues Cristo les halló ya tributarios de los romanos.

---

sane regum merita ibi non parva laudantur. In Israel autem reges alios magis, alios minus, omnes tamen reprobos legimus. Utraque igitur pars, sicut iubebat divina providentia, vel sinebat, variis et erigebatur prosperitatibus, et adversitatibus premebatur: et sic affligebatur, non solum externis, verum etiam inter se civilibus bellis, ut certis existentibus causis, misericordia Dei vel ira patesceret; donec eius indignatione crescente, universa gens illa a Chaldaeis debellantibus, non solum subverteretur in sedibus suis, sed etiam ex maxima sui parte transferretur in terras Assyriorum, prius illa pars, quae vocabatur Israel in tribubus decem; postea vero etiam Iudas, eversa Ierusalem et templo illo nobilissimo: in quibus terris per annos septuaginta captivum egit otium. Post quos inde dimissa, templum quod eversum fuerat, instauravit: et quamvis plurimi eius in alienigenarum degerent terris, non habuit tamen deinceps duas regni partes, et duos diversos in singulis partibus reges: sed in Ierusalem princeps eorum unus erat; atque ad Dei templum, quod ibi erat, omnes undique, ubicumque essent, et undecumque possent, per certa tempora veniebant. Sed nec tunc eis hostes ex aliis gentibus expugnatoresque defuerunt: nam etiam Romanorum iam tributarios eos Christus invenit.

CAPITULO XXIV

Ultimos profetas entre los judíos y profetas rayanos ya al nacimiento de Cristo

En el tiempo que medió entre la vuelta de Babilonia y el nacimiento del Salvador, después de Malaquías, Ageo y Zacarías—profetas de entonces—y Esdras, no tuvieron más profetas. Sólo Zacarías, padre de Juan, e Isabel, su esposa, profetizaron próximo ya el nacimiento del Salvador. Y en su nacimiento, el viejo Simeón, la anciana y viuda Ana y Juan, el último de todos. Este, siendo ya mozo, anunció a Cristo, ya joven, no como futuro, sino señalando al desconocido con conocimiento profético. Por eso dijo el Señor que *la Ley y los profetas han durado hasta Juan*. El Evangelio nos da a conocer las profecías de estos cinco, y habla también de que la Virgen, Madre del Señor, profetizó antes que San Juan. Mas los judíos infieles no admiten esta profecía. Sin embargo, muchos de ellos que han creído al Evangelio las han aceptado. En esta ocasión se dividió realmente Israel en dos partidos, con aquella división que el profeta Samuel anunció a Saúl como inmutable.

Los judíos infieles han admitido en el canon a Malaquías, Ageo, Zacarías y Esdras. Son los últimos admitidos. Sus escri-

---

CAPUT XXIV

De Prophetis qui vel apud Iudaeos postremi fuerunt, vel quos circa tempus nativitatis Christi evangelica prodit historia

Toto autem illo tempore, ex quo redierunt de Babylonia, post Malachiam, Aggaeum et Zachariam, qui tunc prophetaverunt, et Esdram, non habuerunt Prophetas usque ad Salvatoris adventum, nisi alium Zachariam patrem Ioannis, et Elisabeth eius uxorem, Christi nativitate iam proxima; et eo iam nato, Simeonem senem, et Annam viduam iamque grandaevam, et ipsum Ioannem novissimum: qui iuvenis, iam iuvenem Christum, non quidem futurum praedixit, sed tamen incognitum prophetica cognitione monstravit: propter quod ipse Dominus ait, *Lex et Prophetae usque ad Ioannem* [128]. Sed istorum quinque prophetatio ex Evangelio nobis nota est: ubi et ipsa Virgo mater Domini ante Ioannem prophetasse invenitur [129]. Sed hanc istorum prophetiam Iudaei reprobi non accipiunt: acceperunt autem, qui ex eis innumerabiles Evangelio crediderunt. Tunc enim vere Israel divisus est in duo, divisione illa, quae per Samuelem prophetam Sauli regi est immutabilis praenuntiata. Malachiam vero, Aggaeum, Zachariam, et Esdram, etiam Iudaei reprobi in auctoritatem canonicam receptos novissimos habent. Sunt enim et scripta eorum, sicut aliorum,

[128] Mt. 11,13
[129] Lc. 1,46-55.

tos son como los de otros que entre la gran multitud de profetas escribieron cosas que figuran en el canon. De sus profecías sobre Cristo y la Iglesia me creo en el deber de citar algunas en esta obra. Lo haré con más holgura en el libro siguiente para no recargar demasiado el presente.

qui in magna multitudine Prophetarum perpauci ea scripserunt, quae auctoritatem canonis obtinerent. De quorum praedictis, quae ad Christum Ecclesiamque eius pertinent, nonnulla mihi in hoc opere video esse ponenda: quod commodius fiet, adiuvante Domino, sequenti libro; ne hunc tam prolixum ulterius oneremus.

NOTAS AL LIBRO XVII

[1] Agustín ya desde su punto de vista apriorístico pasa a dar una interpretación a los textos proféticos. Como puede verse, toda su ideología va montada sobre un sentido plenamente teológico. Por eso decimos nosotros que los hechos no tienen una teología propia, porque ésta es ciencia del espíritu. Los hechos en sí están exigiendo un intérprete, y ése es el hombre, que, si les aplica unas categorías teológicas, los convierte en teológicos, y es lo que hace el Santo en toda su obra.

[2] Aunque a primera vista la palabra *instrumenti* que usa el texto de Migne parece una errata, sin embargo, por otros muchos pasajes podemos concluir que no es tal. En realidad, el término conserva siempre la misma significación primitiva de testamento, y por este vocablo lo traducimos, aunque en realidad el otro no deje de implicar una idea propia suya, la instrumentalidad.

[3] El eclecticismo ha sido ya señalado en los escritos del Santo. También en la interpretación de la Escritura sigue, al menos así lo expresa en teoría, una sentencia media, ni historia solo ni simbolismo solo, sino una y otra bien unidas. Lo mismo sostiene en diversos pasajes del *Contra Faustum Manichaeum.*

[4] Como ya hemos hecho notar, concede verdadera historicidad a los Libros santos, mejor, a su contenido. Sin embargo, la historia en su tiempo no era ya la historia de los antiguos pueblos; en otros términos, el contenido de la palabra *historia* era distinto ya entonces de la historia en sentido oriental.

[5] El retruécano y el juego de palabras fueron las dos figuras preferidas del gran Obispo de Hipona en sus obras. En esta frase se encierra toda una teología mística, llena de agustinianismo. El entender y conocer que el hombre no vale nada y que lo que tiene se lo debe a Dios, es la base de su vida espiritual. *Sentire se hominem*, que decía en el sermón 40, o, con otras palabras, humildad y confianza en Dios.

[6] *Hunc virum Dei Iudaei Phinees esse dicunt, quem et Heliam autumnant*, dice San Jerónimo en sus *Tradiciones hebraicas (In librum I Regum).*

[7] En las *Retractationes* (II 43,2) apostilla así este punto: *In septimo-decimo libro, quod dictum est de Samuele:* Non erat de filiis Aaron, *dicendum potius fuit: Non erat filius sacerdotis. Filios quippe sacerdotum defunctis sacerdotibus succedere magis legitimi moris fuit: nam in filiis Aaron reperitur pater Samuelis; sed sacerdos non fuit nec ita in filiis ut eum ipse genuerit Aaron, sed sicut omnes illius populi dicuntur filii Israel.*

[8] Un cántico al nuevo sacerdocio. Parece como solazarse en la gran dignidad que se concedió en el Nuevo Testamento. Se acabaron las figuras, todo es luz. El hombre ha sido encumbrado a la categoría de los dioses; es tan poderoso, que a su palabra desciende Cristo al altar, y allí permanece en espera de adoradores. El mundo es ya de Cristo por obra de sus ministros, y en todas partes, parece decir Agustín, se ofrece ya el sacrificio de los cristianos.

[9] La referencia es manifiesta al sacramento de la Eucaristía. Con todo, no quiere ser más explícito. ¿Hemos de decir por eso que aún se conservaba algún residuo de la ley del arcano? Es posible, pero de he-

cho se acostumbraba ya a hablar más claro, y el mismo San Agustín lo hace donde el tema le da lugar a ello.

[10] Así enseña también en el libro XVIII, capítulo 20, y así leemos en los Hechos de los Apóstoles (13,21). En los libros de los Reyes no se dan los años del reinado de Saúl, como los de los demás reyes. Josefo en el libro VI de sus *Antiquitatum* dice: *Regnavit Saul vivente Samuele annis duodecim, mortuo eo viginti duo*. Serían, por tanto, treinta y cuatro. La opinión más común es la sostenida por Eusebio y Sulpicio Severo, que afirman que los años de Samuel están comprendidos bajo aquellos cuarenta años en que reinó Saúl, porque de la cronología sagrada se concluyen solamente cuarenta años desde la muerte del sumo sacerdote Helí. Sin embargo, la base cronológica aún sigue desconocida. Y seguimos en la creencia de que esos años son generaciones de cuarenta años cada una.

[11] En el capítulo 8, número 22, del libro *De unitate Ecclesiae* explica Agustín este mismo salmo. Y lo aplica también a Cristo. «El título del salmo 71—dice él—es *A Salomón*. Mas como lo que en él se dice no puede hallarse en aquel rey temporal, caído más tarde en graves desórdenes, se concluye con evidencia plena, en contra de los mismos judíos, que todo ello fué anunciado de Cristo. Y no hay cristiano que niegue esto; pues son tales las cosas que se dicen, que no cabe dudar ser propias de Cristo. También se encuentran allí pasajes que atestiguan la difusión de la Iglesia por todo el orbe después del sometimiento de todos los reyes a Cristo». Y luego comenta la cláusula que viene exponiendo en este capítulo.

[12] Esta es una de las ideas más fundamentales del cristianismo. La ideología es plenamente paulina en su concepción y en su realización. La imagen de la Ciudad encaja perfectamente en este círculo. La ciudad de Dios es una construcción, y sus fieles se van edificando mutuamente con sus buenas obras.

[13] Sobre la destrucción del reino escuchemos el relato de Flavio Josefo en el libro X, capítulo 11, de sus *Antiquitatum Iudaicarum: Atque hic fuit Davidici generis regum exitus, qui unus et viginti regnaverunt deinceps, idque temporis spatium quingentos et quindecim annos continet, et menses insuper sex cum diebus septem, annumeratis viginti annis primi regis Saulis, qui fuit tribus alterius; qui si substrahantur, a Davidi ad ultimum annum Sedechiae fluxerunt anni quadringenti nonaginta quatuor et menses sex*. En general, los autores se dividen, y sólo concuerda con Josefo Zonaras.

[14] Dios ha marcado a cada ser su puesto en el cosmos. El orden es la primera maravilla de la creación. Todas las cosas están ordenadas por el Creador, y él es el único capaz de ordenarlas como deben. La voluntad humana, como criatura, también está ordenada. Ahora el problema difícil es saber el orden de la misma, cómo debe dirigirse en cada caso concreto para conservar el orden. Y es sabido que puede hacer bienes de los mismos males. La voluntad tiene también un fin bueno, y el orden lleva necesariamente a él.

[15] La Ciudad de Dios la van edificando poco a poco los individuos. Las sociedades prosperan y se enriquecen a medida que crecen y se perfeccionan los individuos que las componen. En otros términos: Agustín define que la perfección social va fundada sobre la perfección individual, y es que él no concebía una sociedad aérea, hueca y vacía, puramente ideal, y estaba bien prevenido contra toda hipocresía.

[16] Si la felicidad eterna consiste en ver a Dios, la perfección temporal se reducirá a la visión de Dios, y será tanto más perfecto uno cuanto más idóneo sea para ver a Dios. A esa meta se ha de encaminar

toda la vida en este peregrinaje hacia la eternidad. La fe es el primer principio de la catarsis que opera la purificación. Es un apoyo y una muleta necesaria para caminar esta jornada de acá.

[17] La unidad es la aspiración cumbre de toda sociedad. Y ésta sólo se conseguirá una vez que la purificación se haya realizado plenamente. El mismo monacato no tiene otro fin que la unidad y la expansión de la misma. Y esta unidad radica en el equilibrio de todos los miembros de la comunidad y de todas sus funciones.

[18] Sin embargo, hoy está fuera de cuestión que los Salmos no fueron escritos por David todos. Había grandes colecciones de salmos, y entre ellos se eligieron unos cuantos que valían para el culto divino. En cuanto a la inspiración de los mismos, no se presenta problema desde el momento que fueron admitidos en el canon y han sido aprobados como tales.

[19] Partiendo del supuesto anterior, esta apreciación es redundancia. Pero, siguiendo el pensamiento del Santo, en este caso implica para nosotros una gran puerilidad y un continuo milagro, cosa que no puede admitirse a la ligera, dado que Dios no da al hagiógrafo ideas, sino que obra con las que él tiene.

[20] El *centón* era una composición poética formada con versos de otro autor, pero cuyo fondo es del que la hace con versos de otro. La palabra puede usarse también como personal, que es el sentido que aquí parece darle Agustín.

[21] Alude evidentemente a sus *Enarrationes in Psalmos*. Casi todos los Santos Padres y autores eclesiásticos anteriores a él habían escrito, si no tratados completos como comentarios a los Salmos, sí comentarios a algunos salmos.

[22] Ve en estas dos ciudades las dos figuras bíblicas de su concepción. Teodoro Häcker ha precisado que las tres potencias que operan la historia son Dios, el diablo y el hombre (cf. *El cristiano y la historia* [Madrid 1954] p.89-102). San Agustín coloca al hombre en el centro, y en el hombre se enfrentan Dios y el demonio, y en esta tensión se va desarrollando la historia con signo positivo o negativo.

[23] Puede verse a este propósito la *Enarración al salmo* 44, número 32.

[24] Y he aquí la gran cuestión que se presentaba también a Agustín, y cuyo alcance no se le ocultaba. Sin embargo, él no se ha detenido a solucionarla. Se formularía la pregunta de la siguiente manera: Si la presciencia es cierta, y las cosas también, ¿cómo los seres son contingentes y no necesarios? Es cierto que San Agustín ya dió respuesta al contestar en la primera parte de la obra a Cicerón diciendo que el conocimiento no cambia la esencia de las cosas; pero la solución parecía insuficiente. Y en verdad que, a la luz de la razón, la pregunta queda sin respuesta.

[25] Los lugares paralelos son abundantísimos. Para no hacernos largos en su enumeración, remitimos a los lectores a dos obras principales: A los *Tratados sobre el evangelio de San Juan* y a los *Sermones*. El cristocentrismo y, sobre todo, la teoría del cuerpo místico es el pensamiento más fecundo de la teología agustiniana juntamente con la concepción sobre la gracia.

[26] San Agustín sentía la necesidad imperiosa de su disculpa. El que haya leído algunas páginas del Santo, máxime en sus *Confesiones*, habrá podido observar varias veces su temor a verse ridiculizado. Es difícil dar una explicación a hecho tan notorio, y quizá no fuera la peor decir que tenía demasiado entrañada la conciencia de su misión, y temía

ser infiel a ella. Por otra parte, nos consta que sus enemigos eran muchos, aunque también lo fueran sus admiradores.

[27] La sabiduría de Salomón ha pasado a ser proverbial en toda la humanidad. Sin embargo, hay muy diversas opiniones sobre el particular. San Agustín en este pasaje se hace eco de Salustio, que en la *Guerra de Catilina* (c.11) dice expresamente: *Quippe secundae res sapientium animos fatigant.*

[28] Como puede apreciarse, la formación del canon de la Escritura no había alcanzado aún su desarrollo completo en este tiempo. Aunque, en general, esos libros eran admitidos en el canon, sin embargo, todavía había algunos que los rechazaban del mismo, como dejan entrever estas palabras.

[29] En el libro II, capítulo 7, número 13, *De doctrina christiana*, al dar la lista de los libros contenidos en el canon de la Escritura, después de enumerar los anteriores, es decir, los históricos en general, añade: *Deinde Prophetae in quibus David unus liber Psalmorum; et Salomonis tres, Proverbiorum, Cantica canticorum, et Ecclesiastes. Nam illi duo libri, unus qui Sapientia, et alius qui Ecclesiasticus inscribitur, de quadam similitudine Salomonis esse dicuntur: nam Iesus Sirach conscripsisse constantissime perhibetur, qui tamen quoniam in auctoritatem recipi meruerunt, inter propheticos numerandi sunt.* En las *Retractaciones* (II 4,2) ya advierte que el autor de la Sabiduría no es Jesús Sirach, como dice en este texto *De doctrina christiana.*

[30] Alude, sin duda, a aquel pasaje de San Juan en el que se dice: *Habet vitam aeternam et ego resuscitabo eum in novissimo die.* Con todo, la expresión no parece propia, puesto que el cristiano como tal comienza a tener vida por el bautismo, que es, como afirma el concilio de Florencia, la puerta de todos los sacramentos.

[31] La fina psicología del Santo se detiene en los detalles. El mismo nos narra en los tres primeros libros de sus *Confesiones* los pecados que suelen abundar en esa edad. La adolescencia tenía lugar, según San Agustín y los antiguos, de los catorce a los veintiocho años. Sabido es que dividían la vida en siete épocas o edades: infancia, niñez, adolescencia, juventud, virilidad, vejez o senectud y decrepitud, y que a cada una le determinaban un período concreto de años. Cf. *De ver. relig.* 26,48; *En. in Ps.* 127,14; *Epist.* 213,1, etc. San Isidoro de Sevilla extendió esa división por la Europa medieval, y Santo Tomás se sirvió de ella como argumento de congruencia para probar el *número septenario* de los sacramentos.

[32] La división territorial no implica división religiosa. A Dios se le puede y se le debe servir siempre y en todas partes. Por consiguiente, la unidad de religión en todas las naciones sería indudablemente el principio de unificación de todos los pueblos. La división y las guerras han procedido siempre del campo religioso de una o de otra forma.

LIBRO XVIII [1]

En él habla del desarrollo simultáneo de las dos ciudades, de la terrena y de la celestial, desde Abrahán hasta el fin del mundo. Además, menciona los oráculos que han anunciado a Cristo, bien de las sibilas, bien, sobre todo, de los vates sagrados que escribieron desde el principio del imperio romano: de Oseas, Amós, Isaías, Miqueas y los siguientes.

CAPITULO I

Resumen y recapitulación

He prometido hablar sobre el origen, desarrollo y fines debidos de las dos ciudades, la de Dios y la de este siglo, en la que ahora peregrina aquélla en sus ciudadanos, los hombres. Para ello he refutado con la ayuda divina, en los diez primeros libros de esta obra, a los enemigos de la Ciudad de Dios, que antepusieron sus dioses a Cristo, fundador de aquélla, y que envidian atrozmente a los cristianos con un rencor rayano en el frenesí. En los cuatro libros siguientes traté del origen de las dos ciudades, cumpliendo el primer apartado de mi triple promesa. Luego, en el libro XV, hablé del desarrollo de las mismas desde el primer hombre hasta el diluvio.

LIBER XVIII

Dicit de terrenae civitatis a tempore Abraham ad mundi finem procursu cum ipsa civitate caelesti: et attingit oracula de Christo, cum Sibillarum, tum maxime sacrorum Vatum, qui ab regni Romanorum exordio scripserunt, Osee, Amos, Isaiae, Michaeae, et subsequentium.

CAPUT I

De his quae usque ad tempora Salvatoris decem et septem voluminibus disputata sunt

De civitatum duarum, quarum Dei una, saeculi huius est altera, in qua nunc est, quantum ad hominum genus pertinet, etiam ista peregrina, exortu et procursu et debitis finibus me scripturum esse promisi: cum prius inimicos civitatis Dei, qui conditori eius Christo deos suos praeferunt, et livore sibi perniciosissimo atrociter invident Christianis, quantum me adiuvaret eius gratia, refellissem; quod voluminibus decem prioribus feci. De hac vero mea, quam modo commemoravi, tripartita promissione,

Desde esta época hasta Abrahán corrieron parejas ambas ciudades en el tiempo y en la obra. Mas desde Abrahán hasta la época de los reyes de Israel—período expuesto en el libro XVI—y desde los reyes hasta la encarnación del Salvador—que cierra el libro XVII—parece que corrió sola en mi pluma la Ciudad de Dios, aun cuando en el mundo hayan seguido ambas un curso y un desarrollo temporal idéntico. Así ha sucedido desde el principio del género humano.

He procedido así con el fin de que el desarrollo propio de la Ciudad de Dios apareciera más distintamente, sin ser parangonada *a contrario* con la otra desde que las promesas de Dios comenzaron a ser más claras hasta el nacimiento del Mesías, en quien debían cumplirse esas promesas. Verdad es que hasta la revelación del Nuevo Testamento no se ha mostrado entre luz, sino entre sombras. Ahora estoy en que es preciso analizar cuanto sea suficiente el curso de la ciudad terrena desde los días de Abrahán, a fin de que el lector pueda comparar las dos ciudades entre sí.

CAPITULO II

Reyes de la ciudad terrena y época de su reinado

1. La sociedad de los mortales, extendida por toda la tierra y en los más diversos lugares, ligada por la comunión de una misma naturaleza, se divide con frecuencia contra sí misma, y la parte que domina oprime a la otra. Esto se debe a que cada uno busca su propia utilidad y su cupidilidad y a que el bien que apetecen, o no es suficiente para nadie, o no para todos, porque no es el bien auténtico [2].

La parte vencida se rinde a la vencedora, prefiriendo a la dominación o aun a la libertad cualquiera paz y salud. Tanto es así, que ha causado gran admiración el pueblo que amó más perecer que servir [3]. En efecto, en casi todas las naciones la naturaleza grita con voz fuerte que los vencidos prefieran sufrir el yugo de los vencedores a ser aniquilados en los últimos furores de la guerra [4]. Y así se entiende que, no sin un consejo de la Providencia, en cuya mano está el ser vencedor o vencido en la guerra, unos pueblos hayan sido señores y otros súbditos [5]. Mas entre todos los imperios de la tierra en que la utilidad o la cupididad terrenas han dividido la sociedad (sociedad que con una palabra genérica llamamos ciudad de este mundo) sobresalen por su poder y abolengo dos: el de los asirios y el de los romanos, ordenados y distintos el uno del otro, tanto por los lugares como por el tiempo. Aquél floreció primero, y surgió en Oriente, y éste brilló después, y surgió en Occidente. El fin del uno señaló el principio del otro [6]. Yo diría que los demás reinos y reyes son como apéndices de éstos.

2. Nino, segundo rey de los asirios, que había sucedido a su padre Belo, primer rey de este reino, estaba en el trono cuando nació Abrahán en el país de los caldeos [7]. En aquel entonces era aún muy chico el reino de los sicionios, por el cual Marco Varrón, docto a carta cabal, comenzó la *Historia*

decimum sequentibus quatuor libris ambarum est digestus exortus: deinde procursus ab homine primo usque ad diluvium libro uno, qui est huius operis quintus decimus; atque inde usque ad Abraham rursus ambae, sic ut in temporibus, ita et in nostris litteris cucurrerunt. Sed a patre Abraham usque ad Regum tempus Israelitarum, ubi sextum decimum volumen absolvimus, et inde usque ad ipsius in carne Salvatoris adventum, quousque decimus septimus liber tenditur, sola videtur in meo stilo cucurrisse Dei civitas: cum in hoc saeculo non sola cucurrerit, sed ambae utique in genere humano, sicut ab initio simul, suo procursu tempora variaverint. Verum hoc ideo feci, ut prius, ex quo apertiores Dei promissiones esse coeperunt, usque ad eius ex Virgine nativitatem, in quo fuerant quae primo promittebantur implenda, sine interpellatione a contrario alterius civitatis, ista quae Dei est procurrens, distinctius appareret; quamvis usque ad revelationem Testamenti novi, non in lumine, sed in umbra cucurrerit. Nunc ergo, quod intermiseram, video esse faciendum, ut ex Abrahae temporibus quomodo etiam illa cucurrerit, quantum satis videtur, attingam, ut ambae inter se possint consideratione legentium comparari.

CAPUT II

De terrenae civitatis regibus atque temporibus, quibus ab exortu Abrahae sanctorum tempora supputata conveniunt

1. Societas igitur usquequaque mortalium diffusa per terras et in locorum quantislibet diversitatibus, unius tamen eiusdemque naturae quadam communione devincta, utilitates et cupiditates suas quibusque sectantibus, dum id quod appetitur, aut nemini, aut non omnibus sufficit, quia non est idipsum, adversum se ipsam plerumque dividitur, et pars partem, quae praevalet, opprimit. Victrici enim victa succumbit, dominationi scilicet, vel etiam libertati qualemcumque pacem praeferens ac salutem: ita ut magnae fuerint admirationi qui perire quam servire maluerunt. Nam in omnibus fere gentibus quodammodo vox naturae ista personuit, ut subiugari victoribus mallent, quibus contigit vinci, quam bellica omnifariam vastatione deleri. Hinc factum est ut non sine Dei providentia, in cuius potestate est ut quisque bello aut subiugetur aut subiuget, quidam essent regnis praediti, quidam regnantibus subditi: sed inter plurima regna terrarum, in quae terrenae utilitatis vel cupiditatis est divisa societas (quam civitatem mundi huius universali vocabulo nuncupamus), duo regna cernimus longe caeteris provenisse clariora, Assyriorum primum, deinde Romanorum, ut temporibus, ita locis inter se ordinata atque distincta. Nam quo modo illud prius, hoc posterius; eo modo illud in Oriente, hoc id Occidente surrexit: denique in illius fine huius initium confestim fuit. Regna caetera, caeterosque reges velut appendices istorum dixerim.

2. Ninus ergo iam secundus rex erat Assyriorum, qui patri suo Belo successerat, regni illius primo regi, quando in terra Chaldaeorum natus est Abraham. Erat etiam tempore illo regnum Sicyoniorum admodum parvum, a quo ille undecumque doctissimus Marcus Varro scribens de Gente populi Romani, velut antiquo tempore, exorsus est. Ab his enim

del pueblo romano [8]. De los reyes de los sicionios desciende a los atenienses; de éstos, a los latinos, y de los latinos, a los romanos. *Pero estos imperios, que han precedido a la fundación* de Roma, son muy poca cosa en comparación con el de los asirios. Es verdad que Salustio, historiador romano, reconoce que los atenienses fueron muy celebrados en Grecia, pero es más la fama que la realidad. Hablando de ellos, dice: «Las hazañas de los atenienses, a mi juicio, fueron, es cierto, grandes y gloriosas, pero quizá queden un poco por debajo de la fama. La elocuencia de los ingeniosos escritores que allí vivieron ha contribuído mucho a engrandecer las glorias de los atenienses por el mundo. Así, la virtud y el valor de sus héroes ha sido realzada por la grandeza de sus preclaros ingenios». Añádase a esto la gloria no pequeña de que en ella se han cultivado sobremanera las letras y la filosofía. Si considera*mos el imperio, ninguno ha superado en amplitud y extensión,* en los primeros tiempos, al de los asirios. En efecto, se cuenta que Nino, hijo de Belo, sometió a toda el Asia, llevando sus conquistas hasta los confines de Libia [9]. Y esto, Asia, que es la tercera parte del mundo, y en cuanto a extensión, la mitad. Sólo los indios quedaron en Oriente sin ser tributarios de este imperio. Su esposa Semíramis les declaró la guerra a su muerte. Así quedaron sometidos y obedientes al imperio asirio todos aquellos pueblos, casi diríamos sin actuación propia.

Abrahán nació, bajo el reinado de Nino, entre los caldeos. Pero como la historia de los griegos nos es mucho más conocida que la de los asirios, y por los griegos pasaron a los latinos y a los romanos, los que han pretendido historiar los orígenes

Sicyoniorum regibus ad Athenienses pervenit, a quibus ad Latinos, inde ad Romanos; sed ante conditam Romam in comparatione regni Assyriorum perexigua ista memorantur. Quamvis Athenienses in Graecia plurimum claruisse fateatur etiam Sallustius Romanus historicus, plus tamen fama, quam re ipsa. Nam loquens de illis: «Atheniensium, inquit, res gestae, sicuti ego existimo, satis amplae magnificaeque fuere: verum aliquanto minores tamen, quam fama feruntur. Sed quia provenere ibi scriptorum magna ingenia, per terrarum orbem Atheniensium facta pro maximis celebrantur. Ita eorum qui fecere, virtus tanta habetur, quantum eam verbis potuere extollere praeclara ingenia» [1]. Accedit huic civitati non parva etiam ex litteris et philosophis gloria, quod ibi potissimum talia studia viguerunt. Nam quantum attinet ad imperium, nullum maius primis temporibus, quam Assyriorum fuit, nec tam longe lateque diffusum. Quippe ubi Ninus rex, Beli filius, universam Asiam, quae totius orbis ad numerum partium tertia dicitur, ad magnitudinem vero dimidia reperitur, usque ad Libyae fines subegisse traditur. Solis quippe Indis in partibus Orientis non dominabatur: quos tamen eo defuncto Semiramis uxor eius est aggressa bellando. Ita factum est, ut quicumque in illis terris populi, sive reges erant, Assyriorum regno ditionique parerent, et quidquid imperaretur efficerent. Abraham igitur in eo regno apud Chaldaeos Nini temporibus natus est. Sed quoniam res Graecae multo sunt nobis quam Assy-

[1] *Belli Catil.* c.8

del pueblo romano desde la más remota antigüedad, me creo en la obligación de recordar los reyes asirios. Así aparecerá cómo *Babilonia camina su jornada como una primera* Roma codeándose con la Ciudad de Dios, peregrina en este mundo. En cuanto a los hechos que convenga insertar en esta obra para parangonar entre sí las dos ciudades, la terrena y la celestial, será mejor tomarlos de los griegos y latinos, entre los cuales Roma es como una segunda Babilonia [10].

3. Cuando nació Abrahán, reinaba entre los asirios Nino, segundo rey de ellos, y Europs entre los sicionios [11]. El primero había sucedido a Belo, y el segundo, a Egialeo. Cuando Dios prometió a Abrahán un pueblo numeroso y la bendición de todas las naciones en su descendencia después de haber salido de Babilonia, reinaba entre los asirios el cuarto rey, y entre los sicionios, el quinto. Era rey de los asirios el hijo de *Nino después de su madre Semíramis, que, según la historia, la* mató porque osó profanar incestuosamente a su hijo. Algunos piensan que ella fundó a Babilonia. En realidad, pudo restaurarla [12]. Cuándo y cómo fué fundada, lo hemos dicho ya en el libro XVI. Al hijo de Nino y de Semíramis que sucedió a su madre en el trono, unos lo llaman también Nino, y otros, con palabra derivada del padre, Ninias. Telxión regía entonces el imperio de los sicionios. En su reinado corrieron días tan bonancibles y alegres, que a su muerte le rindieron culto como a dios, con sacrificios y juegos. Y cuentan que fué el primero honrado con la institución de los juegos.

riae notiores, et per Graecos ad Latinos, ac deinde ad Romanos, qui *etiam ipsi Latini sunt, temporum seriem deduxerunt qui gentem populi* Romani in originis eius antiquitate rimati sunt; ob hoc debemus, ubi opus est, Assyrios memorare reges: ut appareat quemadmodum Babylonia, quasi prima Roma, cum peregrina in hoc mundo Dei civitate procurrat. Res autem quas propter comparationem civitatis utriusque, terrenae scilicet et caelesti huic operi oportet inserere, magis ex Graecis et Latinis, ubi et ipsa Roma quasi secunda Babylonia est, debemus assumere.

3. Quando ergo natus est Abraham, secundi reges erant, apud Assyrios Ninus, apud Sicyonios Europs: primi autem, illic Belus, hic Aegialeus fuerunt. Cum vero egresso Abraham de Babylonia, promisit ei Deus ex illo magnam gentem futuram, et in eius semine omnium gentium benedictionem, Assyrii quartum regem habebant, Sicyonii quintum: apud illos enim regnabat filius Nini post matrem Semiramidem, quae ab illo interfecta perhibetur, ausa filium mater incestare concubitu. Hanc putant nonnulli condidisse Babylonem, quam quidem potuit instaurare. Quando autem, vel quomodo condita fuerit, in sexto decimo libro diximus [2]. Filium porro Nini et Semiramidis, qui matri successit in regnum, quidam etiam ipsum Ninum, quidam vero derivato a patre vocabulo Ninyam vocant. Sicyoniorum autem regnum tunc tenebat Telxion. Quo regnante usque adeo ibi mitia et laeta tempora fuerunt, ut eum defunctum velut deum colerent sacrificando, et ludos celebrando, quos ei primitus institutos ferunt.

[2] C.4.

CAPITULO III

Reyes de Asiria y de Sicionia al nacer Isaac, Esaú y Jacob

Bajo el reinado de éste le nació a Abrahán, a la edad de cien años, según la promesa de Dios, Isaac, de su esposa Sarra, que por estéril y vieja había perdido ya la esperanza de engendrar. En Asia reinaba entonces el quinto rey, Arrio [13]. A Isaac le nacieron, a la edad de setenta años, dos mellizos, Esaú y Jacob, de su esposa Rebeca, en vida aún de su abuelo Abrahán, que frisaba ya en los ciento sesenta. Y Abrahán murió cumplidos ciento setenta y cinco años. Reinaba entonces en Asiria Jerjes I, por sobrenombre Baleo, y en Sicionia, Turíaco, o, según otros, Turímaco, que hacían el número siete. El reino de Argos nació a la par que los nietos de Abrahán, y su primer rey fué Inaco. No hay que olvidar que, según refiere Varrón, los sicionios solían sacrificar sobre el sepulcro de Turíaco. En el reinado de Armamitres y de Lepcipo, octavos reyes de Asiria y de Sicionia, y de Inaco, el primero de Argos, habló Dios a Isaac, y le prometió, como había hecho a su padre, que daría a su descendencia la tierra de Canaán y que en su descendencia serían benditas todas las naciones. Estas mismas promesas se repitieron a su hijo, nieto de Abrahán, llamado primero Jacob y luego Israel, durante el reinado de Beloco, noveno rey de Asiria, y de Foroneo, segundo de Argos, hijo de Inaco, siguiendo Leucipo en el trono de Sicionia. Grecia en este tiempo, bajo el imperio de Foroneo, rey de Argos, comenzó a florecer por sus leyes y sus constituciones. Fegoo, empero, hermano menor de Foroneo, a su muerte, fué honrado como un dios: se le edificó un templo sobre su sepulcro y se le inmolaron bueyes. Tengo para mí que le juzgaron digno de tanto honor porque en la parte del reino que le tocó en suerte (pues su padre lo había distribuído antes de morir entre sus hijos) había levantado capillas para el culto de los dioses y había enseñado la medida y observancia de los tiempos en meses y años. Sorprendidos de estas novedades, los hombres aun creyeron que se había hecho dios después de su muerte, o así lo quisieron. Cuéntase también que Io, hija de Inaco, luego llamada Isis, recibió culto en Egipto como una gran diosa, bien que otros escriben que vino, siendo reina de Etiopía, a Egipto. Y añaden que reinó aquí con tanta sabiduría y justicia y que inventó las letras y muchas otras cosas útiles, mereciendo por todo honor divino, después de su muerte y tal honor, que quien osara decir que fué hombre incurriría en sentencia capital [14].

CAPUT III

Quibus regnantibus apud Assyrios atque Sicyonios Abrahae centenario Isaac de promissione sit natus, vel ipsi Isaac sexagenario Esau et Iacob gemini de Rebecca sint editi

Huius temporibus etiam Isaac ex promissione Dei natus est centenario patri filius Abrahae de Sarra coniuge, quae sterilis et anus iam spem prolis amiserat. Tunc et Assyriis quintus erat rex Arrius. Ipsi vero Isaac sexagenario nati sunt gemini, Esau et Iacob, quos ei Rebecca uxor peperit, avo eorum Abraham adhuc vivente, et centum sexaginta aetatis annos agente: qui expletis centum septuaginta quinque defunctus est; regnantibus apud Assyrios Xerxe illo antiquiore, qui etiam Baleus vocabatur, et apud Sicyonios Thuriaco, quem quidam Thurimachum scribunt, septimis regibus. Regnum autem Argivorum simul cum Abrahae nepotibus ortum est, ubi primus regnavit Inachus. Sane quod praetereundum non fuit, etiam apud sepulcrum septimi sui regis Thuriaci sacrificare Sicyonios solere, Varro refert. Regnantibus porro octavis regibus, Armamitre Assyriorum, Sicyoniorum Leucippo, et primo Argivorum Inacho, Deus locutus est ad Isaac, atque ipsi quoque eadem quae patri eius duo illa promisit, semini scilicet eius terram Chanaan, et in eius semine benedictionem cunctarum gentium. Haec ipsa promissa sunt etiam filio eius; nepoti Abrahae, qui est appellatus primo Iacob, post Israel, cum iam Belocus rex nonus Assyriis, et Phoroneus Inachi filius secundus regnaret Argivis, Leucippo adhuc apud Sicyonios permanente. His temporibus Graecia sub Phoroneo Argolico rege legum et iudiciorum quibusdam clarior facta est institutis: Phegous tamen frater huius Phoronei iunior, cum esset mortuus, ad eius sepulcrum templum est constitutum, in quo coleretur ut deus, et ei boves immolarentur. Credo honore tanto ideo dignum putarunt, quia in regni sui parte (pater quippe loca ambobus distribuerat, in quibus eo vivente regnarent) iste sacella constituerat ad colendos deos, et docuerat observari tempora per menses atque annos, quid eorum quatenus metirentur atque numerarent. Haec in eo nova mirantes rudes adhuc homines, morte obita deum esse factum sive opinati sunt, sive voluerunt. Nam et Io filia Inachi fuisse perhibetur, quae postea Isis appellata, ut magna dea culta est in Aegypto: quamvis alii scribant eam ex Aethiopia in Aegyptum venisse reginam; et quod late iusteque imperaverit, eisque multa commoda et litteras instituerit, hunc honorem illi habitum esse divinum posteaquam ibi mortua est, et tantum honorem, ut capitali crimine reus fieret, si quis eam fuisse hominem diceret.

CAPITULO IV

Los días de Jacob y de su hijo José

Reinando en Asiria Baleo, décimo rey, y en Sicionia el noveno, Mesapo, que, según otros, se llamaba Cefisos (si es que en

CAPUT IV

De temporibus Iacob et filii eius Ioseph

Regnantibus Assyriorum decimo rege Baleo, et Sicyoniorum nono Messapo, qui etiam Cephisos a quibusdam traditur (si tamen duorum nomi-

realidad es un solo hombre, y no más bien haya en estos escritos una confusión de nombres y, por tanto, de sujetos), y siendo Apis tercer rey de Argos, murió Isaac a la edad de ciento ochenta años y dejó a sus mellizos con ciento veinte. El menor, Jacob, perteneciente a la Ciudad de Dios con exclusión del mayor, tenía doce hijos. José—uno de ellos—fué vendido por sus hermanos a unos mercaderes que se dirigían a Egipto viviendo aún su abuelo Isaac [15]. José se presentó a Faraón, y fué ensalzado de la humillación en que yacía. Contaba entonces treinta años. Y es que interpretó divinamente los sueños del rey y anunció que habían de venir siete años abundantes; abundancia que sería contrarrestada por los siete años de escasez siguientes. Esto le valió el ascenso y la prefectura sobre Egipto y el ser libertado de la cárcel, donde estaba aherrojado por defender su castidad no consintiendo que su mal enamorada señora lo profanara; ella, que había de mentir luego a su crédulo señor. El, huyendo, dejó la capa en las manos de su señora. El año segundo de los siete estériles, Jacob vino a Egipto, con todos los suyos, a la edad de ciento treinta años, según la respuesta que había dado al rey. José tenía entonces treinta y nueve, pues a los treinta que tenía cuando fué ascendido por el rey había añadido siete de abundancia y dos de hambre.

---

num homo unus fuit, ac non potius alterum pro altero putaverunt fuisse hominem, qui in suis posuerunt scriptis alterum nomen), cum rex Argivorum tertius Apis esset, mortuus est Isaac annorum centum octoginta, et reliquit geminos suos annorum centum et viginti: quorum minor Iacob pertinens ad civitatem Dei, de qua scribimus, maiore utique reprobato, habebat duodecim filios; quorum illum, qui vocabatur Ioseph, mercatoribus in Aegyptum transeuntibus fratres, adhuc Isaac avo eorum vivente, vendiderant. Stetit autem ante Pharaonem Ioseph, quando ex humilitate, quam pertulit, sublimatus est, cum triginta esset annorum: quoniam somnia regis divine interpretatus, praenuntiavit septem ubertatis annos futuros, quorum abundantiam praepollentem consequentes alii septem steriles fuerant consumpturi; et ob hoc eum rex praefecerat Aegypto, de carcere liberatum, quo eum coniecerat integritas castitatis; quam fortiter servans male amanti dominae, et male credulo domino mentiturae, veste etiam derelicta de manibus attrahentis aufugiens, non consensit ad stuprum. Secundo autem anno septem annorum sterilium, Iacob in Aegyptum cum *suis omnibus venit ad filium, agens annos centum et triginta, sicut interroganti* regi ipse respondit[3]; cum Ioseph ageret triginta et novem, ad triginta scilicet quos agebat, quando a rege honoratus est, additis septem ubertatis, et duobus famis.

[3] Gen 47,9.

CAPITULO V

APIS, REY DE ARGOS. LOS EGIPCIOS LE LLAMARON SERAPIS Y LE RINDIERON HONORES DIVINOS

En este tiempo, Apis, que había pasado con sus naves a Egipto y había muerto allí, fué tenido por el mayor de los dioses entre los egipcios. Varrón nos da una razón muy obvia de ese nombre, de Serapis que le dieron después de muerto, y no Apis. Porque—dice él—la caja que fué su tumba, hoy ya llamada sarcófago, se dice en griego σορός, y en ella comenzaron a venerarle antes de construirle su templo. De *soros* y Apis, primero se llamó Sorapis, y luego, cambiando una letra, como es corriente, se le llamó Serapis (16). Y se decretó pena capital contra el que dijese que fué hombre. Varrón estima que para significar esto, el callar que fueron hombres, tienen en las estatuas de Isis y de Serapis, en casi todos los templos, un dedo ante los labios, como indicando silencio. Y al buey, que Egipto, con extraña superstición, alimentaba con delicados bocados en honra del dios, como lo veneraban vivo y sin sarcófago, lo llamaban Apis, no Serapis. A la muerte de ese buey, como al buscarlo se encontrara un novillo del mismo color, es decir, pintado de manchas blancas, creyeron que esto encerraba algo de maravilloso y divino. A la verdad que no era difícil a los demonios, para engañar a los hombres, presentar a una vaca preñada

---

CAPUT V

DE API REGE ARGIVORUM, QUEM AEGYPTII SERAPIM NOMINATUM DIVINO HONORE COLUERUNT

His temporibus rex Argivorum Apis navibus transvectus in Aegyptum, cum ibi mortuus fuisset, factus est Serapis omnium maximus Aegyptiorum deus. Nominis autem huius, cur non Apis etiam post mortem, sed Serapis appellatus sit, facillimam rationem Varro reddidit. Quia enim arca in qua mortuus ponitur, quod omnes iam sarcophagum vocant, σορός dicitur graece; et ibi eum venerari sepultum coeperant, priusquam templum eius esset exstructum: velut Soros et Apis, Sorapis primo, deinde una littera, ut fieri assolet, commutata, Serapis dictus est. Et constitutum est etiam de illo, ut quisquis eum hominem dixisset fuisse, capitalem penderet poenam. Et quoniam fere in omnibus templis, ubi colebantur Isis et Serapis, erat etiam simulacrum, quod digito labiis impresso admonere videretur, ut silentium fieret; hoc significare idem Varro existimat, ut homines eos fuisse taceretur. Ille autem bos, quem mirabili vanitate decepta Aegyptus in eius honorem deliciis affluentibus alebat, quoniam eum sine sarcophago vivum venerabantur, Apis, non Serapis vocabatur. Quo bove mortuo, quoniam quaerebatur et reperiebatur vitulus coloris eiusdem, hoc est, albis quibusdam maculis similiter insignitus; mirum quiddam et divinitus sibi procuratum esse credebant. Non enim magnum erat daemonibus ad eos

la imagen de ese toro, de la cual apareciera corporalmente su representación [17]. Así, Jacob hizo con varas de varios colores que sus ovejas nacieran multicolores. Y esto que los hombres pueden hacer con colores reales y verdaderos, los demonios pueden hacerlo muy fácilmente presentando colores fingidos al concebir los animales.

CAPITULO VI

Rey de Argos y de Asiria a la muerte de Jacob

Apis, rey de Argos, no de Egipto, murió en Egipto. Le sucedió en el trono su hijo Argos, de cuyo nombre derivan los argos y los argivos, pues con los reyes anteriores ni la ciudad ni la nación tenían ese nombre. Bajo su reinado, y siendo rey de los sicionios Erato, y Baleo de los asirios, murió Jacob en Egipto a la edad de ciento cuarenta y siete años. A la hora de su muerte bendijo a sus hijos y a los nietos por la línea de José y profetizó, con admirable claridad, a Cristo en estas palabras, pronunciadas al bendecir a Judá: *No faltará príncipe de Judá y de su descendencia el caudillo hasta que se cumpla lo que se le ha prometido. El será la esperanza de las naciones.*

Durante el reinado de Argos, Grecia comenzó a cultivar el campo y a sembrar con semillas importadas de fuera. También Argos después de su muerte fué tenido por dios y honrado con

decipiendos phantasiam talis tauri, quam sola cerneret, ostentare vaccae concipienti atque praegnanti, unde libido matris attraheret quod in eius fetu iam corporaliter appareret: sicut Iacob de virgis variatis, ut oves et caprae variae nascerentur, effecit [4]. Quod enim homines coloribus et corporibus veris, hoc daemones figuris fictis facillime possunt animalibus concipientibus exhibere.

CAPUT VI

Quo regnante apud Argivos, quove apud Assyrios, Iacob in Aegypto sit mortuus

Apis ergo rex, non Aegyptiorum, sed Argivorum, mortuus est in Aegypto. Huic filius Argus successit in regnum, ex cuius nomine et Argi, et ex hoc Argivi, appellati sunt: superioribus autem regibus nondum vel locus vel gens habebat hoc nomen. Hoc ergo regnante apud Argivos, et apud Sicyonios Erato, apud Assyrios vero adhuc manente Baleo, mortuus est Iacob in Aegypto annorum centum quadraginta septem, cum moriturus filios suos et nepotes ex Ioseph benedixisset, Christumque apertissime prophetasset, dicens in benedictione Iudae, *Non deficiet princeps ex Iuda, et dux de femoribus eius, donec veniant quae reposita sunt ei: et ipse exspectatio gentium* [5]. Regnante Argo suis coepit uti frugibus Graecia, et habere segetes in agricultura, delatis aliunde seminibus. Argus quoque

[4] Gen. 30,37-42.
[5] Gen. 49,10.

templos y con sacrificios. Este honor, ya en su reinado y antes, se rindió a un particular llamado Homogiro, que fué matado por un rayo, y fué también el primero que unció los bueyes al arado.

CAPITULO VII

Muerte de José y reyes de entonces

Reinando en Asiria el duodécimo rey, Mamito, y en Sicionia el undécimo, Plemneo, y en Argos aún Argos, murió en Egipto José a los ciento diez años. Después de su muerte, el pueblo de Dios se acreció prodigiosamente, y permaneció en Egipto ciento cuarenta y cinco años, al principio, mientras vivieron los contemporáneos de José, tranquilamente. Luego, envidiado por su crecimiento y recelando de él, le oprimieron con persecuciones y trabajos serviles intolerables hasta ser sacado de allí. (Pero, aun en medio de estas estrecheces, crecía, como fecundado de lo alto.) En Asia y en Grecia durante este tiempo seguían en el trono los mismos reyes.

CAPITULO VIII

Reyes y religión que se fué imponiendo al nacer Moisés

Reinaba en Asiria el décimocuarto rey, Safro; en Sicionia, el duodécimo, Ortópolis, y el quinto, Criaso, en Argos, cuando

post obitum deus haberi coepit, templo et sacrificiis honoratus. Qui honor eo regnante ante illum delatus est homini privato et fulminato cuidam Homogyro, eo quod primus ad aratrum boves iunxerit.

CAPUT VII

Quorum regum tempore Ioseph in Aegypto defunctus sit

Regnantibus Assyriorum duodecimo Mamito, et undecimo Sicyoniorum Plemnaeo, et Argis adhuc manente Argo, mortuus est Ioseph in Aegypto annorum centum et decem [6]. Post cuius mortem populus Dei mirabiliter crescens mansit in Aegypto centum quadraginta quinque annos, tranquille prius, donec morerentur quibus Ioseph notus fuit: deinde quia invidebatur incrementis eius, erantque suspecta, quousque inde liberaretur, persecutionibus (inter quas tamen divinitus fecundata multiplicatione crescebat) et laboribus premebatur intolerabilis servitutis. In Assyria vero et Graecia per idem tempus regna eadem permanebant.

CAPUT VIII

Quorum regum aetate Moyses natus sit, et quorum deorum iisdem temporibus sit orta religio

Cum ergo regnaret Assyriis quartus decimus Saphrus, et Sicyoniis duodecimus Orthopolis, et Criasus quintus Argivis, natus est in Aegypto

[6] Gen. 50,25.

Egipto asistía al nacimiento del libertador del pueblo de Dios de la servidumbre egipcia, de Moisés. Esta esclavitud fué conveniente, para avivar así los deseos del pueblo por el auxilio de su Creador. Algunos creen que en este tiempo existió Prometeo [18]. Y, como fué uno de los grandes maestros de la sabiduría, dicen que formó los hombres de barro. Mas no se sabe quiénes fueron los reyes de su tiempo. Su hermano Atlas [19] dicen que fué un gran astrólogo. De aquí ha tomado pie la fábula que finge que sostiene el cielo con sus hombros, aunque hay un monte que lleva su nombre, y su altura, al parecer, ha hecho pensar al vulgo que soporta el cielo. En este tiempo se prodigaron mucho en Grecia las ficciones fabulosas. Pero hasta Cecrope, rey de los atenienses, en cuyo reinado tomó tal nombre la ciudad y Dios sacó, por medio de Moisés, a su pueblo de Egipto, fueron alistados en el número de los dioses algunos muertos, siguiendo la ciega superstición de los griegos. Entre ellos hallamos de diverso modo, en los diferentes autores, a Melantonice, esposa del rey Criaso, y a Forbas, su hijo, sexto rey de Argos después de su padre, y a Jaso, hijo de Tríopa, séptimo rey, y el rey noveno, Estenelas, o Esteneleo, o Esténelo [20]. También cuentan que en este tiempo vivió Mercurio, nieto de Atlas por línea de su hija Maya [21], hecho que hasta las letras más vulgares cantan. Sobresalió como perito en las artes y las entregó a los hombres, motivo que le granjeó el ser tenido o creído como dios después de su muerte. A esta misma época de Argos, aunque un poco posterior, pertenece, según cuentan, Hércules, si bien es cierto que algunos lo creen anterior a Mercurio. A mi juicio, éstos se engañan. Mas, sea

Moyses, per quem populus Dei de servitute Aegyptia liberatus est, in qua eum ad desiderandum sui Creatoris auxilium sic exerceri oportebat. Regnantibus memoratis regibus fuisse a quibusdam creditur Prometheus; quem propterea ferunt de luto formasse homines, quia sapientiae optimus doctor fuisse perhibetur: nec tamen ostenditur qui eius temporibus fuerint sapientes. Frater eius Atlas magnus fuisse astrologus dicitur: unde occasionem fabula invenit, ut eum caelum portare confingeret: quamvis mons eius nomine nuncupetur, cuius altitudine potius caeli portatio in opinionem vulgi venisse videatur. Multa quoque alia ex illis in Graecia temporibus confingi fabulosa coeperunt: sed usque ad Cecropem regem Atheniensium, quo regnante eadem civitas etiam tale nomen accepit, et quo regnante Deus per Moysen eduxit ex Aegypto populum suum, relati sunt in deorum numerum aliquot mortui caeca et vana consuetudine ac superstitione Graecorum. In quibus Criasi regis coniux Melantomice, et Phorbas filius eorum, qui post patrem rex Argivorum sextus fuit, et septimi regis Triopae filius Iasus, et rex nonus Sthenelas, sive Stheneleus, sive Sthenelus, varie quippe in diversis auctoribus invenitur. His temporibus etiam Mercurius fuisse perhibetur, nepos Atlantis, ex Maia filia: quod vulgatiores etiam litterae personant. Multarum autem artium peritus claruit, quas et hominibus tradidit: quo merito eum post mortem deum esse voluerunt, sive etiam crediderunt. Posterior fuisse Hercules dicitur, ad ea tamen tempora pertinens Argivorum: quamvis nonnulli eum Mercurio praeferant tempore: quos falli existimo. Sed quolibet tempore

cualquiera la época de su nacimiento, consta por historiadores de peso que ambos fueron hombres y que por los beneficios y comodidades brindadas a los mortales para su vida merecieron de ellos honores divinos.

Minerva es mucho más antigua que éstos. Cuentan que en tiempo de Ogiges [22] se apareció, en la flor de la edad, junto al lago Tritón [23]. Por eso es llamada también Tritonia. A ella se deben invenciones raras y útiles, y la gente se inclinó tanto más a creerla diosa cuanto menos conocido era su origen. Eso de que nació de la cabeza de Júpiter es más bien ficción poética que realidad histórica. Los historiadores no están acordes en señalar la época en que vivió Ogiges, en cuyo tiempo hubo un gran diluvio, distinto de aquel diluvio universal al que no escaparon los hombres, exceptuados los del arca, desconocido para los historiadores griegos y latinos [24], pero mayor que el de Deucalión. Varrón, por ejemplo, comienza el libro ya citado desde esa época. Y no encuentra nada más antiguo que el diluvio de Ogiges, o sea el habido en tiempo de Ogiges. Nuestros cronistas Eusebio y Jerónimo, que apoyaron su opinión en historiadores anteriores, refieren que el diluvio de Ogiges tuvo lugar después de más de trescientos años, en el reinado de Foroneo, segundo rey de Argos. Sea de eso lo que fuere, es cierto que, reinando en Atenas Cecrope, se rendía ya culto a Minerva. Y bajo este rey, Atenas fué fundada o restaurada.

nati sint, constat inter historicos graves, qui haec antiqua litteris mandaverunt, ambos homines fuisse, et quod mortalibus ad istam vitam commodius ducendam beneficia multa contulerint, honores ab eis meruisse divinos. Minerva vero longe his antiquior. Nam temporibus Ogygii ad lacum, qui Tritonis dicitur, virginali apparuisse fertur aetate: unde et Tritonia nuncupata est: multorum sane operum inventrix; et tanto proclivius dea credita, quanto minus origo eius innotuit. Quod enim de capite Iovis nata canitur, poetis et fabulis, non historiae rebusque gestis est applicandum. Quanquam Ogygius ipse quando fuerit, cuius temporibus etiam diluvium magnum factum est, non illud maximum quo nulli homines evaserunt, nisi qui in arca esse potuerunt, quod gentium nec Graeca nec Latina novit historia, sed tamen maius quam postea tempore Deucalionis fuit, inter scriptores historiae non convenit. Nam Varro inde exorsus est librum, cuius mentionem superius feci, et nihil sibi, ex quo perveniat ad res Romanas, proponit antiquius quam Ogygii diluvium, hoc est, Ogygii factum temporibus. Nostri autem qui Chronica scripserunt, prius Eusebius, post Hieronymus, qui utique praecedentes aliquos historicos in hac opinione secuti sunt, post annos amplius quam trecentos iam secundo Argivorum Phoroneo rege regnante Ogygii diluvium fuisse commemorant. Sed quolibet tempore fuerit, iam tamen Minerva tanquam dea colebatur, regnante Atheniensibus Cecrope, sub quo rege etiam ipsam vel instauratam ferunt, vel conditam civitatem.

CAPITULO IX

CUÁNDO FUÉ FUNDADA ATENAS Y ORIGEN DE SU NOMBRE, SEGÚN VARRÓN

He aquí el origen asignado por Varrón al nombre de Atenas. Viene de Minerva, que en griego se dice 'Αθηνᾶ. De buenas a primeras surgió allí un olivo, y brotó agua en otro lugar. Entonces el rey, movido por estos prodigios, envió a preguntar al Apolo de Delfos qué significaba aquello y qué se debía hacer. Respondió que la oliva significaba a Minerva, y el agua, a Neptuno, y que los ciudadanos podían elegir de esos dos nombres uno para la ciudad. Cecrope, recibido el oráculo, convocó a todos los ciudadanos de ambos sexos. (La costumbre admitía también a las votaciones públicas a las mujeres.) Propuesta la cuestión, los hombres votaron por Neptuno, y las mujeres, por Minerva. Y, como había una mujer más, ganó la votación Minerva. Entonces Neptuno, irritado, asoló con las olas encrespadas del mar las tierras de los atenienses, porque no es difícil a los demonios dar más extensión al flujo de las aguas. El mismo autor dice que, para amansar sus iras, las mujeres fueron castigadas por los atenienses con tres penas: carecer en adelante de voto, no imponer el nombre de la madre a ningún hijo y no ser llamadas ateneas. Así, aquella ciudad, madre y nodriza de las artes liberales y de tantos y tan ilustres filósofos, que son lo más glorioso y noble de Grecia, fué llamada Atenas por

CAPUT IX

QUANDO ATHENIENSIUM CIVITAS SIT CONDITA, ET QUAM CAUSAM NOMINIS EIUS VARRO PERHIBEAT

Nam ut Athenae vocarentur, quod certe nomen a Minerva est, quae graece 'Αθηνᾶ dicitur, hanc causam Varro indicat. Cum apparuisset illic repente olivae arbor, et alio loco aqua erupisset, regem prodigia ista moverunt, et misit ad Apollinem Delphicum sciscitatum quid intelligendum esset, quid faciendum. Ille respondit quod olea Minervam significaret, unda Neptunum, et quod esset in civium potestate, ex cuius nomine potius duorum deorum, quorum signa illa essent, civitas vocaretur. Isto Cecrops oraculo accepto, cives omnes utriusque sexus (mos enim tunc in eisdem locis erat, ut etiam feminae publicis consultationibus interessent) ad ferendum suffragium convocavit. Consulta igitur multitudine mares pro Neptuno, feminae pro Minerva tulere sententias: et quia una plus est inventa feminarum, Minerva vicit. Tunc Neptunus iratus marinis fluctibus exaestuantibus terras Atheniensium populatus est: quoniam spargere latius quaslibet aquas difficile daemonibus non est. Cuius ut iracundia placaretur, triplici supplicio dicit idem auctor ab Atheniensibus affectas esse mulieres: ut nulla ulterius ferrent suffragia, ut nullus nascentium maternum nomen acciperet, ut ne quis eas Athenaeas vocaret. Ita illa civitas mater ac nutrix liberalium doctrinarum, et tot tantorumque philosopho-

un juego de los demonios sobre los dioses, que ocasionó la victoria de las mujeres. Y la ciudad, herida por el vencido, se vió obligada a castigar la victoria de la vencedora, temiendo más las aguas de Neptuno que las armas de Minerva. En el castigo de las mujeres sufrió también Minerva una derrota. No prestó ayuda a las que le votaron ni siquiera para que, privadas de sufragio y sin poder legar el nombre a sus hijos, se les permitiera ser llamadas ateneas y conservar el nombre de su diosa, que ganó la batalla gracias al voto. ¡Cuántas y qué cosas podrían decirse aquí si nuestra pluma no llevara tanta prisa!

CAPITULO X

ENSEÑANZAS DE VARRÓN SOBRE EL NOMBRE DE AREÓPAGO Y SOBRE EL DILUVIO DE DEUCALIÓN

Marco Varrón se niega a dar fe a las fábulas que redundan en desdoro de los dioses por miedo a sentir indignamente de su digna majestad. Y por eso no quiere creer que el areópago, donde disputó San Pablo con los atenienses, y cuyos curiales se llamaron areopagitas, haya recibido ese nombre de que Marte, "Αρης en griego, acusado de homicidio ante doce dioses, que le juzgaban en aquel pago, salió absuelto, porque obtuvo seis votos, y, cuando había empate, se acostumbraba a anteponer la absolución a la condena. Contra esta opinión, comúnmente admitida,

rum, qua nihil habuit Graecia clarius atque nobilius, ludificantibus daemonibus de lite deorum suorum, maris et feminae, et de victoria per feminas feminae Athenas nomen accepit: et a victo laesa ipsam victricis victoriam punire compulsa est, plus aquas Neptuni quam Minervae arma formidans. Nam in mulieribus quae sic punitae sunt, et Minerva quae vicerat, victa est; nec adfuit suffragatricibus suis, ut suffragiorum deinceps perdita potestate, et alienatis filiis a nominibus matrum, Athenaeas saltem vocari liceret, et eius deae mereri vocabulum, quam viri dei victricem fecerant ferendo suffragium. Quae et quanta hinc dici possent, nisi sermo ad alia properaret?

CAPUT X

QUID VARRO TRADAT DE NUNCUPATIONE AREOPAGI, ET DE DILUVIO DEUCALIONIS

Attamen Marcus Varro non vult fabulosis adversus deos fidem adhibere figmentis, ne de maiestatis eorum dignitate indignum aliquid sentiat. Et ideo nec Areopagon, ubi cum Atheniensibus Paulus apostolus disputavit [7], ex quo loco Areopagitae appellati sunt curiales urbis eiusdem, vult inde accepisse nomen, quod Mars, qui graece "Αρης dicitur, cum homicidii crimine reus fieret, iudicantibus duodecim diis in eo pago, sex sententiis absolutus est; quia ubi paris numeri sententiae fuissent, praeponi absolutio damnationi solebat. Sed contra istam, quae multo est am-

se afana en buscar otro origen a ese nombre, basándose en el conocimiento de historias trasnochadas, con el fin de deshacer la creencia de que los atenienses derivaron el nombre de areópago de Marte y de pago, que se traduciría por el pago de Marte. Esto sería injurioso—dice—para los dioses, a quienes no puede atribuírseles los litigios y los procesos. Y sostiene que esta historia de Marte no es menos fabulosa que la de las tres diosas, Juno, Minerva y Venus, que disputaron, por la manzana de oro, ante Paris el precio de su belleza. Y resulta que para aplacar a los dioses que se deleitan con esas bellaquerías reales o aparentes se representan y se bailan entre aplausos en los teatros. Varrón no cree esto, porque, según él, desdice de la naturaleza y de las costumbres de los dioses. Mas, al asignar un origen histórico y no fabuloso al nombre de Atenas, inserta en sus escritos un pleito tal entre Minerva y Neptuno en relación con la ciudad, que, haciendo exhibición de prodigios, no se atreviera a dirimir la cuestión el mismo Apolo. Este remitió el fallo a los hombres, como Júpiter a Paris en el pleito de las diosas. Minerva venció en votos y fué vencida por la pena de las que la votaron. Fué capaz de ganar Atenas a los varones, sus adversarios, y no lo fué de llamar ateneas a sus amigas las mujeres. En este tiempo, bajo el reinado de Cranao, sucesor de Cecrope, o según Eusebio y Jerónimo, bajo Cecrope aún, tuvo lugar el diluvio de Deucalión [25], así llamado porque él reinaba en la región principalmente inundada. Este diluvio no se extendió a Egipto y sus contornos.

---

plius celebrata, opinionem, aliam quamdam de obscurarum notitia litterarum causam nominis huius conatur astruere, ne Areopagon Athenienses de nomine Martis et pagi, quasi Martis pagum nominasse credantur; in iniuriam videlicet numinum, a quibus litigia vel iudicia existimat aliena: non minus hoc, quod de Marte dicitur, falsum esse asseverans, quam illud quod de tribus deabus, Iunone scilicet, et Minerva, et Venere, quae pro malo aureo adipiscendo, apud iudicem Paridem de pulchritudinis excellentia certasse narrantur; et ad placandos ludis deos, qui delectantur seu veris, seu falsis istis criminibus suis, inter theatricos plausus cantantur atque saltantur. Haec Varro non credit, ne deorum naturae seu moribus credat incongrua: et tamen, non fabulosam, sed historicam rationem de Athenarum vocabulo reddens, tantam Neptuni et Minervae litem suis litteris inserit, de cuius nomine potius illa civitas vocaretur, ut, cum prodigiorum ostentatione contenderent, inter eos iudicare nec Apollo consultus auderet, sed deorum iurgium finiendum, sicut memoratarum trium dearum ad Paridem Iupiter, ita et iste ad homines mitteret, ubi vinceret Minerva suffragiis, et in poena suarum suffragatricium vinceretur, quae in adversariis suis viris obtinere Athenas potuit, et amicas suas feminas Athenaeas habere non potuit. His temporibus, ut Varro scribit, regnante Atheniensibus Cranao, successore Cecropis, ut autem nostri Eusebius et Hieronymus, adhuc eodem Cecrope permanente, diluvium fuit, quod appellatum est Deucalionis, eo quod ipse regnabat in earum terrarum partibus, ubi maxime factum est. Hoc autem diluvium nequaquam ad Aegyptum atque ad eius vicina pervenit.

CAPITULO XI

Salida de Egipto, emprendida por Moisés, y reyes que reinaban a la muerte de Jesús Nave

Moisés sacó, pues, de Egipto al pueblo de Dios en los últimos días del reinado de Cecrope, rey de los atenienses, siendo rey en Asiria Ascatades; en Sicionia, Marato, y en Argos, Tríopa. En seguida entregó al pueblo la ley recibida de Dios en el monte Sinaí. Se llamaba Viejo Testamento, porque sus promesas son terrenas, mientras que Jesucristo promete el reino de los cielos en el Nuevo. Era preciso guardar este orden, que, según el Apóstol, observa todo hombre que avanza hacia Dios, y que consiste en ser primero lo animal, y luego lo espiritual. Porque, como él dice, y es una gran verdad, *el primer hombre es el terreno, formado de la tierra, y el segundo es el celestial, venido del cielo*. Moisés gobernó al pueblo en el desierto por espacio de cuarenta años y murió de ciento veinte [26], después de haber profetizado a Cristo por la figura de las observancias carnales en el tabernáculo y en el sacerdocio, en los sacrificios y en los demás mandamientos místicos. A Moisés le sucedió Jesús Nave, el cual introdujo al pueblo en la tierra de promisión tras conquistar, por orden de Dios, las naciones que poseían aquellas tierras. Gobernó al pueblo después de la muerte de Moisés veintisiete años [27], y murió. Reinaba entonces en

---

CAPUT XI

Quo tempore Moyses populum de Aegypto eduxerit; et de Iesu Nave, qui eidem successit, quorum regum aetate sit mortuus

Eduxit ergo Moyses ex Aegypto populum Dei, novissimo tempore Cecropis Atheniensium regis, cum apud Assyrios regnaret Ascatades, apud Sicyonios Marathus, apud Argivos Triopas. Educto autem populo in monte Sina divinitus acceptam tradidit legem: quod vetus dicitur Testamentum, quia promissiones terrenas habet; et per Iesum Christum futurum fuerat Testamentum novum, quo regnum caelorum promitteretur. Hunc enim ordinem servari oportebat, sicut in unoquoque homine, qui in Deum proficit, id agitur, quod ait Apostolus, ut non sit prius quod spirituale est; sed quod animale, postea spirituale: quoniam sicut dicit, et verum est, *Primus homo de terra, terrenus; secundus homo de caelo, caelestis* [8]. Rexit autem populum Moyses per annos quadraginta in deserto: et mortuus est annorum centum et viginti, cum Christum etiam ipse prophetasset per figuras observationum carnalium in tabernaculo, et sacerdotio, et sacrificiis, aliisque mysticis plurimisque mandatis. Moysi successit Iesus Nave: et in terram promissionis introductum populum collocavit, ex auctoritate divina debellatis gentibus, a quibus eadem loca tenebantur. Qui cum populum rexisset post mortem Moysi viginti et septem

[8] 1 Cor. 15,46 et 47.

Asiria Aminta, el décimoctavo rey; en Sicionia, el décimosexto, Corax; en Argos, el décimo, Danao, y en Atenas, el cuarto, Erictonio.

CAPITULO XII

SOLEMNIDADES INSTITUÍDAS A LOS DIOSES FALSOS POR LOS REYES DE GRECIA DESDE LA SALIDA DE ISRAEL DE EGIPTO HASTA LA MUERTE DE JESÚS NAVE

Por esta época, es decir, desde la salida de Egipto hasta la muerte de Jesús Nave, que introdujo al pueblo en la tierra de promisión, los reyes de Grecia instituyeron, en honor de los dioses falsos, muchas solemnidades. Estas, con augusta pompa, traían a la recordación el diluvio y la liberación de él y la vida trabajosa de los hombres, que tan pronto iban a las cimas como descendían a las simas. Porque es tal la interpretación que se da al ascenso y al descenso [28] de los lupercos [29] por la vía sagrada, que, según ella, los hombres, ante la crecida de las aguas, buscaron las cumbres de los montes, y, al tornar las aguas a sus cauces, bajaron ellos también a las simas. Cuentan además que, en este tiempo, Dionisio, por sobrenombre Líbero padre, que obtuvo el título de dios después de la muerte, estando en Atica enseñó a su hostelero el arte de plantar la vid. Entonces fueron dedicados los juegos de música a Apolo de Delfos para aplacar su ira, pues que atribuían la esterilidad de Grecia a que no habían defendido su templo cuando el rey

annos, etiam ipse defunctus est: regnante apud Assyrios octavo decimo Amynta, apud Sicyonios sexto decimo Corace, apud Argivos decimo Danao, apud Athenienses quarto Erichthonio.

CAPUT XII

DE SACRIS FALSORUM DEORUM, QUAE REGES GRAECIAE ILLIS TEMPORIBUS INSTITUERUNT, QUAE AB EXITU ISRAEL EX AEGYPTO USQUE AD OBITUM IESU NAVE DINUMERANTUR

Per haec tempora, id est, ab exitu Israel ex Aegypto usque ad mortem Iesu Nave, per quem populus idem terram repromissionis accepit, sacra sunt instituta diis falsis a regibus Graeciae, quae memoriam diluvii, et ab eo liberationis hominum, vitaeque tunc aerumnosae modo ad alta, modo ad plana migrantium, solemni celebritate revocarunt. Nam et Lupercorum per sacram viam ascensum atque descensum sic interpretantur, ut ab eis significari dicant homines, qui propter aquae inundationem summa montium petiverunt, et rursus eadem residente ad ima redierunt. His temporibus Dionysium, qui etiam Liber pater dictus est, et post mortem deus habitus, vitem ferunt ostendisse in Attica terra hospiti suo. Tunc Apollini Delphico instituti sunt ludi musici, ut placaretur ira eius, qua putabant afflictas esse sterilitate Graeciae regiones, quia non defen-

Danao invadió aquellas tierras y le prendió fuego. Pero esta dedicación se debió a un oráculo del mismo Apolo. Erictonio fué el primero que instituyó los juegos en Atica, no sólo en su honor, sino también en honor de Minerva. El premio del vencedor en estos últimos era el olivo, porque dicen que Minerva enseñó su cultivo, como Líbero el del vino. La fábula añade que, en ese tiempo, Xanto, rey de los cretenses, a quien otros dan nombre distinto [30], robó a Europa [31], que de ella engendró a Radamanto [32], a Sarpedón [33] y a Minos [34], que vulgarmente pasan por hijos de Júpiter, habidos de esa misma mujer. Los adoradores de esos dioses creen histórico lo dicho del rey de Creta, y esto que cantan los poetas, lo aplauden los teatros y lo celebran los pueblos de Júpiter, lo creen pura fábula, inventada para motivo de los juegos y para aplacar las divinidades con sus falsas bellaquerías.

Por estas calendas corría también la fama de Hércules en Tiria [35], pero en realidad es distinto del famoso, de que hemos hablado arriba. La historia más oculta cuenta que hubo muchos Líberos padres y muchos Hércules. Este Hércules, de quien citan doce hazañas grandiosas, entre las cuales no mencionan la muerte del africano Anteo—proeza obrada por el otro—, cuentan las historias que se abrasó a sí mismo en el monte Eta [36] al no poder soportar, con ese poder que le permitía dominar a los monstruos, la enfermedad que padecía. En aquel tiempo, el rey, o, mejor, el tirano Busiris [37], inmola sus huéspedes a los dioses. Fué hijo, al parecer, de Neptuno y de Libia, hija de Epafo [38]; mas para no acusar a los dioses, no se crea que Neptuno cometió tal pecado, sino

derint templum eius, quod rex Danaus, cum easdem terras bello invasisset, incendit. Hos autem ludos ut instituerent oraculo sunt eius admoniti. In Attica vero rex Erichthonius ei ludos primus instituit: nec ei tantum, sed etiam Minervae, ubi praemium victoribus oleum ponebatur, quod eius fructus inventricem Minervam, sicut vini Liberum tradunt. Per eos annos a rege Xantho Cretensium, cuius apud alios aliud nomen invenimus, rapta perhibetur Europa, et inde geniti Rhadamanthus, Sarpedon, et Minos, quos magis ex eadem muliere filios Iovis esse vulgatum est. Sed talium deorum cultores illud quod de rege Cretensium diximus, historicae veritati; hoc autem quod de Iove poetae cantant, theatra concrepant, populi celebrant, vanitati deputant fabularum, ut esset unde ludi fierent placandis numinibus etiam falsis eorum criminibus. His temporibus Hercules in Tyria clarus habebatur; sed nimirum alius, non ille de quo supra locuti sumus. Secretiore quippe historia plures fuisse dicuntur et Liberi patres et Hercules. Hunc sane Herculem, cuius ingentia duodecim facta numerant, inter quae Antaei Afri necem non commemorant, quod ea res ad alterum Herculem pertinet, in Oeta monte a se ipso, incensum produnt suis litteris, cum ea virtute, qua monstra subegerat, morbum tamen, quo languebat, sustinere non posset. Illo tempore vel rex, vel potius tyrannus Busiris suis diis suos hospites immolabat, quem filium perhibent fuisse Neptuni, ex matre Libya, filia Epaphi. Verum non credatur hoc stuprum perpetrasse Neptunus, ne dii accusentur: sed poetis et theatris

atribúyase a los poetas y al teatro, que aplacan con ello a los dioses. Dicen que Vulcano y Minerva fueron los padres de Erictonio, rey de los atenienses, en cuyos últimos años murió Jesús Nave. Pero, como quieren que Minerva sea virgen, añaden que Vulcano, en la refriega habida entre ambos, se excitó y derramó el semen en la tierra, y que por eso al hombre así nacido se le impuso ese nombre. Porque en griego, *refriega* es ἔρις, y *tierra*, χθών, y Erictonio se compone de estas dos palabras. Y esto hay que admitirlo. Los más avisados rechazan y excluyen esto de sus dioses, y explican esta fabulosa opinión diciendo que en el templo de Vulcano y de Minerva—era uno mismo el de ambos en Atenas—se encontró expósito un niño envuelto en un dragón, que le auguró un gran porvenir, y, como los padres del muchacho eran desconocidos, se le tuvo por hijo de Vulcano y de Minerva en atención al templo. Parece, empero, más acertada en este caso la explicación de la fábula que la de la historia. Y a nosotros, ¿qué? La historia sirva de instrucción a los hombres religiosos, y la fábula, de deleite a los impuros demonios, a quienes los hombres religiosos rinden culto como a dioses. Aunque les nieguen esto, no pueden purificarlos de toda falta, porque les exhiben los juegos a petición suya y representan en ellos torpemente lo que al parecer niegan con sabiduría. Amén de que con esta falsedad y torpeza se aplacan los dioses. Y, si es verdad que la fábula canta un crimen falso de los dioses, también lo es que es un crimen verdadero deleitarse en un crimen falso.

ista tribuantur, ut sit unde placentur. Erichthonii regis Atheniensium, cuius novissimis annis Iesus Nave mortuus reperitur, Vulcanus et Minerva parentes fuisse dicuntur. Sed quoniam Minervam virginem volunt, in amborum contentione Vulcanum commotum effudisse aiunt semen in terram, atque inde homini nato ob eam causam tale inditum nomen. Graeca enim lingua ἔρις contentio, et χθών terra est; ex quibus duobus compositum vocabulum est Erichthonius. Verum, quod fatendum est, refellunt et a suis diis repellunt ista doctiores, qui hanc opinionem fabulosam hinc exortam ferunt, quia in templo Vulcani et Minervae, quod ambo unum habebant Athenis, expositus inventus est puer dracone involutus, qui eum significavit magnum futurum, et propter commune templum, cum essent parentes eius ignoti, Vulcani et Minervae dictum esse filium: nominis tamen eius originem fabula illa potius quam ista designat historia. Sed quid ad nos? Hoc in veracibus libris homines instruat religiosos, illud in fallacibus ludis daemones delectet impuros: quos tamen illi religiosi tanquam deos colunt; et cum de illis haec negant, ab omni eos crimine purgare non possunt, quoniam ludos eis poscentibus exhibent, ubi turpiter aguntur quae velut sapienter negantur, et his falsis ac turpibus dii placantur, ubi etsi fabula cantat crimen numinum falsum, delectari tamen falso crimine, crimen est verum.

CAPITULO XIII

FICCIONES FABULOSAS EN TIEMPO DE LOS JUECES

Después de la muerte de Jesús Nave, el pueblo de Dios fué gobernado por los jueces. En estos años alternaron las humillaciones y los trabajos con las prosperidades y los solaces, según sus pecados y la misericordia de Dios. En esta época se inventaron las fábulas sobre Triptolemo [39], que por orden de Ceres fué transportado por sierpes aladas y llevó, volando, trigo a las regiones necesitadas; sobre el Minotauro, la bestia encerrada en el laberinto, donde, entrando los hombres, no hallaban ya la salida, presas de inextricable error. Se fingieron también las fábulas de los centauros, mitad caballo y mitad hombre; del Cerbero, perro de tres cabezas a la entrada del infierno; de Frixo y Heles, su hermana, volando sobre un ariete. Y de esta época son también las fábulas de Gorgona, de crines serpentinas, que convertía en piedras a los que la miraban; de Belerofonte, jinete de un caballo alado, por nombre Pegaso; de Anfión, que atraía y ablandaba las piedras con la suavidad de su lira; del carpintero Dédalo y de su hijo Icaro, que volaron con alas postizas. Hay que añadir las fábulas de Edipo, quien obligó a despeñarse por sí mismo el monstruo llamado Esfinge, de rostro humano y cuatro pies, porque resolvió el enigma que presentaba como insoluble; y de Anteo, a quien mató Hércules, que fué hijo de la tierra, a lo cual se debía que, cayendo en

CAPUT XIII

QUALIUM FABULARUM FIGMENTA EXORTA SINT EO TEMPORE, QUO HEBRAEIS IUDICES PRAEESSE COEPERUNT

Post mortem Iesu Nave, populus Dei Iudices habuit, quibus temporibus alternaverunt apud eos et humilitates laborum pro eorum peccatis, et prosperitates consolationum propter miserationem Dei. His temporibus fabulae fictae sunt de Triptolemo, quod iubente Cerere, anguibus portatus alitibus, indigentibus terris frumenta volando contulerit: de Minotauro, quod bestia fuerit inclusa Labyrintho; quo cum intrassent homines, inextricabili errore, inde exire non poterant: de Centauris, quod equorum hominumque fuerit natura coniuncta: de Cerbero, quod sit triceps inferorum canis: de Phryxo et Helle eius sorore, quod vecti ariete volaverint: de Gorgone, quod fuerit crinita serpentibus, et aspicientes convertebat in lapides: de Bellerophonte, quod equo pennis volante sit vectus, qui equus Pegasus dictus est: de Amphione, quod citharae suavitate lapides mulserit et attraxerit: de fabro Daedalo, et eius Icaro filio, quod sibi coaptatis pennis volaverint: de Edipo, quod monstrum quoddam, quae Sphinga dicebatur, humana facie quadrupedem, soluta quae ab illa proponi solebat velut insolubili quaestione, suo praecipitio perire compulerit: de Antaeo, quem necavit Hercules, quod filius Terrae fuerit,

tierra, se levantara más fuerte [40]. Quizá haya algunas otras que he pasado en silencio. Estas fábulas y otras semejantes hasta la guerra de Troya, en que dió fin Marco Varrón al segundo libro *Sobre el origen del pueblo romano,* han sido también inventadas por los ingenios humanos, basados en ciertas hazañas reales que no son vergonzosas para los númenes. Mas en cuanto a los que han fingido el rapto del bellísimo joven Ganimedes, hecho por Júpiter para cometer estupro—crimen cometido por el rey Tántalo, y que la fábula atribuye a Júpiter—; y que Dánae deseó el placer carnal por una lluvia de oro—que figura la corrupción de la mujer por el oro—, y las demás acciones y ficciones de entonces, atribuídas a Júpiter, no es posible decir el cúmulo de males que suponen en el corazón de hombres que toleran estas mentiras y las aceptan de buen grado. En realidad, cuanto con más devoción rinden culto a Júpiter, tanto más severamente debieron castigar a quienes se atrevieron a atribuirle estas torpezas. Y, sin embargo, vemos que, lejos de indignarse contra tales compositores, les sobrecoge la cólera de los dioses si no les representan esas ficciones en las tablas.

En este mismo tiempo, Latona dió a luz a Apolo, no al de los oráculos, del que hablamos antes, sino el que sirvió con Hércules a Admeto [41]. Pero ha pasado por un dios tal, que casi todos le confunden con el auténtico Apolo. Entonces, Líbero padre guerreó en la India acompañado de una tropa de mujeres, llamadas las Bacas, insignes no tanto por su valor como por su furor. Algunos escriben que Líbero fué vencido y preso, y otros, que fué matado en el combate por Perseo, sin callar el lugar de su sepultura [42]. Y, sin embargo, en honor

propter quod cadens in terram fortior soleret assurgere: et si qua forte alia praetermisi. Hae fabulae bellum ad usque Troianum, ubi secundum librum Marcus Varro de populi Romani gente finivit, ex occasione historiarum, quae res veraciter gestas continent, ita sunt ingeniis hominum fictae, ut non sint opprobriis numinum affixae. Porro autem quicumque finxerunt a Iove ad stuprum raptum pulcherrimum puerum Ganymedem, quod nefas rex Tantalus fecit, et Iovi fabula tribuit; vel Danaes per imbrem aureum appetisse concubitum, ubi intelligitur pudicitia mulieris auro fuisse corrupta; quae illis temporibus vel facta vel ficta sunt, aut facta ab aliis et ficta de Iove, dici non potest quantum mali de hominum praesumpserint cordibus, quod possent ista patienter ferre mendacia, quae tamen etiam libenter amplexi sunt: qui utique quanto devotius Iovem colunt, tanto eos qui haec de illo dicere ausi sunt, severius punire debuerunt. Nunc vero, non solum eis qui ista finxerunt, irati non sunt; sed ut talia figmenta etiam in theatris agerent, ipsos deos potius iratos habere timuerunt. His temporibus Latona Apollinem peperit, non illum cuius oracula solere consuli superius loquebamur, sed illum qui cum Hercule servivit Admeto: qui tamen sic est deus creditus, ut plurimi ac pene omnes unum eumdemque Apollinem fuisse opinentur. Tunc et Liber pater bellavit in India, qui multas habuit in exercitu feminas, quae Bacchae appellatae sunt, non tam virtute nobiles, quam furore. Aliqui sane et victum scribunt istum Liberum et vinctum; nonnulli et occisum in pugna a Perseo, nec ubi fuerit sepultus tacent: et tamen eius velut dei nomine

de este diosecillo se instituyeron, por intervención de los inmundos demonios, las solemnidades, o, mejor, los sacrilegios bacanales. El Senado mismo, después de muchos años, se ruborizó tanto de su rabiosa torpeza, que prohibió celebrarlos en Roma [43]. Perseo y su mujer Andrómeda, que vivían por entonces, después de muertos, fueron tan unánimemente tenidos por dioses, que no se avergonzaron ni temieron dar sus nombres a algunas estrellas.

CAPITULO XIV

Los poetas teólogos

En esta época hubo también poetas que se decían teólogos porque componían versos a los dioses. Pero los componían a dioses que, aunque fueron grandes hombres, fueron hombres, o son elementos de este mundo, creado por el Dios verdadero, u ordenados en principados y potestades según la voluntad del Creador y sus propios merecimientos. Y, si en su vasta y vana producción se halla algo sobre el único Dios verdadero y rindieron culto con El a otros que no lo son y le prestaron el vasallaje debido únicamente al Dios verdadero, no le sirvieron como se debe. Además, Orfeo [44], Museo [45] y Lino [46] no supieron desechar de su obra las fábulas infamantes de sus dioses. Estos teólogos rindieron culto a los dioses, y, sin embargo, a ellos no se lo tributan como a dioses, bien que a Orfeo la ciudad de los impíos suele hacerle presidir, no sé cómo, los sacrificios infernales, o, por mejor decir, los sacrilegios. La es-

per immundos daemones Bacchanalia sacra, vel potius sacrilegia sunt instituta: de quorum rabiosa turpitudine post tam multos annos sic senatus erubuit, ut in urbe Roma esse prohiberet. Per ea tempora Perseus et uxor eius Andromeda posteaquam sunt mortui, sic eos in caelum receptos esse crediderunt, ut imagines eorum stellis designare, eorumque appellare nominibus non erubescerent, non timerent.

CAPUT XIV

De theologicis poetis

Per idem temporis intervallum exstiterunt poetae, qui etiam theologi dicerentur, quoniam de diis carmina faciebant: sed talibus diis, qui licet magni homines, tamen homines fuerunt; aut mundi huius, quem verus Deus fecit, elementa sunt; aut in principatibus et potestatibus pro voluntate Creatoris et suis meritis ordinati: et si quid de uno vero Deo inter multa vana et falsa cecinerunt, colendo cum illo alios qui dii non sunt, eisque exhibendo famulatum qui uni tantum debetur Deo, non ei utique rite servierunt, nec a fabuloso deorum suorum dedecore etiam ipsi se abstinere potuerunt Orpheus, Musaeus, Linus. Verum isti theologi deos coluerunt, non pro diis culti sunt: quamvis Orpheum nescio quomodo

posa del rey Atamante [47], que se llamaba Ino [48], y su hijo Melicertes [49], murieron despeñándose espontáneamente en el mar. La opinión pública les asignó un lugar en el catálogo de los dioses. Así pasó a otros hombres de entonces, y así a Cástor y a Pólux [50]. Verdad es que a la madre de Melicertes los griegos la llaman Leucotea, y los latinos, Matuta; pero unos y otros la tienen por diosa.

CAPITULO XV

Ocaso del reino de Argos. Pico, hijo de Saturno, sucesor de su padre en el reino de los laurentes

Por este tiempo llegó a su ocaso el reino de Argos, y fué transferido a Micenas [51], de donde Agamenón fué rey, y surgió el reino de los laurentes [52]. Pico, hijo de Saturno, fué el primero que tomó las riendas de este imperio, siendo juez entre los hebreos Débora. Mas por ella también obraba el Espíritu de Dios, pues era profetisa. Su profecía es poco clara para poder demostrar, sin una larga exposición, que alude a Cristo. Los laurentes reinaban entonces ya en Italia. Este pueblo, después de los griegos, es el origen más cercano de Roma. Y, sin embargo, la monarquía de los asirios aún subsistía, y contaba a Lampares su vigésimo tercer rey cuando Pico comenzó a ser primer rey de los laurentes. Vean lo que dicen sobre Saturno, padre de Pico, los adoradores de estos dioses,

---

infernis sacris, vel potius sacrilegiis, praeficere soleat civitas impiorum. Uxor autem regis Athamantis quae vocabatur Ino, et eius filius Melicertes praecipitio spontaneo in mari perierunt, et opinione hominum in deos relati sunt: sicut alii homines eorum temporum, Castor et Pollux. Illam sane Melicertis matrem Leucotheam Graeci, Matutam Latini vocaverunt: utrique tamen putantes deam.

CAPUT XV

De occasu regni Argivorum, quo tempore apud Laurentes Picus Saturni filius regnum patris primus accepit

Per ea tempora regnum finitum est Argivorum, translatum ad Mycenas, unde fuit Agamemnon: et exortum est regnum Laurentum, ubi Saturni filius Picus regnum primus accepit, iudicante apud Hebraeos femina Debbora: sed per illam Dei Spiritus id agebat: nam etiam prophetissa erat, cuius prophetia [9] minus aperta est, quam ut possimus eam sine diuturna expositione de Christo demonstrare prolatam. Iam ergo regnabant Laurentes utique in Italia, ex quibus evidentior ducitur origo Romana post Graecos: et tamen adhuc regnum Assyriorum permanebat, ubi erat rex vicesimus tertius Lampares, cum primus Laurentum Picus esse coepisset. De huius Pici patre Saturno viderint quid sentiant talium deorum cultores, qui negant hominem fuisse: de quo et alii scripserunt, quod ante

[9] Iud. 5.

que niegan que fué hombre. Otros han escrito que reinó en Italia antes de su hijo Pico, y Virgilio lo dice en versos más conocidos:

> En seguida reunió a los hombres feroces esparcidos por nuestras montañas. Les dió leyes, y fué su voluntad que el país donde se había ocultado, y que era para él seguro asilo, llevase el nombre de Lacio. Dícese que su reino constituyó la edad de oro.

Mas trátense éstas de ficciones poéticas y sosténgase que fué el padre de Pico Esterces, el cual, siendo un buen labrador, descubrió, según cuentan, que los campos se fertilizan con los excrementos de los animales. Su nombre viene de *stercus* (excremento), y no faltan quienes le llaman Estercucio. Sea cualquiera el motivo del nombre de Saturno, es cierto que, al hacer a Esterces o Estercucio dios de la agricultura, les acompañó la razón. En el número de esos dioses alistaron también a Pico, hijo suyo, de quien aseguran que fué un preclaro augur y un buen guerrero. Pico engendró a Fauno, segundo rey de los laurentes. Este es o fué también dios para ellos. Antes de la guerra de Troya tributaron honores divinos a los hombres muertos.

CAPITULO XVI

Diómedes, catalogado entre los dioses, y sus compañeros, convertidos en aves según la tradición

Tras la destrucción de Troya, tan cantada por doquier y tan conocida de los niños, que se vulgarizó notablemente por su

---

Picum filium suum in Italia ipse regnaverit; et Virgilius notioribus litteris dicit:

> Is genus indocile ac dispersum montibus altis
> Composuit, legesque dedit, Latiumque vocari
> Maluit; his quoniam latuisset tutus in oris;
> Aureaque, ut perhibent, illo sub rege fuere
> saecula [10].

Sed haec poetica opinentur esse figmenta, et Pici patrem Stercen potius fuisse asseverent, a quo peritissimo agricola inventum ferunt, ut fimo animalium agri fecundarentur, quod ab eius nomine stercus est dictum: hunc quidam Stercutium vocatum ferunt. Qualibet autem ex causa eum Saturnum appellare voluerint, certe tamen hunc Stercen sive Stercutium merito agriculturae fecerunt deum. Picum quoque similiter eius filium in talium deorum numerum receperunt, quem praeclarum augurem et belligeratorem fuisse asserunt. Picus Faunum genuit, Laurentum regem secundum: etiam iste deus illis vel est, vel fuit. Hos ante Troianum bellum divinos honores mortuis hominibus detulerunt.

CAPUT XVI

De Diomede post Troiae excidium in deos relato, cuius socii traditi sunt in volucres esse conversi

Troia vero eversa, excidio illo usquequaque cantato puerisque notissimo, quod et magnitudine sui et scriptorum excellentibus linguis insigniter

[10] *Aeneid.* l.8 v.321-325.

grandeza y las excelentes plumas de los escritores, y que se llevó a efecto en el reinado de Latino, hijo de Fauno—que dió nombre al reino de los latinos—, cesando entonces el reino de los laurentes; los griegos vencedores, abandonando a Troya, hecha polvo, y, tornando a sus hogares, sufrieron mil quebrantos y horribles pérdidas. Y, sin embargo, con ellas y todo aumentaron el número de los dioses. Hicieron dios a Diómedes, a quien cuentan que le impusieron los dioses una pena y que no se tornó a los suyos. Sus compañeros fueron convertidos en aves, y esto lo confirman no con fábula y poesía, sino con la historia en la mano. A esas aves—creen ellos—, ni él mismo, una vez hecho dios, les pudo devolver la forma humana, ni obtener de su rey Júpiter esa gracia, como novicio en ese empíreo. Más aún, dicen que su templo se halla en la isla Diomedea, no lejos del monte Gárgano, que está en Apulia, y que esas aves moradoras de aquel lugar andan rondando el templo, obsequiándolo de tan admirable manera, que llenan sus picos de agua y luego lo rocían. Y añaden que, si se acercan por allí los griegos o descendientes de esa raza, no sólo se posan, sino que los acarician, y que, en cambio, si se acercan extranjeros, vuelan hacia sus cabezas y los pican hasta matarlos a veces. Agregan que para estos casos están armados de picos grandes y duros.

---

diffamatum atque vulgatum est, gestumque regnante iam Latino Fauni filio, ex quo Latinorum regnum dici coepit, Laurentumque cessavit: Graeci victores, deletam Troiam derelinquentes, et ad propria remeantes, diversis et horrendis cladibus dilacerati atque contriti sunt: et tamen etiam ex eis deorum suorum numerum auxerunt. Nam et Diomeden fecerunt deum, quem poena divinitus irrogata perhibent ad suos non revertisse: eiusque socios in volucres fuisse conversos, non fabuloso poeticoque mendacio, sed historica attestatione confirmant: quibus nec deus, ut putant, factus humanam revocare naturam, vel ipse potuit, vel certe a Iove suo rege tanquam caelicola novitius impetravit. Quin etiam templum eius esse aiunt in insula Diomedea, non longe a monte Gargano, qui est in Apulia, et hoc templum circumvolare, atque incolere has alites tam mirabili obsequio, ut rostrum aqua impleant et aspergant: et eo si Graeci venerint, vel Graecorum stirpe progeniti, non solum quietas esse, verum et insuper adulare; si autem alienigenas viderint, subvolare ad capita, tamque gravibus ictibus, ut etiam perimant, vulnerare. Nam duris et grandibus rostris satis ad haec praelia perhibentur armatae.

CAPITULO XVII

Sentir de Varrón sobre las metamorfosis humanas

En confirmación de este hecho cita Varrón otros casos no menos increíbles de la famosísima maga Circe [53]. Esta tornó a los compañeros de Ulises en bestias. Cita también a los arcades, que, en alas de la suerte, pasaban a nado cierto estanque, donde se convertían en lobos, y vivían con otras fieras similares en aquellos bosques. Y añade que, si se abstenían de carne humana, al cabo de nueve años tornaban a pasar el estanque y transformarse en hombres. Finalmente, cita por su nombre a un tal Demeneto, que, habiendo gustado del sacrificio de un niño que los arcades solían hacer a su dios Liceo, se trocó en lobo, y a los diez años, tornado hombre, se ejercitó en el pugilato y fué campeón en el certamen olímpico. Cree ese historiador que el motivo de que en Arcadia se diera el nombre de Liceo a Pan y a Júpiter es ése, el transformar los hombres en lobos, cosa que, según él, exige una potencia divina. Porque en griego, *lobo* se dice λύκος, y de ahí parece derivarse el nombre de Liceo. Agrega que los lupercos de Roma traen también su origen de esta semilla misteriosa.

CAPUT XVII

De incredibilibus commutationibus hominum quid Varro tradiderit

Hoc Varro ut astruat, commemorat alia non minus incredibilia de maga illa famosissima Circe, quae socios quoque Ulyssis mutavit in bestias, et de Arcadibus, qui sorte ducti transnatabant quoddam stagnum, atque ibi convertebantur in lupos, et cum similibus feris per illius regionis deserta vivebant. Si autem carne non vescerentur humana, rursus post novem annos eodem renato stagno reformabantur in homines. Denique etiam nominatim expressit quemdam Demaenetum, cum gustasset de sacrificio, quod Arcades immolato puero, deo suo Lycaeo facere solerent, in lupum fuisse mutatum, et anno decimo in figuram propriam restitutum, pugilatu sese exercuisse, et Olympiaco vicisse certamine. Nec idem propter aliud arbitratur historicus in Arcadia tale nomen affictum Pani Lycaeo et Iovi Lycaeo, nisi propter hanc in lupos hominum mutationem, quod eam nisi vi divina fieri non putarent. Lupus enim graece λύκος dicitur, unde Lycaei nomen apparet inflexum. Romanos etiam Lupercos ex illorum mysteriorum velut semine dicit exortos.

CAPITULO XVIII

¿A QUÉ HAY QUE ATENERSE EN LAS METAMORFOSIS HUMANAS DEBIDAS A LOS DEMONIOS?

1. Mas quizá los lectores esperan mi opinión sobre tamaño embeleco de los demonios. Y ¿qué diré? Pues que se debe huir de en medio de Babilonia. Este precepto profético tiene un sentido espiritual muy profundo. Y es que se debe huir de la ciudad de este mundo, que es la sociedad de los ángeles y de los hombres impíos, avanzando hacia Dios por los pasos de esa fe que obra por el amor. Cuanto mayor vemos que es la potencia de los demonios en estas simas, con tanta mayor fuerza debemos adherirnos al Mediador, por quien subiremos de las simas a las cimas. En efecto, si dijéramos que no debe prestarse fe a estos fenómenos, no faltan aún hoy quienes aseguran haber oído o experimentado cosas semejantes. Estando en Italia oí, en más de una ocasión, que en ciertas regiones se hablaba de que las mesoneras, iniciadas en las artes sacrílegas, solían dar a los viajeros en el queso algo que los convertía al instante en bestias de carga para transportarles sus bultos, y una vez hecho esto, les tornaba a su forma anterior. Sin embargo, la metamorfosis no les trocaba la razón bestial, sino que se la conservaba racional y humana, como Apuleyo cuenta o finge en *El asno de oro*. Refiere que, una vez que tomó el brebaje, permaneciendo su ánimo humano, se convirtió en asno.

CAPUT XVIII

QUID CREDENDUM SIT DE TRANSFORMATIONIBUS, QUAE ARTE DAEMONUM HOMINIBUS VIDENTUR ACCIDERE

1. Sed de ista tanta ludificatione daemonum, nos quid dicamus, qui haec legent, fortassis exspectent. Et quid dicemus, nisi de medio Babylonis esse fugiendum? Quod praeceptum propheticum [11] in spiritualiter intelligitur, ut de huius saeculi civitate, quae profecto et angelorum et hominum societas impiorum est, fidei passibus, quae per dilectionem operatur, in Deum vivum proficiendo fugiamus. Quanto quippe in haec ima potestatem daemonum maiorem videmus, tanto tenacius Mediatori est inhaerendum, per quem de imis ad summa conscendimus. Si enim dixerimus ea non esse credenda, non desunt etiam nunc, qui eiusmodi quaedam, vel certissima audisse, vel etiam expertos se esse asseverent. Nam et nos cum essemus in Italia, audiebamus talia de quadam regione illarum partium, ubi stabularias mulieres imbutas his malis artibus, in caseo dare solere dicebant, quibus vellent seu possent viatoribus, unde in iumenta illico verterentur, et necessaria quaeque portarent, postque perfuncta opera iterum ad se redirent: nec tamen in eis mentem fieri bestialem, sed rationalem humanamque servari, sicut Apuleius in libris quos Asini aurei titulo inscripsit, sibi ipsi accidisse, ut accepto veneno, humano animo permanente asinus fieret, aut indicavit, aut finxit.

[11] Is. 48,20.

2. Esto es tan falso o, al menos, tan raro, que hay razón más que suficiente para no creerlo. Pero es preciso creer con fe sincera que Dios omnipotente puede hacer todo lo que quiere, sea castigando, sea premiando. Y, además, que los demonios no obran según la potencia de su naturaleza (pues también ella es una criatura angélica, aunque su malicia proceda de su propio vicio), sino según la permisión de Dios, cuyos juicios son ocultos, pero nunca injustos. Es otra verdad incontrovertible que los demonios, al obrar fenómenos tales como estos en cuestión, no crean naturaleza alguna, sino, a lo sumo, cambian de especie las cosas creadas por el Dios verdadero con el fin de que parezcan ser lo que no son. Así, pues, nunca por razón ninguna creeré que no sólo el ánimo, sino ni el cuerpo, puede ser realmente trocado en forma de bestia por arte o potencia de los demonios. Admito que pueda llegar al sentido de otro una forma corpórea de un modo que no sé explicar, porque la fantasía del hombre se diversifica, en imaginación o en sueños, en mil cosas, y, aunque incorpórea, es capaz de tomar formas parecidas a los cuerpos cuando los sentidos del hombre están dormidos o aletargados. Tan es así, que a veces los mismos cuerpos humanos están tendidos en alguna parte, vivos, es cierto, pero con sus sentidos cerrados mucho más fuerte y herméticamente obturados que en el sueño. Así puede suceder que aquella fantasía aparezca como corporada en imagen de animal a los sentidos de otro, y ese otro crea que es real, como le sucede en sueños el llevar la carga. Y, si esos pesos son verdaderos cuerpos, los pujan los demonios para engañar a los hombres, que ven, en parte, cuerpos verdaderos, los de esos pesos, y, en parte, falsos, los de los jumentos [54]. Un tal Prestancio

2. Haec vel falsa sunt, vel tam inusitata, ut merito non credantur. Firmissime tamen credendum est, omnipotentem Deum omnia posse facere quae voluerit, sive vindicando, sive praestando, nec daemones aliquid operari secundum naturae suae potentiam (quia et ipsa angelica creatura est, licet proprio sit vitio maligna), nisi quod ille permiserit, cuius iudicia occulta sunt multa, iniusta nulla. Nec sane daemones naturas creant, si aliquid tale faciunt, de qualibus factis ista vertitur quaestio; sed specie tenus, quae a vero Deo sunt creata, commutant, ut videantur esse quod non sunt. Non itaque solum animum, sed nec corpus quidem ulla ratione crediderim daemonum arte vel potestate in membra et lineamenta bestialia veraciter posse converti: sed phantasticum hominis, quod etiam cogitando sive somniando per rerum innumerabilia genera variatur, et cum corpus non sit, corporum tamen similes mira celeritate formas capit, sopitis aut oppressis corporeis hominis sensibus, ad aliorum sensum nescio quo ineffabili modo figura corporea posse perduci: ita ut corpora ipsa hominum alicubi iaceant, viventia quidem, sed multo gravius atque vehementius quam somno suis sensibus obseratis; phantasticum autem illud veluti corporatum in alicuius animalis effigie appareat sensibus alienis, talisque etiam sibi homo esse videatur, sicut talis sibi videri posset in somnis, et portare onera: quae onera, si vera sunt corpora, portantur a daemonibus, ut illudatur hominibus, partim vera onerum corpora, partim iumentorum

contaba que su padre, habiendo tomado ese brebaje, quedó como dormido en su lecho, sin que pudiera despertarse. Algunos días después despertó como de un sueño, y contó que, transformado en caballo, había llevado a los soldados, con otros animales, de esos alimentos que llaman *retica*, porque se llevan a las Retias. Y luego se comprobó que había sucedido tal como lo contó. Mas él lo tuvo siempre por sueños. Otro refería que por la noche, antes de acostarse, vió que un filósofo muy conocido suyo venía a su casa y que le expuso ciertas doctrinas platónicas que antes, a petición suya, no había querido exponerle. Y como le preguntara al filósofo por qué hacía ahora lo que se había negado a hacerle en su propia casa, le replicó: «No lo hice, pero soñé que lo había hecho». Y así, el uno vió en vela, por medio de una imagen fantástica, lo que el otro vió en sueños.

3. Estos hechos han llegado a mi conocimiento no de personas desacreditadas, sino de testigos que juzgo muy dignos de fe. Si lo de las metamorfosis de los hombres en lobos debidas a los dioses o a los demonios, y consignadas en los escritos, así en los arcades, y aquello de que

Circe con sus encantamientos transformó los compañeros de Ulises

es real, creo que es factible del modo que he propuesto. Y en cuanto a las aves de Diómedes, como se dice que la raza subsiste todavía, yo estimo que los hombres no fueron metamorfoseados, sino que las aves fueron puestas en su lugar, como la

falsa cernentibus. Nam quidam nomine Praestantius patri suo contigisse indicabat, ut venenum illud per caseum in domo sua sumeret, et iaceret in lecto suo quasi dormiens, qui tamen nullo modo poterat excitari. Post aliquot autem dies eum velut evigilasse dicebat, et quasi somnia narrasse quae passus est, caballum se scilicet factum, annonam inter alia iumenta baiulasse militibus, quae dicitur Retica, quoniam ad Retias deportatur. Quod ita, ut narravit, factum fuisse compertum est: quae tamen ei sua somnia videbantur. Indicavit et alius se domi suae per noctem, antequam requiesceret, vidisse venientem ad se quemdam philosophum sibi notissimum, sibique exposuisse nonnulla Platonica, quae antea rogatus exponere noluisset. Et cum ab eodem philosopho quaesitum fuisset, cur in domo eius fecerit quod in domo sua petenti negaverat: «Non feci, inquit, sed me fecisse somniavi». Ac per hoc alteri per imaginem phantasticam exhibitum est vigilanti, quod alter vidit in somnis.

3. Haec ad nos non quibuscumque, qualibus credere putaremus indignum, sed eis referentibus pervenerunt, quos nobis non existimaremus fuisse mentitos. Proinde quod homines dicuntur, mandatumque est litteris, ab diis vel potius daemonibus Arcadibus, in lupos solere converti, et quod

Carminibus Circe socios mutavit Ulyssei [12],

secundum istum modum mihi videtur fieri potuisse, quem dixi; si tamen factum est. Diomedeas autem volucres, quandoquidem genus earum per successionem propaginis durare perhibetur, non mutatis hominibus factas, sed subtractis credo fuisse suppositas; sicut cerva pro Iphigenia, regis

[12] VIRGIL., *Eclog.* 8 v.70.

cierva en lugar de Ifigenia, hija del rey Agamenón. Porque es fácil para los demonios, permitiéndoselo Dios, obrar esta clase de prodigios. Pero, como la doncella fué encontrada viva después del sacrificio, fué fácil colegir que había puesto la cierva en su lugar [55]. En cambio, los compañeros de Diómedes, como desaparecieron súbitamente y no aparecieron más, vengándose así los ángeles malos, en que fueron transformados, en aquellas aves, que en substitución de ellos fueron llevadas allí ocultamente. Que lleven agua con sus picos al templo de Diómedes y aspergen, que acaricien a los griegos y persigan a los extranjeros, no es de maravillar que lo hagan por inspiración de los demonios. A ellos precisamente les interesa prender en los corazones la creencia de que Diómedes fué hecho dios para engañar a los hombres, a fin de que den culto a muchos dioses falsos, con injuria del Dios verdadero, y que sirvan a hombres muertos que ni en vida vivieron como debían, con templos, altares, sacrificios y sacerdotes, cosas todas ellas que, cuando son rectas, únicamente se deben al Dios verdadero y vivo.

CAPITULO XIX

Eneas vino a Italia, siendo juez de los hebreos Labdón

Después de la destrucción de Troya, Eneas arribó a Italia con veinte naves, portadoras de los despojos troyanos. Reinaba entonces en Italia Latino, y en Atenas, Menesteo; en Sicionia,

Agamemnonis filia. Neque enim daemonibus iudicio Dei permissis huiusmodi praestigiae difficiles esse potuerunt: sed quia illa virgo postea viva reperta est, suppositam pro illa cervam, esse facile cognitum est. Socii vero Diomedis quia nusquam subito comparuerunt, et postea nullo loco apparuerunt, perdentibus eos ultoribus angelis malis, in eas aves quae pro illis sunt occulte ex aliis locis, ubi est hoc genus avium, ad ea loca perductae ac repente suppositae, creduntur esse conversi. Quod autem Diomedis in templum aquam rostris afferunt et aspergunt, quod blandiuntur graecigenis, alienigenas persequuntur, mirandum non est fieri daemonum instinctu; quorum interest, persuadere deum factum esse Diomedem, ad decipiendos homines, ut falsos deos cum veri Dei iniuria multos colant, et hominibus mortuis, qui nec cum viverent, vere vixerunt, templis, altaribus, sacrificiis, sacerdotibus (quae omnia cum recta sunt, nonnisi uni Deo vivo et vero debentur) inserviant.

CAPUT XIX

Quod eo tempore Aeneas in Italiam venerit, quo Labdon Iudex praesidebat Hebraeis

Eo tempore post captam Troiam atque deletam, Aeneas cum viginti navibus, quibus portabantur reliquiae Troianorum, in Italiam venit, regnante ibi Latino, et apud Athenienses Menestheo, apud Sicyonios Polyphide,

Polifides, y en Asiria, Tautanes, y era juez de los hebreos Labdón. Muerto Latino reinó Eneas por tres años, siguiendo los reyes citados en su trono, a excepción de Sicionia, cuyo rey era ya Pelasgo, y de los hebreos, que tenían ya por juez a Sansón. A éste su maravillosa fuerza le llevó a ser creído Hércules. Los latinos hicieron dios a Eneas porque a su muerte desapareció. Los sabinos elevaron también al honor de los dioses a su primer rey, Sanco, o, como algunos lo llaman, Sancto. En esta misma época, Codro, rey de Atenas, se presentó de incógnito a los del Peloponeso, enemigos de la ciudad, para ser asesinado. Y ellos así lo hicieron. Y cuentan que de este modo libertó a su patria, porque los del Peloponeso habían recibido un oráculo según el cual saldrían vencedores si no mataban a su rey. Mas él les engañó presentándose en traje de mendigo y provocó su muerte gracias a una reyerta. A esto alude Virgilio al hablar de las reyertas de Codro. Los atenienses le rindieron honores divinos con sacrificios y todo. Siendo cuarto rey de los latinos Silvio, hijo de Eneas, no de Creusa, de la cual nació Ascanio, tercer rey de ese pueblo, sino de Lavinia, hija de Latino, que, al parecer, fué hijo póstumo de Eneas, y siendo vigésimo nono rey de los asirios Oneo, y decimosexto de los atenienses Melanto, y juez de los hebreos el sacerdote Helí, fué derrocado el reino de los sicionios, que contaba en su haber novecientos cincuenta y nueve años.

---

apud Assyrios Tautane; apud Hebraeos autem Iudex Labdon fuit. Mortuo autem Latino regnavit Aeneas tribus annis, eisdem in supradictis locis manentibus regibus, nisi quod Sicyoniorum iam Pelasgus erat, et Hebraeorum Iudex Samson: qui cum mirabiliter fortis esset, putatus est Hercules. Sed Aeneam, quoniam quando mortuus est, non comparuit, deum sibi fecerunt Latini. Sabini etiam regem suum primum Sancum, sive ut aliqui appellant Sanctum, retulerunt in deos. Per idem tempus Codrus, rex Atheniensium, Peloponnensibus eiusdem hostibus civitatis se interficiendum ignotus obiecit: et factum est. Hoc modo eum praedicant patriam liberasse. Responsum enim acceperant Peloponnenses tum demum se superaturos, si eorum regem non occidissent. Fefellit ergo eos habitu pauperis apparendo, et in suam necem per iurgium provocando. Unde ait Virgilius: Et iurgia Codri [13]. Et hunc Athenienses tanquam deum sacrificiorum honore coluerunt. Quarto Latinorum rege Silvio Aeneae filio, non de Creusa, de qua fuit Ascanius, qui tertius ibi regnavit, sed de Lavinio Latini filia, quem posthumum Aeneas dicitur habuisse; Assyriorum autem vicesimo et nono Oneo et Melantho Atheniensium sexto decimo. Iudice autem Hebraeorum Heli sacerdote, regnum Sicyoniorum consumptum est, quod per annos nongentos quinquaginta et novem traditur fuisse porrectum.

[13] *Ecl.* 5 v.11

CAPITULO XX

La sucesión de los reyes de Israel después de los jueces

Estando en el trono los reyes citados, en Israel comenzó la monarquía, terminados ya los jueces, y Saúl fué el primer rey. De este tiempo es el profeta Samuel. Empezaban entonces a reinar entre los latinos los Silvios. El nombre lo heredaron de Silvio, primer hijo de Eneas, y este sobrenombre lo añadían siempre al nombre propio, como más tarde se apellidaron Césares los sucesores de César Augusto. A Saúl, reprobado después de cuarenta años de reinado, para que su linaje no reinara, le sucedió en el trono David. Fué entonces cuando en Atenas, a la muerte de Codro, cesó la monarquía, y comenzaron los magistrados a gobernar la república [56]. Después de David, que fué rey por espacio de cuarenta años, subió al trono Salomón, su hijo, que construyó a Dios el soberbio templo de Jerusalén. En su tiempo fué fundada entre los latinos Alba, y desde entonces los reyes del Lacio no se decían ya reyes de los latinos, sino de los albanos. A Salomón le sucedió su hijo Roboán, bajo el cual fué dividido el pueblo en dos reinos, cada uno con su propio rey.

CAPUT XX

De successione ordinis regii apud Israelitas post Iudicum tempora

Mox eisdem per loca memorata regnantibus, Israelitarum regnum, finito tempore Iudicum, a Saule rege sumpsit exordium: quo tempore fuit Samuel propheta. Ab illo igitur tempore hi reges Latinorum esse coeperunt, quos cognominabant Silvios: ab eo quippe qui filius Aeneae primus dictus est Silvius, caeteris subsecutis et propria nomina imponebantur, et hoc non defuit cognomentum; sicut longe postea Caesares cognominati sunt, qui successerunt Caesari Augusto. Reprobato autem Saule, ne quisquam ex eius stirpe regnaret, eoque defuncto, David successit in regnum post annos a Saulis imperio quadraginta. Tunc Athenienses habere deinde reges post Codri interitum destiterunt, et magistratus habere coeperunt administrandae reipublicae. Post David, qui etiam ipse quadraginta regnavit annos, filius eius Salomon rex Israelitarum fuit, qui templum illud nobilissimum Dei Ierosolymitanum condidit. Cuius tempore apud Latinos condita est Alba, ex qua deinceps non Latinorum, sed Albanorum reges appellari, in eodem tamen Latio, coeperunt. Salomoni successit filius eius Roboam, sub quo in duo regna populus ille divisus est, et singulae partes suos singulos reges habere coeperunt.

CAPITULO XXI

REYES DEL LACIO. ENEAS Y AVENTINO, DIOSES

El Lacio después de Eneas tuvo once reyes, y a ninguno le concedieron el honor de dios. Aventino, el duodécimo después de Eneas, habiendo sido matado en un combate y sepultado en el monte que lleva su nombre, fué añadido al número de esos dioses que ellos hacían. Hay que hacer notar que algunos no quieren escribir que fué matado en un combate, sino que dicen que no apareció, y además añaden que el monte no recibió el nombre de su nombre, sino que se llamó Aventino porque allí iban las aves a posarse. Después de Aventino, el Lacio sólo ha hecho dios a Rómulo, fundador de Roma. Entre éste y aquél hay otros dos reyes. El primero es

Procas, honor de la nación troyana,

en frase de Virgilio. En su tiempo, mientras que Roma iba saliendo ya de su infancia, el reino de los asirios, el mayor por su duración, vió su fin y se eclipsó. Pasó a los medos después de casi mil trescientos cinco años, contando a Belo, padre de Nino, que fué el primer rey contento en su poquedad. Procas precedió a Amulio en el reino. Este Amulio había hecho vestal

CAPUT XXI

DE REGIBUS LATII, QUORUM PRIMUS AENEAS, ET DUODECIMUS AVENTINUS DII FACTI SUNT

Latium post Aeneam, quem deum fecerant, undecim reges habuit, quorum nullus deus factus est. Aventinus autem qui duodecimo loco Aeneam sequitur, cum esset prostratus in bello, et sepultus in eo monte, qui etiam nunc eius nomine nuncupatur, deorum talium, quales sibi faciebant, numero est additus. Alii sane noluerunt eum in praelio scribere occisum, sed non comparuisse dixerunt: sed nec ex eius vocabulo appellatum montem, sed ex adventu avium dictum Aventinum. Post hunc non est deus factus in Latio, nisi Romulus conditor Romae. Inter istum autem et illum reges reperiuntur duo: quorum primus est, ut Virgiliano eum versu eloquar,

Proximus ille Procas, Troianae gloria gentis [14].

Cuius tempore quia iam quodammodo Roma parturiebatur, illud omnium regnorum maximum Assyriorum finem tantae diuturnitatis accepit. Ad Medos quippe translatum est post annos ferme mille trecentos quinque, ut etiam Beli, qui Ninum genuit, et illic parvo contentus imperio primus rex fuit, tempora computentur. Procas autem regnavit ante Amulium. Porro Amulius fratris sui Numitoris filiam Rheam nomine, quae etiam Ilia vocabatur, Romuli matrem, Vestalem virginem fecerat, quam volunt

[14] *Aeneid.* 1.6 v.767.

a Rea, por otro nombre Ilía, hija de su hermano Numitor y madre de Rómulo. Dicen que concibió de Marte dos mellizos, y honran o excusan el pecado fingiendo que una loba alimentó a los niños expósitos. Esta especie de animal, según ellos, está consagrada a Marte, y en este caso parecía que la loba, al reconocer los hijos de Marte, les dió a mamar de su leche. Pero no faltan quienes afirman que, viendo esos mellizos llorando, cierta mujer pública los recogió y les dió primero sus pechos (pues a esta clase de mujeres se daba el nombre de lobas, y por eso ahora los lugares torpes se llaman lupanares), y que luego esos niños llegaron a poder del pastor Fáustulo, y que fueron alimentados por su esposa Aca. Mas ¿qué tendría de particular que una fiera alimentara providencialmente a esos niños, que habían de fundar ciudad tan grandiosa, para poner al rojo la crueldad del rey, que los había mandado arrojar al agua, de la que se vieron maravillosamente libres? [57]. A Amulio sucedió en el reino del Lacio su hermano Numitor, abuelo de Rómulo. Y Roma fué fundada el primer año del reinado de Numitor. Por tanto, reinó conjuntamente con su nieto Rómulo.

CAPITULO XXII

LA FUNDACIÓN DE ROMA COINCIDIÓ CON EL FENECIMIENTO DEL REINO DE LOS ASIRIOS Y CON EL REINADO EN JUDÁ DE EZEQUÍAS

Para abreviar lo más posible, diré que Roma fué fundada como otra Babilonia y como hija de la primera y que ha com-

de Marte geminos concepisse, isto modo stuprum eius honorantes, vel excusantes, et adhibentes argumentum, quod infantes expositos lupa nutriverit. Hoc enim genus bestiae ad Martem existimant pertinere, ut videlicet ideo lupa credatur admovisse ubera parvulis, quia filios domini sui Martis agnovit: quamvis non desint qui dicant, cum expositi vagientes iacerent, a nescio qua primum meretrice fuisse collectos, et primas eius suxisse mamillas (meretrices autem lupas vocabant, unde etiam nunc turpia loca earum lupanaria nuncupantur), et eos postea ad Faustulum pervenisse pastorem, atque ab eius Acca uxore nutritos. Quamquam si ad arguendum hominem regem, qui eos in aquam proiici crudeliter iusserat, eis infantibus per quos tanta civitas condenda fuerat, de aqua divinitus liberatis, per lactantem feram Deus voluit subvenire, quid mirum est? Amulio successit in regnum Latiale frater eius Numitor, avus Romuli, cuius Numitoris primo anno condita est Roma; ac per hoc cum suo deinceps, id est Romulo, nepote regnavit.

CAPUT XXII

QUOD EO TEMPORE ROMA SIT CONDITA, QUO REGNUM ASSYRIORUM INTERCIDIT, ET QUO EZECHIAS REGNABAT IN IUDA

Ne multis morer, condita est civitas Roma, velut altera Babylon, et velut prioris filia Babylonis, per quam Deo placuit orbem debellare terrarum, et in unam societatem reipublicae legumque perductum longe late-

placido a Dios servirse de ella para humillar al universo entero y pacificarlo, reduciéndolo a la unidad de la misma república con las mismas leyes. Existían ya pueblos poderosos y aguerridos y naciones diestras en las armas, a las que no era fácil someter, y era necesario vencer con muchos peligros, con mucha sangre y con horribles jornadas. Cuando Asiria subyugó a casi toda el Asia, aunque se hizo en guerra, la guerra no necesitaba ser cruda y sangrienta, porque las naciones eran aún rudas, pocas y muy reducidas. La razón es clara, pues desde el diluvio universal, del que escaparon solamente ocho hombres en el arca de Noé, habían pasado poco más de mil años cuando Nino subyugó a toda el Asia, a excepción de la India. Roma, en cambio, no domeñó a todas esas naciones de Oriente y de Occidente que ahora vemos sometidas a su imperio con esa presteza y facilidad, porque, al ir ensanchándose, chocó con potencias fuertes y belicosas. Cuando Roma fué fundada, el pueblo hebreo llevaba setecientos diez años en la tierra prometida. De éstos, Jesús Nave gobernó veintisiete; los jueces, trescientos veintinueve, y los reyes, trescientos sesenta y dos. Era entonces rey de Judá Acaz, o, según otro cómputo, su sucesor, Ezequías, rey excelente en virtud y en piedad, que reinó—y esto consta—en tiempo de Rómulo. En el otro reino hebreo, en Israel, había ya iniciado su reinado Oseas [58].

---

que pacare. Erant enim iam populi validi et fortes, et armis gentes exercitatae, quae non facile cederent, et quas opus esset ingentibus periculis et vastatione utrimque non parva atque horrendo labore superari. Nam quando regnum Assyriorum totam pene Asiam subiugavit, licet bellando sit factum, non tamen multum asperis et difficilibus bellis fieri potuit, quia rudes adhuc ad resistendum gentes erant, nec tam multae, vel tam magnae: siquidem post illud maximum atque universale diluvium, cum in arca Noe octo soli homines evaserunt, anni non multo amplius quam mille transierant, quando Ninus Asiam totam, excepta India, subiugavit. Roma vero tot gentes et Orientis et Occidentis, quas imperio Romano subditas cernimus, non ea celeritate ac facilitate perdomuit; quoniam paulatim crescendo robustas eas et bellicosas, quaquaversum dilatabatur, invenit. Tempore igitur quo Roma condita est, populus Israel habebat in terra promissionis annos septingentos decem et octo. Ex quibus viginti septem pertinent ad Iesum Nave, deinde ad tempus Iudicum trecenti viginti novem. Ex quo autem ibi reges esse coeperant, anni erant trecenti sexaginta duo. Et rex tunc erat in Iuda, cuius nomen erat Achaz, vel, sicut alii computant, qui ei successit Ezechias, quem quidem constat optimum et piissimum regem Romuli regnasse temporibus. In ea vero Hebraici populi parte quae appellabatur Israel, regnare coeperat Osee.

CAPITULO XXIII

La sibila Eritrea y sus profecías sobre Cristo

1. Algunos creen que en esta época vaticinó la sibila Eritrea [59]. Varrón da fe de que existieron muchas sibilas, no una sola. Es un hecho que la sibila Eritrea escribió algunas cosas claras sobre Cristo. Yo mismo he tenido el gusto de leer unos versos de mal latín y peor rima debidos a un traductor desconocido, según he podido comprobar después. El eximio procónsul Flaciano [60], hombre de palabra fácil y de saber exquisito, hablando un día conmigo sobre Cristo, me sacó un códice griego y me dijo que eran los cármenes de la sibila Eritrea. Y me hizo notar que en un pasaje el encabezamiento de los versos componían por orden estas palabras: Ἰησοῦς Χρειστὸς Θεοῦ Υἱὸς Σωτήρ es decir, «Jesucristo, Hijo de Dios, Salvador». He aquí el sentido de estos versos según otra traducción latina, más acertada y mejor rimada:

La tierra se cubrirá de un sudor frío. Será la señal del juicio. El Rey inmortal futuro bajará del cielo y se presentará en carne para juzgar a la tierra. Y, cuando el mundo decline a su ocaso, el fiel y el infiel verán a Dios acompañado de sus santos. Las almas se presentarán al juez con sus cuerpos y en la tierra no habrá ya ni beldad ni verdeza. Los hombres dejarán sus ídolos y sus riquezas. El fuego abrasará las tierras, y, buscando cielo y mar, quebrantará los puntos del obscuro averno. Los cuerpos de los santos, libres ya de la carne,

---

CAPUT XXIII

De Sibylla Erythraea, quae inter alias Sibyllas cognoscitur de Christo evidentia multa cecinisse

1. Eodem tempore nonnulli Sibyllam Erythraeam vaticinatam ferunt. Sibyllas autem Varro prodidit plures fuisse, non unam. Haec sane Erythraea Sibylla quaedam de Christo manifesta conscripsit: quod etiam nos prius in latina lingua versibus male latinis et non stantibus legimus, per nescio cuius interpretis imperitiam, sicut post cognovimus. Nam vir clarissimus Flaccianus, qui etiam proconsul fuit, homo facillimae facundiae, multaeque doctrinae, cum de Christo colloqueremur, graecum nobis codicem protulit, carmina esse dicens Sibyllae Erythraeae, ubi ostendit quodam loco in capitibus versuum ordinem litterarum ita se habentem, ut haec in eo verba legerentur, Ἰησοῦς Χρειστὸς Θεοῦ Υἱὸς Σωτήρ: quod est latine, *Iesus Christus Dei Filius Salvator.* Hi autem versus quorum primae litterae istum sensum, quem diximus, reddunt, sicut eos quidam latinis et stantibus versibus est interpretatus, hoc continent:

— Iudicii signum tellus sudores madescet.
I E caelo Rex adveniet per saecla futurus:
M Scilicet in carne praesens ut iudicet orbem.
O Unde Deum cernent incredulus atque fidelis
≺ Celsum cum sanctis, aevi iam termino in ipso.
M Sic animae cum carne aderunt, quas iudicat ipse:

gozarán de la luz, y los pecadores serán abrasados por una llama eterna. Entonces, cada uno, descubriendo sus actos ocultos, abrirá sus secretos y Dios hará luz en los corazones. Todo entonces será llanto y crujir de dientes. El sol se obscurecerá y el coro de los astros perderá su tono. Girará el cielo, y la luna se apagará como una lámpara: se abatirán los collados y se alzarán los valles y en lo humano no habrá ni cimas ni alturas. Los montes se igualarán con los campos y el mar será innavegable. La tierra se hará añicos y las fuentes y los ríos serán torrados al fuego. Pero entonces sonará en lo alto el triste son de la trompeta, y todo se cubrirá de gritos y de llantos. La tierra se abrirá, y dejará ver su profundo y caótico abismo. Ante el tribunal del Señor comparecerán los reyes, y los cielos verterán un torrente de fuego y de azufre.

En estos versos latinos, traducidos de cualquier modo del griego, no fué posible dar con el sentido que resulta en griego de la unión de las letras iniciales del verso, sobre todo en la Y, porque en latín no hay palabras que comiencen por esa letra para poder formar una frase completa. Pero esto sucede sólo en tres versos: en el quinto, en el decimoctavo y en el decimonoveno. En efecto, si no leemos las letras que sirven de lazo de unión en la inicial de esos tres versos, recordando que en su lugar está la Y, se expresa en cinco palabras: «Jesucristo. Hijo de Dios, Salvador». Así cuando se dice en griego, no en latín. Son, pues, veintisiete versos, número que es tres elevado al cubo,

Χ Cum iacet incultus densis in vepribus orbis.
Ρ Reiicient simulacra viri, cunctam quoque gazam:
Ε Exuret terras ignis, pontumque polumque
Ι Inquirens, tetri portas effringet Averni
Σ Sanctorum sed enim cunctae lux libera carni
Τ Tradetur, sontes aeterna flamma cremabit.
Ο Occultos actus retegens, tunc quisque loquetur
Σ Secreta, atque Deus reserabit pectora luci.
Θ Tunc erit et luctus, stridebunt dentibus omnes.
Ε Eripitur solis iubar, et chorus interit astris.
Ο Volvetur caelum, lunaris splendor obibit.
Υ Deiiciet colles, valles extollet ab imo.
Υ Non erit in rebus hominum sublime vel altum.
Ι Iam aequantur campis montes, et caerula ponti
Ο Omnia cessabunt, tellus confracta peribit.
Σ Sic pariter fontes torrentur, fluminaque igni.
Σ Sed tuba tum sonitum tristem demittet ab alto
Ω Orbe, gemens facinus miserum variosque labores:
Τ Tartareumque chaos monstrabit terra dehiscens.
Η Et coram hic Domino reges sistentur ad unum
Ρ Recidet e caelis ignisque et sulphuris amnis.

In his latinis versibus de graeco utcumque translatis, ibi non potuit ille sensus occurrere, qui fit cum litterae, quae sunt in eorum capitibus, connectuntur, ubi Y littera in graeco posita est; quia non potuerunt verba *latina inveniri, quae ab eadem littera inciperent, et sententiae conveni*rent. Hi autem sunt versus tres, quintus et octavus decimus et nonus decimus. Denique si litteras quae sunt in capitibus omnium versuum connectentes, horum trium quae scriptae sunt non legamus, sed pro eis Y litteram, tanquam in eisdem locis ipsa sit posita, recordemur, exprimitur in quinque verbis, *Iesus Christus Dei Filius Salvator;* sed cum graece hoc dicitur, non latine. Et sunt versus viginti et septem, qui numerus quadratum ternarium solidum reddit. Tria enim ter ducta fiunt novem:

porque tres por tres son nueve, y tres por nueve, haciendo la figura de lo ancho a lo alto, son veintisiete. Si unimos las primeras letras de estas cinco palabras griegas: 'Ιησοῦς Χρειστὸς Θεοῦ Υἱὸς Σῶτερ, que suenan «Jesucristo, Hijo de Dios, Salvador», nos dan 'Ιχθύς, que significa *Pez*. Este nombre místico significa a Cristo, porque sólo él fué capaz de vivir vivo, es decir, sin pecado, en el abismo de nuestra mortalidad, semejante a las profundidades del mar.

2. Además, este poema de la sibila Eritrea, o, como otros prefieren, Cumea, no contiene en su composición nada que favorezca el culto de los dioses falsos; al contrario, habla contra ellos y contra sus adoradores tan acremente, que me parece que puede enumerarse entre los pertenecientes a la Ciudad de Dios.

Lactancio [61] inserta también en sus obras algunos vaticinios sobre Cristo de una sibila, pero no dice de cuál. He creído más acertado reunir, como si fuera uno solo, los testimonios dispersos en su obra y darlos en comprimidos. «Vendrá—dice la sibila—a las manos inicuas de los infieles, y darán a Dios bofetadas con sus manos sacrílegas, y con su impura boca le escupirán en el rostro. Y él entregará a los golpes, sin resistencia, su espalda inocente. Al ser abofeteado, callará, a fin de que nadie conozca que él es el Verbo, o de dónde viene, para hablar a los infiernos y ser coronado de espinas. Le dieron hiel por comida, y contra la sed, vinagre. Esta será la única hospitalidad que le brindarán. Y tú, necia, no conociste a tu Dios bajo el disfraz con que se presentó a los mortales, sino que lo coronaste de espinas y le diste a beber horrible hiel. El velo del templo se rasgará y al mediodía una obscura noche cubrirá

et ipsa novem si ter ducantur, ut ex lato in altum figura consurgat, ad viginti septem perveniunt. Horum autem graecorum quinque verborum, quae sunt, 'Ιησοῦς Χρειστὸς Θεοῦ Υἱὸς Σῶτερ, quod est latine, *Iesus Christus Dei Filius Salvator*, si primas litteras iungas, erit 'Ιχθύς, id est Piscis, in quo nomine mystice intelligitur Christus, eo quod in huius mortalitatis abysso velut in aquarum profunditate vivus, hoc est sine peccato, esse potuerit.

2. Haec autem Sybilla sive Erythraea, sive, ut quidam magis credunt, Cumaea, ita nihil habet in toto carmine suo, cuius exigua ista particula est, quod ad deorum falsorum sive factorum cultum pertineat; quin imo ita etiam contra eos et contra cultores eorum loquitur, ut in eorum numero deputanda videatur, qui pertinent ad civitatem Dei. Inserit etiam Lactantius operi suo quaedam de Christo vaticinia Sibyllae, quamvis non exprimat cuius. Sed quae ipse singillatim posuit, ego arbitratus sum coniuncta esse ponenda, tanquam unum sit prolixum, quae ille plura commemoravit et brevia. «In manus iniquas, inquit, infidelium postea veniet: dabunt autem Deo alapas manibus incestis, et impurato ore exspuent venenatos sputus: dabit vero ad verbera simpliciter sanctum dorsum. Et colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoscat, quod verbum, vel unde venit ut inferis loquatur, et corona spinea coronetur. Ad cibum autem fel, et ad sitim acetum dederunt; inhospitalitatis hanc monstrabunt mensam. Ipsa enim incipiens tuum Deum non intellexisti, ludentem mortalium mentibus; sed

la tierra durante tres horas. Y morirá, es verdad, y su sueño durará tres días, y entonces, surgiendo del sepulcro, volverá a la luz. Y mostrará a los elegidos las primicias de la resurrección» [62]. *Lactancio citó estos testimonios de las sibilas, tomados* de aquí y de allá, en diversos lugares de su obra, según exigía el plan de la misma. Y yo, sin interpolar nada, sólo reduciéndolos a unidad, he procurado que se distingan por su encabezamiento, si es que los escritores venideros no descuidan conservarlos. Algunos autores aseguran que la sibila Eritrea no existió en tiempo de Rómulo, sino durante la guerra de Troya.

CAPITULO XXIV

Los siete sabios de Grecia y la cautividad de las diez tribus de Israel en el reinado de Rómulo, el cual a su muerte recibió honores divinos

Bajo el reinado de Rómulo vivió Tales de Mileto, uno de los siete sabios, en griego Σοφοί, que sucedieron a los poetas teólogos, entre los cuales sobresalió Orfeo. En esta misma época, las diez tribus, que en la división se llamaron Israel, fueron conquistadas por los caldeos y llevadas cautivas a su tierra. Las dos tribus de Judá quedaron en Judea, y tenían la corte del reino en Jerusalén. Los romanos, habiendo desaparecido Rómulo—cosa muy conocida del vulgo—, le alistaron en el número

spinis coronasti, et horridum fel miscuisti. Templi vero velum scindetur: et medio die nox erit tenebrosa nimis in tribus horis. Et morte morietur tribus diebus somno suscepto: et tunc ab inferis regressus ad lucem veniet primus, resurrectionis principio revocatis ostenso». Ista Lactantius carptim per intervalla disputationis suae, sicut ea poscere videbantur, quae probare intenderat, adhibuit testimonia Sibyllina, quae nos nihil interponentes, sed in unam seriem connexa ponentes, solis capitibus, si tamen scriptores deinceps ea servare non negligant, distinguenda curavimus. Nonnulli sane Erythraeam Sibyllam, non Romuli, sed belli Troiani tempore fuisse scripserunt.

CAPUT XXIV

Quod regnante Romulo septem Sapientes claruerint, quo tempore decem tribus quae Israel dicebantur, in captivitatem a Chaldaeis ductae sunt, idemque Romulus mortuus divino honore donatus est

Eodem Romulo regnante Thales Milesius fuisse perhibetur, unus e septem Sapientibus, qui post theologos poetas, in quibus Orpheus maxime omnium nobilitatus est, Σοφοί appellati sunt, quod est latine Sapientes. Per idem tempus decem tribus, quae in divisione populi vocatae sunt Israel, debellatae a Chaldaeis, et in eas terras captivae ductae sunt, remanentibus in Iudaea terra duabus illis tribubus, quae nomine Iudae vocabantur, sedemque regni habebant Ierusalem. Mortuum Romulum, cum et

de los dioses. Esta práctica había caído ya en desuso, y en tiempo de los césares se hacía sólo por adulación. Cicerón toma ocasión de aquí para tributar a Rómulo grandes elogios [63], porque mereció estos honores en una época bien civilizada y de luces, no en época de rudeza e ignorancia, en que era fácil engañar a los hombres. Pero hay que notar que aún no había hecho su aparición la ingeniosa y sutil locuacidad de los filósofos. Y, si es verdad que las épocas siguientes no hicieron dioses a los hombres muertos, también lo es que no dejaron de dar culto y de tener por dioses a los creados por sus mayores. Y lo que es más, aumentaron, construyendo ídolos—cosa desconocida por los antiguos—, el incentivo de la vana e impía superstición. Esto lo iban obrando en sus corazones los inmundos demonios, engañándoles con falaces oráculos para que representasen torpemente en los juegos las fabulosas torpezas de los dioses, desterradas ya en esos siglos de luces, en honor de las falsas divinidades. A Rómulo le sucedió Numa, y el que pobló a Roma de dioses, falsos por cierto, para su custodia, después de muerto no mereció ser agregado a esa caterva, como si la multitud de dioses por él creada hubiese llenado el cielo y no hubiera ya allí lugar para él. Cuentan que bajo el reinado de Manasés entre los hebreos, rey impío, que dió muerte al profeta Isaías [64], según algunos, vivió la sibila de Samos.

ipse non comparuisset, in deos, quod et vulgo notissimum est, retulere Romani; quod usque adeo, fieri iam desierat, nec postea nisi adulando, non errando, factum est temporibus Caesarum, ut Cicero magnis Romuli laudibus tribuat, quod non rudibus et indoctis temporibus, quando facile homines fallebantur, sed iam expolitis et eruditis meruerit hos honores; quamvis nondum efferbuerat ac pullulaverat philosophorum subtilis et acuta loquacitas. Sed etiamsi posteriora tempora deos homines mortuos non instituerunt, tamen ab antiquis institutos colere ut deos et habere non destiterunt: quin etiam simulacris, quae veteres non habebant, auxerunt vanae atque impiae superstitionis illecebram, id efficientibus immundis in eorum corde daemonibus, per fallacia quoque oracula decipientibus, ut fabulosa etiam crimina deorum, quae iam urbaniore saeculo non fingebantur, per ludos tamen in eorumdem falsorum numinum obsequium turpiter agerentur. Regnavit deinde Numa post Romulum, qui cum illam civitatem putaverit deorum profecto falsorum numerositate muniendam, in eamdem turbam referri mortuus ipse non meruit, tanquam ita putatus sit caelum multitudine numinum constipasse, ut locum ibi reperire non posset. Hoc regnante Romae, et apud Hebraeos initio regni Manasse, a quo impio rege propheta Isaias perhibetur occisus, Samiam fuisse Sibyllam ferunt.

CAPITULO XXV

¿Qué filósofos brillaron durante el reinado de Tarquinio Prisco entre los romanos, y de Sedecías entre los hebreos, en tiempo de la toma de Jerusalén y de la ruina del templo?

Reinando entre los hebreos Sedecías y entre los romanos Tarquinio Prisco, sucesor de Anco Marcio, el pueblo judío fué llevado cautivo a Babilonia. Jerusalén fué destruída, y el templo construído por Salomón, derrocado. Los profetas, al reprender sus maldades e impiedades, les habían predicho este suceso, principalmente Jeremías, quien llegó a determinar el número de años. En esta época vivió Pitaco de Mitilene, otro de los siete sabios. Y, según Eusebio, los otros cinco, que con Tales y éste completan el número, vivieron también por esta época, en que el pueblo de Dios estaba cautivo en Babilonia. He aquí sus nombres: Solón de Atenas, Chilón de Lacedemonia, Periandro de Corinto, Cleóbulo de Lindos y Bías de Priene. Florecieron después de los poetas teólogos, y fueron llamados sabios porque aventajaban a los demás hombres en su loable vida y habían dado en comprimidos algunos preceptos morales. En lo tocante a las letras, ellos no legaron a la posteridad obra alguna, salvo las leyes, que, según dicen, dió Solón a los atenienses. Tales fué físico, y compuso algunos libros

CAPUT XXV

Qui philosophi enituerint regnante apud Romanos Tarquinio Prisco, apud Hebraeos Sedechia, cum Ierusalem capta est, templumque subversum

Regnante vero apud Hebraeos Sedechia, et apud Romanos Tarquinio Prisco, qui successerat Anco Martio, ductus est captivus in Babyloniam populus Iudaeorum, eversa Ierusalem et templo illo a Salomone constructo. Increpantes enim eos Prophetae de iniquitatibus et impietatibus suis, haec eis ventura praedixerant, maxime Ieremias, qui etiam numerum definivit annorum [15]. Eo tempore Pittacus Mitylenaeus, alius e septem Sapientibus, fuisse perhibetur. Et quinque caeteros, qui ut septem numerentur, Thaleti, quem supra commemoravimus, et huic Pittaco adduntur, eo tempore fuisse scribit Eusebius, quo captivus Dei populus in Babylonia tenebatur. Hi sunt autem, Solon Atheniensis, Chilo Lacedaemonius, Periander Corinthius, Cleobulus Lindius, Bias Prienaeus. Omnes hi septem appellati Sapientes post poetas theologos claruerunt, quia genere vitae quodam laudabili praestabant hominibus caeteris, et morum nonnulla praecepta sententiarum brevitate complexi sunt. Nihil autem monumentorum, quod ad litteras attinet, posteris reliquerunt, nisi quod Solon quasdam leges Atheniensibus dedisse perhibetur; Thales vero physicus fuit, et

[15] Ier. 25,11.

que contienen su doctrina. En esta misma época de la cautividad judía florecieron físicos como Anaximandro, Anaxímenes y Jenófanes. Entonces brillaba también Pitágoras, y de él en adelante se llamaron filósofos [65].

CAPITULO XXVI

Contemporaneidad de la libertad judía y romana

En este tiempo, Ciro, rey de los persas, que imperaba también entre los caldeos y asirios, aflojando un poco la cautividad de los judíos, dejó a cinco mil hombres libres para que fueran a reedificar el templo. Estos se limitaron a echar los cimientos y a edificar un altar, porque una invasión enemiga les impidió seguir adelante, difiriéndose la obra hasta el reinado de Darío. Durante estos años tuvieron lugar las hazañas descritas en el libro de Judit, que los judíos no han admitido en el canon. Una vez concluídos, bajo el reinado de Darío, los setenta años predichos por el profeta Jeremías, se devolvió la libertad a los judíos, reinando entre los romanos su séptimo rey, Tarquinio. Este fué desterrado, y entonces los romanos se eximieron de la dominación de sus reyes. Hasta esta época, Israel tuvo siempre profetas. Fueron muchos, y, sin embargo, tanto entre los judíos como entre nosotros, se tienen por canónicos los libros de unos pocos. Al final del libro anterior prometí citar algunos en éste, y creo llegada ya la hora.

suorum dogmatum libros reliquit. Eo captivitatis Iudaicae tempore, et Anaximander, et Anaximenes, et Xenophanes physici claruerunt. Tunc et Pythagoras, ex quo coeperunt appellari philosophi.

CAPUT XXVI

Quod eo tempore, quo impletis septuaginta annis Iudaeorum est resoluta captivitas, Romani quoque a dominatu sunt regio liberati

Per idem tempus Cyrus rex Persarum, qui etiam Chaldaeis et Assyriis imperabat, relaxata aliquanta captivitate Iudaeorum, quinquaginta millia hominum ex eis ad instaurandum templum regredi fecit. A quibus tantum prima coepta fundamina, et altare constructum est. Incursantibus autem hostibus, nequaquam progredi aedificando valuerunt, dilatumque opus est usque ad Darium. Per idem tempus etiam illa sunt gesta, quae conscripta sunt in libro Iudith: quem sane in canone Scripturarum Iudaei non recepisse dicuntur. Sub Dario ergo rege Persarum impletis septuaginta annis, quos Ieremias propheta praedixerat, reddita est Iudaeis soluta captivitate libertas, regnante Romanorum septimo rege Tarquinio. Quo expulso etiam ipsi a regum suorum dominatione liberi esse coeperunt. Usque ad hoc tempus Prophetas habuit populus Israel: qui cum multi fuerint, paucorum et apud Iudaeos et apud nos canonica scripta retinentur. De quibus me aliqua positurum esse promisi in hoc libro, cum clauderem superiorem, quod iam video esse faciendum.

CAPITULO XXVII

LOS PROFETAS Y SUS PROFECÍAS

Para darnos una idea de esta época, retrocedamos algunos años. El libro de Oseas, el primero de los doce profetas menores, va encabezado así: *Palabras del Señor dichas a Oseas en el tiempo de Ozías, de Joatán, de Acaz y de Ezequías, reyes de Judá.* Amós escribe también que profetizó en tiempo del rey Ozías. Y añade además a Jeroboán, al rey de Israel que vivió en ese tiempo. Isaías, hijo de Amós, sea del profeta citado, sea de otro Amós no profeta—sentir más común—, encabeza su libro con esos cuatro reyes citados por Oseas, y dice que profetizó en tiempo de ellos. Miqueas marca como tiempo de su profecía después de Ozías, y nombra a tres de los reyes mencionados por Oseas: a Joatán, a Acaz y a Ezequías. Estos, según se colige de sus escritos, profetizaron contemporáneamente. A ellos hay que añadir Jonás y Joel, de los cuales uno profetizó bajo Ozías, y otro, bajo Joatán, sucesor de Ozías. Pero estos dos últimos datos los hemos deducido de las crónicas, pues ellos en sus obras callan la fecha. Esta época abarca desde Procas, rey de los latinos, y Aventino, su sucesor, hasta Rómulo, rey ya de los romanos, o, mejor, hasta el principio del reinado de su sucesor Numa Pompilio, pues el reinado de Ezequías, rey de Judá, se prolongó hasta este tiempo. Y en este espacio brotaron estas fuentes proféticas. Era el fin del imperio asirio y el principio del romano. Esto significa que, como Abrahán asistió al nacimiento del imperio asirio, y a él se hicieron las promesas más claras sobre la bendición de todas las naciones en su descendencia, así ahora, al nacer la Babilonia de Occidente, en cuyo imperio se encarnaría Cristo, cumpliéndose en él las profecías orales y escritas, debían renovarse las promesas a los profetas. Hasta aquí Israel casi siempre tuvo profetas, pero desde el comienzo de su monarquía fueron más para uso propio que de los gentiles. La época en que la escritura profética se imponía con claridad para aprovechamiento de los gentiles fué precisamente ésta, en que se fundaba la ciudad que había de ser dueña y señora de las naciones. Y así fué.

CAPUT XXVII

DE TEMPORIBUS PROPHETARUM, QUORUM ORACULA HABENTUR IN LIBRIS; QUIQUE TUNC DE VOCATIONE GENTIUM MULTA CECINERUNT, QUANDO ROMANUM REGNUM COEPIT, ASSYRIUMQUE DEFECIT

Tempora igitur eorum ut possimus advertere, in anteriora paululum recurramus. In capite libri Osee prophetae, qui primus in duodecim ponitur, ita scriptum est: *Verbum Domini quod factum est ad Osee in diebus Oziae, et Ioathan, et Achaz, et Ezechiae regum Iuda* [16]. Amos quoque diebus regis Oziae prophetasse se scribit: addit etiam Ieroboam regem Israel, qui per eosdem dies fuit [17]. Necnon Isaias filius Amos, sive supradicti prophetae, sive, quod magis perhibetur, alterius qui non propheta eodem nomine vocabatur, eosdem reges quatuor quos posuit Osee, in capite libri sui ponit, quorum diebus se prophetasse praeloquitur. Michaeas etiam eadem suae prophetiae commemorat tempora post dies Oziae. Nam tres qui sequuntur reges nominat, quos et Osee nominavit, Ioathan, et Achaz, et Ezechiam [18]. Hi sunt quos eodem tempore simul prophetasse ex eorum litteris invenitur. His adiungitur Ionas eodem Ozia rege regnante, et Ioel cum iam regnaret Ioathan, qui successit Oziae. Sed istorum prophetarum duorum tempora in Chronicis, non in eorum libris potuimus invenire, quoniam de suis diebus tacent. Tenduntur autem hi dies a rege Latinorum Proca, sive superiore Aventino, usque ad regem Romulum iam Romanorum, vel etiam usque ad regni primordia successoris eius Numae Pompilii: Ezechias quippe rex Iuda eo usque regnavit; ac per hoc per ea tempora isti velut fontes prophetiae pariter eruperunt, quando regnum defecit Assyrium, coepitque Romanum: ut scilicet quemadmodum regni Assyriorum primo tempore exstitit Abraham, cui promissiones apertissimae fierent in eius semine benedictionis omnium gentium; ita occidentalis Babylonis exordio, qua fuerat Christus imperante venturus, in quo implerentur illa promissa oracula Prophetarum, non solum loquentium, verum etiam scribentium in tantae rei futurae testimonium solverentur. Cum enim prophetae nunquam fere defuissent populo Israel, ex quo ibi reges esse coeperunt, in usum tantummodo eorum fuere, non gentium: quando autem ea scriptura manifestius prophetica condebatur, quae gentibus quandoque prodesset, tunc oportebat inciperet, quando condebatur haec civitas, quae gentibus imperaret.

[16] Os. 1,1.
[17] Am. 1,1.
[18] Mich. 1,1.

CAPITULO XXVIII

PROFECÍAS DE OSEAS Y DE AMÓS EN SU RELACIÓN CON EL EVANGELIO

El profeta Oseas pone tal profundidad en sus palabras, que es muy costoso sondear en ellas. Sin embargo, lo prometido es deuda. *Y sucederá*—escribe—*que en el lugar en que se les dijo: Vosotros no sois mi pueblo, serán llamados hijos del*

CAPUT XXVIII

DE HIS QUAE AD EVANGELIUM CHRISTI PERTINENT, QUID OSEE ET AMOS PROPHETAVERINT

Osee igitur propheta, quanto profundius quidem loquitur, tanto operosius penetratur. Sed aliquid inde sumendum est, et hic ex nostra promissione ponendum. *Et erit*, inquit, *in loco quo dictum est eis, Non popu-*

Dios vivo. Los apóstoles mismos han entendido este texto de la vocación de los gentiles, que antes no pertenecían a Dios. Y como los gentiles son también espiritualmente hijos de Abrahán, y por eso se les llama, con razón, Israel, el profeta añade: *Y los hijos de Israel vendrán a formar una unidad, y se elegirán un solo caudillo, y se elevarán sobre la tierra.* Querer explicar esto sería desvirtuar las palabras del profeta. Recuérdese solamente la piedra angular y las dos paredes, compuestas una de los judíos y otra de los gentiles; aquélla, bajo el nombre de hijos de Judá, y ésta, de hijos de Israel, apoyándose las dos sobre un mismo caudillo y elevándose sobre la tierra. El mismo profeta atestigua que estos israelitas carnales que ahora no quieren creer en Cristo han de creer en él un día, no ellos, pues pasarán con la muerte, sino sus hijos, cuando dice: *Los hijos de Israel estarán mucho tiempo sin rey, sin caudillo, sin sacrificio, sin altar, sin sacerdocio y sin profecías.* ¿Quién no ve que éste es el estado actual de los judíos? Mas oigamos lo que añade: *Y después, los hijos de Israel volverán y buscarán al Señor su Dios y a su rey David, y se maravillarán del Señor y de sus bienes en los últimos tiempos.* No hay nada más claro que esta profecía, en la que el rey David está significando a Cristo, *que nació*—como dice el Apóstol—, *según la carne, del linaje de David.*

Este mismo profeta ha predicho la resurrección de Cristo al tercer día, pero con una profundidad misteriosa, profética, donde dice: *Nos sanó después de dos días, y al tercer día resucitaremos.* En este sentido habla aquí el Apóstol: *Si habéis resucitado con Cristo, buscad las cosas de arriba.* Amós profetiza estos misterios en los siguientes términos: *Prepárate, Israel*—dice—, *para invocar a tu Dios. He aquí que yo soy el que forma los truenos y crea los vientos y el que anuncia a los hombres su Cristo.* Y en otro pasaje: *Ese día restauraré el tabernáculo de David, que está por tierra, y restableceré lo igualado con la tierra, y reharé lo destruído, y lo reedificaré como en tiempos pasados. De suerte que me busquen el resto de los hombres y todas las naciones en que se invocó mi nombre, dice el Señor, hacedor de tales maravillas.*

lus meus vos, vocabuntur et ipsi filii Dei vivi[19]. Hoc testimonium propheticum de vocatione populi Gentium, qui prius non pertinebat ad Deum, etiam Apostoli intellexerunt[20]. Et quia ipse quoque populus Gentium spiritualiter est in filiis Abrahae, ac per hoc recte dicitur Israel, propterea sequitur, et dicit: *Et congregabuntur filii Iuda et filii Israel in idipsum, et ponent sibimet principatum unum, et ascendent a terra*[21]. Hoc si adhuc velimus exponere, eloquii prophetici obtundetur sapor. Recolatur tamen lapis ille angularis, et duo illi parietes, unus ex Iudaeis, alter ex Gentibus[22]; ille nomine filiorum Iuda, iste nomine filiorum Israel, eidem uni principatui suo in idipsum innitentes, et ascendentes agnoscantur a terra. Istos autem carnales Israelitas, qui nunc nolunt credere in Christum, postea credituros, id est, filios eorum (nam utique isti in suum locum moriendo transibunt), idem propheta testatur, dicens: *Quoniam diebus multis sedebunt filii Israel sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine manifestationibus.* Quis non videat, nunc sic esse Iudaeos? Sed quid adiungat, audiamus: *Et postea,* inquit, *revertentur filii Israel, et inquirent Dominum Deum suum, et David regem suum: et stupescent in Domino, et in bonis ipsius, in novissimis diebus*[23]. Nihil est ista prophetia manifestius, cum David regis nomine significatus intelligatur Christus, *qui factus est,* sicut dicit Apostolus, *ex semine David secundum carnem*[24]. Praenuntiavit iste propheta etiam tertio die Christi resurrectionem futuram, sicut eam prophetica altitudine praenuntiari oportebat, ubi ait: *Sanabit nos post biduum, in die tertio resurgemus*[25]. Secundum hoc enim nobis dicit Apostolus, *Si resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite*[26]. Amos quoque de rebus talibus sic prophetat: *Praepara,* inquit, *te, ut invoces Deum tuum Israel; quia ecce ego firmans tonitruum, et creans spiritum, et annuntians in hominibus Christum suum*[27]. Et alio loco: *In illa die,* inquit, *resuscitabo tabernaculum David quod cecidit, et reaedificabo quae ceciderunt eius, et destructa eius resuscitabo, et reaedificabo ea, sicut dies saeculi; ita ut exquirant me residui hominum, et omnes gentes in quibus invocatum est nomen meum super eos, dicit Dominus faciens haec*[28].

[19] Os. 1,10.
[20] Rom. 9,26.
[21] Os. 1,11
[22] Eph. 2,14.15.20-22.
[23] Os. 3,4.5, sec. LXX.
[24] Rom. 1,3.

CAPITULO XXIX

Predicciones de Isaías sobre Cristo y la Iglesia

1. Isaías no es del número de los doce profetas llamados menores, porque sus profecías son breves en comparación con las de los llamados mayores, que compusieron extensos volúmenes. Isaías pertenece a estos últimos; mas, por guardar el orden cronológico, lo pongo con los dos anteriores. Este profeta, entre las reprensiones que hace, las instrucciones que da y las amenazas futuras que intima al pueblo pecador, profetizó sobre Cristo y sobre la Iglesia, es decir, sobre el Rey y sobre la Ciudad que fundó, muchas más cosas que los otros. Tan es así, que algunos dicen que es más evangelista que pro-

CAPUT XXIX

Quae ab Isaia de Christo et Ecclesia sint praedicta

1. Isaias propheta non est in libro duodecim Prophetarum, qui propterea dicuntur minores, quia sermones eorum sunt breves, in eorum comparatione qui maiores ideo vocantur, quia prolixa volumina condiderunt: ex quibus est hic Isaias, quem propter eadem prophetiae tempora subiungo supradictis duobus. Isaias ergo inter illa quae arguit iniqua, et iusta praecepit, et peccatori populo mala futura praedixit, etiam de Christo et Ecclesia, hoc est de Rege et ea quam condidit civitate, multo plura quam caeteri prophetavit: ita ut a quibusdam evangelista quam propheta potius

[25] Os. 6,3.
[26] Col. 3,1.
[27] Am. 4,12 et 13, sec. LXX.
[28] Ibid., 9,11 et 12, sec. LXX.

feta [66]. En gracia a la brevedad, me limitaré a citar un solo texto. Hablando en persona de Dios Padre, dice: *Sabed que mi siervo será sabio y será colmado de honor y de gloria. Como será el asombro para muchos, así su belleza y su gloria será desfigurada y deshonrada por los hombres. El será objeto de admiración para muchas naciones, y los reyes escucharán en silencio, porque aquellos a quienes nada se había anunciado de él, lo verán, y los que no habían oído hablar de él, sabrán quién es. Señor, ¿quién ha creído a nuestra palabra? Y ¿a quién se ha revelado el brazo del Señor? Hemos balbuceado ante él como niño, y nuestra lengua será raíz en tierra árida. En él no hay ya ni gloria ni belleza. Le hemos visto, y está privado de atractivo; su belleza está desfigurada y es el más deforme de los hombres. Es un hombre todo llagado y hecho a llevar enfermedades. Su rostro está desfigurado y afrentado, sin que nadie haga aprecio de él. El pujó nuestros pecados y padece por nosotros, y nosotros creíamos que sus dolores, sus llagas y sus aflicciones eran propias, siendo en realidad llagado por causa de nuestras iniquidades y quebrantado por nuestros pecados. El castigo, causa de nuestra paz, descargó sobre él, y sus cardenales nos han curado a nosotros. Hemos sido todos como ovejas descarriadas, siguiendo cada cual la senda de su error, y el Señor le entregó por nuestros pecados. Y él, así castigado, no abrió su boca. Como oveja fué llevado al sacrificio, y como cordero al trasquilador, sin chistar, así con la boca cerrada. Su abatimiento fué el pedestal de su gloria. ¿Quién podrá explicar su generación? Le quitarán la vida y por los pecados de mi pueblo le darán muerte. Su sepultura costará la vida a los pecadores y los ricos tomarán venganza de su muerte, pues que él ni hizo maldad alguna ni engaño en su boca. Mas el Señor quiso limpiarle su llaga. Si diereis vuestra vida por el pecado, veréis una larga descendencia. El Señor quiere librar su alma del dolor, mostrarle la luz y colmarle de sabiduría y justificar al justo que es sacrificado por muchos. El cargará con sus pecados. Así adquirirá dominio sobre muchos y repartirá los despojos de los poderosos. A ese fin fué entregada a la muerte su alma y fué contado en el número de los pecadores. Llevó sobre sus hombros los pecados de muchos y fué entregado a la muerte por sus pecados.* Esto sobre Cristo.

2. Oigamos lo que añade sobre la Iglesia. Dice así: *Alégrate, estéril, tú que no pares; rompe en voces de júbilo y de contento, tú que no das a luz, porque son ya muchos más los hijos de la abandonada que de la que tiene marido. Extiende el lugar de tu morada y de tus rediles y asegura bien tus fundamentos. No dejes de hacerlo; extiende tus cordeles y afianza bien tus estacas. Extiéndete aún a derecha y a izquierda, y tu descendencia heredará las naciones y poblarás las ciudades desiertas. No temas por los reproches que se te hagan ni te ruborices, porque has sido difamada, pues olvidarás tu confusión eterna y no recordarás más el oprobio de tu viudez. El que te hace esta merced es el Señor, cuyo nombre es el Señor de los ejércitos, y el que libra se llama el Dios de Israel y de toda la tierra,* etc. Basten estos testimonios, aunque algunos puntos requieran explicación. Tengo para mí que son suficientes textos tan claros para obligar a los enemigos a entenderlos aun contra su voluntad.

---

diceretur. Sed propter rationem operis terminandi, unum de multis hoc loco ponam. Ex persona quippe Dei Patris loquens: *Ecce,* inquit, *intelliget puer meus, et exaltabitur, et glorificabitur valde. Quemadmodum stupescent super te multi, ita gloria privabitur ab hominibus species tua et gloria tua ab hominibus: ita mirabuntur gentes multae super eum, et continebunt reges os suum: quoniam quibus non est annuntiatum de illo, videbunt; et qui non audierunt, intelligent. Domine, quis credidit auditui nostro, et brachium Domini cui revelatum est? Annuntiavimus coram illo, ut infans, ut radix in terra sitienti: non est species illi, neque gloria. Et vidimus eum, et non habebat speciem, neque decorem: sed species eius sine honore, deficiens prae omnibus hominibus. Homo in plaga positus, et sciens ferre infirmitatem: quoniam aversa est facies eius: inhonoratus est, nec magni aestimatus est. Hic peccata nostra portat, et pro nobis dolet: et nos existimavimus illum esse in dolore, et in plaga, et in afflictione. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, et infirmatus est propter peccata nostra. Eruditio pacis nostrae in eo: livore eius nos sanati sumus. Omnes ut oves erravimus, homo a via sua erravit: et Dominus tradidit illum pro peccatis nostris: et ipse propter quod afflictus est, non aperuit os suum. Ut ovis ad immolandum ductus est, et ut agnus ante eum qui se tondet, sine voce, sic non aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum est. Generationem eius quis enarrabit? Quoniam tolletur de terra vita eius. Ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. Et dabo malignos pro sepultura eius, et divites pro morte eius. Quoniam iniquitatem non fecit, nec dolum in ore suo: et Dominus vult purgare eum de plaga. Si dederitis pro peccato animam vestram, videbitis semen longaevum: et Dominus vult auferre a dolore animam eius, ostendere illi lucem, et formare intellectum, iustificare iustum bene servientem pluribus: et peccata eorum ipse portabit. Propterea ipse haereditabit plures, et fortium dividet spolia: propter quod tradita est ad mortem anima eius; et inter iniquos aestimatus est, et ipse peccata multorum portavit, et propter peccata eorum traditus est* [29]. Haec de Christo.

2. Iam vero de Ecclesia, quod sequitur, audiamus: *Laetare,* inquit, *sterilis, quae non paris; erumpe et clama, quae non parturis: quoniam multi filii desertae magis, quam eius quae habet virum. Dilata locum tabernaculi tui, et aulaearum tuarum: fige, noli parcere, prolonga funiculos tuos, et palos tuos conforta: adhuc in dexteram et sinistram partem extende. Et semen tuum haereditabit gentes; et civitates desertas inhabitabis. Ne timeas, quoniam confusa es; neque reverearis, quia exprobrata es: quoniam confusionem aeternam oblivisceris, et opprobrii viduitatis tuae non eris memor. Quoniam Dominus faciens te, Dominus Sabaoth nomen eius: et qui eruit te, ipse Deus Israel universae terrae vocabitur* [30], et caetera. Verum ista sint satis: et in eis sunt exponenda nonnulla; sed sufficere arbitror quae ita sunt aperta, ut etiam inimici intelligere cogantur inviti.

[29] Is. 52,13-15; 53,1-12, sec. LXX. [30] Ibid., 54,1-5.

CAPITULO XXX

Profecías de Miqueas, Jonás y Joel

1. El profeta Miqueas, hablando de Cristo, bajo la imagen de un gran monte, dice así: *En los últimos tiempos aparecerá el hombre de Dios elevado sobre la cima de los montes y se levantará sobre los collados. Y allí irán a toda prisa los pueblos y las naciones y dirán: Venid, subamos al monte del Señor y a la casa de Jacob, y nos enseñará su camino, y nosotros marcharemos por sus senderos, porque la ley saldrá de Sión, y la palabra del Señor, de Jerusalén. El juzgará a muchos pueblos y sujetará a las naciones poderosas por mucho tiempo.* El mismo profeta dice del lugar en que nació Cristo: *Y tú, Belén, casa de Efrata, eres la más pequeña para contarte entre las demás de Judá. De ti saldrá el que ha de ser caudillo de Israel, que fué engendrado desde el principio y desde toda la eternidad. Por eso Dios abandonará a los suyos hasta el tiempo en que dé a luz la que está de parto, y el resto de sus hermanos se reunirán con los hijos de Israel. El se detendrá, contemplará y apacentará su grey con la autoridad y el poder recibido del Señor, y le rendirán honor al Señor, su Dios, porque ahora será él glorificado hasta el confín de la tierra.*

2. El profeta Jonás no anunció a Cristo tanto por sus discursos cuanto por esa especie de pasión que sufrió. Esto es más elocuente y claro que lo fueran sus palabras sobre la muerte y la resurrección del Salvador. Pues ¿por qué fué ingerido en el vientre de una ballena y arrojado al tercer día sino por significar que Cristo había de salir del sepulcro al tercer día?

3. Las profecías de Joel obligan a una amplia explicación para esclarecer las relativas a Cristo y a la Iglesia. Con todo, no omitiré una de ellas, alegada también por los apóstoles cuando, reunidos los fieles, descendió sobre ellos el Espíritu Santo, que Cristo les había prometido. *Después de esto*—dice— *yo derramaré mi espíritu sobre toda clase de hombres. Vuestros hijos y vuestras hijas profetizarán, y vuestros ancianos tendrán sueños, y vuestros jóvenes, visiones. Y en esos días derramaré también mi espíritu sobre mis siervos y siervas.*

CAPITULO XXXI

La salvación del mundo por Cristo, predicha por Abdías, Nahún y Habacuc

1. Tres de los profetas menores, Abdías, Nahún y Habacuc [67], ni ellos nos dan las fechas de sus profecías ni se hallan en las crónicas de Eusebio y de Jerónimo. Verdad es que juntan a Abdías con Miqueas, pero no en el pasaje en que dan la fecha en que profetizó Miqueas según sus propios escritos. Pero me imagino que esto se debe a error del copista, des-

CAPUT XXX

Quae Michaeas, et Ionas et Ioel novo Testamento congruentia prophetaverint

1. Michaeas propheta Christum in figura ponens magni cuiusdam montis, haec loquitur: *Erit in novissimis diebus manifestus mons Domini paratus super vertices montium; et exaltabitur super colles. Et festinabunt ad eum plebes, et ibunt gentes multae, et dicent: Venite, ascendamus in montem Domini, et in domum Dei Iacob, et ostendet nobis viam suam, et ibimus in semitis eius: quia ex Sion procedet lex et verbum Domini ex Ierusalem. Et iudicabit inter plebes multas, et redarguet gentes potentes usque in longinquum* [31]. Praedicens iste propheta et locum in quo natus est Christus: *Et tu*, inquit, *Bethlehem domus Ephrata, minima es, ut sis in millibus Iuda: ex te mihi prodiet, ut sit in principem Israel: et egressus eius ab initio, et ex diebus aeternitatis. Propterea dabit eos usque ad tempus parturientis pariet, et residui fratres eius convertentur ad filios Israel. Et stabit, et videbit, et pascet gregem suum in virtute Domini, et in honore nominis Domini Dei sui erunt: quoniam nunc magnificabitur usque ad summum terrae* [32].

2. Ionas autem propheta non tam sermone Christum, quam sua quadam passione prophetavit, profecto apertius, quam si eius mortem et resurrectionem voce clamaret. Utquid enim exceptus est ventre belluino, et die tertio redditus, nisi ut significaret Christum de profundo inferni die tertio rediturum?

3. Ioel omnia quae prophetat, multis verbis compellit exponi, ut quae pertinent ad Christum et Ecclesiam dilucescant. Unum tamen, quod etiam Apostoli commemoraverunt, quando in congregatos credentes Spiritus sanctus, sicut a Christo promissus fuerat, desuper venit [33], non praetermittam. *Et erit*, inquit, *post haec, et effundam de Spiritu meo super omnem carnem: et prophetabunt filii vestri et filiae vestrae; et seniores vestri somnia somniabunt, et iuvenes vestri visa videbunt: et quidem in servos meos et ancillas meas in illis diebus effundam de Spiritu meo* [34].

CAPUT XXXI

Quae in Abdia, in Naum, et Ambacu de salute mundi in Christo praenuntiata reperiantur

1. Tres prophetae de minoribus, Abdias, Naum, Ambacum, nec sua tempora dicunt ipsi, nec in Chronicis Eusebii et Hieronymi, quando prophetaverint, invenitur. Abdias enim positus est quidem ab eis cum Michaea, sed non eo loco, ubi notantur tempora, quando Michaeam prophetasse ex eius litteris constat: quod errore negligenter describentium

[31] Mich. 4,1-3.
[32] Mich. 5,2-4, sec. LXX.
[33] Act. 2,17.18.
[34] Ioel 2,28 et 29.

cuidado sobre todo cuando se trata de los trabajos ajenos. Los otros no los he hallado en los códices de las crónicas que he consultado. Mas, ya que están admitidos en el canon, es preciso darles también cabida aquí. Los escritos de Abdías son los más cortos de todos los profetas, y en ellos habla contra Idumea, es decir, contra la nación de Esaú, el mayor de los dos hijos de Isaac y nieto de Abrahán, que fué reprobado. Ahora bien: si por Idumea entendemos los gentiles, tomando la parte por el todo, podemos muy bien aplicar a Cristo esto entre otras cosas: *La salvación y la santidad estarán sobre el monte de Sión.* Y poco después, al fin de la profecía: *Y los redimidos del monte de Sión surgirán para defender el monte de Esaú, y reinará el Señor.* Es evidente que esto se cumplió cuando los redimidos del monte de Sión, es decir, de Judea, los que creen en Cristo, y sobre todo los apóstoles, surgieron para defender el monte de Esaú. ¿Cómo lo defenderían sino por la predicación del Evangelio, salvando a los que han creído y sacándoles del poder de las tinieblas, para transferirlos al reino de Dios? Esta idea la expresó al añadir: *Y reinará el Señor.* El monte de Sión significa la Judea, donde, según la profecía, estará la salvación y la santidad, que es Jesucristo. El monte de Esaú es Idumea, figura de la Iglesia de los gentiles, que defendieron, como he expuesto, los redimidos del monte de Sión para que reinara el Señor. Esto antes de cumplirse estaba obscuro; pero, un vez cumplido, ¿qué fiel no lo comprende?

2. El profeta Nahún, mejor diría, Dios por el profeta,

---

labores alienos existimo contigisse. Duos vero alios commemoratos in codicibus Chronicorum quos habuimus, non potuimus invenire: tamen quia canone continentur, nec ipsi oportet praetereantur a nobis. Abdias, quantum ad scripturam eius attinet, omnium brevissimus Prophetarum, adversus Idumaeam loquitur, gentem scilicet Esau, ex duobus geminis filiis Isaac, nepotibus Abrahae, maioris illius reprobati. Porro si Idumaeam modo locutionis, quo intelligitur a parte totum, accipiamus positam esse pro gentibus: de Christo agnoscere possumus quod ait inter caetera, *In monte autem Sion erit salus, et erit sanctum.* Et paulo post in fine ipsius prophetiae: *Et ascendent,* inquit, *resalvati ex monte Sion, ut defendant montem Esau, et erit Domino regnum* [35]. Apparet quippe id esse completum, cum resalvati ex monte Sion, id est ex Iudaea, credentes in Christum, qui praecipue agnoscuntur Apostoli, ascenderunt, ut defenderent montem Esau. Quomodo defenderent, nisi per Evangelii praedicationem salvos faciendo eos qui crediderunt, ut eruerentur de potestate tenebrarum, et transferrentur in regnum Dei? Quod consequenter expressit addendo, *Et erit Domino regnum.* Mons enim Sion Iudaeam significat, ubi futura praedicta est salus, et sanctum, quod est Christus Iesus: mons vero Esau Idumaea est, per quam significata est Ecclesia gentium, quam defenderunt, sicut exposui, resalvati ex monte Sion, ut esset Domino regnum. Hoc obscurum erat, antequam fieret; sed factum quis non fidelis agnoscat?

2. Naum vero propheta, imo per illum Deus: ***Exterminabo,*** inquit,

[35] Abd. 17,21, sec. LXX.

dice: *Quebraré los ídolos tallados y de fundición y los pondré en sepultura, porque he aquí sobre los montes los pies ligeros del que viene a evangelizar y a anunciar la paz. Solemniza tus festividades y cumple tus votos, que ya no se acercarán más a ti para que envejezcas. Todo está consumado, cumplido y derrocado. Ya sale a campaña el que alienta en tu rostro y te libra de la tribulación.* Quién subió de los infiernos y sopló el Espíritu Santo en el rostro de Judá, es decir, de los judíos, sus discípulos, tráigalo a la recordación el que haya leído el Evangelio. Aquellos cuyas festividades se renuevan de tal modo que no envejecen más, pertenecen al Nuevo Testamento. Ahora vemos ya por tierra los ídolos tallados y de fundición, es decir, los ídolos de dioses falsos, y como sepultados en el olvido. Sabemos, además, que esta profecía se cumplió también en este punto.

3. En cuanto a Habacuc, ¿de qué otra venida habla sino de la de Cristo cuando dice: *El Señor me respondió: Escribe claramente esta visión sobre tablillas para que la entienda el que lea. Porque esta visión es para un tiempo determinado, y se cumplió al fin, y no caerá en vacío. Si tardare, aguántalo, porque el que viene, vendrá y no se demorará?*

---

sculptilia et conflatilia: ponam sepulturam tuam: quia veloces esse super montes pedes evangelizantis, et annuntiantis pacem. Celebra, Iuda, dies festos tuos, redde vota tua: quia iam non adiicient ultra, ut transeant in vetustatem. Consummatum est, consumptum est, ablatum est. Ascendit, qui insufflat in faciem tuam, eripiens te ex tribulatione [36]. Quis ascenderit ab inferis, et insufflaverit in faciem Iudae, hoc est Iudaeorum discipulorum, Spiritum sanctum, recolat qui meminit Evangelium. Ad novum enim Testamentum pertinent, quorum dies festi ita spiritualiter innovantur, ut in vetustatem transire non possint. Porro per Evangelium exterminata sculptilia et conflatilia, id est idola deorum falsorum, et oblivioni tanquam sepulturae tradita iam videmus; et hanc etiam in hac re prophetiam completam esse cognoscimus.

3. Ambacum de quo alio, quam de Christi adventu, qui futurus fuerat, intelligitur dicere, *Et respondit Dominus ad me, et dixit, Scribe visum aperte in buxo; ut assequatur qui legit ea: quia adhuc visio ad tempus, et orietur in fine, et non in vacuum: si tardaverit, sustine eum; quia veniens veniet, et non morabitur?* [37]

[36] Nah. 1,14 et 15; 2,1, sec. LXX.
[37] Hab. 2,2 et 3.

CAPITULO XXXII

Profecías de la oración y del cántico de Habacuc

Y en su oración y cántico, ¿a quién dice sino a Cristo nuestro Señor: *Oí, Señor, tu palabra, y me llené de temor. Señor, he contemplado tus obras y me he quedado asombrado?* ¿Qué es esto sino una sorpresa extraordinaria a vista de tan inefable salud, nueva y súbita de los hombres? *En medio de los animales serás conocido.* ¿Qué significan estos animales? O son los dos Testamentos, o los dos ladrones, o Moisés y Elías, con quienes habló sobre el monte. *Cuando venga su hora, serás conocido, y, en llegando el tiempo, te manifestarás.* No necesita explicación. *Cuando se hubiere turbado mi alma en él, en lo más recio de tu cólera, te acordarás de tu misericordia.* ¿Qué indican estas palabras sino a los judíos, personificados en él, que era de su nación, los cuales, bajo la más cruel ira, crucificaron a Cristo, y a quienes se dirigió, acordándose de su misericordia, en estos términos: *Padre, perdónalos, porque no saben lo que hacen? Dios vendrá de Temán, y el Santo, de un monte umbroso y espeso.* Otros, en lugar de Temán, traducen del austro o del áfrico Esto significa el mediodía, es decir, el ardor de la caridad y el esplendor de la verdad. El monte umbroso y espeso puede interpretarse de muchos modos, pero yo lo tomaría de buen grado por la profundidad de las Sagradas Escrituras, que contienen profecías sobre Cristo. En ellas hay muchas cosas obscuras y ocultas que ejercitan la mente del investigador. De allí viene cuando el que entiende le halla allí. *Su poder brilló en los cielos, y la tierra está llena de sus maravillas.* ¿Qué es esto sino lo que dice el salmo: *Ensálzate, ¡oh Dios!, sobre los cielos y haz brillar tu gloria por toda la tierra? Tu esplendor será como la luz* es igual a decir que su fama iluminará a los fieles. Y ¿qué significa: *El poder está en tus manos,* sino el trofeo de la cruz? *Y ha establecido el yelmo firme de su caridad y de su fortaleza.* Esto no precisa ni explicación siquiera. *Ante él vendrá la palabra, y ella saldrá en el despoblado tras sus pisadas.* Que es decir: Fué prenunciado antes de venir y anunciado después de llegado. *Se detuvo, y la tierra se conmovió;* es decir, se detuvo a ayudar, y *la tierra se movió* a crecer. *Miró, y se marchitaron las naciones,* o sea, se compadeció, y los pueblos hicieron penitencia. *Quebrantó con violencia los montes;* es decir, quebrantó, con la fuerza de sus milagros, el orgullo de los soberbios. *Los collados eternales se abatieron,* se humillaron en el tiempo para ser ensalzados en la eternidad. *He visto sus entradas eternas, precio de sus trabajos;* o sea, vi el trabajo de la caridad premiado con la eternidad. *Los tabernáculos de Etiopía y las tiendas de la tierra de Madián se cubrirán de espanto;* que es decir: los pueblos, sorprendidos de pronto por el anuncio de tus maravillas, aun los no sometidos al imperio romano, se agregarán al pueblo cristiano. *¿Te enojaste, Señor, contra los ríos y montaste en cólera contra el mar?* Esto alude a que no vino ahora a juzgar al mundo, sino a salvarle. *Porque montas sobre tus caballos, y tu viaje es la salvación;* que es decir: tus evangelistas, a quienes gobiernas, te llevarán,

CAPUT XXXII

De prophetia quae in Oratione Ambacu et Cantico continetur

In Oratione autem sua cum Cantico, cui nisi Domino Christo dicit, *Domine, audivi auditionem tuam, et timui; Domine, consideravi opera tua, et expavi?* quid enim hoc est, nisi praecognitae, novae, ac repentinae salutis hominum ineffabilis admiratio? *In medio duorum animalium cognosceris,* quid est, nisi aut in medio duorum Testamentorum, aut in medio duorum latronum, aut in medio Moysi et Eliae cum eo in monte sermocinantium? *Dum appropinquant anni, cognosceris; in adventu temporis ostenderis,* nec exponendum est. *In eo dum conturbata fuerit anima mea, in ira misericordiae memor eris,* quid est, nisi quod Iudaeos in se transfiguravit, quorum gentis fuit, qui cum magna ira turbati crucifigerent Christum, ille misericordiae memor dixit, *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt?* [38] *Deus de Theman veniet, et sanctus de monte umbroso et condenso.* Quod hic dictum est, *de Theman veniet;* alii interpretati sunt *ab Austro,* vel *ab Africo:* per quod significatur meridies, id est fervor charitatis et splendor veritatis. Montem vero umbrosum atque condensum, quamvis multis modis possit intelligi, libentius acceperim Scripturarum altitudinem divinarum, quibus prophetatus est Christus. Multa quippe ibi umbrosa atque condensa sunt, quae mentem quaerentis exerceant. Inde autem venit, cum ibi eum, qui intelligit, invenit. *Operuit caelos virtus eius, et laudis eius plena est terra,* quid est, nisi quod etiam in Psalmo dicitur, *Exaltare super caelos, Deus, et super omnem terram gloria tua?* [39] *Splendor eius ut lumen erit,* quid est, nisi, Fama eius credentes illuminabit? *Cornua in manibus eius sunt,* quid est, nisi tropaeum crucis? *Et posuit charitatem firmam fortitudinis suae,* nec exponendum est. *Ante faciem eius ibit verbum, et prodiet in campum post pedes eius,* quid est, nisi quod et antequam huc veniret, praenuntiatus est; et posteaquam hinc reversus est, annuntiatus est? *Stetit, et terra commota est,* quid est, nisi *stetit* ad subveniendum; *et terra commota est* ad credendum? *Respexit et tabuerunt gentes:* hoc est, misertus est, et fecit populos poenitentes. *Contriti sunt montes violentia:* hoc est, vim facientibus miraculis, elatorum contrita est superbia. *Defluxerunt colles aeternales:* hoc est, humiliati sunt ad tempus, ut erigerentur in aeternum. *Ingressus aeternos eius pro laboribus vidi:* hoc est, non sine mercede aeternitatis laborem charitatis aspexi. *Tabernacula Aethiopum expavescent, et tabernacula terrae Madian:* hoc est, gentes repente perterritae nuntio mirabilium tuorum, etiam quae non sunt in iure Romano, erunt in populo christiano. *Numquid in fluminibus iratus es, Domine, aut in fluminibus furor tuus, vel in mari impetus tuus?* Hoc ideo dictum est, quia non venit nunc ut

[38] Lc. 23,34.

[39] Ps. 56,6.

y tu Evangelio es la salvación para los que creen en ti. *Flecharás tu arco contra los cetros, dice el Señor;* amenazarás con tu juicio aun a los reyes de la tierra. *Los ríos rasgarán la tierra;* es decir, las corrientes oratorias de tus predicadores abrirán los corazones de los hombres para que te confiesen; de esos hombres a quienes se dice: *Rasgad vuestros corazones y no vuestros vestidos.* ¿Qué significa: *Te verán y se dolerán los pueblos* sino llorarán para ser bienaventurados? Y ¿qué quiere decir: *Al andar dispersarás las aguas,* sino, andando en tus predicadores, esparces aquí y allá los ríos de tu doctrina? ¿Qué significa: *El abismo alzó su voz?* ¿Expresó por ventura la profundidad del corazón humano? *La profundidad de su fantasía.* Es esto una especie de exposición del versillo anterior, porque *profundidad* equivale a *abismo.* Y al añadir *de su fantasía,* debe sobrentenderse *alzó su voz,* es decir, expresó lo que vió. Porque la imaginación es una visión que no pudo ocultar ni retener, sino que la ha publicado en alabanza. *El sol se elevó y la luna permaneció en su orden.* Ascendió Cristo al cielo, y su Iglesia quedó ordenada bajo su rey. *Tus flechas irán a la luz;* es decir, tus palabras serán predicadas no en privado, sino en público. *Al resplandor del relampaguear de tus armas;* se entiende: *irán tus flechas.* El había dicho a sus discípulos: *Lo que os digo en la noche, decidlo a la luz del día. Tus amenazas achicarán la tierra;* o sea, humillarás a los hombres con tus amenazas. *Y derribarás las naciones con tu furor,* porque tu castigo allanará a los que se engallan. *Saliste para salvar a tu pueblo, para salvar a tus cristos o ungidos enviaste la muerte sobre la ca-*

iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum [40]. *Quia ascendes super equos tuos; et equitatio tua salus:* hoc est, Evangelistae tui portabunt te, qui reguntur a te; et Evangelium tuum salus est eis, qui credunt in te. *Intendens intendes arcum tuum super sceptra, dicit Dominus:* hoc est, comminaberis iudicium tuum etiam regibus terrae. *Fluminibus scindetur terra:* hoc est, influentibus sermonibus praedicantium te, aperientur ad confitendum hominum corda, quibus dictum est, *Scindite corda vestra, et non vestimenta* [41]. Quid est, *Videbunt te, et dolebunt populi,* nisi ut lugendo sint beati? Quid est, *Dispergens aquas incessu,* nisi ambulando in eis qui te usquequaque annuntiant, hac atque hac dispergis fluenta doctrinae? Quid est, *Abyssus dedit vocem suam?* an profunditas cordis humani quid ei videretur expressit? *Altitudo phantasiae suae,* tanquam versus superioris est expositio; altitudo enim est abyssus. Quod autem ait, *phantasiae suae,* subaudiendum est, *vocem dedit:* hoc est, quod diximus, quid ei videretur expressit. Phantasia quippe visio est, quam non tenuit, non operuit, sed confitendo eructavit. *Elevatus est sol, et luna stetit in ordine suo:* hoc est, ascendit Christus in caelum, et ordinata est Ecclesia sub rege suo. *In lucem iacula tua ibunt:* hoc est, non in occultum, sed in manifestum verba tua mittentur. *In splendorem coruscationis armorum tuorum:* subaudiendum est, *iacula tua ibunt.* Dixerat enim suis, *Quae dico vobis in tenebris, dicite in lumine* [42]. *In comminatio-*

[40] Io. 3,17.
[41] Ioel 2,13.
[42] Mt. 10,27.

beza de los pecadores. Esto es claro. *Los cargaste de cadenas hasta el cuello.* Por *cadenas* pueden entenderse las felices prisiones de la sabiduría, de forma que metan los pies en sus grillos, y el cuello, en su argolla. *Las rompiste hasta poner espanto en la mente;* se sobrentienden *las cadenas,* pues les puso las buenas y les rompió las malas, de las cuales se dice: *Has roto mis cadenas.* Y esta expresión: *Con espanto en la mente,* significa *de modo maravilloso. Las cabezas de los poderosos se moverán en ella;* es decir, en esa admiración. *Y abrirán sus bocas como el pobre que come a escondidas.* Algunos poderosos de los judíos venían al Señor maravillados de sus hechos y dichos, y comían hambrientos y a escondidas, por miedo a los judíos, el pan de la doctrina, como lo hace notar el Evangelio. *Metiste en el mar tus caballos y agitaron muchas aguas;* es decir, muchos pueblos. Y es que unos no se convertirían por miedo y otros no perseguirían con furor si no fueran todos agitados. *Reparé en esto, y se pasmó mi corazón al considerar mis propias palabras. Y un temblor penetró hasta mis huesos, y todo mi interior se turbó.* Reflexionando sobre sus palabras, quedó sorprendido de las sentencias que iba dejando caer proféticamente, y en las cuales contemplaba las cosas futuras. El preveía este tumulto de los pueblos y las próximas persecuciones de la Iglesia, y en seguida, reconociéndose miembro de ella, dice: *Yo reposaré en el día de la tribulación,* como siendo de aquellos que se gozan en esperanza y sufren pacientemente la tribulación. *A fin de irme a encontrar con el pueblo de mi peregrinación,* apartándome del pueblo malo, de su parentesco carnal, que, no

ne minorabis terram: id est, comminando humiliabis homines. *Et in furore deiicies gentes:* quia eos qui se exaltant, vindicando collides. *Existi in salutem populi tui, ut salvos faceres christos tuos; misisti in capita iniquorum mortem:* nihil horum est exponendum. *Excitasti vincula usque ad collum.* Et bona hic possunt intelligi vincula sapientiae, ut iniiciantur pedes in compedes eius, et collum in torquem eius. *Praecidisti in stupore mentis:* subaudiamus, *vincula:* excitavit enim bona, praecidit mala, de quibus ei dicitur, *Disrupisti vincula mea* [43]: et hoc *in stupore mentis,* id est, mirabiliter. *Capita potentium movebuntur in ea:* in ea scilicet admiratione. *Adaperient morsus suos, sicut edens pauper absconse.* Potentes enim quidam Iudaeorum veniebant ad Dominum facta eius et verba mirati, et esurientes panem doctrinae manducabant absconse propter metum Iudaeorum, sicut eos prodidit Evangelium [44]. *Et immisisti in mare equos tuos turbantes aquas multas:* quae nihil sunt aliud, quam populi multi. Non enim alii timore converterentur, alii furore persequerentur, nisi omnes turbarentur. *Observavi, et expavit venter meus a voce orationis labiorum meorum: et introivit tremor in ossa mea, et subtus me turbata est habitudo mea.* Intendit in ea quae dicebat, et ipsa sua est oratione perterritus, quam prophetice fundebat, et in qua futura cernebat. Turbatis enim populis multis, vidit imminentes Ecclesiae tribulationes, continuoque se membrum eius agnovit, atque ait, *Requiescam in die tribulationis:*

[43] Ps. 115,16.
[44] Io. 19,38.

siendo peregrino en el mundo, no busca la patria celestial. *Porque la higuera no dará frutos y las viñas no brotarán. Faltará el fruto a la oliva y los campos no darán qué comer. No habrá ovejas en las majadas ni bueyes en los establos.* Veía que esta nación, que había de dar muerte a Cristo, perdería los abundantes bienes espirituales, que ha figurado, a usanza de los profetas, por la fecundidad de la tierra. Y porque esta nación ha sido víctima de la ira divina, pues, ignorando la justicia de Dios, ha querido establecer en su lugar la propia, añade luego: *Yo me holgaré en el Señor y me regocijaré en el Dios mi Salvador. El Señor, mi Dios y mi poder, asentará perfectamente mis pies y me pondrá en lo alto para que salga victorioso por su cántico;* a saber, por aquel cántico del que se dice algo semejante en el Salmo: *Asentó mis pies sobre piedra, dando firmeza a mis pasos. Y puso en mi boca un cántico nuevo, un himno en loa de nuestro Dios.* Triunfa, pues, por el cántico del Señor el que se complace en las alabanzas de Dios, no en las propias, a fin de que *el que se glorie, se glorie en el Señor.* Por lo demás, algunos códices traen: *Me regocijaré en Dios, mi Jesús,* y me parece mejor que la otra traducción, en la que no se emplea ese nombre tan dulce y amoroso [68].

---

tanquam ad eos pertinens, qui sunt spe gaudentes, in tribulatione patientes [45]. *Ut ascendam,* inquit, *in populum peregrinationis meae:* recedens utique a populo maligno carnalis cognationis suae, non peregrinante in hac terra, neque supernam patriam requirente. *Quoniam ficus,* inquit, *non afferet fructus, et non erunt nativitates in vineis: mentietur opus olivae, et campi non facient escam. Defecerunt ab esca oves, et non supersunt in praesepibus boves.* Vidit eam gentem, quae Christum fuerat occisura, ubertatem copiarum spiritualium perdituram, quas per terrenam fecunditatem more prophetico figuravit. Et quia iram Dei talem propterea passa est illa gens, quia Dei ignorans iustitiam, suam voluit constituere [46], iste continuo, *Ego autem,* inquit, *in Domino exsultabo, gaudebo in Deo salutari meo. Dominus Deus meus virtus mea, statuet pedes meos in consummationem; super excelsa imponet me, ut vincam in cantico eius* [47]. scilicet illo cantico, de quo similia quaedam dicuntur in Psalmo: *Statuit supra petram pedes meos, et direxit gressus meos; et immisit in os meum canticum novum, hymnum Deo nostro* [48]. Ipse ergo vincit in cantico Domini, qui placet in eius laude, non sua, ut *qui gloriatur, in Domino glorietur* [49]. Melius autem mihi videntur quidam codices habere, *Gaudebo in Deo Iesu meo,* quam hi qui volentes id latine ponere, nomen ipsum non posuerunt, quod est nobis amicius et dulcius nominare.

[45] Rom. 12,12.
[46] Ibid., 10,3.
[47] Hab. 3.
[48] Ps. 39,3 et 4.
[49] 1 Cor. 1,31.

CAPITULO XXXIII

Profecías de Jeremías y de Sofonías sobre Cristo y la vocación de los gentiles

1. Jeremías es uno de los profetas mayores, como Isaías, no de los menores, ya alegados. Profetizó reinando en Jerusalén Josías, y entre los romanos, Anco Marcio, próxima ya la cautividad de los judíos. Sus profecías se prolongaron hasta el quinto mes de la cautividad, según se colige de sus escritos. Junto a él se halla Sofonías, uno de los menores, que dice que profetizó también en tiempo de Josías, pero no dice hasta cuándo. Jeremías, por tanto, profetizó no sólo en tiempo de Anco Marcio, sino también en tiempo de Tarquinio Prisco, quinto rey de los romanos, que ya estaba en el trono cuando la cautividad. Jeremías, pues, dice de Cristo: *El Cristo, el Señor, resuello de nuestra boca, ha sido preso por nuestros pecados,* mostrando así, en pocas palabras, que Cristo es nuestro Señor y que padeció por nosotros. Y en otro pasaje: *Este es mi Dios, y en su presencia no hay nadie comparable a él. El halló todos los caminos de la sabiduría y la dió a su siervo Jacob y a Israel, su amado. Después se ha dejado ver sobre la tierra y ha conversado con los hombres.* Algunos atribuyen este testimonio no a Jeremías, sino a un amanuense suyo llamado Baruc; pero or-

---

CAPUT XXXIII

De Christo et vocatione Gentium quae Ieremias et Sophonias prophetico Spiritu sint praefati

1. Ieremias propheta de maioribus est, sicut Isaias; non de minoribus, sicut caeteri, de quorum scriptis nonnulla iam posui. Prophetavit autem regnante Iosia in Ierusalem, et apud Romanos Anco Martio, iam propinquante captivitate Iudaeorum. Tetendit autem prophetiam, usque ad quintum mensem captivitatis: sicut in eius litteris invenimus. Sophonias autem unus de minoribus adiungitur ei. Nam et ipse in diebus Iosiae prophetasse se dicit [50]: sed quousque, non dicit. Prophetavit ergo Ieremias, non solum Anci Martii, verum etiam Tarquinii Prisci temporibus, quem Romani habuerunt quintum regem. Ipse enim, quando est illa captivitas facta, regnare iam coeperat. Prophetans ergo de Christo Ieremias, *Spiritus,* inquit, *oris nostri Dominus Christus captus est in peccatis nostris* [51]; sic breviter ostendens, et Dominum nostrum Christum, et passum esse pro nobis. Item alio loco: *Hic Deus meus,* inquit, *et non aestimabitur alter ad eum: qui invenit omnem viam prudentiae, et dedit eam Iacob puero suo, et Israel dilecto suo: post haec in terra visus est, et cum hominibus conversatus est* [52]. Hoc testimonium quidam non Ieremiae, sed scribae eius

[50] Soph. 1,1.
[51] Thren. 4,20.
[52] Bar. 3,36-38.

dinariamente se atribuye a Jeremías [69]. Y el mismo profeta vuelve a decir: *Mirad que viene el tiempo, dice el Señor, en que yo haré nacer de David un vástago, un descendiente justo, el cual reinará como Rey, y será sabio y gobernará la tierra con rectitud y justicia. En aquellos días suyos, Judá será salvo e Israel vivirá tranquilamente; y el nombre con que será llamado aquel Rey es el de justo Señor o Dios nuestro.*

He aquí cómo habla de la vocación futura de los gentiles (que ahora vemos cumplida): *Señor, mi Dios y mi refugio en el día de la aflicción; las naciones vendrán a ti desde los confines de la tierra y dirán: En realidad, nuestros padres adoraron simulacros mendaces, y no hay en ellos utilidad alguna.* Y como los judíos no habían de conocerlo y le habían de dar muerte, el mismo profeta añade: *Grave y profundo es el corazón del hombre, y ¿quién lo conocerá?* El pasaje citado en el libro XVII sobre el Nuevo Testamento, cuyo Mediador es Cristo, es también de este profeta. Dice así: *He aquí que viene el tiempo, dice el Señor, en que firmaré una nueva alianza con la casa de Jacob,* etc.

2. Ahora voy a alegar las predicciones de Sofonías, contemporáneo de Jeremías, sobre Cristo: *Espérame, dice el Señor, en el día de mi resurrección, porque mi voluntad es congregar las naciones y reunir los reinos.* Y también: *El Señor se mostrará terrible contra ellos y exterminará a todos los dioses de la tierra, y le adorarán todas las naciones de la tierra, cada una en su país.* Y un poco después: *Entonces infundiré en los pue-*

---

attribuunt, qui vocabatur Baruch: sed Ieremiae celebratius habetur. Rursus idem propheta de ipso: *Ecce,* inquit, *dies veniunt, ait Dominus, et suscitabo David germen iustum, et regnabit rex, et sapiens erit, et faciet iudicium et iustitiam in terra. In diebus illis salvabitur Iuda, et Israel habitabit confidenter: et hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster* [53]. De vocatione etiam gentium, quae fuerat futura (et eam nunc impletam cernimus) sic locutus est: *Domine, Deus meus et refugium meum in die malorum, ad te gentes venient ab extremo terrae, et dicent: Vere mendacia coluerunt patres nostri simulacra, et non est in illis utilitas* [54]. Quia vero non erant eum agnituri Iudaei, a quibus eum et occidi oportebat, sic idem propheta significat: *Grave cor per omnia, et homo est, et quis cognoscet eum?* [55] Huius est etiam illud quod in libro decimo septimo posui de Testamento novo [56], cuius est mediator Christus. Ipse quippe Ieremias ait, *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et consummabo super domum Iacob Testamentum novum* [57], *et caetera quae ibi leguntur.*

2. Sophoniae autem prophetae, qui cum Ieremia prophetabat, haec praedicta de Christo interim ponam: *Exspecta me, dicit Dominus, in die resurrectionis meae, in futurum: quia iudicium meum, ut congregem gentes, et colligam regna* [58]. Et iterum: *Horribilis,* inquit, *Dominus super eos, et exterminabit omnes deos terrae; et adorabit eum vir de loco suo, omnes insulae gentium* [59]. Et paulo post: *Tunc,* inquit, *transvertam in po-*

[53] Ier. 23,5-6.
[54] Ibid., 16,19.
[55] Ibid., 22,9, sec. LXX.
[56] C.3.
[57] Ier. 31,31.
[58] Soph. 3,8.
[59] Ibid., 2,11.

blos y en su descendencia una lengua, a fin de que todos invoquen el nombre del Señor y le sirvan bajo un mismo yugo. Desde los confines de los ríos de Etiopía me traerán ofrendas. Entonces no serás ya confundida por todas las impiedades que has cometido contra mí, porque yo borraré de ti las maldades de tus ofensas. Y dejarás ya de gloriarte sobre mi monte santo y haré de ti un pueblo manso y humilde, y el resto de Israel temerá el nombre del Señor. A estos restantes alude otra profecía que recuerda el Apóstol en estos términos: *Aunque tu pueblo, Israel, fuera como la arena del mar, los restantes se salvarán.* Los restantes de esa nación creyeron en Cristo.

CAPITULO XXXIV

Profecías de Daniel y Ezequiel, concordes en lo referente a Cristo y a su Iglesia

1. Daniel y Ezequiel, dos de los profetas mayores, profetizaron durante la cautividad de Babilonia. Daniel determinó ya hasta el número de años que pasarían antes de la venida y pasión de Cristo. Hacer aquí el cómputo sería largo, amén de que ya lo han hecho otros antes que yo. De su poder y gloria habla en estos términos: *He tenido una visión en sueños en la que vi que venía entre las nubes del cielo un personaje que parecía el Hijo del hombre y que avanzó hasta el Anciano de días. Y, en presentándose ante él, le dió el principado, el honor y el reino,*

---

pulos linguam, et in progenie eius, ut omnes invocent nomen Domini, et serviant ei sub uno iugo; a finibus fluminum Aethiopiae afferent mihi hostias. In illo die non confunderis ex omnibus adinventionibus tuis, quas impie egisti in me: quia tunc auferam abs te pravitates iniuriae tuae; et iam non adiicies ut magnificeris super montem sanctum meum: et subrelinquam in te populum mansuetum et humilem; et verebuntur a nomine Domini, qui reliqui fuerint Israel [60]. Hae sunt reliquiae, de quibus alibi prophetatur, quod Apostolus etiam commemorat: *Si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliquiae salvae fient* [61]. Hae quippe in Christum illius gentis reliquiae crediderunt.

CAPUT XXXIV

De prophetia Danielis et Ezechielis, quae in Christum Ecclesiamque concordat

1. In ipsa porro Babyloniae captivitate prius prophetaverunt Daniel et Ezechiel, alii scilicet duo ex Prophetis maioribus. Quorum Daniel etiam tempus quo venturus fuerat Christus atque passurus, numero definivit annorum: quod longum est computando monstrare, et ab aliis factitatum est ante nos. De potestate vero eius et gloria sic locutus est: *Videbam,* inquit, *in visu noctis, et ecce cum nubibus caeli ut filius hominis veniens erat, et usque ad vetustum dierum pervenit; et in conspectu eius praelatus est; et ipsi datus est principatus, et honor, et regnum: et omnes po-*

[60] Ibid., 3,9-13, sec. LXX.
[61] Is. 10,22; Rom. 9,27.

y todos los pueblos, tribus y lenguas le servirán. Su poder es un poder eterno, que no pasará, y su reino será indestructible.

2. Ezequiel a su vez, al estilo de los profetas, figurando a Cristo en David, de cuya descendencia tomó la carne en forma de esclavo, por la que se hizo hombre, y por la cual el Hijo de Dios es llamado también siervo de Dios, lo prenunció, hablando en persona del Dios Padre, así: *Y suscita un pastor que apaciente mis rebaños, mi siervo David. El los apacentará y él será su pastor. Y yo, el Señor, seré su Dios, y mi siervo David será el príncipe en medio de ellos. Lo he dicho yo, el Señor.* Y en otro lugar: *Y habrá solamente un rey que los mande a todos, y nunca más formarán ya dos naciones, ni en lo venidero estarán divididos en dos reinos. No se contaminarán más con sus ídolos, ni con sus abominaciones, ni con todas sus maldades; y yo los sacaré salvos de todos los lugares donde ellos pecaron, y los purificaré, y ellos serán mi pueblo, y yo seré su Dios. Y mi siervo David será rey, y uno solo será el Pastor de todos ellos.*

CAPITULO XXXV

Vaticinios de Ageo, de Zacarías y de Malaquías

1. Aún quedan tres profetas menores que profetizaron al fin de la cautividad, y son Ageo, Zacarías y Malaquías. Ageo predijo a Cristo y a la Iglesia, breve, pero claramente, en estos términos: *Esto dice el Señor de los ejércitos: Todavía un poco de tiempo, y yo pondré en movimiento el cielo y la tierra, el mar y los continentes. Pondré en movimiento todas las naciones y vendrá el Deseado de todas las gentes.* Esta profecía está ya en parte cumplida, y en parte esperamos que se cumplirá al fin. Conmovió ya el cielo con el testimonio de los ángeles y de las estrellas en su encarnación. Movilizó la tierra con el inmenso milagro de su nacimiento de una virgen. Movió el mar y los continentes cuando Cristo fué anunciado en las islas y en el orbe entero. Así vemos que todas las gentes están abocadas a la fe. Esto que sigue: *Y vendrá el Deseado de todas las gentes,* debe entenderse de su segunda venida [70], porque para ser deseado por los que le esperan convino que fuera antes amado por los creyentes.

2. Zacarías habla así de Cristo y de la Iglesia: *Regocíjate sobremanera, hija de Sión, y salta de júbilo, hija de Jerusalén, porque he aquí que vendrá a ti tu Rey, el Justo y el Salvador; vendrá pobre y montado sobre una asna y su pollino. Y dominará desde un mar a otro, y desde los ríos hasta los confines de la tierra.* El Evangelio nos enseña en qué ocasión se sirvió Cristo de esta cabalgadura, y hace mención, en parte, de esta profecía. En otro pasaje, el profeta, dirigiéndose al mismo Cristo y hablando de la remisión de los pecados que había de obrar su sangre, dice: *Y tú por la sangre de tu testamento hiciste salir a los tuyos, que se hallaban cautivos, de la cisterna sin agua.* La regla de fe nos da libertad para interpretar esa cisterna de diversas maneras [71]. A mi juicio, la mejor significación de esa palabra es la profundidad seca y estéril de la miseria huma-

puli, tribus et linguae ipsi servient. Potestas eius, potestas perpetua, quae non transibit; et regnum eius non corrumpetur [62].

2. Ezechiel quoque more prophetico per David Christum significans, quia carnem de David semine assumpsit; propter quam formam servi, qua factus est homo, etiam servus Dei dicitur idem Dei filius, sic eum prophetando praenuntiat ex persona Dei Patris: *Et suscitabo,* inquit, *super pecora mea pastorem unum qui pascat ea, servum meum David: et ipse pascet ea, et ipse erit eis in pastorem. Ego autem Dominus ero eis in Deum, et servus meus David princeps in medio eorum: ego Dominus locutus sum* [63]. Et alio loco: *Et rex,* inquit, *unus erit omnibus imperans: et non erunt ultra duae gentes, nec dividentur amplius in duo regna; neque polluentur ultra in idolis suis, et abominationibus suis, et in cunctis iniquitatibus suis. Et salvos eos faciam de universis sedibus suis, in quibus peccaverunt, et mundabo eos: et erunt mihi populus, et ego ero illis Deus: et servus meus David rex super eos, et pastor unus erit omnium eorum* [64].

CAPUT XXXV

De trium prophetarum vaticinio, id est, Aggaei, Zachariae et Malachiae

1. Restant tres minores Prophetae, qui prophetaverunt in fine captivitatis, Aggaeus, Zacharias, Malachias. Quorum Aggaeus Christum et Ecclesiam hac apertius brevitate prophetat: *Haec dicit Dominus exercituum: Adhuc unum modicum est, et ego commovebo caelum, et terram, et mare, et aridam, et movebo omnes gentes; et veniet Desideratus cunctis gentibus* [65]. Haec prophetia partim iam completa cernitur, partim speratur in fine complenda. Movit enim caelum Angelorum et siderum testimonio, quando incarnatus est Christus. Movit terram ingenti miraculo, de ipso virginis partu. Movit mare et aridam, cum et in insulis et in orbe toto Christus annuntiatur. Ita moveri omnes gentes videmus ad fidem. Iam vero quod sequitur, *Et veniet Desideratus cunctis gentibus,* de novissimo eius exspectatur adventu. Ut enim desideratus esset exspectantibus, prius oportuit eum dilectum esse credentibus.

2. Zacharias de Christo et Ecclesia: *Exsulta,* inquit, *valde, filia Sion; iubila, filia Ierusalem: ecce Rex tuus veniet tibi, iustus, et salvator; ipse pauper, et ascendens super asinam, et super pullum filium asinae: et potestas eius a mari usque ad mare, et a fluminibus usque ad fines terrae* [66]. Hoc quando factum sit, ut Dominus Christus in itinere iumento huius generis uteretur, in Evangelio legitur: ubi et haec prophetia commemoratur ex parte, quantum illi loco sufficere visum est [67]. Alio loco ad ipsum Christum in Spiritu prophetiae loquens de remissione peccatorum per eius sanguinem: *Tu quoque,* inquit, *in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua* [68]. Quid per hunc lacum velit intelligi, possunt diversa sentiri, etiam secundum rectam fidem. Mihi tamen videtur non eo significari melius, nisi humanae miseriae siccam profunditatem

[62] Dan. 7,13 et 14.
[63] Ez. 34,23 et 24.
[64] Ibid., 37,22-24
[65] Agg. 2,7 et 8.
[66] Zach. 9,9 et 10.
[67] Mt. 21.
[68] Zach. 9,11.

na, en la que no corren los ríos de la justicia, sino el fango de la iniquidad. De ella se dice en un salmo: *Y me sacó de la cisterna de mi miseria, y del lodo de la tierra.*

3. Malaquías, anunciando la Iglesia, que vemos propagada por Cristo, dice claramente a los judíos en persona de Dios: *Mi afecto no va hacia vosotros, dice el Señor de los ejércitos; ni aceptaré de vuestra mano ofrenda alguna. Porque desde levante a poniente es grande mi nombre entre las naciones, y en todo lugar se sacrificará y se ofrecerá a mi nombre una ofrenda pura, pues es grande mi nombre entre las naciones, dice el Señor.* Este sacrificio es el ofrecido por el sacerdocio de Cristo según el orden de Melquisedec, que vemos que se ofrece en todo lugar desde oriente a poniente. Y no pueden negar que cesó el sacrificio de los judíos, a quienes dijo: *Mi afecto no va ya hacia vosotros ni aceptaré de vuestra mano ofrenda alguna.* ¿A qué esperan aún otro Cristo, si esta profecía, que ven cumplida, sólo puede ser cumplida por él? Y poco después añade él mismo en persona de Dios: *Mi alianza en él fué alianza de vida y de paz, y yo le di que me temiera santamente y tuviera respeto a mi nombre. La ley de la verdad regía su boca, anduvo conmigo en paz y convirtió a muchos de sus pecados. Los labios del sacerdote han de ser el depósito de la ciencia, y han de esperar todos la ley de su boca, porque es el ángel del Señor omnipotente.* No es extraño que se llame ángel del Señor omnipotente a Jesucristo. Como se le llamó siervo por la forma de siervo que tomó, así se le llama ángel por el Evangelio que anunció a los hombres. Porque Evangelio, traducido a nuestro idioma, es igual a buena nueva, y ángel, a nuncio. Y todavía dice más: *He aquí*

quodammodo et sterilem, ubi non sunt fluenta iustitiae, sed iniquitatis lutum. De hoc quippe etiam in Psalmo dicitur: *Et eduxit me de lacu miseriae, et de luto limi*[69].

3. Malachias prophetans Ecclesiam, quam per Christum cernimus propagatam, Iudaeis apertissime dicit ex persona Dei: *Non est mihi voluntas in vobis, et munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, et in omni loco sacrificabitur et offeretur nomini meo oblatio munda: quia magnum nomen meum in gentibus, dicit Dominus*[70]. Hoc sacrificium per sacerdotium Christi secundum ordinem Melchisedech, cum in omni loco a solis ortu usque ad occasum Deo iam videamus offerri, sacrificium autem Iudaeorum, quibus dictum est, *Non est mihi voluntas in vobis, nec accipiam de manibus vestris munus*, cessasse negare non possunt; quid adhuc exspectant alium Christum, cum hoc quod prophetatum legunt et impletum vident, impleri non potuerit, nisi per ipsum? Dicit enim paulo post de ipso ex persona Dei: *Testamentum meum erat cum eo vitae et pacis: et dedi ei ut timore timeret me, et a facie nominis mei revereretur. Lex veritatis erat in ore ipsius, in pace dirigens ambulavit mecum, et multos convertit ab iniquitate: quoniam labia sacerdotis custodient scientiam, et legem inquirent ex ore eius; quoniam angelus Domini omnipotentis est*[71]. Nec mirandum est, quia omnipotentis Dei angelus

[69] Ps. 39,3.
[70] Mal. 1,10.
[71] Ibid., 2,5-7.

que envío mi ángel, y él oteará el camino ante mí. Y luego vendrá a su templo el Señor, a quien vosotros buscáis, y el ángel del Testamento, a quien deseáis. Vedle; ahí viene, dice el Señor omnipotente. ¿Quién aguantará el día de su llegada? Y ¿quién resistirá su mirada? En este pasaje se anuncia la primera y la segunda venida de Cristo, es a saber: la primera, en estas palabras: *Y luego vendrá a su templo*, es decir, a su carne, de la que dijo en el Evangelio: *Destruíd este templo, y yo le reedificaré en tres días;* y la segunda, en estas otras: *Vedle; ahí viene, dice el Señor omnipotente. ¿Quién aguantará el día de su llegada? Y ¿quién resistirá su mirada?* Estas expresiones: *El Señor, a quien vosotros buscáis, y el ángel del Testamento, a quien deseáis*, significan a los judíos, que buscan y desean a Cristo a tenor de las Escrituras que leen. Pero muchos de ellos no han conocido que el Mesías que deseaban y buscaban ya ha venido, porque sus merecimientos anteriores cegaron sus corazones. El Testamento a que aludió antes cuando dijo: *Mi Testamento se pactó con él*, o aquí al nombrar al ángel del Testamento, es, sin duda alguna, el Nuevo Testamento, en el que se han prometido bienes eternos, no el Viejo, en el que se prometieron temporales. Muchos débiles en la fe, teniendo en gran estima estos últimos bienes y sirviendo al Dios verdadero por ese premio, se turban al ver que también los impíos nadan y sobrenadan entre ellos. Por este motivo, el mismo profeta, para distinguir la felicidad eterna del Nuevo Testamento, que sólo se da a los buenos, de la felicidad terrena del Viejo, que se da con cierta frecuencia a los malos, dice: *Tomaron cuerpo vues-*

dictus est Christus Iesus. Sicut enim servus propter formam servi, in qua venit ad homines; sic et angelus propter Evangelium, quod nuntiavit hominibus. Nam si graeca ista interpretemur, et Evangelium bona nuntiatio est, et angelus nuntius. De ipso quippe iterum dicit: *Ecce mitto angelum meum, et prospiciet viam ante faciem meam: et subito veniet in templum suum Dominus quem vos quaeritis, et angelus testamenti quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus omnipotens: et quis sustinebit diem introitus eius? aut quis resistet in aspectu eius?*[72] Hoc loco et primum et secundum Christi praenuntiavit adventum: primum scilicet, de quo ait, *Et subito veniet in templum suum;* id est, in carnem suam, de qua dixit in Evangelio, *Solvite templum hoc, et in triduo resuscitabo illud*[73]: secundum vero, ubi ait, *Ecce venit, dicit Dominus omnipotens, et quis sustinebit diem introitus eius, aut quis resistet in aspectu eius?* Quod autem dicit, *Dominus quem vos quaeritis, et angelus testamenti quem vos vultis*, significavit utique etiam Iudaeos secundum Scripturas quas legunt, Christum quaerere, et velle. Sed multi eorum, quem quaesierunt et voluerunt, venisse non agnoverunt, excaecati in cordibus suis praecedentibus meritis suis. Quod sane hic nominat testamentum, vel supra, ubi ait, *Testamentum meum erat cum eo;* vel hic, ubi eum dixit angelum testamenti: novum procul dubio Testamentum debemus accipere, ubi sempiterna; non vetus, ubi temporalia sunt promissa: quae pro magno habentes plurimi infirmi, et Deo vero talium rerum mercede servientes, quando vident eis

[72] Mal. 3,1.2.
[73] Io. 2,19.

tras palabras contra mí, dice el Señor, y dijisteis: ¿En qué te hemos difamado? Habéis dicho: Es vano todo aquel que sirve a Dios. Y ¿qué nos viene a nosotros de haber guardado tus mandamientos y de haber andado en oración delante del Señor omnipotente? Ahora nosotros beatificamos a los extraños y se renuevan los obradores del mal, y los que han ido contra Dios también se salvan. Esto hablaron entre sí los que temían a Dios. Y Dios estuvo atento y escuchó y escribió ante él un libro de memoria a los que temen al Señor y reverencian su nombre. Este libro es figura del Nuevo Testamento. Por fin, escuchemos lo que sigue: *Y ellos serán mi heredad, dice el Señor omnipotente, el día que yo me ponga a obrar, y yo los elegiré como el padre elige al hijo obediente. Y vosotros mudaréis de parecer, y notaréis la diferencia que hay entre el justo y el injusto, entre el que sirve a Dios y el que no le sirve. Porque he aquí que llega el día encendido como un horno ardiendo y los abrasará. Todos los extranjeros y todos los pecadores serán como estopa, y ese día que se aproxima los quemará, dice el Señor omnipotente, y no quedará de ellos ni ramas ni raíces. Y a vosotros los que teméis mi nombre os nacerá el sol de justicia, que trae la salvación a la sombra de sus alas. Saldréis fuera y saltaréis de gozo como novillos sueltos. Hollaréis a los pecadores y serán polvo bajo vuestros pies el día en que yo obrare, dice el Señor omnipotente.* Este día es el día del juicio. De él, si Dios quiere, hablaremos más ampliamente en su lugar.

---

impios abundare, turbantur. Propter quod idem propheta, ut novi Testamenti beatitudinem aeternam, quae non dabitur nisi bonis, distingueret a veteris terrena felicitate, quae plerumque datur et malis: *Ingravastis,* inquit, *super me verba vestra, dicit Dominus, et dixistis, In quo detraximus de te? Dixistis, Vanus est omnis qui servit Deo; et quid plus, quia custodivimus observationes eius, et quia ambulavimus supplicantes ante faciem Domini omnipotentis? Et nunc nos beatificamus alienos, et reaedificantur omnes qui faciunt iniqua: et adversati sunt Deo, et salvi facti sunt. Haec oblocuti sunt, qui timebant Dominum, unusquisque ad proximum suum: et animadvertit Dominus, et audivit: et scripsit librum memoriae in conspectu suo, eis qui timent Dominum, et reverentur nomen eius.* Isto libro significatum est Testamentum Novum. Denique quod sequitur, audiamus: *Et erunt mihi, dicit Dominus omnipotens, in diem, qua ego facio, in acquisitionem; et eligam eos, sicut homo eligit filium suum servientem sibi: et convertimini, et videbitis inter iustum et iniustum, et inter servientem Deo, et non servientem. Quoniam ecce dies venit ardens sicut clibanus, et concremabit eos: et erunt omnes alienigenae, et omnes facientes iniquitatem stipula, et incendet illos dies qui adveniet, dicit Dominus omnipotens: et non derelinquetur eorum radix, neque sarmentum. Et orietur vobis timentibus nomen meum, sol iustitiae: et sanitas in pennis eius: et exibitis, et exsultabitis sicut vituli ex vinculis resoluti; et conculcabitis iniquos, et erunt cinis sub pedibus vestris in die, in quo ego facio, dicit Dominus omnipotens* [74]. Hic est qui dicitur dies iudicii: de quo suo loco, si Deus voluerit, loquemur uberius.

[74] Mal. 3,13-18; 4,1-3.

CAPITULO XXXVI

Esdras y los libros de los Macabeos

Después de estos tres profetas, Ageo, Zacarías y Malaquías, escribió Esdras en esta misma época en que el pueblo fué librado de la cautividad babilónica. Pero pasa más por historiador que por profeta. Su libro es parecido al de Ester, en el que se cuentan sus hazañas, realizadas en alabanza de Dios no lejos de este tiempo. Quizá se pueda decir que Esdras profetizó a Cristo en la disputa suscitada entre algunos jóvenes sobre cuál es el ser más poderoso del mundo. Y habiendo dicho uno que los reyes, otro que el vino y otro que las mujeres, que mandaron algunas veces a los reyes, este último terminó probando que es la verdad la que se lleva la palma. Y resulta que el Evangelio nos dice que Cristo es la verdad. Desde la restauración del pueblo hasta Aristóbulo, los judíos fueron gobernados no por reyes, sino por príncipes. El cómputo de ese tiempo no se enumera en las Escrituras canónicas, sino en otras; así, en los libros de los Macabeos [72], tenidos por canónicos por la Iglesia y por apócrifos por los judíos. La Iglesia piensa así a causa de los sufrimientos terribles y admirables de esos mártires, que antes de la encarnación de Cristo lucharon por la ley de Dios hasta la muerte y soportaron males extraños e inauditos.

CAPUT XXXVI

De Esdra et libris Machabaeorum

Post hos tres prophetas, Aggaeum, Zachariam, Malachiam, per idem tempus liberationis populi ex Babylonica servitute scripsit etiam Esdras, qui magis rerum gestarum scriptor est habitus, quam propheta: sicuti est et liber, qui appellatur Esther: cuius res gesta in laudem Dei non longe ab his temporibus invenitur: nisi forte Esdras in eo Christum prophetasse intelligendus est, quod inter iuvenes quosdam orta quaestione, quid amplius valeret in rebus; cum reges unus dixisset, alter vinum, tertius mulieres, quae plerumque regibus imperarent: idem tamen tertius veritatem super omnia demonstravit esse victricem [75]. Consulto autem Evangelio, Christum cognoscimus esse veritatem. Ab hoc tempore apud Iudaeos restituto templo, non reges, sed principes fuerunt usque ad Aristobulum: quorum supputatio temporum non in Scripturis sanctis, quae canonicae appellantur, sed in aliis invenitur, in quibus sunt et Machabaeorum libri, quos non Iudaei, sed Ecclesia pro canonicis habet, propter quorumdam Martyrum passiones vehementes atque mirabiles, qui antequam Christus venisset in carnem, usque ad mortem pro Dei lege certaverunt, et mala gravissima atque horribilia pertulerunt.

[75] 3 Esd. 3,9 seqq.

CAPITULO XXXVII

LAS PROFECÍAS SON MÁS ANTIGUAS QUE LA FILOSOFÍA PAGANA

En tiempo de nuestros profetas, cuyos escritos se han difundido por el mundo entero, aún no existían filósofos entre los gentiles. Al menos no se llamaban así, puesto que el nombre tiene su origen en Pitágoras de Samos, que comenzó a brillar y a ser conocido cuando se concedió la libertad a los judíos. Luego los demás filósofos fueron muy posteriores a los profetas. En efecto, Sócrates mismo, maestro de cuantos florecieron en aquel entonces, el príncipe de la moral o parte activa, viene en las crónicas después de Esdras. Poco después nació Platón, que aventajaría con mucho a los demás discípulos de Sócrates [73]. Si a éstos añadimos los siete sabios, que aún no se llamaban filósofos, y luego los físicos, que sucedieron a Tales en la búsqueda y estudio de la naturaleza, Anaximandro, Anaxímenes, Anaxágoras y algunos otros anteriores a Pitágoras, ni ellos son anteriores a todos nuestros profetas. Tales, el más antiguo de los físicos, floreció, según cuentan, en el reinado de Rómulo, cuando el río de la profecía brotó de la fuente de Israel en esa serie de escritos que inundaron el mundo entero. Sólo los poetas teólogos, Orfeo, Lino y Museo, y si hubo algunos otros entre los griegos, fueron anteriores a los profetas hebreos, cuyos escritos están canonizados. Pero tampoco ellos han

CAPUT XXXVII

QUOD PROPHETICA AUCTORITAS OMNI ORIGINE GENTILIS PHILOSOPHIAE INVENIATUR ANTIQUIOR

Tempore igitur Prophetarum nostrorum, quorum iam scripta ad notitiam fere omnium gentium pervenerunt, philosophi gentium nondum erant, qui hoc etiam nomine vocarentur, quod coepit a Samio Pythagora, qui eo tempore, quo Iudaeorum est soluta captivitas, coepit excellere atque cognosci. Multo ergo magis caeteri philosophi post Prophetas reperiuntur fuisse. Nam ipse Socrates Atheniensis, magister omnium qui tunc maxime claruerunt, tenens in ea parte, quae moralis vel activa dicitur, principatum, post Esdram in Chronicis invenitur. Non multo post etiam Plato natus est, qui longe caeteros Socratis discipulos anteiret. Quibus si addamus etiam superiores, qui nondum philosophi vocabantur, septem scilicet Sapientes, ac deinde physicos qui Thaleti successerunt, in perscrutanda natura rerum studium eius imitati, Anaximandrum scilicet et Anaximenem et Anaxagoram, aliosque nonnullos, antequam Pythagoras philosophum primus profiteretur, nec illi Prophetas nostros universos temporis antiquitate praecedunt: quandoquidem Thales, post quem caeteri fuerunt, regnante Romulo eminuisse fertur, quando de fontibus Israel in eis litteris, quae toto orbe manarent, prophetiae flumen erupit. Soli igitur illi theologi poetae, Orpheus, Linus, Musaeus, et si quis alius apud Graecos

precedido a nuestro gran teólogo Moisés, que anunció al único Dios verdadero y cuyos escritos ocupan el puesto de honor en el campo del canon. Así, los griegos, cuya lengua ha enriquecido grandemente las letras humanas, no tienen por qué jactarse de su sabiduría como más antigua, y menos como superior a nuestra religión, única fuente de sabiduría auténtica. Sin embargo—y esto hay que admitirlo—, no solamente en Grecia, sino también en las naciones bárbaras, como en Egipto, había ya antes de Moisés semilla de doctrina, que para ellos era sabiduría. Si esto no fuera verdad, los Libros santos no dirían que Moisés estaba versado en toda la sabiduría de los egipcios, pues allí donde nació y fué adoptado y alimentado por la hija del faraón, allí fué educado en las artes liberales. Mas ni la misma sabiduría de los egipcios precedió a la de los profetas, puesto que Abrahán también fué profeta. Y ¿qué sabiduría pudo haber en Egipto antes de que Isis, a la cual, después de muerta, rindieron culto como a una gran diosa, les enseñara las letras? Ahora bien, Isis fué hija de Inaco, primer rey de Argos, y en esta época ya habían nacido los nietos de Abrahán [74].

fuit, his Prophetis Hebraeis, quorum scripta in auctoritate habemus, annis reperiuntur priores. Sed nec ipsi verum theologum nostrum Moysen, qui unum verum Deum veraciter praedicavit, cuius nunc scripta in auctoritatis canone prima sunt, tempore praevenerunt: ac per hoc quantum ad Graecos attinet, in qua lingua litterae huius saeculi maxime ferbuerunt, nihil habent unde sapientiam suam iactent, quo religione nostra, ubi vera sapientia est, si non superior, saltem videatur antiquior. Verum, quod fatendum est, non quidem in Graecia, sed in barbaris gentibus, sicut in Aegypto, iam fuerat ante Moysen nonnulla doctrina, quae illorum sapientia diceretur: alioquin non scriptum esset in Libris sanctis, Moysen eruditum fuisse omni sapientia Aegyptiorum [76], tunc utique quando ibi natus est, et a filia Pharaonis adoptatus atque nutritus, etiam liberaliter educatus est. Sed nec sapientia Aegyptiorum sapientiam Prophetarum nostrorum tempore antecedere potuit, quandoquidem et Abraham propheta fuit [77]. Quid autem sapientiae esse potuit in Aegypto, antequam eis Isis, quam mortuam tanquam deam magnam colendam putaverunt, litteras traderet? Isis porro Inachi filia fuisse proditur, qui primus regnare coepit Argivis, quando Abrahae iam nepotes reperiuntur exorti.

[76] Act. 7,22.
[77] Gen. 20,7

CAPITULO XXXVIII

Sabiduría del canon eclesiástico

Y si nos remontamos a tiempos más antiguos, antes del diluvio existía ya el patriarca Noé, a quien llamaría con fundamento profeta, porque el arca que construyó era una profecía del cristianismo. Y ¿qué decir de Henoc, el séptimo de los descendientes de Adán? ¿No dice de él el apóstol Santiago, en su Epístola canónica, que profetizó? Sus escritos no han sido admitidos en el canon ni por los judíos ni por nosotros porque su antigüedad los hacía sospechosos [75]. Es verdad que se escriben obras cuya autenticidad no les parece dudosa a quienes, según su propio criterio, creen lo que les place. La castidad del canon no los aceptó no porque rechace la autoridad de esos hombres que agradaron a Dios, sino porque no cree en su autenticidad. Además, no es de extrañar que se tengan por sospechosas obras publicadas a nombre de antigüedad. Así, vemos que en la historia de los reyes de Israel y de Judá—que creemos verdadera por ser canónica—se citan muchas hazañas que allí no se encuentran, y se remite a otros libros escritos por profetas, y a veces nos dan el nombre de los mismos. Y, sin embargo, no han sido admitidos en el canon consagrado por el pueblo de Dios. Confieso que la razón de esto se me oculta, so

---

CAPUT XXXVIII

Quod quaedam sanctorum scripta ecclesiasticus canon propter nimiam non receperit vetustatem, ne per occasionem eorum falsa veris insererentur

Iam vero si longe antiquiora repetam, et ante illud grande diluvium noster erat utique Noe patriarcha, quem prophetam quoque non immerito dixerim: si quidem ipsa arca quam fecit, et in qua cum suis evasit, prophetia nostrorum temporum fuit. Quid Enoch septimus ab Adam, nonne etiam in canonica epistola apostoli Iudae prophetasse praedicatur? [78] Quorum scripta ut apud Iudaeos et apud nos in auctoritate non essent, nimia fecit antiquitas, propter quam videbantur habenda esse suspecta, ne proferrentur falsa pro veris. Nam et proferuntur quaedam quae ipsorum esse dicantur ab eis qui pro suo sensu passim, quod volunt, credunt. Sed ea castitas canonis non recepit, non quod eorum hominum, qui Deo placuerunt, reprobetur auctoritas, sed quod ista esse non credantur ipsorum. Nec mirum debet videri, quod suspecta habentur, quae sub tantae antiquitatis nomine proferuntur; quandoquidem in ipsa historia regum Iuda et regum Israel, quae res gestas continet, de quibus eidem Scripturae canonicae credimus, commemorantur plurima, quae ibi non explicantur, et in libris aliis inveniri dicuntur, quos Prophetae scripserunt, et alicubi eorum quoque Prophetarum nomina non tacentur [79]; nec tamen inveniuntur in canone, quem recepit populus Dei. Cuius rei, fateor, causa me latet; nisi quod existimo, etiam ipsos, quibus ea quae in auctoritate religionis esse deberent, sanctus utique Spiritus revelabat, alia sicut homines historica diligentia, alia sicut Prophetas inspiratione divina scribere potuisse; atque haec ita fuisse distincta, ut illa tanquam ipsis, ista vero tanquam Deo per ipsos loquenti, iudicarentur esse tribuenda; ac sic illa pertinerent ad ubertatem cognitionis, haec ad religionis auctoritatem: in qua auctoritate custoditur canon, praeter quem si qua iam etiam sub nomine veterum Prophetarum scripta proferuntur, nec ad ipsam copiam scientiae valent, quoniam utrum eorum sint, quorum esse dicuntur, incertum est; et ob hoc eis non habetur fides, maxime his in quibus etiam contra fidem librorum canonicorum quaedam leguntur, propter quod ea prorsus non esse apparet illorum.

[78] Iudae 14

[79] 1 Par. 29,29; 2 Par. 9,29.

pena de decir que esos hombres a quienes el Espíritu Santo revelaba las cosas dignas de ser canonizadas por la religión pudieran escribir unas cosas como hombres e historiadores, y otras, como profetas, por inspiración divina. Y de este modo, unas se debían atribuir a ellos como tales sujetos y otras a Dios, que hablaba por ellos. Aquéllas se debían a investigación científica, y éstas a autoridad religiosa. Esta autoridad es el custodio del canon, y si al margen de él se publican algunos escritos con el nombre de profetas antiguos, no sirven ni a título de erudición, porque es incierto si son del autor a quien se atribuyen. A esto se debe el que no se dé fe a esos libros, sobre todo a los que contienen cosas contrarias a los libros canónicos, prueba ésta infalible de su inautenticidad [76].

CAPITULO XXXIX

Los hebreos y su lengua

No se debe pensar, como piensan algunos, que la lengua hebrea solamente ha sido conservada por Héber, que dió su nombre a los hebreos, y que de él pasó a Abrahán, y que las letras hebreas comenzaron desde la ley dada por Moisés. Es más creíble que tan celebrada lengua con sus letras ha sido conservada a través de los siglos desde la época primitiva [77]. En efecto, Moisés estableció en el pueblo de Dios maestros que

---

CAPUT XXXIX

De hebraicis litteris, quae nunquam in suae linguae proprietate non fuerint

Non itaque credendum est, quod nonnulli arbitrantur, hebraeam tantum linguam per illum qui vocabatur Heber, unde Hebraeorum vocabulum est, fuisse servatam, atque inde pervenisse ad Abraham, hebraeas autem litteras a lege coepisse, quae data est per Moysen; sed potius per illam successionem patrum, memoratam linguam cum suis litteris custodi-

enseñaran las letras antes de conocer las letras de la Ley divina. La Escritura llama a estos hombres γραμματοεισαγωγεῖς, que puede traducirse por inductores o introductores a las letras justamente porque las inducen, es decir, las introducen, en cierto modo, en el corazón de los discípulos o, por mejor decir, introducen en ellas a los discípulos. Que no se gloríe, pues, nación alguna de su sabiduría como más antigua que nuestros patriarcas y profetas, a quienes asistió la sabiduría divina, puesto que ni Egipto, que acostumbra a jactarse falsa y vanamente de la antigüedad de su sabiduría, puede recabar para sí esta prioridad. Y nadie ose tampoco decir que los egipcios fueron muy sabios en las disciplinas mágicas antes de que las letras llegaran a su conocimiento, es decir, antes de que Isis los instruyera. Además, su celebrada sabiduría ¿a qué se reducía sino a astronomía y a alguna otra ciencia análoga, más propia para ejercitar los ingenios que para hacer al hombre verdaderamente sabio? En cuanto a la filosofía, que cree enseñar a los hombres el modo de hacerse felices, no floreció en ese país hasta los días de Mercurio, llamado Trismegisto. Florecieron, por tanto, esos estudios mucho antes que los sabios o filósofos griegos, pero después de Abrahán, de Isaac, de Jacob y de José. Y también después de Moisés. Porque Atlas, ese gran astrólogo, hermano de Promoteo y abuelo materno del gran Mercurio, de quien fué nieto Mercurio Trismegisto, vivía cuando nació Moisés.

---

tam. Denique Moyses in populo Dei constituit, qui docendis litteris praeessent, prius quam divinae legis ullas litteras nossent. Hos appellat Scriptura γραμματοεισαγωγεῖς, qui latine dici possunt litterarum inductores, vel introductores, eo quod eas inducant, id est introducant quodammodo in corda discentium, vel in eas potius ipsos quos docent. Nulla igitur gens de antiquitate sapientiae suae super Patriarchas et Prophetas nostros, quibus inerat divina sapientia, ulla se vanitate iactaverit; quando nec Aegyptus invenitur, quae solet falso et inaniter de suarum doctrinarum antiquitate gloriari, qualicumque sapientia sua Patriarcharum nostrorum tempore praevenisse sapientiam. Neque enim quisquam dicere audebit mirabilium disciplinarum eos peritissimos fuisse, antequam litteras nossent, id est, antequam Isis eo venisset, easque ibi docuisset. Ipsa porro eorum memorabilis doctrina, quae appellata est sapientia, quid erat nisi maxime astronomia, et si quid aliud talium disciplinarum magis ad exercenda ingenia, quam ad illuminandas vera sapientia mentes valere solet? Nam quod attinet ad philosophiam, quae se docere profitetur aliquid, unde fiant homines beati, circa tempora Mercurii, quem Trismegistum vocaverunt, in illis terris eiusmodi studia claruerunt: longe quidem ante sapientes vel philosophos Graeciae, sed tamen post Abraham, et Isaac, et Iacob, et Ioseph; nimirum etiam post ipsum Moysen. Eo quippe tempore, quo Moyses natus est, fuisse reperitur Atlas ille magnus astrologus, Promethei frater, maternus avus Mercurii maioris, cuius nepos fuit Trismegistus iste Mercurius.

CAPITULO XL

Vanidad de los egipcios. Su ciencia no es tan antigua

Es, pues, vano que ciertos charlatanes, hinchados de necia presunción, digan que hace más de cien mil años que es conocida en Egipto la astrología. ¿En qué libro han encontrado este número, ellos que han aprendido las letras de su maestra Isis hace poco más de dos mil años? Esta es afirmación de Varrón, historiador de talla, y está acorde con la verdad de las divinas Letras. Y si desde Adán, que es el primer hombre, apenas han pasado seis mil años, los que adelantan opiniones a una verdad tan reconocida, ¿no merecen más bien ser ridiculizados que refutados? [78]. ¿A quién podemos creer mejor para cosas pasadas que a quien predijo las cosas futuras que vemos ya cumplidas? Además, la misma discordancia de los historiadores entre sí nos brinda un argumento fuerte para creer con más cordura a los que no se oponen a la historia divina [79]. Cuando los ciudadanos de la ciudad impía, esparcidos por todo el mundo, leen a hombres muy sabios, todos de igual autoridad en la materia, y ven que disputan entre sí sobre los hechos más alejados de nuestra época, no saben a qué atenerse ni a quién dar fe. En cambio, nosotros, apoyados en la autoridad divina, en lo concerniente a nuestra religión, no dudamos que cuanto se opone a ella es una falsedad, sea cual fuere el

---

CAPUT XL

De Aegyptiorum mendacissima vanitate, quae antiquitati scientiae suae centum millia adscribit annorum

Frustra itaque vanissima praesumptione garriunt quidam, dicentes, ex quo rationem siderum comprehendit Aegyptus, amplius quam centum annorum millia numerari. In quibus enim libris istum numerum collegerunt, qui non multum ante annorum duo millia litteras magistra Iside didicerunt? Non enim parvus auctor est in historia Varro, qui hoc prodidit, quod a litterarum etiam divinarum veritate non dissonat. Cum enim ab ipso primo homine, qui est appellatus Adam, nondum sex millia annorum compleantur, quomodo non isti ridendi potius, quam refellendi sunt, qui de spatio temporum tam diversa, et huic exploratae veritati tam contraria persuadere conantur? Cui enim melius narranti praeterita credimus, quam qui etiam futura praedixit, quae praesentia iam videmus? Nam et ipsa historicorum inter se dissonantia copiam nobis praebet, ut ei potius credere debeamus, qui divinae, quam tenemus, non repugnat historiae. Porro autem cives impiae civitatis, diffusi usquequaque per terras, cum legunt doctissimos homines, quorum nullius contemnenda videatur auctoritas, inter se de rebus gestis ab aetatis nostrae memoria remotissimis discrepantes, cui potius credere debeant, non inveniunt. Nos vero in nostrae religionis historia, fulti auctoritate divina, quidquid ei resistit, non dubitamus esse falsissimum, quomodolibet sese habeant caetera in saecularibus

valor que se dé a esas historias en las letras profanas. Y es que, sean verdaderas o falsas, no tienen gran importancia para llevar una vida recta y feliz.

CAPITULO XLI

Discordancia de la filosofía y concordancia de las Escrituras en la Iglesia

1. Pero dejemos ya a los historiadores y preguntemos a los filósofos, que parecen tener un solo fin en sus escritos: encontrar un medio de vida apto para arribar a la felicidad: ¿Por qué discrepan los discípulos de sus maestros, y los condiscípulos entre sí, sino porque procedieron en la búsqueda como hombres y por razonamientos humanos? [80]. Admito que ha podido influir el afán de gloria, anheloso cada cual de aventajar a los demás en sabiduría y en sutilidad, sin allanarse a la sentencia ajena e inventando una doctrina y una opinión propias; y también que algunos o muchos se separaron de sus maestros o condiscípulos únicamente por el amor a la verdad, luchando por ella aunque no lo fuera. Mas ¿qué puede o adónde y por dónde conduce la infelicidad humana a la beatitud si no lleva por guía la autoridad divina? Nuestros autores, admitidos y enmarcados en el canon de las sagradas Letras, no disienten entre sí nunca y en nada. Esto ha dado pie a la creencia, tan extendida no entre cuatro charlatanes de escuela y gimnasios, sino entre los hombres del campo y de la ciudad, tanto doctos como indoctos, de que al escribir, o les habló Dios, o Dios habló por ellos. Y fué preciso que fueran pocos para que su número no vulgarizara este patrimonio de la religión, y que no fueran tan pocos que restaran admirabilidad a su perfecta concordia. Entre la multitud de filósofos que dejaron por escrito sus doctrinas no es fácil hallar dos que estén acordes en todos los puntos. Y no insisto, porque mostrar esto sería largo.

2. ¿Qué autor hay en esta ciudad demonícola tan aprobado, sea de la escuela que sea, que condene a los demás que opinan cosas adversas y diversas? ¿No estaban en boga y de moda en Atenas a la vez los epicúreos, afirmando que los dioses no cuidan de las cosas humanas, y los estoicos, sosteniendo, por el contrario, que las dirigían y defendían dioses protectores? Por eso, siempre me ha extrañado que Anaxágoras fuera condenado por haber dicho que el sol era una piedra ardiente, negando a Dios, puesto que Epicuro vivía en su esplendor y en plena seguridad en la misma ciudad, no sólo negando la divinidad del sol y de los demás astros, sino defendiendo que no había en el mundo ni Júpiter ni otras potencias a las que llegaran las plegarias y súplicas de los hombres. ¿No brillaba en Atenas Aristipo, que ponía el sumo bien del hombre en el placer del cuerpo, y Antístenes, que lo radicaba en la virtud del ánimo, haciendo consistir la suma de la vida en fines tan diversos y tan contrarios entre sí? Además, el primero decía que el sabio debía huir el gobierno de la república, y el segundo, que debía gobernarla, y cada cual reunía discípulos, que continuaban su escuela. Cada uno combatía con su tropa por su propia opinión, y se discutía en pleno día en el vasto y cele-

---

litteris; quae seu vera seu falsa sint, nihil momenti afferunt, quo recte beateque vivamus.

CAPUT XLI

De philosophicarum opinionum dissensionibus, et canonicarum apud Ecclesiam concordia Scripturarum

1. Ut autem iam cognitionem omittamus historiae, ipsi philosophi, a quibus ad ista progressi sumus, qui non videntur laborasse in studiis suis, nisi ut invenirent quomodo vivendum esset accommodate ad beatitudinem capessendam, cur dissenserunt et a magistris discipuli, et inter se condiscipuli, nisi quia ut homines humanis sensibus et humanis ratiocinationibus ista quaesierunt? Ubi quamvis esse potuerit et studium gloriandi, quo quisque alio sapientior et acutior videri cupit, neç sententiae quodammodo addictus alienae, sed sui dogmatis et opinionis inventor: tamen ut nonnullos vel etiam plurimos eorum fuisse concedam, quos a suis doctoribus vel discendi sociis amor veritatis abruperit, ut pro ea certarent, quam veritatem putarent, sive illa esset, sive non esset; quid agit, aut quo vel qua, ut ad beatitudinem perveniatur, humana se porrigit infelicitas, si divina non ducit auctoritas? Denique auctores nostri, in quibus non frustra sacrarum litterarum figitur et terminatur canon, absit ut inter se aliqua ratione dissentiant. Unde non immerito, cum illa scriberent, eis Deum vel per eos locutum, non pauci in scholis atque gymnasiis litigiosis disputationibus garruli, sed in agris atque in urbibus cum doctis atque indoctis tot tantique populi crediderunt. Ipsi sane pauci esse debuerunt, ne multitudine vilesceret quod religione earum esse oporteret: nec tamen ita pauci, ut eorum non sit miranda consensio. Neque enim in multitudine philosophorum, qui labore etiam litterario monumenta suorum dogmatum reliquerunt, facile quis invenerit, inter quos cuncta quae sensere conveniant: quod ostendere hoc opere longum est.

2. Quis autem sectae cuiuslibet auctor sic est in hac daemonicola civitate approbatus, ut caeteri improbarentur, qui diversa et adversa senserunt? Nonne apud Athenas et Epicurei clarebant, asserentes res humanas ad deorum curam non pertinere, et Stoici, qui contraria sentientes, eas regi atque muniri diis adiutoribus atque tutoribus disputabant? Unde miror cur Anaxagoras reus factus sit, quia solem esse dixit lapidem ardentem, negans utique Deum, cum in eadem civitate gloria floruerit Epicurus, vixeritque securus, non solum solem vel ullum siderum Deum esse non credens, sed nec Iovem, nec ullum deorum omnino in mundo habitare contendens, ad quem preces hominum supplicationesque perveniant. Nonne ibi Aristippus in voluptate corporis summum bonum ponens, ibi Antisthenes virtute animi potius hominem fieri beatum asseverans, duo philosophi nobiles et ambo Socratici, in tam diversis atque inter se contrariis finibus vitae summam locantes, quorum etiam ille fugiendam, iste administrandam sapienti dicebat esse rempublicam, ad suam quisque sectam sectandam discipulos congregabat? Nempe palam in conspicua et notissima porticu, in gymnasiis, in hortulis, in locis publicis ac privatis, catervatim pro sua

bérrimo Pórtico [81], en los gimnasios, en los jardines [82], en los lugares públicos y en las casas. Unos sostenían que no había más que un mundo; otros, que muchos; unos, que el mundo ha tenido principio; otros, que no; unos, que tendrá fin, y otros, que será eterno; unos, que es gobernado por la mente divina, y otros, por la fortuna y el azar. Unos defendían que las almas son inmortales, y otros, que mortales. Y los defensores de la inmortalidad, unos dicen que retornan a las bestias; otros, que no; y los de la mortalidad, unos sostienen que mueren con el tiempo, y otros, que viven después más o menos tiempo y que luego mueren. Unos hacen consistir el sumo bien en el cuerpo; otros, en el ánimo; otros, en ambos, y otros añaden a éstos los bienes extrínsecos. Unos decían que debía creerse siempre a los sentidos del cuerpo; otros, que no siempre, y otros, que nunca [83].

¿Qué pueblo, qué reinado, qué autoridad pública de la ciudad impía sentó plaza de juez para definir entre opiniones tan opuestas de los filósofos, aprobando unas y rechazando otras? ¿No es verdad que las recibió todas indiferentemente, aunque se trataba no de algún pedazo de tierra o de alguna suma de dinero, sino de las cosas más trascendentales, que deciden la felicidad o miseria de los hombres? Aunque en realidad se enseñaban algunas verdades, la falsedad campeaba con la misma licencia. Tan es así, que esta ciudad se llama místicamente, y no sin razón, Babilonia, que es decir, como ya hemos apuntado, Confusión. Importa poco al diablo, que es su rey, que los hombres se debatan entre sí por errores contrarios, puesto que su impiedad los tiene esclavizados a todos por igual.

---

quisque opinione certabant: alii asserentes unum, alii innumerabiles mundos; ipsum *autem unum alii ortum esse, alii vero initium non habere*; alii interiturum, alii semper futurum; alii mente divina, alii fortuitu et casibus agi: alii immortales esse animas, alii mortales; et qui immortales, alii revolvi in bestias, alii nequaquam; qui vero mortales, alii mox interire post corpus, alii vivere etiam postea vel paululum, vel diutius, non tamen semper: alii in corpore constituentes finem boni, alii in animo, alii in utroque, alii extrinsecus posita etiam bona ad animum et corpus addentes: alii sensibus corporis semper, alii non semper, alii nunquam, putantes esse credendum. Has et alias pene innumerabiles dissensiones philosophorum, quis unquam populus, quis senatus, quae potestas vel dignitas publica impiae civitatis diiudicandas, et alias probandas ac recipiendas, alias improbandas repudiandasque curavit, ac non passim sine ullo iudicio confuseque habuit in gremio suo tot controversias hominum dissidentium, non de agris et domibus, vel quacumque pecuniaria ratione, sed de his rebus, quibus aut misere vivitur aut beate? Ubi etsi aliqua vera dicebantur, eadem licentia dicebantur et falsa; prorsus ut non frustra talis civitas mysticum vocabulum Babylonis acceperit. Babylon quippe interpretatur Confusio, quod nos iam dixisse meminimus [80]. Nec interest diaboli regis eius, quam contrariis inter se rixentur erroribus, quos merito multae variaeque impietatis pariter possidet.

[80] L.16 c.4, et alibi.

3. En cambio, esa nación, ese pueblo, esa ciudad, esa república, en una palabra, los israelitas, a quienes se confió la palabra de Dios, nunca confundieron a los seudoprofetas con los profetas auténticos, sino que, siempre concordes entre sí y en nada discordes, reconocían y retenían a los verdaderos autores de las sagradas Letras. Para ellos, éstos eran los filósofos, es decir, los amadores de la sabiduría, sus sabios, sus teólogos, sus profetas y sus doctores en probidad y en piedad. Quien ha sentido y vivido según sus máximas, no ha vivido y sentido según los hombres, sino según Dios, que habló por ellos. Si prohiben el sacrilegio, es Dios quien lo prohibe. Y si dicen: *Honra a tu padre y a tu madre*, es precepto de Dios. Y si dijeron: *No fornicarás, no hurtarás, no matarás*, y demás mandamientos, no son palabras de hombres, sino oráculos divinos. Todas las verdades que algunos filósofos llegaron a discutir entre sus errores y se afanaron por persuadir con esmero, como, por ejemplo, que Dios ha creado el mundo y que lo administra con providencia, y cuanto escribieron sobre la belleza de las virtudes, el amor a la patria, la fidelidad en la amistad, las buenas obras y lo concerniente a las buenas costumbres, aunque desconociendo el fin a que debían tender y los medios, todo ha sido predicado al pueblo en la Ciudad de Dios por boca de los profetas sin argumentos y sin disputas. Así, el iniciado en estas verdades temería despreciar, no el ingenio humano, sino la palabra del mismo Dios.

---

3. At vero gens illa, ille populus, illa civitas, illa respublica, illi Israelitae, quibus credita sunt eloquia Dei, nullo modo pseudoprophetas cum veris Prophetis pari licentia confuderunt: sed concordes inter se atque in *nullo dissentientes*, sacrarum *Litterarum* veraces ab eis agnoscebantur et tenebantur auctores. Ipsi eis erant philosophi, hoc est, amatores sapientiae, ipsi sapientes, ipsi theologi, ipsi prophetae, ipsi doctores probitatis atque pietatis. Quicumque secundum illos sapuit et vixit, non secundum homines, sed secundum Deum, qui per eos locutus est, sapuit et vixit. Ibi si prohibitum est sacrilegium, Deus prohibuit. Si dictum est, *Honora patrem tuum et matrem tuam*, Deus iussit. Si dictum est, *Non moechaberis, Non homicidium facies, Non furaberis* [81], et caetera huiusmodi, non haec ora humana, sed oracula divina fuderunt. Quidquid philosophi quidam inter falsa, quae opinati sunt, verum videre potuerunt, et laboriosis disputationibus persuadere moliti sunt, quod mundum istum fecerit Deus, eumque ipse providentissimus administret, de honestate *virtutum*, de *amore patriae*, de fide amicitiae, de bonis operibus atque omnibus ad mores probos pertinentibus rebus, quamvis nescientes ad quem finem et quonam modo essent ista omnia referenda, propheticis, hoc est divinis vocibus, quamvis per homines, in illa civitate populo commendata sunt, non argumentationum concertationibus inculcata; ut non hominis ingenium, sed Dei eloquium contemnere formidaret, qui illa cognosceret.

[81] Ex 20,12-15.

CAPITULO XLII

Providencia de Dios en la traducción del Antiguo Testamento, hecha del hebreo al griego

Uno de los Ptolomeos, rey de Egipto, se empeñó en conocer y poseer estas sagradas Letras. A la muerte del admirable coloso Alejandro de Macedonia, por sobrenombre Magno, que había subyugado toda el Asia y casi al orbe entero, parte por la fuerza y las armas, y parte por el terror, conquistando, entre otras regiones de Oriente, a Judea, sus capitanes dividieron el reino, no para gobernarlo en paz, sino para deshacerlo en guerras. Justamente en esta época comenzaba en Egipto el reinado de los Ptolomeos. El primero fué el hijo de Lago, que llevó cautivos a Egipto a muchos judíos. Ptolomeo Filadelfo, su sucesor, les dió la libertad y les permitió volver a su país. Y lo que es más, envió presentes para el templo de Dios, y pidió al entonces pontífice Eleazar que le mandara las Escrituras, pues sin duda había oído, en alas de la fama, que eran divinas, y deseaba por ello señalarles un lugar en su famosa biblioteca. El sumo sacerdote se las envió en hebreo, y el rey pidió intérpretes para traducirlas. Y se le enviaron setenta y dos hombres, seis de cada tribu, muy versados en la lengua hebrea y en la griega. La costumbre ha logrado llamar a esta versión la versión de los Setenta. Se cuenta que en la traducción hubo una unanimidad tan maravillosa, tan estupenda y tan plenamente divina, que, habiéndola hecho cada uno por separado (así quiso Ptolomeo probar su fidelidad), coincidieron tanto en el sentido como en las palabras, de tal suerte que parecía obra de un solo intérprete. Y no es de extrañar, puesto que en todos actuaba un mismo Espíritu [84]. Dios, con este admirable don, quiso encarecer a los gentiles que habían de creer un día, como vemos ya cumplido, la autoridad de las Escrituras como obra divina, no humana.

CAPITULO XLIII

Autoridad y valor de los Setenta

Aunque otros han traducido las Sagradas Escrituras del hebreo al griego, como Aquila, Símaco, Teodoción y un autor desconocido, cuya versión por este motivo se llama Quinta Edición [85], la Iglesia ha recibido la versión de los Setenta como si fuera única, y de ella se sirven los griegos cristianos, la mayor parte de los cuales ignoran si hay alguna otra. Sobre esta versión de los Setenta se ha hecho una versión al latín, que es la usada en las iglesias latinas [86]. Y en nuestros días, Jerónimo, hombre de mucho saber y muy versado en las tres lenguas, ha traducido las Escrituras directamente del hebreo al latín. Los judíos reconocen que ésta es muy fiel y sostienen que los Setenta se han equivocado en muchos puntos. Sin embargo, las iglesias de Cristo estiman que la autoridad de estos

---

CAPUT XLII

Qua dispensatione providentiae Dei Scripturae sacrae Veteris Testamenti ex hebraeo in graecum eloquium translatae sint, ut Gentibus innotescerent

Has sacras Litteras etiam unus Ptolemaeorum regum Aegypti nosse studuit et habere. Nam post Alexandri Macedonis, qui etiam Magnus cognominatus est, mirificentissimam minimeque diuturnam potentiam, qua universam Asiam, imo pene totum orbem, partim vi et armis, partim terrore subegerat, quando inter caetera Orientis etiam Iudaeam ingressus obtinuit; eo mortuo comites eius, cum regnum illud amplissimum non pacifice inter se possessuri divisissent, sed potius dissipassent, bellis omnia vastaturi, Ptolemaeos reges habere coepit Aegyptus: quorum primus Lagi filius, multos ex Iudaea captivos in Aegyptum transtulit. Huic autem succedens alius Ptolemaeus, qui est appellatus Philadelphus, omnes quos ille adduxerat subiugatos, liberos redire permisit: insuper et dona regia in templum Dei misit, petivitque ab Eleazaro tunc pontifice, dari sibi Scripturas, quas profecto audierat fama praedicante divinas; et ideo concupiverat habere in bibliotheca, quam nobilissimam fecerat. Has ei cum idem pontifex misisset hebraeas, post etiam ille interpretes postulavit; et dati sunt septuaginta duo, de singulis duodecim tribubus seni homines, linguae utriusque doctissimi, hebraeae scilicet atque graecae. Quorum interpretatio ut Septuaginta vocetur, iam obtinuit consuetudo. Traditur sane tam mirabilem ac stupendum pleneque divinum in eorum verbis fuisse consensum, et cum ad hoc opus separatim singuli sederint (ita enim eorum fidem Ptolemaeo placuit explorare), in nullo verbo, quod idem significaret et tantumdem valeret, vel in verborum ordine, alter ab altero discreparet: sed tanquam unus esset interpres, ita quod omnes interpretati sunt, unum erat: quoniam re vera Spiritus erat unus in omnibus. Et ideo tam mirabile Dei munus acceperant, ut illarum Scripturarum, non tanquam humanarum, sed sicut erant, tanquam divinarum, etiam isto modo commendaretur auctoritas, credituris quandoque gentibus profutura, quod iam videmus effectum.

CAPUT XLIII

De auctoritate Septuaginta interpretum, quae, salvo honore hebraei stili, omnibus sit interpretibus praeferenda

Nam cum fuerint et alii interpretes, qui ex hebraea lingua in graecam sacra illa eloquia transtulerunt, sicut Aquila, Symmachus, Theodotion; sicut etiam illa est interpretatio, cuius auctor non apparet, et ob hoc sine nomine interpretis, Quinta editio nuncupatur: hanc tamen quae Septuaginta est, tanquam sola esset, sic recepit Ecclesia, eaque utuntur Graeci populi Christiani, quorum plerique utrum alia sit aliqua ignorant.

hombres escogidos por el pontífice Eleazar para tal obra debe anteponerse a toda otra. Y es que, aun cuando no les hubiera asistido un solo Espíritu, el divino indudablemente, sino que hubieran comparado, como hombres sabios, las palabras entre sí y dejaran las que eran del agrado de todos, su versión sería siempre preferible a la de un particular. Mas como en ellos apareció una nota tan clara de la divinidad, cualquiera versión fiel de la Escritura que se haga del hebreo a otra lengua, o está acorde con los Setenta o, si no lo está al parecer, debe creerse que hay allí algún profundo misterio. Porque el mismo Espíritu que asistió a los profetas cuando componían las Escrituras, ese mismo animaba a los setenta varones cuando las traducían. Y es indudable que pudo decir muy bien otra cosa con autoridad divina, como si los profetas hubieran dicho ambas cosas, porque las dos las diría el mismo Espíritu. Pudo decir la misma cosa de diversas maneras, a fin de que, si no las mismas palabras, al menos descubrieran el mismo sentido los buenos entendedores. Pudo además añadir u omitir algo para mostrarnos que el traductor no fué esclavo de las palabras, sino del poder divino, que le llenaba y dirigía en la obra. Algunos han pensado que es preciso corregir la versión de los Setenta por los códices hebreos, pero no se han atrevido a quitar lo que los Setenta añadieron a los hebreos. Se limitaron únicamente a añadir lo que faltaba en los Setenta y se hallaba en los hebreos. Y esto lo han hecho notar poniendo al principio de los versículos ciertos signos en forma de estrellas, que llaman asteriscos.

Ex hac Septuaginta interpretatione etiam in latinam linguam interpretatum est quod Ecclesiae Latinae tenent. Quamvis non defuerit temporibus nostris presbyter Hieronymus, homo doctissimus, et omnium trium linguarum peritus, qui non ex graeco, sed ex hebraeo in latinum eloquium easdem Scripturas converterit. Sed eius tam litteratum laborem quamvis Iudaei fateantur esse veracem, Septuaginta vero interpretes in multis errasse contendant; tamen Ecclesiae Christi tot hominum auctoritati, ab Eleazaro tunc pontifice ad hoc tantum opus electorum, neminem iudicant praeferendum: quia etsi non in eis unus apparuisset Spiritus, sine dubitatione divinus, sed inter se verba interpretationis suae Septuaginta docti more hominum contulissent, ut quod placuisset omnibus hoc maneret, nullus eis unus interpres debuit anteponi; cum vero tantum in eis signum divinitatis apparuit, profecto quisquis alius illarum Scripturarum ex hebraea in quamlibet aliam linguam interpres est verax, aut congruit illis Septuaginta interpretibus, aut si congruere non videtur, altitudo ibi prophetica esse credenda est. Spiritus enim qui in Prophetis erat, quando illa dixerunt, idem ipse erat etiam in Septuaginta viris, quando illa interpretati sunt: qui profecto auctoritate divina et aliud dicere potuit, tanquam propheta ille utrumque dixisset, quia utrumque idem Spiritus diceret; et hoc ipsum aliter, ut si non eadem verba, idem tamen sensus bene intelligentibus dilucesceret; et aliquid praetermittere, et aliquid addere, ut etiam hinc ostenderetur non humanam fuisse in illo opere servitutem, quam verbis debebat interpres, sed divinam potius potestatem, quae mentem replebat et regebat interpretis. Nonnulli autem codices graecos interpretationis Septuaginta ex hebraeis codicibus emendandos putarunt:

Lo que falta en los hebreos y existe en los Setenta, lo han señalado con trazos horizontales, semejantes a los signos de las onzas. Códices de éstos, y en abundancia, los hallamos aún hoy entre nosotros. Y para apreciar las cosas que no han sido ni omitidas ni añadidas, sino que han sido dichas de otro modo, bien tengan un sentido abiertamente idéntico, bien un sentido diferente, es preciso cotejar y confrontar ambos códices. Si, pues, como debe ser, no consideramos a los hombres que compusieron las Escrituras más que como instrumentos del Espíritu de Dios, diremos que las cosas que se hallan en el hebreo y no se hallan en los Setenta, quiso el Espíritu divino decirlas por los profetas y no por éstos. Y cuanto hay en los Setenta y falta en el hebreo, el mismo Espíritu prefirió decirlas por éstos, mostrando de esta suerte que unos y otros fueron profetas. A este tenor dijo unas cosas por Isaías; otras, por Jeremías, y otras, por este o aquel profeta, o dijo esas mismas de otra forma por éste o por aquél. En fin, cuando se contienen en las dos fuentes las mismas cosas, el Espíritu quiso servirse de unos y de otros para decirlas, pero de tal modo que aquéllos precedieron profetizando y éstos siguieron interpretando sus profecías. El mismo Espíritu que asistió a los primeros, estableciendo entre ellos una concordancia perfecta, ese mismo apareció en los segundos, conduciendo su pluma para dar interpretaciones idénticas [87].

nec tamen ausi sunt detrahere, quod hebraei non habebant, et Septuaginta posuerunt; sed tantummodo addiderunt quae in hebraeis inventa, apud Septuaginta non erant: eaque signis quibusdam in stellarum modum factis, ad capita eorumdem versuum notaverunt, quae signa asteriscos vocant. Illa vero quae non habent hebraei, habent autem Septuaginta, similiter ad capita versuum iacentibus virgulis, sicut scribuntur unciae, signaverunt. Et multi codices has notas habentes usquequaque diffusi sunt et latini. Quae autem non praetermissa vel addita, sed aliter dicta sunt, sive alium sensum faciant etiam ipsum non abhorrentem, sive alio modo eumdem sensum explicare monstrentur, nisi utrisque codicibus inspectis nequeunt reperiri. Si igitur, ut oportet, nihil aliud intueamur in Scripturis illis, nisi quid per homines dixerit Dei Spiritus, quidquid est in hebraeis codicibus, et non est apud interpretes Septuaginta noluit ea per istos, sed per illos Prophetas Dei Spiritus dicere. Quidquid vero est apud Septuaginta, in hebraeis autem codicibus non est, per istos ea maluit, quam per illos, idem Spiritus dicere, sic ostendens utrosque fuisse prophetas. Isto enim modo alia per Isaiam, alia per Ieremiam, alia per alium atque alium prophetam, vel aliter eadem per hunc ac per illum dixit, ut voluit. Quidquid porro apud utrosque invenitur, per utrosque dicere voluit unus atque idem Spiritus; sed ita, ut illi praecederent prophetando, isti sequerentur prophetice illos interpretando: quia sicut in illis vera, et concordantia dicentibus unus pacis Spiritus fuit; sic et in istis non secum conferentibus, et tamen tanquam uno ore cuncta interpretantibus, idem Spiritus unus apparuit.

CAPITULO XLIV

Una discordancia entre los Setenta y el texto hebreo. Su explicación

Tal vez diga alguno: ¿Cómo sabré qué dijo el profeta Jonás a los ninivitas: *Todavía tres días, o todavía cuarenta días, y Nínive será destruída?* ¿Quién no ve que el profeta, enviado para conminar a Nínive su inminente destrucción, no pudo señalar en tal coyuntura dos términos diferentes y que se excluyen el uno al otro? Porque, si es a los tres días, no lo será a los cuarenta, y si a los cuarenta, no a los tres. Si se me pregunta cuál de los dos ha señalado Jonás, creo más acertado el hebreo: *Todavía cuarenta días,* y *Nínive será destruída,* porque los Setenta, al interpretarlo mucho después, han podido hacerle decir otras palabras, que, sin embargo, están relacionadas con el tema y expresan en otros términos un solo y mismo sentido. Además, invitaría al lector a que, sin desdeñar ninguna autoridad de éstas, se apoyara en la historia y buscara la causa motiva de la historia narrada. Los acontecimientos predichos se cumplieron en Nínive, es verdad, pero hay algo más profundo y superior a esa ciudad en ellos, como fué verdad que efectivamente el profeta estuvo tres días en el vientre de un cetáceo, y, sin embargo, figuraba otro que había de estar tres días en el sepulcro, y éste era el Señor de todos los profetas. Por tanto, si por esa ciudad entendemos figurada proféticamente la iglesia

CAPUT XLIV

Quid intelligendum sit de Ninivitarum excidio, cuius denuntiatio in hebraeo quadraginta dierum spatio tenditur, in Septuaginta autem tridui brevitate concluditur

Sed ait aliquis, Quomodo sciam quid Ionas propheta dixerit Ninivitis, utrum *Triduum, et Ninive evertetur;* an, *Quadraginta dies?* [82] Quis enim non videat non potuisse utrumque tunc dici a Propheta, qui missus fuerat terrere comminatione imminentis exitii civitatem? Cui si tertio die fuerat futurus interitus, non utique quadragesimo die: si autem quadragesimo, non utique tertio. Si ergo a me quaeritur, quid horum Ionas dixerit, hoc puto potius quod legitur in hebraeo, *Quadraginta dies, et Ninive evertetur.* Septuaginta quippe longe posterius interpretati aliud dicere potuerunt, quod tamen ad rem pertineret, et in unum eumdemque sensum, quamvis sub altera significatione, concurreret; admoneretque lectorem, utraque auctoritate non spreta, ab historia sese attollere ad ea requirenda, propter quae significanda historia ipsa conscripta est. Gesta sunt quippe illa in Ninive civitate, sed aliquid etiam significaverunt, quod modum illius civitatis excedat: sicut gestum est, quod ipse Propheta in ventre ceti triduo fuit, et tamen alium significavit in profundo inferni tri-

[82] Io. 3,4.

de los gentiles, que fué destruída, en cierto modo, por la penitencia, en cuanto que no será más lo que había sido, como el cambio de esta iglesia, figurada por Nínive, fué obra de Cristo, es el mismo Cristo el simbolizado en los tres o en los cuarenta días. En los cuarenta, porque, después de su resurrección, vivió cuarenta días entre sus discípulos, y luego subió al cielo, y en los tres, porque resucitó al tercer día. Así parece que los setenta intérpretes y profetas han querido despertar al lector anheloso únicamente de atenerse a los datos históricos, invitándole a profundizar en el contenido de la profecía y diciéndole en cierta manera: Busca en los cuarenta días al mismo en que puedes hallar los tres días, y verás que unos se cumplen en la ascensión, y otros, en la resurrección. Esto pudo, pues, significarse, con mucho acierto, por los dos números, en el profeta Jonás, de una manera, y en los Setenta, de otra, pero siempre por obra de un solo y mismo Espíritu. Esquivo la prolijidad, y por eso no quiero aducir otros ejemplos, en los que se creería que los Setenta se alejan de la verdad del hebreo, y, bien entendidos, están perfectamente acordes. De aquí que yo, a mi modo, haya creído acertado servirme del hebreo y de los Setenta, siguiendo el ejemplo de los apóstoles, que, al citar, así lo hicieron, porque, a fin de cuentas, son una misma autoridad divina. Mas prosigamos, según nuestras posibilidades, nuestro empeño.

duo futurum, qui Dominus est omnium Prophetarum. Quapropter si per illam civitatem recte accipitur Ecclesia gentium prophetice figurata, eversa scilicet per poenitentiam, ut qualis fuerat iam non esset; hoc quoniam per Christum factum est in Ecclesia gentium, cuius illa Ninive figuram gerebat, sive per quadraginta dies, sive per triduum, idem ipse significatus est Christus; per quadraginta scilicet, quia tot dies peregit cum discipulis suis post resurrectionem, et ascendit in caelum; per triduum vero, quia die tertio resurrexit: tanquam lectorem nihil aliud quam historiae rerum gestarum inhaerere cupientem, de somno excitaverint Septuaginta interpretes, iidemque Prophetae, ad perscrutandam altitudinem prophetiae, et quodammodo dixerint: In quadraginta diebus ipsum quaere, in quo et triduum potueris invenire; illud in ascensione, hoc in eius resurrectione reperies. Propter quod utroque numero significari convenientissime potuit, quorum unum per Ionam prophetam, alterum per Septuaginta interpretum prophetiam, tamen unus atque idem Spiritus dixit. Longitudinem fugio, ut non haec per multa demonstrem, in quibus ab hebraica veritate putantur Septuaginta interpretes discrepare, et bene intellecti inveniuntur esse concordes. Unde etiam ego pro meo modulo vestigia sequens Apostolorum, quia et ipsi ex utrisque, id est, ex hebraeis et ex Septuaginta, testimonia prophetica posuerunt, utraque auctoritate utendum putavi, quoniam utraque una atque divina est. Sed iam quae restant, ut possumus, exsequamur.

CAPITULO XLV

Decadencia de los judíos y fin de los profetas

1. Desde el momento en que los judíos dejaron de tener profetas, la nación empeoró, aunque se prometían un florecimiento en esta época de la restauración del templo después de la cautividad de Babilonia. Este era el sentido que aquel pueblo carnal había dado a la profecía de Ageo: *La gloria de esta última casa será grande, será mayor que la de la primera.* Pero lo que precede a esto nos pone de manifiesto que hablaba del Nuevo Testamento, pues dice, prometiendo claramente a Cristo: *Yo pondré en movimiento todas las naciones, y vendrá el Deseado de todas las gentes.* Los Setenta, con autoridad de profetas, han dado a las palabras otro sentido, que conviene mejor al cuerpo que a la cabeza, es decir, a la Iglesia mejor que a Cristo: *Vendrán las naciones que el Señor ha elegido entre todas,* es decir, vendrán los hombres de los que dice Cristo en el Evangelio: *Muchos son los llamados y pocos los elegidos.* En efecto, de esos elegidos de las naciones, como de piedras vivas, se edifica la casa de Dios por el Nuevo Testamento, casa mucho más gloriosa que el templo construído por Salomón y restaurado después de la cautividad. Desde entonces, la nación judía no tuvo más profetas y sufrió males sin cuento de parte

CAPUT XLV

Quod post instaurationem templi prophetas Iudaei habere destiterint, et exinde usque ad nativitatem Christi continuis adversitatibus sint afflicti, ut probaretur alterius templi aedificationem propheticis vocibus fuisse promissam

1. Posteaquam gens Iudaea coepit non habere Prophetas, procul dubio deterior facta est, eo scilicet tempore, quo se sperabat instaurato templo post captivitatem, quae fuit in Babylonia, futuram esse meliorem. Sic quippe intelligebat populus ille carnalis, quod praenuntiatum est per Aggaeum prophetam dicentem, *Magna erit gloria domus istius novissimae, plus quam primae.* Quod de novo Testamento dictum esse, paulo superius demonstravit, ubi ait aperte Christum promittens, *Et movebo omnes gentes, et veniet Desideratus cunctis gentibus* [83]. Quo loco Septuaginta interpretes alium sensum magis corpori quam capiti, hoc est, magis Ecclesiae quam Christo convenientem prophetica auctoritate dixerunt: *Venient quae electa sunt Domini de cunctis gentibus,* id est homines, de quibus ipse Iesus in Evangelio, *Multi,* inquit, *vocati, pauci vero electi* [84]. Talibus enim electis gentium, domus Dei aedificatur per Testamentum novum lapidibus vivis, longe gloriosior, quam templum illud fuit, quod a rege Salomone constructum est, et post captivitatem instauratum. Propter hoc ergo nec

[83] Agg. 2,10.8.
[84] Mt. 22,14.

de los reyes extranjeros y de los romanos con el fin de que no creyeran que esta profecía de Ageo se cumplió en la restauración del templo.

2. Poco tiempo después fué sometida al imperio de Alejandro. Y, aunque entonces no causó ningún estrago, pues, no atreviéndose a resistir, se rindió y se sometió por las buenas, con todo, la gloria de esta casa no fué tan grande como lo había sido bajo la libre dominación de sus reyes. Es cierto que Alejandro inmoló víctimas en el templo de Dios, pero lo hizo llevado menos de una verdadera piedad que de una impía superstición, creyendo que debía culto a ese Dios como a los dioses falsos. Después de la muerte de Alejandro, Ptolomeo, hijo de Lago, como apunté arriba, llevó a los judíos cautivos a Egipto, y Ptolomeo Filadelfo, su sucesor, les dió generosamente la libertad. A éste debemos en gran parte, como queda dicho, la versión de los Setenta. Luego se vieron complicados en las guerras narradas en los libros de los Macabeos. Después fueron vencidos por Ptolomeo Epífanes, rey de Alejandría, y se vieron constreñidos, por las inauditas crueldades de Antíoco, rey de Siria, a tributar culto a los ídolos. Y el templo fué mancillado por las sacrílegas supersticiones de los gentiles, hasta que fué purificado de toda esa idolatría por el valor de Judas Macabeo, gran capitán, que expulsó a los cabecillas de Antíoco.

3. Mas poco después, un tal Alcimo usurpó el pontificado por la ambición, aunque no era de línea sacerdotal. Esto era un atentado. Pasaron cincuenta años, durante los cuales, a excepción de algunas oportunas campañas, no tuvieron paz los judíos, y, al cabo de ellos, Aristóbulo tomó la diadema y se

Prophetas ex illo tempore habuit illa gens, et multis cladibus afflicta est ab alienigenis regibus, ipsisque Romanis, ne hanc Aggaei prophetiam in illa instauratione templi opinaretur impletam.

2. Non multo enim post adveniente Alexandro subiugata est; quando etsi nulla facta est vastatio, quoniam non sunt ausi ei resistere, et ideo placatum facillime subditi receperunt, non erat tamen gloria tanta domus illius, quanta fuit in suorum regum libera potestate. Hostias sane Alexander immolavit in Dei templo, non ad eius cultum vera pietate conversus, sed impia vanitate cum diis eum falsis colendum putans. Deinde Ptolemaeus Lagi filius, quod supra memoravi, post Alexandri mortem captivos inde in Aegyptum transtulit, quos eius successor Ptolemaeus Philadelphus benevolentissime inde dimisit: per quem factum est, quod paulo ante narravi, ut Septuaginta interpretum Scripturas haberemus. Deinde contriti sunt bellis, quae in Machabaeorum libris explicantur. Post haec capti a rege Alexandriae Ptolemaeo, qui est appellatus Epiphanes; inde ab Antiocho rege Syriae multis et gravissimis malis ad idola colenda compulsi, templumque ipsum repletum sacrilegis superstitionibus gentium, quod tamen dux eorum strenuissimus Iudas, qui etiam Machabaeus dictus est, Antiochi ducibus pulsis, ab omni illa idololatriae contaminatione mundavit.

3. Non autem multo post Alcimus quidam per ambitionem, cum a genere sacerdotali esset alienus, quod nefas erat, pontifex factus est. Hinc iam post annos ferme quinquaginta, in quibus eis tamen pax non fuit, quamvis aliqua et prospere gesserint, primus apud eos Aristobulus assump-

hizo rey y pontífice a la vez. Antes desde la vuelta de Babilonia y la restauración del templo, no habían tenido reyes, sino jefes o príncipes, y, aunque el rey puede llamarse también príncipe, por el principado que ostenta, y jefe, por ser ductor del ejército, no todo príncipe o jefe puede llamarse rey. Alejandro sucedió a Aristóbulo en el sacerdocio y en el reinado. Y en su reinado cuentan que fué cruel para sus súbditos. Después de él fué reina de los judíos su esposa Alejandra, que señaló el principio de males mucho mayores. Como sus dos hijos Aristóbulo e Hircano se disputaban el imperio, las fuerzas romanas, a petición de Hircano, se volcaron contra la nación israelítica. Roma había ya subyugado a Africa, a Grecia, y había paseado sus armas victoriosas por otras partes del mundo. Y, no pudiendo sostenerse por su propio pie, parecía quebrada por su propia grandeza. Se veía atormentada por las furiosas sediciones de las casas, y de aquí se pasó a las guerras de los partidos, llegando de esta forma a las guerras civiles. Estaba tan abatida y quebrantada la república, que estuvo a punto de cambiar de régimen e implantar la monarquía. Pompeyo, uno de los grandes capitanes de los romanos, invadió con su ejército a Judea, tomó la ciudad, abrió el templo no como suplicante, sino como vencedor, y entró en el santo de los santos no como vencedor, sino como profanador. Entrar sólo se permitía al sumo sacerdote. Y, una vez confirmado en el pontificado y puesto por sumo sacerdote, llevó consigo a Aristóbulo prisionero [88]. Desde entonces, los judíos comenzaron a ser tributarios de los romanos. Después, Casio [89] saqueó el templo. Y unos años más

to diademate, et rex et pontifex factus est. Antea quippe, ex quo de Babyloniae captivitate reversi sunt, templumque instauratum est, non reges, sed duces vel principes habuerunt: quamvis et qui rex est, possit dici princeps a principatu imperandi, et dux eo quod sit ductor exercitus: sed non continuo quicumque principes vel duces sunt, etiam reges dici possunt, quod iste Aristobulus fuit. Cui successit Alexander, etiam ipse rex et pontifex, qui crudeliter in suos regnasse traditur. Post hunc uxor eius Alexandra regina Iudaeorum fuit, ex cuius tempore et deinceps mala sunt eos secuta graviora. Filii quippe huius Alexandrae Aristobulus et Hyrcanus inter se de imperio dimicantes, vires adversus Israeliticam gentem provocavere Romanas. Hyrcanus namque ab eis contra fratrem poposcit auxilium. Tunc iam Roma subiugaverat Africam, subiugaverat Graeciam, lateque etiam aliis orbis partibus imperans tanquam se ipsam ferre non valens, sua se quodammodo magnitudine fregerat. Pervenerat quippe ad seditiones domesticas graves, atque inde ad bella socialia, moxque civilia, tantumque se comminuerat atque attriverat, ut ei mutandus reipublicae status, quo regeretur regibus, immineret. Pompeius ergo populi Romani praeclarissimus princeps, Iudaeam cum exercitu ingressus civitatem capit, templum reserat, non devotione supplicis, sed iure victoris, et ad sancta sanctorum, quo nisi summum sacerdotem non licebat intrare, non ut venerator, sed ut profanator accedit: confirmatoque Hyrcani pontificatu, et subiugatae genti imposito custode Antipatro, quos tunc procuratores vocabant, vinctum secum Aristobulum ducit. Ex illo Iudaei etiam tributarii Romanorum esse coeperunt. Postea Cassius etiam templum exspoliavit. Deinde post paucos annos etiam Herodem alienigenam regem habere meruerunt, quo regnante natus est Christus. Iam enim venerat plenitudo temporis significata prophetico Spiritu per os patriarchae Iacob, ubi ait: *Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux de femoribus eius, donec veniat cui repositum est, et ipse exspectatio gentium* [85]. Non ergo defuit Iudaeorum princeps ex Iudaeis, usque ad istum Herodem, quem primum acceperunt alienigenam regem. Tempus ergo iam erat, ut veniret ille cui repositum erat, quod novo promissum est Testamento, ut ipse esset exspectatio gentium. Fieri autem non posset, ut exspectarent gentes eum venturum, sicut eum cernimus exspectari, ut veniat ad faciendum iudicium in claritate potentiae, nisi prius in eum crederent, cum venit ad patiendum iudicium in humilitate patientiae.

tarde tuvieron por rey a un extranjero, a Herodes, en cuyo reinado nació Cristo. Ya había llegado la plenitud de los tiempos, predichos en Espíritu por el patriarca Jacob en estos términos: *No faltará príncipe de Judá ni caudillo de su posteridad hasta que venga aquel a quien se aguardó, que es la esperanza de las naciones*. Los judíos tuvieron siempre reyes de su nación hasta Herodes, su primer rey extranjero. Había llegado ya el tiempo de la venida del Aguardado, en quien se habían de cumplir las promesas del Nuevo Testamento. Y sería la esperanza de las naciones. Las naciones no podrían esperar, como ahora hacen, la última venida, cuando venga a juzgar a los hombres con toda su potencia, si primeramente no hubieran creído en él cuando vino a ser juzgado en la humildad de su paciencia.

CAPITULO XLVI

El nacimiento del Salvador y la dispersión de los judíos

Reinando Herodes en Judea, el emperador César Augusto había dado la paz al mundo después de cambiado el régimen constitucional de la república, cuando Cristo, según la profecía citada, nació en Belén de Judá, hombre visible, nacido humanamente de una virgen, y Dios oculto, engendrado divinamente de un Dios Padre. Así lo había predicho el profeta: *Sabed que una virgen concebirá y dará a luz a un hijo, y le llamarán*

CAPUT XLVI

De ortu Salvatoris nostri, secundum quod Verbum caro factum est: et de dispersione Iudaeorum per omnes gentes, sicut fuerat prophetatum

Regnante ergo Herode in Iudaea, apud Romanos autem iam mutato reipublicae statu, imperante Caesare Augusto, et per eum orbe pacato, natus est Christus secundum praecedentem prophetiam [86] in Bethlehem Iudae, homo manifestus ex homine virgine, Deus occultus ex Deo Patre. Sic enim propheta praedixerat: *Ecce virgo in utero accipiet, et pariet*

[85] Gen. 49,10. [86] Mich. 5,2.

Emmanuel, que se traduce Dios con nosotros. Y El, para evidenciar su divinidad, obró muchos milagros. De ellos los Evangelios recogieron algunos, los suficientes para probar su intento. El primer milagro fué su admirable nacimiento, y el último, su gloriosa ascensión al cielo con su cuerpo resucitado. Los judíos, que le mataron y se negaron a creer en él, porque convenía que muriera y resucitara, sufrieron el saqueo más desgraciado de los romanos y fueron arrojados de su país, del que eran ya señores los extranjeros, y dispersados por todas partes. (Y es verdad, porque no faltan en ninguna.) Así sus propias Escrituras testifican que no hemos inventado nosotros las profecías sobre Cristo. Muchos de ellos, habiéndolas considerado antes de la pasión, y sobre todo después de la resurrección, han venido a El. A esos tales se dirigen estas palabras: *Cuando el número de los hijos de Israel fuere como la arena del mar, serán salvados los restantes.* Los demás han sido cegados según esta profecía: *En justo pago conviértaseles su mesa en lazo de perdición y ruina. Obscurézcanse sus ojos para que no vean y tráelos siempre agobiados.* En realidad, cuando no dan fe a nuestras Escrituras, se cumplen en ellos las suyas, aún ciegos para leerlas. Quizá diga alguno que los cristianos han fingido las profecías sobre Cristo que se publican con el nombre de sibilas o de otros, si es que en realidad hay alguna que no sea de origen judío. A mí me bastan las que me facilitan sus códices, y que conocemos por los testimonios que, aun contra su voluntad, contienen esos códices, de que ellos son depositarios. Sobre su dispersión por la redondez de la tierra doquiera está la Iglesia,

filium, et vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus [87]. Qui ut in se commendaret Deum, miracula multa fecit; ex quibus quaedam, quantum ad eum praedicandum satis esse visum est, Scriptura evangelica continet. Quorum primum est, quod tam mirabiliter natus est: ultimum autem, quod cum suo resuscitato a mortuis corpore ascendit in caelum. Iudaei autem, si eum occiderunt, et in eum credere noluerunt, quia oportebat eum mori et resurgere, vastati infelicius a Romanis, funditusque a suo regno, ubi iam eis alienigenae dominabantur, eradicati dispersique per terras (quandoquidem ubique non desunt), per Scripturas suas testimonio nobis sunt prophetias nos non finxisse de Christo; quas plurimi eorum considerantes, et ante passionem, et maxime post eius resurrectionem crediderunt in eum, de quibus praedictum est, *Si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliquiae salvae fient* [88]. Caeteri vero excaecati sunt, de quibus praedictum est, *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, et in retributionem, et in scandalum. Obscurentur oculi eorum, ne videant; et dorsum illorum semper incurva* [89]. Proinde cum Scripturis nostris non credunt, complentur in eis suae, quas caeci legunt: nisi forte quis dixerit illas prophetias Christianos finxisse de Christo, quae Sibyllae nomine, vel aliorum proferuntur, si quae sunt, quae non pertinent ad populum Iudaeorum. Nobis quidem illae sufficiunt, quae de nostrorum inimicorum codicibus proferuntur, quos agnoscimus propter hoc testimonium, quod nobis inviti perhibent eosdem codices habendo

[87] Is. 7,14; Mt. 1,23; Lc. 1,31.
[88] Is. 10,22.
[89] Ps. 68,23 et 24.

puede leerse a diario la profecía, expresada en uno de los salmos en estos términos: *Mi Dios me prevendrá con su misericordia. Mi Dios me la mostrará en mis enemigos, diciéndome: No acabes con ellos, no sea que olviden tu ley. Dispérsalos con tu poder.* Dios, pues, ha dejado ver la gracia de su misericordia a la Iglesia en sus enemigos, los judíos, porque, como dice el Apóstol, su pecado brinda ocasión de salvarse a las naciones. Y no los ha matado, es decir, no ha destruído en ellos el judaísmo, aunque fueran vencidos y subyugados por los romanos, por miedo a que, olvidados de la ley de Dios, no pudieran brindarnos un testimonio de lo que tratamos. Por ende, no se contentó con decir: *No acabes con ellos, no sea que olviden tu ley,* sino que añadió: *Dispérsalos.* Porque, si con este testimonio de las Escrituras permanecieran solamente en su país sin ser dispersados por doquiera, la Iglesia, extendida por el mundo entero, no podría tenerlos en todas partes por testigos de las profecías que precedieron a Cristo.

CAPITULO XLVII

¿Existían, fuera de los israelitas, ciudadanos de la Ciudad celestial antes del cristianismo?

Si, pues, algún autor extraño a los judíos y no admitido en el canon de las sagradas Letras profetizó a Cristo y llegó ya o llegare a nuestro conocimiento, podemos aducirlo a título

atque servando, per omnes gentes etiam ipsos esse dispersos, quaquaversum Christi Ecclesia dilatatur. Nam prophetia in Psalmis, quos etiam legunt, de hac re praemissa est, ubi scriptum est: *Deus meus, misericordia eius praeveniet me. Deus meus demonstravit mihi in inimicis meis, ne occideris eos, ne quando obliviscantur legem tuam: disperge eos in virtute tua* [90]. Demonstravit ergo Deus Ecclesiae in eius inimicis Iudaeis gratiam misericordiae suae, quoniam, sicut dicit Apostolus, delictum illorum, salus gentibus [91]. Et ideo non eos occidit, id est, non in eis perdidit quod sunt Iudaei, quamvis a Romanis fuerint devicti et oppressi; ne obliti legem Dei, ad hoc, de quo agimus, testimonium nihil valerent. Ideo parum fuit, ut diceret, *Ne occideris eos, ne quando obliviscantur legem tuam:* nisi etiam adderet, *Disperge eos:* quoniam si cum isto testimonio Scripturarum in sua tantummodo terra, non ubique essent, profecto Ecclesia quae ubique est, eos prophetiarum, quae de Christo praemissae sunt, testes in omnibus gentibus habere non posset.

CAPUT XLVII

An ante tempora christiana aliqui fuerint extra Israeliticum genus, qui ad caelestis civitatis consortium pertinerent

Quapropter quisquis alienigena, id est, non ex Israel progenitus, nec ab illo populo in canonem sacrarum litterarum receptus, legitur aliquid prophetasse de Christo, si in nostram notitiam venit, aut venerit, ad cu-

[90] Ps. 58,11.12.
[91] Rom. 11,11.

de redundancia. Y esto no porque nos sea necesario ese testimonio, sino porque no es incongruencia creer que existieron en otras naciones hombres a quienes fué revelado este misterio. Amén de que quienes fueron impulsados a predecirlo, o fueron particioneros de la misma gracia, o ajenos a ella, pero instruídos por los ángeles malos, que confesaron a Cristo presente, como sabemos, a quien no conocían los judíos. Además, no creo que los judíos mismos se atrevan a sostener que nadie, fuera de los israelitas, perteneció a Dios desde la elección de Israel y la reprobación de su hermano mayor. Es verdad que el pueblo llamado propiamente pueblo de Dios fué éste, pero no pueden negar que había en las demás naciones algunos hombres dignos de ser llamados verdaderos israelitas por ser ciudadanos de la patria celestial, unidos con vínculos no terrenos, sino celestiales. Si lo niegan, es fácil convencerles con el ejemplo del santo y admirable Job, que ni fué indígena ni prosélito, es decir, advenedizo al pueblo de Israel, sino un extranjero oriundo de la Idumea, donde nació y murió. La divina palabra le prodiga tales elogios, que, en cuanto a justicia y a piedad, no es comparable a ningún hombre de su tiempo. Aunque las crónicas no nos dicen en qué tiempo vivió, podemos conjeturarlo por su libro, admitido por los judíos en el canon a vista de su excelencia. Vivió tres generaciones después de Jacob. Y no me cabe la menor duda que fué afecto de la Providencia divina, que quiso enseñarnos en este ejemplo que también entre las demás naciones han existido hombres que vivieron según Dios y que le agradaron, que son miembros de la Jerusalén espiritual.

---

mulum a nobis commemorari potest: non quo necessarius sit, etiamsi desit, sed quia non incongrue creditur fuisse et in aliis gentibus homines, quibus hoc mysterium revelatum est, et qui hoc etiam praedicere impulsi sunt, sive participes eiusdem gratiae fuerint, sive expertes, sed per malos angelos docti sunt, quos etiam praesentem Christum, quem Iudaei non agnoscebant, scimus fuisse confessos. Nec ipsos Iudaeos existimo audere contendere, neminem pertinuisse ad Deum, praeter Israelitas, ex quo propago Israel esse coepit, reprobato eius fratre maiore. Populus enim revera, qui proprie Dei populus diceretur, nullus alius fuit: homines autem quosdam non terrena, sed caelesti societate ad veros Israelitas supernae cives patriae pertinentes etiam in aliis gentibus fuisse, negare non possunt: quia si negant, facillime convincuntur de sancto et mirabili viro Iob, qui nec indigena, nec proselytus, id est advena populi Israel fuit: sed ex gente Idumaea genus ducens, ibi ortus, ibidem mortuus est: qui divino sic laudatur eloquio, ut quod ad iustitiam pietatemque attinet, nullus ei homo suorum temporum coaequetur [92]. Quae tempora eius quamvis non inveniamus in Chronicis, colligimus tamen ex libro eius, quem pro sui merito Israelitae in auctoritatem canonicam receperunt, tertia generatione posteriorem fuisse quam Israel. Divinitus autem provisum fuisse non dubito, ut ex hoc uno sciremus etiam per alias gentes esse potuisse qui secundum Deum vixerunt eique placuerunt, pertinentes ad spiritualem Ierusalem. Quod nemini concessum fuisse credendum est, nisi

[92] Iob 1; Ez. 14,20.

Pero debe creerse que esta gracia se concedió solamente a aquellos a quienes fué divinamente revelado el único Mediador entre Dios y los hombres, Jesucristo hombre. Y su futura encarnación era prenunciada entonces a los futuros santos, como se nos anunció ya realizada su encarnación, a fin de que una y la misma fe por su mediación conduzca a Dios a todos los predestinados a la Ciudad de Dios, a la casa de Dios, al templo de Dios [90]. En cuanto a las profecías sobre la gracia de Dios por medio de Jesucristo que hacen otros, se puede pensar que son ficciones de los cristianos. Y así, no hay argumento más fuerte contra quienes impugnan éstos ni más propio para confirmar nuestra fe, si se toman las cosas como se debe, que aducir las predicciones divinas sobre Cristo contenidas en los códices de los judíos. Estos, arrancados de sus propios lares y esparcidos por el orbe entero, han contribuído con su testimonio al florecimiento universal de la Iglesia de Cristo.

CAPITULO XLVIII

La profecía de Ageo y su cumplimiento en la Iglesia

Esta casa de Dios es de mayor gloria que la primera, construída de madera, de piedras preciosas y recubierta de oro. La profecía de Ageo no ha sido cumplida en la restauración del templo, pues desde la restauración tuvo su mayor época de esplendor en tiempo de Salomón. Más aún, puede decirse que su gloria menguó con el cese de las profecías, y luego, por los

---

cui divinitus revelatus est unus mediator Dei et hominum homo Christus Iesus: qui venturus in carne sic antiquis sanctis praenuntiabatur, quemadmodum nobis venisse nuntiatus est, ut una eademque per ipsum fides omnes in Dei civitatem, Dei domum, Dei templum praedestinatos perducat ad Deum. Sed quaecumque aliorum prophetiae de Dei per Christum Iesum gratia proferuntur, possunt putari a Christianis esse confictae. Ideo nihil est firmius ad convincendos quoslibet alienos, si de hac re contenderint, nostrosque faciendos, si recte sapuerint, quam ut divina praedicta de Christo ea proferantur, quae in Iudaeorum scripta sunt codicibus: quibus avulsis de sedibus propriis, et propter hoc testimonium toto orbe dispersis, Christi usquequaque crevit Ecclesia.

CAPUT XLVIII

Prophetiam Aggaei, qua dixit maiorem futuram gloriam domus Dei, quam primum fuisset, non in reaedificatione templi, sed in Ecclesia Christi esse completam

Haec domus Dei maioris est gloriae, quam fuerat illa prima lignis et lapidibus, caeterisque pretiosis rebus metallisque constructa. Non itaque Aggaei prophetia in templi illius instauratione completa est. Ex quo enim instauratum est, nunquam ostenditur habuisse tantam gloriam, quantam

diversos estragos que sufrieron los judíos hasta su destrucción, llevada a cabo por los romanos, como ya hemos apuntado. En cambio, esta casa, que pertenece al Nuevo Testamento, es tanto más gloriosa cuanto mejores son las piedras que la componen, esas piedras vivas por la fe y la renovación. Ha sido figurada por la restauración del templo porque, en lenguaje profético, esa renovación significa el Nuevo Testamento. En estas palabras de Dios por el profeta: *Yo daré la paz a este lugar,* debe entenderse por el lugar que significa, el lugar significado por él. Y así como ese lugar restaurado es figura de la Iglesia, que había de ser edificada por Cristo, esas palabras tienen el siguiente sentido: Y estableceré la paz en el lugar que figura. En efecto, todas las cosas figurativas parecen representar, en cierta manera, las cosas figuradas. A este tenor dice el Apóstol: *Y la piedra era Cristo,* porque la piedra de que hablaba era figura de Cristo. La gloria de esta casa del Nuevo Testamento es, pues, mayor que la del Antiguo, y aparecerá tal cuando se haga la dedicación. Entonces vendrá el *Deseado de las naciones,* como se lee en el hebreo, porque su primera venida no podía ser deseada por todas las naciones, pues no conocían a quién habían de desear y aún no habían creído en él. Y entonces, según los Setenta (porque también su sentido es profético), *vendrán los que ha escogido el Señor de todas las naciones.* Entonces vendrán únicamente los elegidos, de los cuales dice el Apóstol: *Nos has elegido en él antes de la creación del mun-*

---

habuit tempore Salomonis: imo potius ostenditur primum cessatione prophetiae fuisse domus illius gloriam diminutam, deinde ipsius gentis cladibus tantis usque ad ultimum excidium, quod factum est a Romanis, sicut ea quae supra sunt commemorata testantur. Haec autem domus ad novum pertinens Testamentum, tanto utique maioris est gloriae, quanto meliores sunt lapides vivi, quibus credentibus renovatisque construitur. Sed ideo per instaurationem templi illius significata est, quia ipsa renovatio illius aedificii significat eloquio prophetico alterum Testamentum, quod appellatur novum. Quod ergo Deus dixit per memoratum prophetam, *Et dabo pacem in loco isto* [93]: per significantem locum, ille qui eo significatur, intelligendus est: ut quia illo loco instaurato significata est Ecclesia, quae fuerat aedificanda per Christum, nihil aliud accipiatur, quod dictum est, *Dabo pacem in loco isto*; nisi, Dabo pacem in loco, quem significat locus iste. Quoniam omnia significantia videntur quodammodo earum rerum, quas significant, sustinere personas: sicut dictum est ab Apostolo, *Petra erat Christus* [94]; quoniam petra illa, de qua hoc dictum est, significabat utique Christum. Maior est itaque gloria domus huius novi Testamenti, quam domus prioris veteris Testamenti: et tunc apparebit maior, cum dedicabitur. Tunc enim *veniet Desideratus cunctis gentibus* [95], sicut legitur in Hebraeo. Nam prius eius adventus nondum erat desideratus omnibus gentibus. Non enim quem deberent desiderare, sciebant, in quem non crediderant. Tunc etiam secundum Septuaginta interpretes (quia et ipse propheticus sensus est), *venient quae electa sunt Domini de cunctis gentibus.* Tunc enim vere non venient nisi electa, de quibus dicit Apostolus,

[93] Agg. 2,10.
[94] 1 Cor. 10,4.
[95] Agg. 2,8.

do. El gran Arquitecto, que dijo: *Muchos son los llamados y pocos los elegidos,* sabía muy bien que el edificio de esta casa, que no vería en adelante la ruina, no lo formarían los llamados, que merecieron ser despedidos, sino solamente los elegidos. Mas mientras ahora estos que separará el aventalle, como el grano de la paja en la era, llenan las iglesias, la gloria de esta casa no aparece tan grande como aparecerá cuando cada cual donde esté, estará siempre.

CAPITULO XLIX

De la convivencia general de elegidos y réprobos en la Iglesia

En este siglo perverso, en estos tristes días, donde la Iglesia logra por su humillación presente su exaltación futura, y es ejercitada con los aguijones del terror, con los tormentos del dolor, con las molestias del trabajo y con los peligros de las tentaciones, sin tener otra alegría que la esperanza si se regocija como debe, muchos réprobos se mezclan con los buenos. Unos y otros son recogidos como en la red evangélica, y en el mundo, como en el mar, prendidos en las mallas, nadan entremezclados hasta llegar a la orilla, en que los malos serán separados de los buenos [91]. Dios habitará en los buenos como en

---

Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem [96]. Ipse quippe architectus, qui dixit, *Multi vocati, pauci autem electi* [97], non de his qui vocati sic venerunt, ut de convivio proiicerentur, sed de electis demonstraturus est aedificatam domum, quae nullam deinceps formidabit ruinam. Nunc autem, quando et hi replent ecclesias, quos tanquam in area ventilatio separabit, non apparet tanta gloria domus huius, quanta tunc apparebit, quando quisquis ibi erit, semper erit.

CAPUT XLIX

De indiscreta multiplicatione Ecclesiae, qua in hoc saeculo multi reprobi miscentur electis

In hoc ergo maligno saeculo, in his diebus malis, ubi per humilitatem praesentem futuram comparat Ecclesia celsitudinem, et timorum stimulis, dolorum tormentis, laborum molestiis, tentationum periculis eruditur, sola spe gaudens, quando sanum gaudet, multi reprobi miscentur bonis; et utrique tanquam in sagenam evangelicam colliguntur [98]; et in hoc mundo, tanquam in mari, utrique inclusi retibus indiscrete natant, donec perveniatur ad littus, ubi mali segregentur a bonis, et in bonis tanquam in templo suo, sit Deus omnia in omnibus [99]. Proinde vocem nunc agnoscimus eius impleri, qui loquebatur in Psalmo, atque dicebat, *Annuntiavi,*

[96] Eph. 1,4.
[97] Mt. 22,14
[98] Ibid., 13,47.
[99] 1 Cor. 15,28.

su templo, y será todo en todos. Así vemos cumplirse la voz del que hablaba en el Salmo en estos términos: *He publicado y anunciado por doquier y se han multiplicado sin número.* Esto sucede ahora desde que fué anunciado primero por boca de San Juan, su precursor, y luego por la suya propia: *Haced penitencia, porque está cerca el reino de los cielos.* Se rodeó de algunos discípulos, a los que llamó apóstoles, hombres de condición humilde, sin honra y sin letras, de suerte que, si fueran o hicieran algo digno, El lo fuera u obrara en ellos. Entre ellos hubo uno malo, y el Señor, usando bien de su maldad, se sirvió de él para cumplir lo ordenado en torno a su pasión y dar ejemplo de tolerancia a su Iglesia. Y, una vez suficientemente esparcida la semilla del santo Evangelio, su presencia corporal padeció, murió y resucitó, mostrando con su pasión lo que debemos soportar por la verdad, y con su resurrección, lo que debemos esperar en la eternidad, sin hablar del profundo sacramento de su sangre, derramada en remisión de los pecados. Conversó después durante cuarenta días con sus discípulos en la tierra y ascendió a los cielos ante sus ojos, y diez días después envió, según su promesa, el Espíritu Santo. Su venida sobre los fieles está marcada con el signo supremo, y entonces necesario, de que hablaran toda clase de lenguas. Esto era figura de la unidad de la Iglesia católica, que había de estar extendida por todo el orbe y hablar las lenguas de todos los pueblos.

---

et locutus sum, multiplicati sunt super numerum [100]. Hoc fit nunc, ex quo primum per os praecursoris sui Ioannis, deinde per os proprium annuntiavit, et locutus est, dicens, *Agite poenitentiam, appropinquavit enim regnum caelorum* [101]. Elegit discipulos, quos et Apostolos nominavit [102], humiliter natos, inhonoratos, illitteratos; ut quidquid magnum essent et facerent, ipse in eis esset et faceret. Habuit inter eos unum, quo malo utens bene, et suae passionis dispositum impleret, et Ecclesiae suae tolerandorum malorum praeberet exemplum. Seminato, quantum per eius oportebat praesentiam corporalem, sancto Evangelio, passus est, mortuus est, resurrexit: passione ostendens quid sustinere pro veritate, resurrectione quid sperare in aeternitate debeamus; excepta altitudine sacramenti, qua sanguis eius in remissionem peccatorum fusus est. Conversatus est in terra quadraginta dies cum discipulis suis, atque ipsis videntibus ascendit in caelum, et post dies decem misit promissum Spiritum sanctum: cuius venientis in eos qui crediderant, tunc signum erat maximum et maxime necessarium, ut unusquisque eorum linguis omnium gentium loqueretur: ita significans unitatem catholicae Ecclesiae per omnes gentes futuram, ac sic linguis omnibus locuturam.

[100] Ps. 39,6.
[101] Mt. 3,2; 4,17.
[102] Lc. 6,13.

CAPITULO L

La predicación del Evangelio y su esclarecimiento

Luego hay una profecía que dice: *La ley saldrá de Sión, y la palabra de Dios, de Jerusalén;* y están las predicciones de Cristo mismo cuando, después de su resurrección, ante la admiración de los discípulos, *les abrió el espíritu para que entendiesen las Escrituras, y les dijo: Así estaba escrito y así era necesario que Cristo padeciera, y que resucitara de entre los muertos al tercer día, y que en su nombre se predicase la penitencia y el perdón de los pecados a todas las naciones, comenzando por Jerusalén.* A éstas se añade aquella que hizo respondiendo a los que le preguntaban sobre su última venida: *No os toca a vosotros saber los tiempos y los momentos, que el Padre tiene reservados a su poder. Recibiréis, sí, la virtud del Espíritu Santo, que descenderá sobre vosotros, y seréis mis testigos en toda Judea y Samaria y hasta en los confines de la tierra.* Según estas profecías, la Iglesia partió de Jerusalén, y, habiendo sido muchos en Judea y Samaria, se extendió a otras naciones, predicándoles el Evangelio aquellos a quienes Cristo, como lumbreras, había preparado con la palabra y encendido con el Espíritu Santo. El les había dicho: *No temáis a los que matan el cuerpo y no pueden matar el alma.* Y para que no les enfriase el temor, ardían en el fuego de la caridad. En suma, no solamen-

---

CAPUT L

De praedicatione Evangelii, quae per passiones praedicantium clarior et potentior facta est

Deinde secundum illam prophetiam, *Ex Sion lex prodiet, et verbum Domini ex Ierusalem* [103]: et secundum ipsius Domini Christi praedicta, ubi post resurrectionem stupentibus eum discipulis suis *aperuit sensum, ut intelligerent Scripturas, et dixit eis, Quoniam sic scriptum est, et sic oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis tertio die, et praedicari in nomine eius poenitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem* [104]; et ubi rursus eis de adventu eius novissimo requirentibus respondit, atque ait, *Non est vestrum scire tempora vel momenta, quae Pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem Spiritus sancti supervenientem in vos, et eritis mihi testes in Ierusalem, et in tota Iudaea et Samaria, et usque in fines terrae* [105]: primum se ab Ierusalem diffudit Ecclesia, et cum in Iudaea atque Samaria plurimi credidissent, et in alias gentes itum est, eis annuntiantibus Evangelium, quos ipse, sicut luminaria, et aptaverat verbo, et accenderat Spiritu sancto. Dixerat enim eis, *Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere* [106]. Qui ut frigidi timore non essent, igne charitatis ardebant

[103] Is. 2,3.
[104] Lc. 24,46.47.
[105] Act. 1,7.8
[106] Mt. 10,28.

te se sirvió para la predicación de su Evangelio de aquellos que le habían visto y oído antes y después de su pasión y resurrección, sino también de los sucesores de éstos, que llevaron su palabra al mundo entero entre persecuciones, tormentos y muertes sin cuento. Dios confirmaba esto con maravillas, con prodigios, con virtudes varias y con diversos dones del Espíritu Santo. Pretendía con esto que los gentiles, creyendo en el crucificado por la redención de ellos, veneraran con amor cristiano la sangre de los mártires que derramaron con furor diabólico, y que los reyes, cuyos edictos socavaban la Iglesia, se sometieran humildemente al nombre que se afanaron por desterrar cruelmente de la tierra. Así, sus persecuciones se dirigirían contra los dioses falsos, por cuya causa habían sido antes perseguidos los adoradores del Dios verdadero.

CAPITULO LI

La diversidad de herejías es un argumento a favor de la Iglesia Católica

1. Mas el diablo, viendo que los templos de los demonios eran abandonados y que el género humano corría al nombre del Mediador y del Libertador, suscitó a los herejes a fin de que, con capa de cristianos, combatieran la doctrina cristiana. ¡Como si la Ciudad de Dios pudiera tener en su seno, sin corrección y discriminación, personas de tan contrarios pareceres, a ejemplo de los filósofos, que se contradecían unos a otros en la ciu-

---

Denique per ipsos, non solum qui eum et ante passionem et post resurrectionem viderant et audierant, verum etiam post obitum eorum per posteros eorum, inter horrendas persecutiones et varios cruciatus ac funera martyrum praedicatum est toto orbe Evangelium, contestante Deo signis, et ostentis, et variis virtutibus, et Spiritus sancti muneribus: ut populi gentium credentes in eum, qui pro eorum redemptione crucifixus est, christiano amore venerarentur sanguinem martyrum, quem diabolico furore fuderunt; ipsique reges, quorum legibus vastabatur Ecclesia, ei nomini salubriter subderentur, quod de terra crudeliter auferre conati sunt, et falsos deos inciperent persequi, quorum causa cultores Dei veri fuerant antea persecuti.

CAPUT LI

Quod etiam per haereticorum dissensiones fides catholica roboretur

1. Videns autem diabolus templa daemonum deseri, et in nomen liberantis Mediatoris currere genus humanum, haereticos movit, qui sub vocabulo christiano doctrinae resisterent christianae, quasi possent indifferenter sine ulla correptione haberi in civitate Dei, sicut civitas confusionis indifferenter habuit philosophos inter se diversa et adversa sentientes. Qui ergo in Ecclesia Christi morbidum aliquid pravumque sapiunt, si correpti

dad de la confusión! Los que en la Iglesia de Cristo tienen opiniones malas y peligrosas, si, corregidos, resisten contumazmente y se niegan a enmendar sus pestíferas y mortíferas doctrinas y persisten en defenderlas, se hacen herejes, y, una vez fuera de la Iglesia, los miramos como enemigos que la ejercitan [92]. Así, con su mal son útiles a los verdaderos católicos, que son miembros de Cristo, usando Dios bien de los malos y cooperando todo al bien de los que le aman. En efecto, los enemigos de la Iglesia, bien sean cegados por el error, bien reprobados por la malicia, si la persiguen corporalmente, ejercitan su paciencia, y si la combaten con sus doctrinas contrarias, ejercitan su sabiduría. Pero siempre, para amar a los enemigos, los fieles ejercitan su benevolencia o su beneficencia, ora se proceda con ellos por conferencias apacibles, ora por castigos terribles. Por eso, el diablo, príncipe de la ciudad impía, sublevando a sus esclavos contra la Ciudad de Dios que peregrina en este mundo, no se permite hacerle daño alguno. La Providencia divina le procura consuelo en la prosperidad para que la adversidad no la quiebre, y en la adversidad, ejercitación para que la prosperidad no la corrompa. Esta atemperación es el origen de aquellas palabras del Salmo: *A proporción de los muchos males que atormentaron mi corazón, tus consuelos han llenado de alegría mi alma.* En el mismo tono dice el Apóstol: *Alegres en la esperanza y sufridos en la tribulación.*

2. El Doctor de las Gentes dice también que *todos los que quieran vivir santamente según Cristo, han de sufrir persecuciones.* Es preciso, pues, hacerse a la idea de que no pueden faltar

---

ut sanum rectumque sapiant, resistunt contumaciter, suaque pestifera et mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt; haeretici fiunt, et foras exeuntes habentur in exercentibus inimicis. Etiam sic quippe veris illis catholicis membris Christi malo suo prosunt, dum Deus utitur et malis bene, et diligentibus eum omnia cooperantur in bonum [107]. Inimici enim omnes Ecclesiae, quolibet errore caecentur vel malitia depraventur, si accipiunt potestatem corporaliter affligendi, exercent eius patientiam; si tantummodo male sentiendo adversantur, exercent eius sapientiam; ut autem etiam inimici diligantur, exercent eius benevolentiam, aut etiam beneficentiam, sive suadibili doctrina cum eis agatur, sive terribili disciplina. Ac per hoc diabolus princeps impiae civitatis, adversus peregrinantem in hoc mundo civitatem Dei vasa propria commovendo, nihil ei nocere permittitur. Cui procul dubio et rebus prosperis consolatio, ut non frangatur adversis; et rebus adversis exercitatio, ut non corrumpatur prosperis, per divinam providentiam procuratur: atque ita temperatur utrumque ab alterutro, ut in Psalmo illam vocem non aliunde agnoscamus exortam, *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuae iucundaverunt animam meam* [108]. Hinc est et illud Apostoli, *Spe gaudentes, in tribulatione patientes* [109].

2. Nam et id, quod ait idem doctor, *Quicumque volunt in Christo pie vivere, persecutionem patientur* [110], nullis putandum est deesse posse tem-

[107] Rom. 8,28.
[108] Ps. 93,19
[109] Rom. 12,12.
[110] 2 Tim. 3,12.

en ningún tiempo. Porque, cuando parece reinar la paz por parte de los enemigos de fuera, y en realidad reina, y ésta brinda un gran consuelo sobre todo a los débiles, dentro no faltan, más aún, son muchos los enemigos que atormentan el corazón de los hombres de bien en sus rotas costumbres. Estos son la causa de que el nombre cristiano y católico sea blasfemado, y cuanto más aman ese nombre las almas piadosas, anhelosas de vivir según Cristo, tanto más sienten que hagan esa injuria los malos cristianos, y sea por eso menos amado de lo que ellos desean. Otro objeto de dolor para los piadosos es pensar que los herejes, que se dicen también cristianos y tienen los mismos sacramentos, y las mismas Escrituras, y la misma profesión, enviscan con sus disensiones en la lucha a muchos dispuestos a abrazar el cristianismo. Y dan lugar a blasfemias contra el nombre cristiano, nombre que también ellos ostentan. Estas y parecidas posturas y desviaciones de los hombres son una persecución callada para los que quieren vivir santamente en Cristo aun sin que nadie atormente y veje su cuerpo. Es una persecución interior, cordial, no corporal. Esto arrancó aquel grito: *A proporción de los muchos dolores que atormentaron mi corazón,* pues no dice mi cuerpo. Pero además, como es sabido que las promesas de Dios son inmutables y que el Apóstol dice: *El Señor conoce a los suyos, pues a los que tiene previstos, también los predestinó para ser conformes a la imagen de su Hijo,* y, por lo tanto, de éstos no puede perecer ninguno, el Salmo añade: *Tus consuelos han llenado de alegría mi alma.* El dolor que roe el corazón de los piadosos perseguidos por las

---

poribus. Quia et cum ab eis qui foris sunt non saevientibus, videtur esse tranquillitas, et revera est, plurimumque consolationis affert, maxime infirmis; non tamen desunt, imo multi sunt intus, qui corda pie viventium suis perditis moribus cruciant: quoniam per eos blasphematur christianum et catholicum nomen: quod quanto est charius eis, qui volunt pie vivere in Christo, tanto magis dolent, quod per malos intus positos fit, ut minus quam piorum mentes desiderant, diligatur. Ipsi quoque haeretici, cum cogitantur habere nomen et sacramenta christiana, et Scripturas, et professionem, magnum dolorem faciunt in cordibus piorum: quia et multi volentes esse Christiani, propter eorum dissensiones haesitare coguntur, et multi maledici etiam in his inveniunt materiam blasphemandi Christianum nomen; quia et ipsi quoquo modo Christiani appellantur. His atque huiusmodi pravis moribus et erroribus hominum persecutionem patiuntur qui volunt in Christo pie vivere, etiam nullo infestante neque vexante corpus illorum. Patiuntur quippe hanc persecutionem non in corporibus, sed in cordibus. Unde illa vox est: *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo.* Non enim ait, In corpore meo. Sed rursus quoniam cogitantur immutabilia divina promissa, et quod ait Apostolus, *Novit Dominus qui sunt eius* [111]: *Quos enim praescivit, et praedestinavit conformes imaginis Filii sui* [112]; ex eis perire nullus potest; ideo sequitur in illo psalmo, *Consolationes tuae iucundaverunt animam meam.* Dolor autem

[111] 2 Tim. 2,19.
[112] Rom. 8,29.

costumbres de los cristianos malos o falsos es útil a los que lo sienten, porque nace de la caridad, que se alarma por estos miserables y por quienes impiden la salud de otros. En fin, los fieles reciben grandes consuelos de la enmienda de los malos, y su conversión esparce sobre sus almas un riego de tanta fecundidad cuanto fué el dolor que los atormentó antes. La Iglesia en este siglo, en estos tristes días, no sólo desde Cristo y los apóstoles, sino desde el primer justo Abel, a quien dió muerte su impío hermano, y hasta el fin del mundo, camina su jornada entre las persecuciones del mundo y las consolaciones de Dios [93].

CAPITULO LII

¿Habrá más persecuciones, según algunos creen, que las diez habidas?

1. Pienso que es una temeridad decir o creer, como algunos han creído y creen, que la Iglesia no ha de sentir más persecuciones hasta el anticristo después de las diez sufridas, y que la undécima y última la suscitará él. La primera se debe a Nerón; la segunda, a Domiciano; la tercera, a Trajano; la cuarta, a Antonino; la quinta, a Severo; la sexta, a Maximino; la séptima, a Decio; la octava, a Valeriano; la novena, a Aureliano, y la décima, a Diocleciano y Maximiano. Dicen que las diez plagas de Egipto que precedieron a la salida del pueblo

---

ipse, qui fit in cordibus piorum, quos persequuntur mores Christianorum malorum sive falsorum, prodest dolentibus; quoniam de charitate descendit, qua eos perire nolunt, nec impedire aliorum salutem. Denique magnae consolationes fiunt etiam de correctionibus eorum, quae piorum animas tanta iucunditate perfundunt, quantis doloribus de sua perditione cruciaverunt. Sic in hoc saeculo, in his diebus malis, non solum a tempore corporalis praesentiae Christi et Apostolorum eius, sed ab ipso Abel, quem primum iustum impius frater occidit, et deinceps usque in huius saeculi finem, inter persecutiones mundi et consolationes Dei peregrinando procurrit Ecclesia.

CAPUT LII

An credendum sit, quod quidam putant, impletis decem persecutionibus quae fuerunt, nullam iam superesse praeter undecimam, quae in ipso Antichristi tempore sit futura

1. Proinde ne illud quidem temere puto esse dicendum, sive credendum, quod nonnullis visum est, vel videtur, non amplius Ecclesiam passuram persecutiones usque ad tempus Antichristi, quam quot iam passa est, id est decem, ut undecima eademque novissima sit ab Antichristo. Primam quippe computant a Nerone quae facta est, secundam a Domitiano, a Traiano tertiam, quartam ab Antonino, a Severo quintam, sextam a Maximino, a Decio septimam, octavam a Valeriano, ab Aureliano nonam, decimam a Diocletiano et Maximiano. Plagas enim Aegyptiorum, quoniam decem fuerunt, antequam inde exire inciperet populus Dei; putant ad

de Dios deben aplicarse a éstas, y que la última, la del anticristo, ha sido figurada por la undécima plaga, que fué el hundimiento de los egipcios en el mar Rojo cuando, persiguiendo a los hebreos, el pueblo de Dios lo pasó a pie enjuto. En mi estimación, los sucesos de Egipto no son una figura profética de estas persecuciones, aunque los que así piensan han cotejado y comprobado con esmero e ingeniosidad todos los detalles, pero guiados no con espíritu profético, sino fundados en conjeturas del espíritu humano, que a veces llega a la verdad y a veces se engaña.

2. ¿Qué dirán los que así piensan de la persecución en que fué crucificado el Salvador? ¿Qué número le asignarán? Y si pretenden contar solamente las padecidas por el cuerpo de la Iglesia, no aquella que dió muerte a la cabeza, ¿qué dirán de aquella que se suscitó en Jerusalén después de la ascensión de Cristo, en la que fué lapidado San Esteban; Santiago, hermano de San Juan, decapitado; San Pedro, encarcelado y librado por un ángel; los fieles, dispersados de Jerusalén; en la que Saulo, más tarde apóstol San Pablo, pisoteaba la Iglesia y sufría luego por ella, evangelizando la fe, lo que le había hecho sufrir, recorriendo la Judea y otras naciones, donde su celo ardiente le llevaba a predicar a Cristo? ¿Por qué, pues, quieren hacerlas comenzar en Nerón, si la Iglesia fué creciendo hasta los días de Nerón en medio de atrocísimas persecuciones, que sería muy largo de contar? Y si piensan que deben catalogarse entre las persecuciones todas las suscitadas por reyes, Herodes también lo fué e hizo sufrir una de las más crueles después de la ascen-

---

hunc intellectum esse referendas, ut novissima Antichristi persecutio, similis videatur undecimae plagae, qua Aegyptii, dum hostiliter sequerentur Hebraeos, in mari Rubro, populo Dei per siccum transeunte, perierunt. Sed ego illa re gesta in Aegypto, istas persecutiones prophetice significatas esse non arbitror: quamvis ab eis, qui hoc putant, exquisite et ingeniose illa singula his singulis comparata videantur, non prophetico Spiritu, sed coniectura mentis humanae, quae aliquando ad verum pervenit, aliquando fallitur.

2. Quid enim, qui hoc sentiunt, dicturi sunt de persecutione, qua ipse Dominus crucifixus est? in quo eam numero posituri? Si autem hac excepta existimant computandum, tanquam illae numerandae sint, quae ad corpus pertinent, non qua ipsum caput est appetitum et occisum; quid agent de illa, quae, posteaquam Christus ascendit ad caelum, Ierosolymis facta est, ubi beatus Stephanus lapidatus est, ubi Iacobus frater Ioannis gladio trucidatus est, ubi apostolus Petrus ut occideretur inclusus et per Angelum liberatus, ubi fugati atque dispersi de Ierosolymis fratres, ubi Saulus, qui postea Paulus apostolus factus est, vastabat Ecclesiam; ubi ipse quoque iam fidem, quam persequebatur, evangelizans, qualia faciebat, est passus, sive per Iudaeam, sive per alias gentes, quacumque Christum ferventissimus praedicabat? Cur ergo eis a Nerone videtur ordiendum, cum ad Neronis tempora inter atrocissimas persecutiones, de quibus nimis longum est cuncta dicere, Ecclesia crescendo pervenerit? Quod si a regibus factas persecutiones in numero existimant esse debere; rex fuit Herodes, qui etiam post ascensum Domini gravissimam fecit.

sión del Señor. Además, ¿qué responden de Juliano, a quien no enumeran entre los diez? ¿Dirán acaso que no persiguió a la Iglesia, él, que prohibió a los cristianos enseñar y aprender las letras liberales? El privó a Valentiniano el Mayor, más tarde emperador, de su cargo militar por haber confesado la fe cristiana. Y omito decir lo que había comenzado a hacer en Antioquía cuando, admirado de la fidelidad y de la constancia de un joven que, atormentado durante todo un día, cantaba entre garfios y tormentos la libertad y la alegría, se horrorizó, y temió ruborizarse más grotescamente en los demás. En fin, en nuestro tiempo, el hermano de Valentiniano, el arriano Valente, ¿no suscitó en Oriente una sangrienta persecución contra la Iglesia católica? Y ¿qué significa no considerar que la Iglesia, extendida y floreciente por todo el mundo, puede ser perseguida por los reyes en una nación sin que lo sea en otras? Quizá alguien diga que no debe contarse como persecución la del rey de los godos, dirigida en la misma Gotia [94] contra los cristianos católicos con extraña crueldad, muchos de los cuales fueron coronados con el martirio, según hemos oído a algunos hermanos que recuerdan haberlo visto, pues eran niños entonces. ¿Qué pasa ahora en Persia? ¿No es verdad que hirvió (si es que ya amainó) una persecución tal contra los cristianos, que algunos, huyendo de allí, han venido a parar en las ciudades romanas? Yo, ponderando estas y otras cosas por el estilo, pienso que no debe determinarse el número de persecuciones que han de ejercitar a la Iglesia. Pero no sería menor temeridad asegurar algunas otras, a excepción de la última, de la que no duda nin-

---

Deinde quid respondent etiam de Iuliano, quem non numerant in decem? An ipse non est Ecclesiam persecutus, qui Christianos liberales litteras docere ac discere vetuit? Sub quo Valentinianus maior, qui post eum tertius imperator fuit, fidei christianae confessor exstitit, militiaque privatus est. Ut omittam quae apud Antiochiam facere coeperat, nisi unius fidelissimi et constantissimi iuvenis, qui multis, ut torquerentur, apprehensis, per totum diem primus est tortus, inter ungulas cruciatusque psallentis libertatem atque hilaritatem miratus horruisset et in caeteris deformius erubescere timuisset. Postremo nostra memoria Valens supradicti Valentiniani frater Arianus, nonne magna persecutione per Orientis partes catholicam vastavit Ecclesiam? Quale est autem, non considerare, Ecclesiam per totum mundum fructificantem atque crescentem posse in aliquibus gentibus persecutionem pati a regibus, et quando in aliis non patitur? Nisi forte non est persecutio computanda, quando rex Gothorum in ipsa Gothia persecutus est Christianos crudelitate mirabili, cum ibi non essent nisi catholici, quorum plurimi martyrio coronati sunt: sicut a quibusdam fratribus qui tunc illic pueri fuerant, et se ista vidisse incunctanter recordabantur, audivimus? Quid modo in Perside? nonne ita in Christianos ferbuit persecutio (si tamen iam quievit), ut fugientes inde nonnulli usque ad Romana oppida pervenerint? Haec atque huiusmodi mihi cogitanti, non videtur esse definiendus numerus persecutionum, quibus exerceri oportet Ecclesiam. Sed rursus affirmare aliquas futuras a regibus, praeter illam novissimam, de qua nullus ambigit Christianus, non minoris est

gún cristiano. Dejamos, pues, la cuestión en suspenso, sin apoyar ni desapoyar ninguna de esas opiniones, sino simplemente retrayéndonos de la audaz presunción de afirmar una de ellas.

CAPITULO LIII

El tiempo de la última persecución está oculto

1. La última persecución, la del anticristo, la hará cesar Cristo con su presencia. Está escrito que *lo matará con el resuello de su boca y que lo echará fuera con el resplandor de su presencia.* Aquí suele preguntarse: ¿Cuándo sucederá esto? Y a la verdad que es una pregunta importuna. Porque, si fuera útil saberlo, ¿quién mejor que el Maestro divino pudo dar la respuesta a sus discípulos? Ellos, en vez de callar, le presentaron la cuestión en estos términos: *Señor, ¿te presentarás en este tiempo, cuando restituirás el reino a Israel?* Y él les respondió: *No os corresponde a vosotros el saber los tiempos que tiene reservados el Padre a su poder.* Verdad es que no le preguntaron el día, la hora o el año, sino el tiempo, y él les dió esa respuesta. En vano nos afanamos, pues, en determinar los años que restan hasta el fin del mundo, pues que oímos de boca de la Verdad que no nos toca a nosotros saberlo. Sin embargo, unos cuentan cuatrocientos, otros quinientos, otros mil, desde la ascensión del Señor hasta su última venida. Decir en qué

temeritatis. Itaque hoc in medio relinquimus, neutram partem quaestionis huius astruentes, sive destruentes, sed tantummodo ab affirmandi quodlibet horum audaci praesumptione revocantes.

CAPUT LIII

De tempore novissimae persecutionis occulto

1. Illam sane novissimam persecutionem, quae ab Antichristo futura est, praesentia sua ipse exstinguet Iesus. Sic enim scriptum est, quod *eum interficiet spiritu oris sui, et evacuabit illuminatione praesentiae suae* [113]. Hic quaeri solet, Quando istud erit? Importune omnino. Si enim hoc nobis nosse prodesset, a quo melius quam ab ipso Deo magistro interrogantibus discipulis diceretur? Non enim siluerunt inde apud eum; sed a praesente quaesierunt, dicentes: *Domine, si hoc tempore praesentaberis, et quando regnum Israel?* At ille: *Non est*, inquit, *vestrum scire tempora, quae Pater in sua posuit potestate* [114]. Non utique illi de hora, vel die, vel annos, sed de tempore interrogaverunt, quando istud accepere responsum. Frustra igitur annos, qui huic saeculo remanent, computare ac definire conamur, cum hoc scire non esse nostrum ex ore Veritatis audiamus. Quos tamen alii quadringentos, alii quingentos, alii etiam mille ab ascensione Domini usque ad eius ultimum adventum compleri posse dixerunt. Quemadmodum autem quisque eorum astruat opinionem suam,

[113] 2 Thess. 2,8.
[114] Act. 1,6.7.

funda cada uno su opinión, sería largo e innecesario. Baste saber que se basan en conjeturas humanas, sin alegar nada autorizado de la Escritura canónica. Los dedos de los calculadores los resuelve, y manda dejar en compás de espera aquel que dice: *No os corresponde a vosotros el saber los tiempos que tiene reservados el Padre a su poder.*

2. Mas, como ésta es sentencia evangélica, no es de maravillar que los adoradores de muchos y falsos dioses no se hayan rendido a ella ni hayan cejado de fingir respuestas de los demonios, a quienes rinden culto como a dioses, diciendo que está determinado el tiempo que ha de durar la religión cristiana. Viendo, pues, que tan crueles persecuciones no la habían destruído, sino que, al contrario, le dieron nueva vitalidad, excogitaron no sé qué versos griegos, efundidos por un oráculo divino como a consulta de alguien, y en ellos absuelven a Cristo de esta especie de sacrilegio. Pero añaden que San Pedro se sirvió de sacrificios para hacer adorar el nombre de Cristo durante trescientos sesenta y cinco años, cumplidos los cuales sería abolido este culto [95]. ¡Oh imaginación de hombres doctorales! ¡Oh espíritus letrados dignos de creer en Cristo esto que no queréis creer en Cristo, que el discípulo Pedro no aprendiera de él las artes mágicas, sino que, siendo Cristo inocente, fué maléfico su discípulo, y prefirió hacer con sus artes mágicas, con grandes trabajos y peligros y con el derramamiento de su sangre, que fuera adorado el nombre del Maestro a que lo fuera el suyo! Si el maléfico Pedro hizo que el mundo amara tanto a Cristo, ¿qué hizo el inocente Cristo para que así le amara Pedro? Respóndanse a sí mismos y comprendan, si

longum est demonstrare, et non necessarium. Coniecturis quippe utuntur humanis, non ab eis certum aliquid de Scripturae canonicae auctoritate profertur. Omnium vero de hac re calculantium digitos resolvit et quiescere iubet ille qui dicit: *Non est vestrum scire tempora, quae Pater in sua posuit potestate.*

2. Sed haec quia evangelica sententia est, mirum non est non ea repressos fuisse deorum multorum falsorumque cultores, quominus fingerent daemonum responsis, quos tanquam deos colunt, definitum esse quanto tempore mansura esset religio christiana. Cum enim viderent, nec tot tantisque persecutionibus eam potuisse consumi, sed his potius mira incrementa sumpsisse, excogitaverunt nescio quos versus graecos, tanquam consulenti cuidam, divino oraculo effusos, ubi Christum quidem ab huius tanquam sacrilegii crimine faciunt innocentem; Petrum autem maleficiis fecisse subiungunt, ut coleretur Christi nomen per trecentos sexaginta quinque annos, deinde completo memorato numero annorum, sine mora sumeret finem. O hominum corda doctorum! o ingenia litterata digna credere ista de Christo, quae credere non vultis in Christum, quod eius discipulus Petrus ab eo magicas artes non didicerit, sed ipso innocente tamen eius maleficus fuerit nomenque illius, quam suum, coli maluerit magicis artibus suis, magnis laboribus et periculis suis, postremo etiam effusione sanguinis sui! Si Petrus maleficus fecit, ut Christum sic diligeret mundus: quid fecit innocens Christus, ut eum sic diligeret Petrus? Respon-

pueden, que la misma gracia soberana que ha hecho que el mundo amara a Cristo por la vida eterna, esa misma hizo que San Pedro lo *amara por alcanzar esa misma vida eterna hasta* sufrir por él la muerte temporal. Además, ¿quiénes son estos dioses que pueden predecir tales cosas y no pueden impedirlas; dioses obligados a ceder al hechizo de un mago y de un criminal que, como dicen, mató, despedazó y sepultó con rito nefando a un niño de un año [96]; dioses que permiten que una secta que les es contraria subsista tanto tiempo, sobreponiéndose a las horrendas crueldades de las persecuciones sin resistencia y con paciencia, y también la destrucción de sus ídolos, sus templos, sus sacrificios y sus oráculos? ¿Qué dios es éste, en fin, no nuestro, sino de ellos, que, o fué atraído por esa maldad o compelido a sufrirlo todo? Porque no es a un demonio, sino a un dios, a quien atribuyen esos versos en que se acusa a Pedro de haber *impuesto esa fe con arte mágica.* ¡Buen dios para quien no tiene a Cristo!

CAPITULO LIV

Absurdo de la ficción de los paganos sobre la duración de la religión cristiana

1. Si el año que la fingida adivinación prometió y la engañada vanidad creyó no hubiera ya pasado, recogería yo aquí estos y otros muchos cuentos por el estilo. Mas, puesto que se han cumplido ya hace algunos años trescientos sesenta y cinco desde el establecimiento del culto de Cristo por su presencia física y por sus apóstoles, ¿qué otra prueba buscamos para refutar esa falsedad? No se fije el inicio de esta realidad en el nacimiento de Cristo, porque en su infancia y niñez no tenía aún discípulos. Cuando comenzó a tenerlos, entonces brilló por su presencia corporal la doctrina y la religión cristianas, es decir, después que San Juan le bautizó en el río Jordán. En efecto, a esto aludía aquella profecía que suena: *Dominará de un mar a otro y desde un río hasta el extremo de la tierra.* Mas antes de la pasión y resurrección de Cristo no había sido anunciada la fe a todos, pues se anunció en su resurrección, como hace notar el Apóstol a los atenienses en estos términos: *Advierte ahora a los hombres que todos y en todas partes hagan penitencia, por cuanto está determinado el día en que ha de juzgar al mundo con justicia por medio del varón, en que definió la fe a todos, resucitándole de entre los muertos.* Por eso me parece más acertado, para solucionar el problema, comenzar desde esta fecha. Amén de que entonces se dió también el Espíritu Santo, como convenía que se diese después de la resurrección de Cristo a la ciudad que había de ser el punto de origen de la ley segunda, o sea, del Nuevo Testamento. La primera, llamada Antiguo Testamento, fué promulgada por Moisés en el monte Sinaí. De la que Cristo había de dar se predijo: *De Sión saldrá la ley, y la palabra del Señor, de Jerusalén.* Por eso, El dijo que convenía que se predicara en su nombre penitencia a todas las naciones, pero comenzando por Jerusalén. Aquí tuvo origen el culto de su nombre, la fe en Jesucristo,

---

deant igitur ipsi sibi, et si *possunt, intelligant illa superna gratia factum* esse, ut propter aeternam vitam Christum diligeret mundus, qua gratia factum est, *ut et propter aeternam vitam ab illo accipiendam et usque ad* temporariam mortem pro illo patiendam Christum diligeret Petrus. Deinde isti dii qui sunt, qui possunt ista praedicere, nec possunt avertere, ita succumbentes uni malefico, et uni sceleri magico, quo puer, ut dicunt, anniculus occisus, et dilaniatus, et ritu nefario sepultus est, ut sectam sibi adversariam tam prolixo tempore convalescere, tot tantarumque persecutionum horrendas crudelitates, non resistendo, sed patiendo superare, et ad suorum simulacrorum, templorum, sacrorum, oraculorum eversionem pervenire permitterent? Quis postremo est deus, non noster utique, sed ipsorum, qui vel illectus tanto scelere vel impulsus est ista praestare? Non enim alicui daemoni, sed deo dicunt illi versus haec Petrum arte magica definisse. Talem deum habent, qui Christum non habent.

CAPUT LIV

De stultissimo mendacio paganorum, quo christianam religionem non ultra trecentos sexaginta quinque annos mansuram esse finxerunt

1. Haec atque huiusmodi multa colligerem, si nondum annus ipse transisset, quem divinatio ficta promisit, et decepta vanitas credidit. Cum vero ex quo nominis Christi cultus per eius in carne praesentiam et per Apostolos institutus est, ante aliquot annos anni trecenti sexaginta quinque completi sint, quid aliud quaerimus, unde ista falsitas refellatur? Ut enim in Christi nativitate huius rei non ponamus initium, quia infans et puer discipulos non habebat, tamen quando habere coepit, procul dubio tunc innotuit per eius corporalem praesentiam doctrina et religio christiana, id est, posteaquam in fluvio Iordane ministerio Ioannis est baptizatus. Propter hoc enim de illo prophetia illa praecesserat, *Dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrae* [115]. Sed quoniam priusquam passus esset et resurrexisset a mortuis, nondum fides omnibus fuerat definita; in resurrectione quippe Christi definita est (nam sic apostolus Paulus Atheniensibus loquitur dicens, *Iam nunc annuntiat hominibus, omnes ubique agere poenitentiam, eo quod statuit diem, iudicare orbem in aequitate, in viro, in quo definivit fidem omnibus, resuscitans illum a mortuis* [116]): melius in hac quaestione solvenda inde initium sumimus; praesertim quia tunc datus est etiam Spiritus sanctus, sicut eum dari post resurrectionem Christi oportebat in ea civitate, ex qua debuit incipere lex secunda, hoc est Testamentum novum. Prima enim fuit ex monte Sina per Moysen, quod Testamentum vocatur vetus. De hac autem quae per Christum danda erat, praedictum est, *Ex Sion prodiet lex, et verbum Domini ex Ierusalem* [117]. Unde et ipse per omnes gentes dixit praedicari oportere in nomine suo poenitentiam, sed

[115] Ps. 71,8.
[116] Act. 17,30 et 31.
[117] Is. 2,3.

que había sido crucificado y había resucitado. Allí esta fe se abrasó y encendió hasta el punto de que algunos miles de hombres, milagrosamente convertidos al nombre de Cristo, vendieron sus bienes y los distribuyeron a los pobres para abrazarse con santo propósito y ardentísima caridad a una pobreza voluntaria. Y, así dispuestos, luchaban hasta la muerte, entre los judíos frenéticos y sedientos de sangre, en defensa de la verdad, no con potencia armada, sino con paciencia poderosa. Y si para esto no hubo necesidad de la magia, ¿por qué dudan creer que la misma virtud divina que hizo esto aquí pudo hacer aquello en el mundo entero? Y si fueron los maleficios de Pedro los que encendieron en Jerusalén esa oleada de hombres arrastrados al culto de Cristo, a quien habían fijado en la cruz y, una vez allí, habían insultado, es preciso tomar este año como fecha tope para contar los trescientos sesenta y cinco. Cristo murió el 25 de marzo, bajo el consulado de los dos Géminos [97]. Resucitó al tercer día, según el testimonio de los apóstoles, que fueron testigos oculares. A los cuarenta días subió al cielo, y envió al Espíritu Santo diez días después, es decir, cincuenta después de su resurrección. Entonces comenzó el culto de su nombre por la virtud del Espíritu Santo, según nuestra fe o según la verdad, o, como fingió o se imaginó la impía vanidad, por las artes mágicas de San Pedro. Poco después se convirtieron cinco mil hombres ante la curación maravillosa de un cojo de nacimiento tan imposibilitado, que le llevaban todos los días a la puerta del templo, donde pedía limosna. Esto se debió a la palabra de Pedro en nombre de Jesucristo. Y así la Iglesia aumentó más y más e hizo nuevas

---

tamen incipientibus ab Ierusalem [118]. Ibi ergo exorsus est huius nominis cultus, ut in Christum Iesum, qui crucifixus fuerat et resurrexerat, crederetur: ibi haec fides tam insignibus initiis incanduit, ut aliquot hominum millia in Christi nomen mirabili alacritate conversa, venditis suis rebus ut egenis distribuerentur, proposito sancto et ardentissima charitate ad paupertatem voluntariam pervenirent, atque inter frementes et sanguinem sitientes Iudaeos, se usque ad mortem pro veritate certare, non armata potentia, sed potentiore patientia praepararent. Hoc si nullis magicis artibus factum est, cur credere dubitant, eadem virtute divina per totum mundum id fieri potuisse qua hoc factum est? Si autem ut Ierosolymis sic ad cultum nominis Christi accenderetur tanta hominum multitudo, quae illum in cruce, vel fixerat prensum, vel riserat fixum, iam maleficium illud fecerat Petrus, ex ipso anno quaerendum est, quando trecenti sexaginta quinque completi sint. Mortuus est ergo Christus duobus Geminis consulibus, octavo kalendas aprilis. Resurrexit tertia die, sicut Apostoli suis etiam sensibus probaverunt. Deinde post quadraginta dies ascendit in caelum: post decem dies, id est quinquagesimo post suam resurrectionem die, misit Spiritum sanctum. Tunc tria millia hominum Apostolis eum praedicantibus crediderunt. Tunc itaque nominis illius cultus exorsus est, sicut nos credimus, et veritas habet, efficacia Spiritus sancti; sicut autem finxit vanitas impia vel putavit, magicis artibus Pe-

[118] Lc. 24,47.

conquistas para la fe. Es, pues, muy fácil deducir el día en que comenzó aquel año. Sería, por tanto, cuando fué enviado el Espíritu Santo, es decir, por las idus de mayo. Pero, contando los cónsules, resulta que los trescientos sesenta y cinco años se cumplen en esas idus, bajo el consulado de Honorio y de Eutiquiano. Al año siguiente, siendo cónsul Malio Teodoro, cuando, según el oráculo de los demonios o la ficción de los hombres, no debía ya existir la religión cristiana, no era necesario investigar los posibles sucesos en las demás partes del mundo. Porque sabemos que en Cartago, la ciudad más célebre y noble del Africa, Gaudencio y Jovio, condes del emperador Honorio, el 19 de marzo destruyeron los templos de los dioses falsos e hicieron añicos sus ídolos. De entonces a esta fecha por espacio de treinta años [98], ¿quién no ve cómo ha aumentado el culto del nombre de Cristo, sobre todo después que muchos, enviscados por esa vana profecía y apartados de la fe por eso, se hicieron cristianos al ver pasada esa quimérica y risible fecha fijada? Nosotros, pues, que somos y nos llamamos cristianos, no creemos en Pedro, sino en Aquel en quien creyó Pedro; edificados con los sermones de Pedro sobre Cristo, no envenenados con sus cármenes; no engañados con sus maleficios, sino ayudados con sus beneficios. Cristo, el Maestro de Pedro en la doctrina que conduce a la vida eterna, ese mismo es nuestro Maestro.

2. Pero es hora ya de poner fin a este libro, en el que he hecho ver, a mi parecer, bastante el desarrollo mortal de las

---

tri. Paulo post etiam signo mirabili facto, quando ad verbum ipsius Petri quidam mendicus ab utero matris ita claudus, ut ab aliis portaretur, et ad portam templi, ubi stipem peteret, poneretur, in nomine Iesu Christi salvus exsilivit, quinque millia hominum crediderunt: ac deinde aliis atque aliis accessibus credentium crevit Ecclesia. Ac per hoc colligitur etiam dies, ex quo annus ipse sumpsit initium, scilicet quando missus est Spiritus sanctus, id est, per idus maias. Numeratis proinde consulibus, trecenti sexaginta quinque anni reperiuntur impleti per easdem idus, consulatu Honorii et Eutychiani. Porro sequenti anno, consule Mallio Theodoro, quando iam secundum illud oraculum daemonum aut figmentum hominum nulla esse debuit religio christiana, quid per alias terrarum partes forsitan factum sit, non fuit necesse perquirere. Interim quod scimus in civitate notissima et eminentissima Carthagine Africae Gaudentius et Iovius comites imperatoris Honorii, quarto decimo kalendas aprilis falsorum deorum templa everterunt, et simulacra fregerunt. Ex quo usque ad hoc tempus per triginta ferme annos quis non videat quantum creverit cultus nominis Christi, praesertim posteaquam multi eorum Christiani facti sunt, qui tanquam vera illa divinatione revocabantur a fide, eamque completo eodem annorum numero inanem ridendamque viderunt? Nos ergo qui sumus vocamurque Christiani, non in Petrum credimus, sed in quem credidit Petrus; Petri de Christo aedificati sermonibus, non carminibus venenati; nec decepti maleficiis, sed beneficiis eius adiuti. Ille Petri magister Christus in doctrina quae ad vitam ducit aeternam, ipse est et magister noster.

2. Sed aliquando iam concludamus hunc librum, hunc usque disse-

dos ciudades, la celestial y la terrena, mezcladas aquí hasta el fin del mundo. La terrena se forjó sus dioses falsos a capricho, de hombres o de otros seres, y a ellos servía y ofrecía sacrificios, y la celestial, peregrina en la tierra, no se forja dioses falsos, sino que ella es hechura del Dios verdadero y su verdadero sacrificio. Las dos usan por igual de los bienes temporales o son afligidas con iguales males; pero su fe, su esperanza y su caridad son diferentes hasta que sean separadas en el juicio final y llegue cada una a su fin, que no tendrá fin. En los libros siguientes trataré de estos fines.

---

rentes, et quantum satis visum est demonstrantes, quisnam sit duarum civitatum, caelestis atque terrenae, ab initio usque in finem permixtarum mortalis excursus. Quarum illa quae terrena est, fecit sibi quos voluit, vel undecumque, vel etiam ex hominibus falsos deos, quibus sacrificando serviret: illa autem quae caelestis peregrinatur in terra, falsos deos non facit, sed a vero Deo ipsa fit, cuius verum sacrificium ipsa sit. Ambae tamen temporalibus vel bonis pariter utuntur, vel malis pariter affliguntur, diversa fide, diversa spe, diverso amore, donec ultimo iudicio separentur, et percipiat unaquaeque suum finem, cuius nullus est finis: de quibus ambarum finibus deinceps disserendum est.

NOTAS AL LIBRO XVIII

[1] Este está escrito hacia el año 426, según puede colegirse del capítulo 54 del mismo, en el que se refutan las falsas y falaces hipótesis de los paganos sobre la desaparición del nombre cristiano.

in qua de bonorum et malorum finibus disputatur. Proinde quoniam Marcus Varro has quatuor adhibens differentias, id est, ex vita sociali, ex Academicis novis, ex Cynicis, ex isto vitae genere tripartito ad sectas ducentas octoginta octo pervenit, et si quae aliae possunt similiter adiici; remotis eis omnibus, quoniam de sectando summo bono nullam inferunt quaestionem, et ideo sectae nec sunt, nec vocandae sunt, ad illas duodecim, in quibus quaeritur quid sit bonum hominis, quo assecuto fit beatus, ut ex eis unam veram, caeteras falsas ostendat esse, revertitur. Nam remoto illo tripartito genere vitae, duae partes huius numeri detrahuntur, et sectae nonaginta sex remanent. Remota vero differentia ex Cynicis addita, ad dimidium rediguntur, et quadraginta octo fiunt. Auferamus etiam quod ex Academicis novis adhibitum est, rursus dimidia pars remanet, id est viginti quatuor. De sociali quoque vita quod accesserat, similiter auferatur, duodecim sunt reliquae, quas ista differentia, ut viginti quatuor fierent, duplicaverat. De his ergo duodecim nihil dici potest, cur sectae non sint habendae. Nihil quippe aliud in eis quaeritur, quam fines bonorum et malorum. Inventis autem bonorum finibus, profecto e contrario sunt malorum. Hae autem ut fiant duodecim sectae, illa quatuor triplicantur, voluptas, quies, utrumque, et prima naturae, quae primigenia Varro vocat. Haec quippe quatuor dum singillatim virtuti aliquando subduntur, ut non propter se ipsa, sed propter officium virtutis appetenda videantur, aliquando praeferuntur, ut non propter se ipsa, sed propter

objetos, y a veces están unidos a ella, siendo en este caso la virtud y ellos apetecibles por sí mismos, triplican el número cuatro y forman doce sectas. De estos cuatro objetos, Varrón quita tres, a saber, el placer, la quietud y el conjunto de éstos, no porque los repruebe, sino porque los principios de la naturaleza implican placer y quietud. ¿Qué necesidad hay, pues, de hacer de estas dos cosas tres, a saber, dos buscando por separado el placer y la quietud, y la tercera buscando los dos a la vez, si los principios de la naturaleza entrañan esas y otras muchas cosas? Tres sectas, según él, deben examinarse para hacer la elección entre ellas. La razón no admite más que una sola verdadera, bien sea una de éstas, bien otra, como luego veremos. En el entretanto, consideremos breve y claramente, a ser posible, el modo usado por Varrón en su elección. Las tres sectas se reducen a esto: a apetecer los principios de la naturaleza por la virtud, o la virtud por los principios de la naturaleza, o entrambos, la virtud y los principios de la naturaleza por sí mismos.

CAPITULO III

Tres sistemas sobre el bien supremo del hombre. Cuál deba ser preferido. Varrón y Antíoco

1. Varrón se afana por definir el verdadero entre esos tres sistemas, y procede de este modo. Da por supuesto que el sumo bien que busca la filosofía no es el sumo bien de la

---

haec adipiscenda vel conservanda necessaria virtus putetur, aliquando iungitur, ut propter se ipsa et virtus, et ista appetenda credantur; quaternarium numerum triplum reddunt, et ad duodecim sectas perveniunt. Ex illis autem quatuor rebus Varro tres tollit, voluptatem scilicet, et quietem, et utrumque: non quod eas improbet, sed quod primigenia illa naturae et voluptatem in se habeant, et quietem. Quid ergo opus est ex his duabus tria quaedam facere, duo scilicet, dum singillatim appetuntur voluptas aut quies, et tertium, cum ambae simul; quandoquidem prima naturae et ipsas, et praeter ipsas alia multa contineant? De tribus ergo sectis ei placet diligenter esse tractandum, quaenam sit potius eligenda. Non enim veram plus quam unam vera ratio esse permittit, sive in his tribus sit, sive alicubi alibi, quod post videbimus. Interim de his tribus quomodo unam Varro eligat, quantum breviter aperteque possumus, disseramus. Istae nempe tres sectae ita fiunt, cum vel prima naturae propter virtutem, vel virtus propter prima naturae, vel utraque, id est, et virtus et prima naturae, propter se ipsa sunt expetenda.

CAPUT III

De tribus sectis summum hominis bonum quaerentibus, quam eligendam Varro definiat, sequens veteris Academiae, Antiocho auctore, sententiam

1. Quid ergo istorum trium sit verum atque sectandum, isto modo persuadere conatur. Primum, quia summum bonum in philosophia non

planta, ni de la bestia, ni el de Dios, sino el del hombre. Y por eso cree que debe aquilatarse el concepto de hombre [3]. Siente que su naturaleza consta de dos partes, cuerpo y alma, y no duda que la superior y más noble es el alma; pero duda si el alma sola es el hombre, de forma que el cuerpo sea para ella lo que el caballo para el caballero. El caballero, en efecto, no es hombre y caballo, sino hombre solo, y se llama caballero porque dice cierta relación al caballo. Y también si es el hombre sólo el cuerpo, con cierta relación al alma, como la copa a la bebida, pues que el vaso y la bebida que contiene no se llaman copa, sino que ese nombre se da a la copa sola. En fin, duda si ni el alma sola ni solo el cuerpo, sino ambos a la vez, son el hombre, y el todo lo forman las dos partes, así como a dos potros uncidos los llamamos biga, y uno de ellos, el derecho o el izquierdo, es parte de la biga, y a ninguno por separado le damos el nombre de biga, sino a los dos juntos. De estas tres hipótesis elige la tercera, y cree que el hombre no es ni el alma sola ni solo el cuerpo, sino el alma y el cuerpo juntos. Y, hablando con lógica, añade que el sumo bien beatificante del hombre consiste en el conjunto de bienes del alma y del cuerpo. Por eso cree que los principios de la naturaleza deben apetecerse por sí mismos, y la virtud, el arte de vivir que enseña la ciencia, es el bien más excelente entre los bienes del alma. La virtud, o sea el arte de vivir, en recibiendo los principios de la naturaleza, independientes de ella y anteriores a toda ciencia, los apetece todos por sí misma, y al mismo tiempo se apetece a sí misma. Y usa de ellos y de sí misma

arboris, non pecoris, non dei, sed hominis quaeritur, quid sit ipse homo, quaerendum putat. Sentit quippe in eius natura duo esse quaedam, corpus et animam: et horum quidem duorum melius esse animam longeque praestabilius omnino non dubitat; sed utrum anima sola sit homo, ut ita sit ei corpus tanquam equus equiti. Eques enim non homo et equus, sed solus homo est: ideo tamen eques dicitur, quod aliquo modo se habeat ad equum. An corpus solum sit homo, aliquo modo se habens ad animam, sicut poculum ad potionem: non enim calix et potio, quam continet calix, simul dicitur poculum, sed calix solus; ideo tamen quod potioni continendae sit accommodatus. An vero nec anima sola, nec solum corpus, sed simul utrumque sit homo, cuius pars sit una sive anima sive corpus, ille autem totus ex utroque constet, ut homo sit: sicut duos equos iunctos bigas vocamus, quorum sive dexter, sive sinister, pars est bigarum, unum vero eorum quoquo modo se habeat ad alterum, bigas non dicimus, sed ambos simul. Horum autem trium hoc eligit tertium, hominemque nec animam solam, nec solum corpus, sed animam simul et corpus esse arbitratur. Proinde summum bonum hominis, quo fit beatus, ex utriusque rei bonis constare dicit, et animae scilicet et corporis. Ac per hoc prima illa naturae propter se ipsa existimat expetenda, ipsamque virtutem quam doctrina inserit velut artem vivendi, quae in animae bonis est excellentissimum bonum. Quapropter eadem virtus, id est ars agendae vitae, cum acceperit prima naturae, quae sine illa erant, sed tamen erant etiam quando eis doctrina adhuc deerat, omnia propter se ipsam appetit, simulque etiam se ipsam: omnibusque simul et se ipsa utitur, eo fine ut

con el fin de deleitarse y gozar de todos más o menos, según que sean mayores o menores. Cuando es necesario, desprecia algunos menores por adquirir o conservar los mayores. De todos los bienes del alma o del cuerpo, la virtud no antepone ninguno a sí misma. Ella hace buen uso de sí misma y de los demás bienes que hacen feliz al hombre. Donde ella no está, los otros bienes, por más abundantes que sean no son para bien del que los posee, y, por tanto, no merecen el nombre de bienes, porque no pueden ser útiles al que usa mal de ellos. La vida del hombre es, pues, feliz cuando goza de la virtud y de los demás bienes del alma y del cuerpo, sin los cuales no puede subsistir la virtud. Si goza también de algunos o de muchos otros no necesarios para que subsista la virtud, es más feliz, y si los posee todos sin faltarle ninguno, ni del alma ni del cuerpo, es felicísima. La vida no es lo mismo que la virtud, porque no toda vida es virtud, sino sólo la vida sabia. Y, sin embargo, la vida, sea cual fuere, puede existir sin la virtud, y la virtud, en cambio, no puede existir sin la vida. Esto mismo diría de la memoria y de la razón, y si hay algo más de este tipo en el hombre. Estas son también anteriores a la ciencia, y sin ellas no puede darse ciencia alguna, ni, por consiguiente, la virtud, que es fruto de aprendizaje. En cuanto a los bienes del cuerpo, como la ligereza, la hermosura, las fuerzas y cosas por el estilo, la virtud puede existir sin ellos, y ellos sin la virtud, y, sin embargo, son bienes. Según estos filósofos, la virtud los ama también por sí misma y usa y goza de ellos como le conviene [4].

2. Añaden que esta vida feliz es también una vida social,

omnibus delectetur atque perfruatur, magis minusque, ut quaeque inter se maiora atque minora sunt, tamen omnibus gaudens, et quaedam minora, si necessitas postulat, propter maiora vel adipiscenda vel tenenda, contemnens. Omnium autem bonorum vel animi vel corporis, nihil sibi virtus omnino praeponit. Haec enim bene utitur et se ipsa, et caeteris, quae hominem faciunt beatum, bonis. Ubi vero ipsa non est, quamlibet multa sint bona, non bono eius sunt, cuius sunt; ac per hoc iam nec eius bona dicenda sunt, cui male utenti utilia esse non possunt. Haec ergo vita hominis, quae virtute et aliis animi et corporis bonis, sine quibus virtus esse non potest, fruitur, beata esse dicitur: si vero et aliis, sine quibus esse virtus potest, vel ullis, vel pluribus, beatior: si autem prorsus omnibus, ut nullum omnino bonum desit, vel animi vel corporis, beatissima. Non enim hoc est vita, quod virtus; quoniam non omnis vita, sed sapiens vita virtus est: et tamen qualiscumque vita sine ulla virtute potest esse; virtus vero sine ulla vita non potest esse. Hoc et de memoria dixerim atque ratione, et si quid aliud tale est in homine. Sunt enim haec et ante doctrinam, sine his autem non potest esse ulla doctrina: ac per hoc nec virtus, quae utique discitur. Bene autem currere, pulchrum esse corpore, viribus ingentibus praevalere, et caetera huiusmodi talia sunt, ut et virtus sine his esse possit, et ipsa sine virtute: bona sunt tamen: et secundum istos etiam ipsa propter se ipsam diligit virtus, utiturque illis et fruitur, sicut virtutem decet.

2. Hanc vitam beatam etiam socialem perhibent esse, quae amicorum

que ama los bienes de los amigos por sí mismos como los propios y desea para ellos lo que para sí mismo. Y esto sea que vivan en la misma casa, como la esposa, los hijos o los domésticos; o en el lugar mismo en que está sita la casa, es decir, en la misma ciudad, como los ciudadanos; o en todo el orbe, como las naciones unidas por la sociedad humana; o en el mundo, comprendido bajo el nombre de cielo y tierra, como los dioses, que, según esos filósofos, son amigos del hombre sabio, y a los cuales nosotros damos conscientemente el nombre de ángeles [5]. Sostiene, además, que sobre la cuestión del sumo bien y del sumo mal no hay lugar a dudas. En esto radica la distinción que los separa de los nuevos académicos, amén de que les interesa un comino, que el filósofo siga este o el otro género de vida, el de los cínicos u otro, para alcanzar el soberano bien. En fin, en cuanto a los tres géneros de vida, ocioso, activo y mixto, les place más el tercero. Varrón asegura que éste es el sentir y las enseñanzas de los antiguos académicos, cuyo autor fué Antíoco, maestro de Cicerón y suyo, aunque en realidad parece que Cicerón siguió en más puntos a los estoicos que a los antiguos académicos [6]. Mas ¿qué nos importa a nosotros, que debemos juzgar de las cosas en sí, saber la opinión de cada uno de los hombres?

---

bona propter se ipsa diligat sicut sua, eisque propter ipsos hoc velit quod sibi; sive in domo sint, sicut coniux et liberi et quicumque domestici; sive in loco, ubi domus eius est, sicuti est urbs, ut sunt hi qui cives vocantur; sive in toto orbe, ut sunt gentes, quas ei societas humana coniungit; sive in ipso mundo, qui censetur nomine caeli et terrae, sicut esse dicunt deos, quos volunt amicos esse homini sapienti, quos nos familiarius Angelos dicimus. De bonorum autem et e contrario malorum finibus negant ullo modo esse dubitandum, et hanc inter se et novos Academicos affirmant esse distantiam, nec eorum interest quidquam, sive cynico, sive alio quolibet habitu et victu in his finibus, quos veros putant, quisque philosophetur. Ex tribus porro illis vitae generibus, otioso, actuoso, et quod ex utroque compositum est, hoc tertium sibi placere asseverant. Haec sensisse atque docuisse Academicos veteres, Varro asserit, auctore Antiocho, magistro Ciceronis et suo, quem sane Cicero in pluribus fuisse Stoicum, quam veterem Academicum vult videri. Sed quid ad nos, qui potius de rebus ipsis iudicare debemus, quam pro magno de hominibus quid quisque senserit scire?

CAPITULO IV

Sentir de los cristianos sobre este punto del supremo bien

1. Si se nos pregunta cuál es el sentir de la Ciudad de Dios sobre cada uno de estos puntos, en primer lugar sobre el fin de los bienes y de los males, ella misma responderá que la vida eterna es el sumo bien, y la muerte eterna, el sumo mal. Y, como consecuencia, que debemos vivir bien para lograr aquélla y esquivar ésta. Está escrito: *El justo vive de la fe,* porque, como no vemos aún nuestro bien, es preciso que lo busquemos por la fe. El mismo vivir bien no lo tenemos de propia cosecha si el que nos dió la fe, que nos lleva a creer en nuestra debilidad, no nos ayuda a creer y a suplicar. Quienes creyeron que el fin de los bienes y de los males se halla en esta vida, y así radicaron el sumo bien en el cuerpo o en el alma, o en los dos juntos, o, para expresarlo más explícitamente, en el placer, o en la virtud, o en ambos a la vez; en la quietud, o en la virtud, o en ambos; en el placer y en la quietud unidos, o en la virtud, o en ambos; en los principios de la naturaleza, o en la virtud, o en uno y otro; éstos, con extraña vanidad, hicieron depender la felicidad de sí mismos [7]. La Verdad se rió de este orgullo al decir por su profeta el Señor: *Conocí que los pensamientos de los hombres son vanos,* o según el apóstol San Pablo: *El Señor conoce los pensamientos de los sabios y sabe que son vanos.*

CAPUT IV

De summo bono et summo malo quid Christiani sentiant contra philosophos, qui summum bonum in se sibi esse dixerunt

1. Si ergo quaeratur a nobis, quid civitas Dei de his singulis interrogata respondeat, ac primum de finibus bonorum malorumque quid sentiat, respondebit aeternam vitam esse summum bonum, aeternam vero mortem summum malum: propter illam proinde adipiscendam, istamque vitandam, recte nobis esse vivendum. Propter quod scriptum est, *Iustus ex fide vivit* [1]: quoniam neque bonum nostrum iam videmus, unde oportet ut credendo quaeramus; neque ipsum recte vivere nobis ex nobis est, nisi credentes adiuvet et orantes, qui et ipsam fidem dedit, qua nos ab illo adiuvandos esse credamus. Illi autem qui in ista vita fines bonorum et malorum esse putaverunt, sive in corpore, sive in animo, sive in utroque ponentes summum bonum; atque, ut id explicatius eloquar, sive in voluptate, sive in virtute, sive in utraque; sive in quiete, sive in virtute, sive in utraque; sive in voluptate simul et quiete, sive in virtute, sive in utrisque; sive in primis naturae, sive in virtute, sive in utrisque: hic beati esse, et a se ipsis beati fieri mira vanitate voluerunt. Irrisit hos Veritas per prophetam dicentem, *Novit Dominus cogitationes hominum;* vel, sicut hoc testimonium posuit apostolus Paulus, *Dominus novit cogitationes sapientium, quoniam vanae sunt* [2].

[1] Hab. 2,4; Gal. 3,11. [2] Ps. 93,11; 1 Cor. 3,20.

2. ¿Qué caudal de elocuencia bastaría para describir las miserias de esta vida? Cicerón lo ha ensayado a su modo en *Acerca de la Consolación* a la muerte de su hija; pero ¡qué corto queda! Los principios de la naturaleza, ¿cuándo, cómo, dónde pueden poseerse en esta vida sin que estén sujetos a vaivenes sin cuento? ¿A qué dolor y a qué inquietud, afecciones opuestas al placer y a la quietud, no está expuesto el cuerpo del sabio? La amputación o debilidad de miembros es contraria a la integridad del hombre; la deformidad, a la belleza; la enfermedad, a la salud; la laxitud, a las fuerzas; la flojedad o pesadez, a la agilidad. Y ¿de cuál de estos males está exenta la carne del sabio? El equilibrio y el movimiento del cuerpo, cuando son propios y adecuados, se cuentan también entre los principios de la naturaleza. Pero ¿qué sucederá si alguna mala disposición hace temblar los miembros? ¿Qué sucederá si la espina dorsal se curva hasta que arrastre las manos por el suelo, haciendo, en cierto modo, cuadrúpedo al hombre? ¿No dará esto al traste con la belleza y el decoro del equilibrio y del movimiento corporal? ¿Qué decir de los bienes primarios del alma, el sentido y el intelecto, uno dado para percibir la verdad y otro para comprenderla? Mas en cuanto a lo primero, ¿qué tal quedará o a qué se reducirá el sentido, si, por no decir otra cosa, el hombre se torna ciego y sordo? Y en cuanto a lo segundo, ¿adónde irá a parar la razón y la inteligencia, dónde serán sepultadas, si por alguna enfermedad se torna loco el hombre? Cuando los frenéticos dicen absurdos sin cuento y hacen extravagancias ajenas y hasta contrarias a su buen plan de vida y a sus costumbres, si lo consideramos seriamente, bien lo hayamos

2. Quis enim sufficit, quantovis eloquentiae flumine, vitae huius miserias explicare? Quam lamentatus est Cicero in Consolatione de morte filiae, sicut potuit: sed quantum est quod potuit? Ea quippe quae dicuntur prima naturae, quando, ubi, quomodo tam bene se habere in hac vita possunt, ut non sub incertis casibus fluctuent? Quis enim dolor contrarius voluptati, quae inquietudo contraria quieti, in corpus cadere sapientis non potest? Membrorum certe amputatio vel debilitas hominis expugnat incolumitatem, deformitas pulchritudinem, imbecillitas sanitatem, vires lassitudo, mobilitatem torpor, aut tarditas: ecquid horum est, quod nequeat in carnem sapientis irruere? Status quoque corporis atque motus, cum decentes atque congruentes sunt, inter naturae prima numerantur: sed quid si aliqua mala valetudo membra tremore concutiat? quid si usque ad ponendas in terram manus dorsi spina curvetur, et hominem quodammodo quadrupedem faciat? nonne omnem statuendi corporis et movendi speciem decusque pervertet? Quid ipsius animi primigenia quae appellantur bona, ubi duo prima ponunt propter comprehensionem perceptionemque veritatis, sensum et intellectum? Sed qualis quantusque remanet sensus, si, ut alia taceam, fiat homo surdus et caecus? Ratio vero et intelligentia quo recedet, ubi sopietur, si aliquo morbo efficiatur insanus? Phrenetici multa absurda cum dicunt, vel faciunt, plerumque a bono suo proposito et moribus aliena, imo suo bono proposito moribusque contraria, sive illa cogitemus, sive videamus, si digne consideremus, lacrymas tenere vix possumus, aut forte nec possumus. Quid dicam de his, qui daemonum

visto, bien lo imaginemos, apenas podemos contener las lágrimas y lloramos [8]. Y ¿qué diré de quienes sufren la posesión de los demonios? ¿Dónde está sepultada su inteligencia cuando el espíritu maligno usa, a su capricho, del alma y del cuerpo de ellos? Y ¿quién asegura que este mal no puede sobrevenir al sabio en esta vida? Aún hay más: ¡cuán defectuosa es la percepción de la verdad en esta carne, según las palabras de la Sabiduría: *El cuerpo corruptible agrava al alma, y la morada terrena deprime el sentido, que imagina muchas cosas!* El ímpetu o apetito de acción, si es que la expresión traduce fielmente la palabra griega ὁρμήν, contado también entre los primeros principios de la naturaleza, ¿no es acaso en los furiosos causa de sus movimientos y de esas acciones que nos horrorizan, al pervertirse el sentido y trastornarse la razón?

3. En fin, la misma virtud, que no entra en el número de los principios de la naturaleza, pues que es fruto tardío de la ciencia, pero que reclama para sí el primer puesto entre los bienes humanos, ¿qué hace sobre la tierra sino guerra continua contra los vicios, no contra los exteriores, sino contra los interiores; no contra los ajenos, sino contra los propios y personales? Esta guerra la libra sobre todo la virtud, llamada en griego σωφροσύνη y en castellano templanza, que tiene por objeto frenar la libido carnal, a fin de que ésta no lleve a la mente a consentir, despeñándose en mil crímenes. Y no pensemos que no hay en nosotros vicio, cuando *la carne*, como dice el Apóstol, *desea contra el espíritu.* A ese vicio se opone directamente una virtud, señalada por él en estos términos: *Y el es-*

patiuntur incursus? ubi habent absconditam vel obrutam intelligentiam suam, quando secundum suam voluntatem et anima eorum et corpore malignus utitur spiritus? Et quis confidit hoc malum in hac vita evenire non posse sapienti? Deinde perceptio veritatis in hac carne qualis aut quanta est, quando, sicut legimus in veraci libro Sapientiae, *Corpus corruptibile aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem?* [3] Impetus porro vel actionis appetitus, si hoc modo recte latine appellatur ea quam Graeci vocant ὁρμήν, quia et ipsam primis naturae deputant bonis, nonne ipse est, quo geruntur etiam insanorum illi miserabiles motus, et facta quae horremus, quando pervertitur sensus ratioque sopitur?

3. Porro ipsa virtus, quae non est inter prima naturae, quoniam eis postea doctrina introducente supervenit, cum sibi bonorum culmen vindicet humanorum, quid hic agit nisi perpetua bella cum vitiis, nec exterioribus, sed interioribus; nec alienis, sed plane nostris et propriis; maxime illa, quae graece σωφροσύνη, latine temperantia nominatur, qua carnales frenantur libidines, ne in quaeque flagitia mentem consentientem trahant? Neque enim nullum est vitium, cum, sicut dicit Apostolus, *Caro concupiscit adversus spiritum:* cui vitio contraria virtus est, cum, sicut idem dicit, *Spiritus concupiscit adversus carnem. Haec enim,* inquit, *invicem adversantur; ut non ea quae vultis faciatis* [4]. Quid autem facere volumus,

[3] Sap. 9,15.
[4] Gal. 5,17.

píritu desea contra la carne. Son principios, añade él, *contrarios entre sí, y por eso vosotros no hacéis cuanto queréis.* ¿Qué queremos hacer cuando queremos llegar a la perfección del sumo bien sino que la carne no desee contra el espíritu ni cree en nosotros este vicio contra el que desea el espíritu? Mas, aunque queramos hacer esto en la presente vida, como no podemos, procuremos siquiera, con la ayuda de Dios, no ceder rindiendo el espíritu a la carne, que desea contra él, y no consentir en la perpetración del pecado. Dios nos libre de creer que, desgarrados y luchando aún en esta guerra intestina, hemos logrado ya la felicidad sin la posesión de la victoria. ¿Hay algún sabio que no sostenga este combate interior contra sus pasiones? [9].

4. ¿Qué diremos de la virtud que se llama prudencia? ¿Toda su vigilancia no se encamina a discernir los bienes de los males, para buscar sin error unos y huir otros? Ella misma es una prueba de que estamos en el mal y de que el mal está en nosotros. Ella nos enseña que es un mal consentir en la libido pecaminosa y que es un bien no consentir en ella. Y ese mal que la prudencia nos enseña a no consentir y la templanza nos hace combatir, ni la prudencia ni la templanza lo descartan en esta vida.

¿Qué decir de la justicia, cuyo objeto es dar a cada uno lo suyo? (Así, en el hombre hay un orden justo y procedente de la naturaleza, según el cual el alma está sometida a Dios y la carne al alma, y el alma y la carne a Dios.) [10]. ¿No es verdad que también esta virtud prueba que aún trabaja en esa obra y que todavía no ha llegado al fin de la misma? El alma

cum perfici volumus finem summi boni, nisi ut caro adversus spiritum non concupiscat, nec sit in nobis hoc vitium, contra quod spiritus concupiscat? Quod in hac vita quamvis velimus, quoniam facere non valemus, id saltem in adiutorio Dei faciamus, ne carni concupiscenti adversus spiritum, spiritu succumbente cedamus, et ad perpetrandum peccatum nostra consensione pertrahamur. Absit ergo ut, quamdiu in hoc bello intestino sumus, iam nos beatitudinem, ad quam vincendo volumus pervenire, adeptos esse credamus. Et quis est usque adeo sapiens, ut contra libidines nullum habeat omnino conflictum?

4. Quid illa virtus, quae prudentia dicitur? nonne tota vigilantia sua bona discernit a malis, ut in illis appetendis istisque vitandis nullus error obrepat? Ac per hoc et ipsa nos in malis, vel mala in nobis esse testatur. Ipsa enim docet nos, malum esse ad peccandum consentire, bonumque esse ad peccandum non consentire libidini. Illud tamen malum, cui nos non consentire docet prudentia, facit temperantia, nec prudentia, nec temperantia tollit huic vitae. Quid iustitia, cuius munus est sua cuique tribuere (unde fit in ipso homine quidam iustus ordo naturae, ut anima subdatur Deo et animae caro, ac per hoc Deo et anima et caro), nonne demonstrat in eo se adhuc opere laborare potius, quam in huius operis iam fine requiescere? Tanto quippe minus anima subditur Deo, quanto minus Deum in ipsis suis cogitationibus concipit; et tanto minus animae subditur caro, quanto magis adversus spiritum concupiscit. Quamdiu ergo nobis inest haec infirmitas, haec pestis, hic languor, quomodo nos iam salvos; et si

está, en efecto, tanto menos sometida a Dios cuanto menos piensa en El. Y la carne está tanto menos sometida al espíritu cuanto más desea contra el espíritu. Y mientras arrastremos esta debilidad, este morbo, esta tara, ¿cómo osaremos decir que estamos ya salvados? Y si no estamos todavía salvados, ¿cómo nos llamaremos felices con la bienandanza final? La fortaleza, vaya acompañada de cualquier sabiduría que sea, es el testigo más irrefragable de los males del hombre, que ella se ve obligada a tolerar con paciencia. Me maravilla que los estoicos hayan tenido la osadía de negar la existencia de esos males y de aconsejar al sabio que, si son tan fuertes que o no pueden o no deben soportarlos, se suicide y emigre de esta vida. Tal es la estupidez y el orgullo de estos hombres que pretenden hallar el principio de la felicidad en esta vida y en sí mismos. Y tal es su desvergüenza, que llaman feliz al sabio, según lo describe su vanidad, aunque quede ciego, sordo, mudo, físicamente imposibilitado, o esté atormentado con aquellos crueles dolores, o le sobrevenga otro mal que se vea precisado a darse la muerte, finalizando así esta vida. ¡Oh vida dichosa, que recurre a la muerte para dejar de ser! Si es feliz, siga viviendo, y si huye de ella movido por estos males, ¿cómo es feliz? ¿No son males acaso los que triunfan sobre la fortaleza y la obligan no solamente a la rendición, sino también al disparate de considerar feliz una vida que debe huirse? ¿Quién es tan ciego que no vea que, si es feliz, no debe huirse? Y si admiten que debe huirse por el peso de la enfermedad que la oprime, ¿por qué no reconocen que es miserable, allanando su soberbia cerviz? Una pregunta: ¿Catón se mató por paciencia o más bien

nondum salvos, quomodo iam beatos illa finali beatitudine dicere audebimus? Iam vero illa virtus, cuius nomen est fortitudo, in quantacumque sapientia evidentissima testis est humanorum malorum, quae compellitur patientia tolerare. Quae mala Stoici philosophi miror qua fronte mala non esse contendant, quibus fatentur, si tanta fuerint, ut ea sapiens vel non possit, vel non debeat sustinere, cogi eum mortem sibimet inferre, atque ex hac vita emigrare. Tantus autem superbiae stupor est in his hominibus, hic se habere finem boni et a se ipsis fieri beatos putantibus, ut sapiens eorum, hoc est, qualem mirabili vanitate describunt, etiamsi excaecetur, obsurdescat, obmutescat, membris debilitetur, doloribus crucietur, et si quid aliud talium malorum dici aut cogitari potest, incidat in eum, quo sibi mortem cogatur inferre, hanc in his malis vitam constitutam, eos non pudeat beatam vocare. O vitam beatam, quae ut finiatur, mortis quaerit auxilium! Si beata est, maneatur in ea: si vero propter ista mala fugitur ab ea, quomodo est beata? Aut quomodo ista non sunt mala, quae vincunt fortitudinis bonum, eamdemque fortitudinem non solum sibi cedere, verum etiam delirare compellunt, ut eamdem vitam et dicat beatam, et persuadeat esse fugiendam? Quis usque adeo caecus est, ut non videat quod, si beata esset, fugienda non esset? Sed si propter infirmitatis pondus, qua premitur, hanc fugiendam fatentur; quid igitur causae est, cur non etiam miseram fracta superbiae cervice fateantur? Utrum, obsecro, Cato ille patientia, an potius impatientia se peremit? Non

por impaciencia? Yo creo que no lo hubiera hecho de haber sufrido pacientemente la victoria de César. ¿Dónde está su fortaleza? Cedió, se rindió, fué tan vencido, que abandonó y desertó de la vida feliz. ¿O es que ya no era feliz? Entonces era miserable. Y ¿cómo no serían males los que hacían la vida miserable y digna de huirse? [11].

5. Aun los peripatéticos, los de la antigua Academia, de los que Varrón se muestra defensor, y cuantos admiten la existencia de esos males, hablan con más tolerancia. Pero su error es todavía extraño, porque sostienen que la vida es feliz, aunque esos males sean tan duros que obliguen para huirlos a inferirse la muerte por propia cuenta. *Los tormentos y los dolores del cuerpo son males*—dice Varrón—, *y tanto peores cuanto más pueden aumentarse. Por eso, para verte libre de ellos, debes huir de esta vida.* —¿De qué vida?, pregunto yo. —De esta vida tan cargada de males, responde él.

¿Que es feliz en medio de estos males, por los que dices que debe huirse? ¿O es que la llamas feliz justamente porque te es lícito apartarte de esos males con la muerte? ¿Qué pasaría si, por un oculto juicio de Dios, fueras retenido entre estos males, sin permitírsete morir ni separarte jamás de ellos? A la verdad que entonces darías a esta vida, por lo menos, el calificativo de miserable. No deja, pues, de ser miserable por ser presto abandonada, puesto que, si fuera eterna, tú mismo la tacharías de miserable. Y no por ser breve debe parecernos que no es miseria, o que—mayor absurdo todavía—, por ser una miseria breve, debe llamarse felicidad. Hay en esos males una

---

enim hoc fecisset, nisi victoriam Caesaris impatienter tulisset. Ubi est fortitudo? Nempe cessit, nempe succubuit, nempe usque adeo superata est, ut vitam beatam derelinqueret, desereret, fugeret. An non erat iam beata? Misera ergo erat. Quomodo igitur mala non erant quae vitam miseram fugiendamque faciebant?

5. Quapropter etiam ipsi, qui mala ista esse confessi sunt, sicut Peripatetici, sicut veteres Academici, quorum sectam Varro defendit, tolerabilius quidem loquuntur: sed eorum quoque mirus est error, quod in his malis, etsi tam gravia sint, ut morte fugienda sint, ab ipso sibimet illata, qui haec patitur, vitam beatam tamen esse contendunt. «Mala sunt, inquit, tormenta atque cruciatus corporis; et tanto sunt peiora, quanto potuerint esse maiora; quibus ut careas, ex hac vita fugiendum est». Qua vita, obsecro? Hac, inquit, quae tantis aggravatur malis. Certe ergo beata est in eisdem ipsis malis, propter quae dicis esse fugiendam? An ideo beatam dicis, quia licet tibi ab his malis morte discedere? Quid si ergo in eis aliquo iudicio divino tenereris, nec permittereris mori, nec unquam sine illis esse sinereris? Nempe tunc saltem miseram talem diceres vitam. Non igitur propterea misera non est, quia cito relinquitur: quandoquidem si sempiterna sit, etiam abs te ipso misera iudicatur. Non itaque propterea, quoniam brevis est, nulla miseria debet videri; aut, quod est absurdius, quia brevis miseria est, ideo etiam beatitudo appellari. Magna vis est in eis malis, quae cogunt hominem, secundum ipsos etiam sapientem, sibimet auferre quod homo est: cum dicant, et verum dicant, hanc esse naturae primam quodammodo et maximam vocem, ut homo concilietur sibi, et

gran fuerza que obliga al hombre e incluso al sabio, según ellos, a dejar de ser hombre. Porque dicen—y dicen verdad—que éste es el grito primero y supremo de la naturaleza: que el hombre se ame a sí mismo y huya, como consecuencia, naturalmente la muerte [12]. Y es tan amigo de sí propio, que quiere ser animal y conservar esta unión íntima de cuerpo y alma, y apetece esto con vehemencia. Hay una gran violencia en esos males, que superan el sentido de la naturaleza, que lleva a evitar la muerte a toda costa y por todos los medios. Y lo supera de tal forma, que ahora desea y apetece la muerte, y si no hay quien se la dé, el hombre se la infiere a sí mismo por su propia mano. Hay un fuerte poder en esos males que hacen a la fortaleza homicida, si es que en este caso debe llamarse fortaleza, pues que, vencida por ellos de forma tal que ella, que como virtud se había hecho cargo del gobierno y de la defensa del hombre, no sólo no puede conservar su ser por la paciencia, sino que—¡y esto es lo triste!—se ve obligada a darse la muerte. Es verdad que el sabio debe sufrir pacientemente la muerte, pero cuando viene de mano extraña. Si, pues, según ellos, se ve obligado a inferírsela a sí mismo, es preciso admitir que tales accidentes son para ellos no sólo males, sino males intolerables, que les obligan a cometer ese desafuero. Una vida oprimida por el peso de tantas y tales miserias, o sujeta a los aconteceres externos, no sería jamás llamada feliz si los hombres, que le dan ese nombre, como ceden a la infelicidad vencidos por ese alud de males que los lleva a darse muerte, se dignaran ceder a la felicidad rindiéndose a la evidencia de las razones en la búsqueda de la vida feliz, y no creyeran que en esta mortalidad se debe gozar del sumo bien. Aquí las virtudes mismas, lo más noble y útil del hombre, cuanto mayor ayuda nos brindan con-

---

propterea mortem naturaliter fugiat; ita sibi amicus, ut esse se animal, et in hac coniunctione corporis atque animae vivere velit, vehementerque appetat. Magna vis est in eis malis, quibus iste naturae vincitur sensus, quo mors omni modo omnibus viribus conatibusque vitatur; et ita vincitur, ut quae vitabatur, optetur, appetatur, et, si non potuerit aliunde contingere, ab ipso homine sibimet inferatur. Magna vis est in eis malis, quae fortitudinem faciunt homicidam: si tamen adhuc dicenda est fortitudo, quae ita his malis vincitur, ut hominem, quem, sicut virtus, regendum tuendumque suscepit, non modo non possit per patientiam custodire, sed ipsa insuper cogatur occidere. Debet quidem etiam mortem sapiens ferre patienter, sed quae accidit aliunde: secundum istos autem si eam sibi ipse inferre compellitur, profecto fatendum est eis, non solum mala, sed intolerabilia etiam mala esse, quae hoc eum perpetrare compellunt. Vita igitur, qua istorum tam magnorum tamque gravium malorum aut premitur oneribus, aut subiacet casibus, nullo modo beata diceretur, si homines qui hoc dicunt, sicut victi malis ingravescentibus, cum sibi ingerunt mortem, cedunt infelicitati, ita victi certis rationibus, cum quaerunt beatam vitam, dignarentur cedere veritati, et non sibi putarent in ista mortalitate fine summi boni esse gaudendum; ubi virtutes ipsae, quibus hic certe nihil melius atque utilius in homine reperitur, quanto maiora sunt adiutoria

tra la violencia de los peligros, de los dolores y de los trabajos, tanto más fieles testigos son de las miserias. Porque, si no son verdaderas virtudes—y éstas no pueden poseerlas sino los que tienen una verdadera piedad—, no permiten a nadie librarse de miseria alguna. Y no hacen esta promesa porque las verdaderas virtudes no saben mentir. Prometen, eso sí, que la vida humana, constreñida a ser miserable entre los mil males de este mundo, puede ser feliz con la esperanza y a la vez salva [13]. Porque ¿cómo será feliz si no es aún salva? Por eso, el apóstol San Pablo, hablando, no de los hombres imprudentes, impacientes, intemperantes e inicuos, sino de los que viven según la verdadera piedad y tienen virtudes auténticas, dice: *Porque no somos salvos sino en esperanza. Pero no se dice que uno tenga esperanza de aquello que ya ve, pues lo que uno ya ve, ¿cómo lo podrá esperar? Si esperamos, pues, lo que no vemos todavía, lo aguardamos por la paciencia.* La felicidad sigue el mismo camino que la salvación, el de la esperanza. Y como la salvación no la tenemos presto, sino que la esperamos futura, así pasa con la felicidad. Esta cláusula: *por la paciencia,* está puesta porque vivimos entre males, que es preciso tolerar pacientemente, hasta que logremos los bienes inefables que nos deleitarán plenamente. Entonces no habrá ya nada que tolerar. La salvación de la otra vida será, por consiguiente, la felicidad final. Y los filósofos, que no quieren creer porque no ven, se forjan a su antojo el fantasma de una felicidad terrena, fundados en una virtud tanto más engañosa cuanto más soberbia.

contra vim periculorum, laborum, dolorum, tanto fideliora testimonia miseriarum. Si enim verae virtutes sunt, quae nisi in eis, quibus vera inest pietas, esse non possunt; non se profitentur hoc posse ut nullas miserias patiantur homines, in quibus sunt: neque enim mendaces sunt verae virtutes, ut hoc profiteantur; sed ut vita humana, quae tot et tantis huius saeculi malis esse cogitur misera, spe futuri saeculi sit beata, sicut et salva. Quomodo enim beata est, quae nondum salva est? Unde et apostolus Paulus non de hominibus imprudentibus, impatientibus, intemperantibus et iniquis, sed de his qui secundum veram pietatem viverent, et ideo virtutes quas haberent, veras haberent, ait, *Spe enim salvi facti sumus. Spes autem quae videtur, non est spes: quod enim quis videt, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus* [5]. Sicut ergo spe salvi, ita spe beati facti sumus: et sicut salutem, ita beatitudinem, non iam tenemus praesentem, sed exspectamus futuram: et hoc *per patientiam;* quia in malis sumus, quae patienter tolerare debemus, donec ad illa veniamus bona ubi omnia erunt, quibus ineffabiliter delectemur; nihil erit autem, quod iam tolerare debeamus. Talis salus, quae in futuro erit saeculo, ipsa erit etiam finalis beatitudo. Quam beatitudinem isti philosophi, quoniam non videntes nolunt credere, hic sibi conantur falsissimam fabricare, quanto superbiore, tanto mendaciore virtute.

[5] Rom. 8,24 et 25.

CAPITULO V

La vida social y sus dificultades

Nuestra más amplia acogida a la opinión de que la vida del sabio es vida de sociedad. Porque ¿de dónde se originaría, cómo se desarrollaría y cómo lograría su fin la Ciudad de Dios—objeto de esta obra, cuyo libro XIX estamos escribiendo ahora—si la vida de los santos no fuera vida social? Mas ¿quién será capaz de enumerar la infinidad y gravedad de los males a que está sujeta la sociedad humana en esta mísera condición mortal? ¿Quién bastará a ponderarlos? Escuchen a uno de sus poetas cómicos, que pone en boca de un personaje, con la aprobación de todo el auditorio, estas palabras:

> Tomé esposa y allí experimenté toda miseria. Me nacieron los hijos, y otro cuidado más.

Y ¿qué decir de los choques de amor, descritos por el mismo Terencio, injurias, sospechas, enemistades, guerra hoy y mañana paz? ¿No es verdad que las copas humanas rebosan de estos licores? ¿No es verdad que esto sucede también con frecuencia en los amores honestos entre amigos? [14]. ¿No es verdad que los hombres sentimos por doquier injurias, sospechas, enemistades y guerras? Estos son males ciertos, pero la paz es un bien incierto, porque desconocemos los corazones de aquellos con quienes queremos tenerla, y, aunque los conozcamos hoy, no sabemos qué serán mañana. ¿Quiénes suelen o, al menos, deben

CAPUT V

De sociali vita, quae cum maxime expetenda sit, multis offensionibus saepe subvertitur

Quod autem socialem vitam volunt esse sapientis, nos multo amplius approbamus. Nam unde ista Dei civitas, de qua huius operis ecce iam undevicesimum librum versamus in manibus, vel inchoaretur exortu, vel progrederetur excursu, vel apprehenderet debitos fines, si non esset socialis vita sanctorum? Sed in huius mortalitatis aerumna quot et quantis abundet malis societas humana, quis enumerare valeat? quis aestimare sufficiat? Audiant apud comicos suos hominem cum sensu atque consensu omnium hominum dicere:

> Duxi uxorem, quam ibi miseriam vidi! Nati filii,
> Alia cura [6].

Quid itidem illa, quae in amore vitia commemorat idem Terentius, iniuriae, suspiciones, inimicitiae, bellum, pax rursum [7]: nonne res humanas ubique impleverunt? nonne et in amicorum honestis amoribus plerumque contingunt? nonne his usquequaque plenae sunt res humanae, ubi iniurias, suspiciones, inimicitias, bellum, mala certa sentimus; pacem vero incertum bonum, quoniam corda eorum, cum quibus eam tenere volumus, ignoramos; et si nosse hodie possemus, qualia cras futura essent utique

[6] Terent., *Adelphorum* act.5 scen.4 v.13-14. [7] *Eunuch.* act.1 scen.1 v.14-16.

tener más amistad entre sí que quienes se cobijan bajo un mismo techo, en una misma casa? Y, sin embargo, ¿quién de ésos está seguro cuando ve los males acaecidos por ocultas maquinaciones, males tanto más amargos cuanto más dulce fué la paz considerada como verdadera, siendo una astuta ficción? Esto hizo decir a Cicerón estas palabras, que hieren el corazón, invitan a llorar y arrancan lágrimas: «No hay traiciones más peligrosas que aquellas que se cubren con la máscara del afecto o con nombre de parentesco. Porque es fácil ponerse en guardia contra el enemigo declarado; pero, ¡ay, cuán difícil es dar con el medio de romper una trampa secreta, interior y doméstica, que encadena antes de poder reconocerla y descubrirla!» Por este motivo no puede oírse tampoco sin dolor en el corazón aquella voz divina: *Los enemigos del hombre serán los habitantes de su propia casa*. Porque, aun cuando alguien sea tan fuerte que aguante con paciencia o tan vigilante que se guarde con prudencia de las maquinaciones que hace contra él una amistad fingida, necesariamente ha de ser para él un grave tormento el mal de esos pérfidos hombres, si él es bueno, al darse cuenta de que ellos son pésimos. Y esto, bien fueran siempre malos y se fingieran tales, bien hayan trocado su bondad en malicia [15]. Si la casa, refugio común en estos males que acechan a los hombres, no está segura, ¿qué será de la ciudad? ¿Qué será de la ciudad, tanto más llena de pleitos, civiles y criminales, cuanto mayor es, aunque escape a las turbulentas sediciones, con frecuencia sangrientas, y a las guerras civiles, sucesos de los que a veces se ven libres las ciudades, pero de los peligros nunca?

---

nesciremus? Qui porro inter se amiciores solent esse, vel debent, quam qui una etiam continentur domo? Et tamen quis inde securus est, cum tanta saepe mala ex eorum occultis insidiis exstiterint; tanto amariora, quanto pax dulcior fuit; quae vera putata est, cum astutissime fingeretur? Propter quod omnium pectora sic attingit, ut cogat in gemitum, quod ait Tullius: «Nullae sunt occultiores insidiae, quam hae quae latent in simulatione officii, aut in aliquo necessitudinis nomine. Nam eum qui palam est adversarius, facile cavendo vitare possis: hoc vero occultum, intestinum ac domesticum malum non solum existit, verum etiam opprimit, antequam prospicere atque explorare potueris» [8]. Propter quod etiam divina vox illa, *Et inimici hominis, domestici eius* [9], cum magno dolore cordis auditur: quia etsi quisque tam fortis sit, ut aequo animo perferat; vel tam vigilans, ut provido consilio caveat, quae adversus eum molitur amicitia simulata: eorum tamen hominum perfidorum malo, cum eos esse pessimos experitur, si ipse bonus est, graviter excrucietur necesse est; sive semper mali fuerint, et se bonos finxerint, sive in istam malitiam ex bonitate mutati sint. Si ergo domus commune perfugium in his malis humani generis tuta non est, quid civitas, quae quanto maior est, tanto forum eius litibus et civilibus et criminalibus plenius, etiamsi quiescant, non solum turbulentae, verum saepius et cruentae seditiones, ac bella civilia, a quorum eventis sunt aliquando liberae civitates, a periculis nunquam?

[8] CICER., *in Verrem* act.2 l.1 c.15.
[9] Mt. 10,36.

CAPITULO VI

ERROR DE LOS JUICIOS HUMANOS CUANDO LA VERDAD ES OCULTA

¿Qué decir de los juicios que los hombres dan sobre los hombres, actividad que no puede faltar en las ciudades por más en paz que estén? ¿Hemos pensado alguna vez en cuáles, cuán miserables y cuán dolorosos son? Juzgan quienes no pueden leer en las conciencias de quienes son juzgados. De aquí nace con frecuencia la necesidad de recurrir con tormentos a testigos inocentes para declarar la verdad de una causa ajena. Y ¿qué diré del tormento que se hace sufrir al acusado en su propia causa? Y ¿qué, cuando para saber si es culpable le atormentan, y, siendo inocente, se le imponen penas ciertas por un crimen incierto, no porque se descubre que lo ha cometido, sino porque se ignora que no lo ha cometido? La ignorancia del juez es, con frecuencia, la desdicha del inocente. Y lo que es más intolerable, más de llorar y más digno, si fuera posible, de un riego abundoso de lágrimas es que, ordenando el juez atormentar al reo para no hacer morir a un inocente por ignorancia, sucede, por la miseria de esa ignorancia, que mata al atormentado e inocente a quien había atormentado para no matarle inocente. Si, según la doctrina de estos filósofos, el reo amara más huir de la vida que sufrir por más tiempo esos tormentos, diría que ha cometido un crimen que no cometió. Y helo ya condenado y muerto, y el juez aún no sabe si ha

---

CAPUT VI

DE ERRORE HUMANORUM IUDICIORUM, CUM VERITAS LATET

Quid ipsa iudicia hominum de hominibus, quae civitatibus in quantalibet pace manentibus deesse non possunt, qualia putamus esse, quam misera, quam dolenda? quandoquidem hi iudicant, qui conscientias eorum, de quibus iudicant, cernere nequeunt. Unde saepe coguntur tormentis innocentium testium ad alienam causam pertinentem quaerere veritatem. Quid cum in sua causa quisque torquetur; et cum quaeritur utrum sit nocens, cruciatur, et innocens luit pro incerto scelere certissimas poenas; non quia illud commisisse detegitur, sed quia non commisisse nescitur? Ac per hoc ignorantia iudicis plerumque est calamitas innocentis. Et quod est intolerabilius, magisque plangendum, rigandumque, si fieri possit, fontibus lacrymarum; cum propterea iudex torqueat accusatum, ne occidat nesciens innocentem, fit per ignorantiae miseriam, ut et tortum et innocentem occidat, quem ne innocentem occideret torserat. Si enim secundum istorum sapientiam delegerit ex hac vita fugere, quam diutius illa sustinere tormenta: quod non commisit, commisisse se dicit. Quo damnato et occiso, utrum nocentem an innocentem iudex occiderit, adhuc nescit, quem ne innocentem nesciens occideret torsit: ac per hoc innocentem et ut sciret torsit, et dum nesciret occidit. In his tenebris vitae so-

dado muerte a un culpable o a un inocente, habiéndolo atormentado para no matar por ignorancia a un inocente. Lo atormentó para conocer su inocencia y lo mató sin conocerla. En estas tinieblas de la vida civil, un juez que sea sabio, ¿se sentará o no en el tribunal? Se sentará, sin duda, porque le constriñe a eso y le obliga la sociedad humana, a la que considera crimen abandonar. ¡Y no considera crimen atormentar a testigos inocentes en causas ajenas, y que los acusados, a menudo vencidos por la vehemencia del dolor, declarando de sí mismos cosas falsas, sean condenados siendo inocentes, después de haber sido atormentados inocentes! ¡Y no considera crimen tampoco que a veces los acusadores, quizá con el deseo de ser útiles a la sociedad humana y con el fin de que no queden impunes los crímenes, mintiendo los testigos, y el reo haciendo con bravura frente a los tormentos, no confesando, sin poder probar aquellos sus declaraciones, aunque sean verdaderas, son condenados por un juez ignorante! Estos no creen pecados tantos y tan enormes males, porque el juez sabio no los hace con voluntad perversa, sino por ignorancia invencible, y como le fuerza a ello la sociedad humana, lo hace también obligado por su oficio. Pero, si esto no puede achacarse a malicia del todo, sí merece el nombre de miseria humana. Y si la necesidad, es decir, su ignorancia y su oficio de juez le constriñen a castigar y a atormentar a los inocentes, ¿es poco no ser reo si no es además feliz? ¡Ah! ¡Cuánto más cuerda y dignamente obraría reconociendo su miseria en esta necesidad y odiándola en sí mismo, y, si tiene algún sentimiento de piedad, clamando a Dios: *Líbrame de mis necesidades!*

---

cialis, sedebit iudex ille sapiens, an non sedebit? Sedebit plane. Constringit enim eum, et ad hoc officium pertrahit humana societas, quam deserere nefas ducit. Hoc enim nefas esse non ducit, quod testes innocentes in causis torquentur alienis: quod hi qui arguuntur, vi doloris plerumque superati, et de se falsa confessi, etiam puniuntur innocentes, cum iam torti fuerint innocentes: quod etsi non morte puniantur, in ipsis vel ex ipsis tormentis plerumque moriuntur: quod aliquando et ipsi qui arguunt, humanae societati fortasse, ne crimina impunita sint, prodesse cupientes, et mentientibus testibus, reoque ipso contra tormenta durante immaniter, nec fatente, probare quod obiiciunt non valentes, quamvis vera obiecerint, a iudice nesciente damnantur. Haec tot et tanta mala non deputat esse peccata: non enim haec facit sapiens iudex nocendi voluntate, sed necessitate nesciendi; et tamen quia cogit humana societas, necessitate etiam iudicandi. Haec est ergo quam dicimus, miseria certe hominis, etsi non malitia sapientis. An vero necessitate nesciendi atque iudicandi torquet insontes, punit insontes, et parum est illi quod non est reus, si non sit insuper et beatus? Quanto consideratius et homine dignius agnoscit in ista necessitate miseriam, eamque in se odit: et, si pie sapit, clamat ad Deum, *De necessitatibus meis erue me?* [10]

[10] Ps. 24,17.

CAPITULO VII

DIVERSIDAD DE LENGUAS Y MISERIA DE LAS GUERRAS

Después de la ciudad o la urbe viene el orbe de la tierra, tercer grado de la sociedad humana, que sigue estos pasos; casa, urbe y orbe. El universo es como el océano de las aguas: cuanto mayor es, tanto más abunda en escollos. El primer foco de separación entre los hombres es la diversidad de lenguas. Supongamos que en un viaje se encuentran un par de personas, ignorando una la lengua de la otra, y que la necesidad les obliga a caminar juntas un largo trecho. Los animales mudos, aunque sean de diversa especie, se asocian más fácilmente que estos dos, con ser hombres. Y cuando únicamente por la diversidad de lenguas los hombres no pueden comunicar entre sí sus sentimientos, de nada sirve para asociarlos la más pura semejanza de naturaleza [16]. Esto es tan verdad, que el hombre en tal caso está de mejor gana con su perro que con un hombre extraño. Se ha trabajado para que la ciudad imperiosa imponga no sólo su yugo, sino también su lengua, a las naciones domeñadas por la paz de la sociedad. Esta paz ha motivado esa abundancia de intérpretes que vemos. Es verdad, pero esto ¡a costa de cuántas y cuán enormes guerras, de cuántos destrozos y de cuánto derramamiento de sangre se ha logrado! Pasaron estos males, y, sin embargo, su miseria no se acabó. Si bien es cierto que no han faltado, ni faltan, naciones enemigas extran-

---

CAPUT VII

DE DIVERSITATE LINGUARUM, QUA SOCIETAS HOMINUM DIRIMITUR; ET DE MISERIA BELLORUM, ETIAM QUAE IUSTA DICUNTUR

Post civitatem vel urbem sequitur orbis terrae, in quo tertium gradum ponunt societatis humanae, incipientes a domo, atque inde ad urbem, deinde ad orbem progrediendo venientes: qui utique, sicut aquarum congeries, quanto maior est, tanto periculis plenior. In quo primum linguarum diversitas hominem alienat ab homine. Nam si duo sibimet invicem fiant obviam, neque praeterire, sed simul esse aliqua necessitate cogantur, quorum neuter norit linguam alterius; facilius sibi animalia muta, etiam diversi generis, quam illi, cum sint homines ambo, sociantur. Quando enim quae sentiunt, inter se communicare non possunt, propter solam linguae diversitatem, nihil prodest ad consociandos homines tanta similitudo naturae: ita ut libentius homo sit cum cane suo, quam cum homine alieno. At enim opera data est, ut imperiosa civitas non solum iugum, verum etiam linguam suam domitis gentibus per pacem societatis imponeret; per quam non deesset, imo et abundaret etiam interpretum copia. Verum est: sed hoc quam multis et quam grandibus bellis, quanta strage hominum, quanta effusione humani sanguinis comparatum est? Quibus transactis, non est tamen eorumdem malorum finita miseria. Quamvis enim non

jeras contra las cuales se han librado siempre y se libran aún hoy guerras, sin embargo, la misma grandeza del imperio ha dado origen a guerras de peor laya, a las guerras sociales y a las civiles. El género humano padece con ellas tremendas sacudidas, tanto cuando se guerrea para conseguir la paz como cuando se teme un nuevo levantamiento. Si quisiera exponer como se merecen los mil estragos de esos males, sus duras e inhumanas crueldades, aunque por una parte me sería imposible pintarlo como exige, por otra, ¿cuál sería el fin de este prolijo discurso?

El sabio—añaden ellos—ha de librar guerras justas. ¡Como si el sabio, consciente de que es hombre, no sentirá mucho más verse obligado a declarar guerras justas, pues, si no fueran justas, no debía declararlas, y, por tanto, para él no habría guerras! La injusticia del enemigo es la causa de que el sabio declare guerras justas [17]. Y esa injusticia, aunque no fuera acompañada de la guerra, simplemente por ser tara humana, debe deplorarla el hombre. Es evidente, pues, que quien considere con dolor males tan enormes, tan horrendos y tan inhumanos, reconoce en ellos la miseria. Y el que los sufre o considera sin dolor es mucho más miserable al creerse feliz, porque ha perdido el sentimiento humano.

---

defuerint, neque desint hostes exterae nationes, contra quas semper bella gesta sunt, et geruntur: tamen etiam ipsa imperii latitudo peperit peioris generis bella, socialia scilicet et civilia; quibus miserabilius quatitur genus humanum, sive cum belligeratur, ut aliquando conquiescant; sive cum timetur, ne rursus exsurgant. Quorum malorum multas et multiplices clades, duras et diras necessitates, si ut dignum est eloqui velim, quanquam nequaquam sicut res postulat possim; quis erit prolixae disputationis modus? Sed sapiens, inquiunt, iusta bella gesturus est. Quasi non, si se hominem meminit, multo magis dolebit iustorum necessitatem sibi exstitisse bellorum; quia nisi iusta essent, ei gerenda non essent, ac per hoc sapienti nulla bella essent. Iniquitas enim partis adversae iusta bella ingerit gerenda sapienti: quae iniquitas utique homini est dolenda, quia hominum est, etsi nulla ex ea bellandi necessitas nasceretur. Haec itaque mala tam magna, tam horrenda, tam saeva, quisquis cum dolore considerat, miseriam fateatur. Quisquis autem vel patitur ea sine animi dolore, vel cogitat, multo utique miserius ideo se putat beatum, quia et humanum perdidit sensum.

CAPITULO VIII

INSEGURIDAD DE LA AMISTAD EN ESTA VIDA

Y si no se da esa ignorancia rayana en la demencia, frecuente, por cierto, en la mísera condición de esta vida, que nos hace creer al amigo enemigo, o al enemigo amigo, ¿qué consolación mejor hallamos, entre las agitaciones y penalidades de la sociedad humana, que la fe sincera y el mutuo amor de los buenos y auténticos amigos? Pero cuantos más y en más lugares los tenemos, tanto más tememos que les suceda algún accidente de esos que llenan el mundo [18]. Porque no nos preocupa solamente que no sean afligidos por el hambre, las guerras, las enfermedades, la cautividad y los males que esto lleva consigo, imposibles de imaginar, sino que además tememos—y es temor mucho más amargo—que se tornen pérfidos y malvados. Y cuando esto sucede (evidentemente tanto más cuanto más y más diferentes son nuestros amigos) y llega a nuestro conocimiento, ¿quién podrá darse cuenta de las llamas en que arde nuestro corazón sino el que siente tales reveses? Preferiríamos saber a nuestros amigos muertos, aunque aun esto no podríamos saberlo sin dolor. ¿Cómo es posible que la muerte de personas cuya vida nos deleitaba con los solaces de la amistad no nos inyecte la tristeza en el alma? [19]. Quien proscribe esta tristeza, proscriba, si puede, las charlas entre amigos. In-

---

CAPUT VIII

QUOD AMICITIA BONORUM SECURA ESSE NON POSSIT, DUM A PERICULIS QUAE IN HAC VITA SUNT, TREPIDARI NECESSE SIT

Si autem non contingat quaedam ignorantia similis dementiae, quae tamen in huius vitae misera conditione saepe contingit, ut credatur vel amicus esse qui inimicus est, vel inimicus qui amicus est; quid nos consolatur in hac humana societate erroribus aerumnisque plenissima, nisi fides non ficta, et mutua dilectio verorum et bonorum amicorum? Quos quanto plures et in locis pluribus habemus, tanto longius latiusque metuimus, ne quid eis contingat mali de tantis malorum aggeribus huius saeculi. Non enim tantummodo solliciti sumus, ne fame, ne bellis, ne morbis, ne captivitatibus affligantur, ne in eadem servitute talia patiantur, qualia nec cogitare sufficimus: verum etiam, ubi timor est multo amarior, ne in perfidiam, malitiam nequitiamque mutentur. Et quando ista contingunt (tanto utique plura, quanto illi sunt plures, et in pluribus locis) et in nostram notitiam perferuntur, quibus cor nostrum flagris uratur, quis potest, nisi qui talia sentit, advertere? Mortuos quippe audire mallemus: quamvis et hoc sine dolore non possimus audire. Quorum enim nos vita propter amicitiae solatia delectabat, unde fieri potest ut eorum mors nullam nobis ingerat moestitudinem? Quam qui prohibet, prohibeat, si potest, amica colloquia, interdicat amicalem vel intercidat affectum.

terrumpa o corte el hilo del afecto amigable, rompa los lazos más dulces de las relaciones humanas, y esto no lo hará sin cruel estupor. O, si no, crea que es preciso usar de ellos sin que la amistad aliente en el espíritu ese aire de dulzura. Y si todo esto es imposible, ¿cómo no nos ha de ser amarga la muerte de aquel cuya vida nos es dulce? [20]. De aquí nace esa melancolía, esa especie de herida o llaga del corazón, no inhumana, que sólo halla curación en los dulzores de las consolaciones. Decir que esas heridas se restañan tanto más presto y fácilmente cuanto mejor es el alma, no es decir que no hay llaga en el alma. Aunque la muerte de los seres más queridos, sobre todo si son forjadores de los lazos sociales, pinche más blanda o más duramente en la vida de los mortales, sin embargo, preferimos verlos morir a verlos desertar de la fe o de las buenas costumbres, que es morir en el alma. De esta inmensa cantidad de males está llena la tierra. Por eso está escrito: *¿No es verdad que la vida del hombre sobre la tierra es tentación?* Y por eso dice el Señor: *¡Ay del mundo por los escándalos!* Y asimismo: *Porque abundó la iniquidad se enfriará la caridad de muchos.* He aquí por qué debemos felicitarnos por la muerte de nuestros mejores amigos. Y cuando nuestro corazón sea presa de la angustia, consolémonos y pensemos que la muerte ha librado a los amigos de los males que hieren, depravan o, al menos, ponen en peligro en esta vida aun a los hombres buenos.

---

omnium humanarum necessitudinum vincula mentis immiti stupore disrumpat; aut sic eis utendum censeat, ut nulla ex eis animum dulcedo perfundat. Quod si fieri nullo modo potest, etiam hoc quo pacto futurum est, ut eius nobis amara mors non sit, cuius dulcis est vita? Hinc est enim et luctus, quoddam non inhumani cordis quasi vulnus, aut ulcus, cui sanando adhibentur officiosae consolationes. Non enim propterea non est quod sanetur, quoniam quanto est animus melior, tanto in eo citius faciliusque sanatur. Cum igitur etiam de charissimorum mortibus, maxime quorum sunt humanae societati officia necessaria, nunc mitius, nunc asperius affligatur vita mortalium; mortuos tamen eos, quos diligimus, quam vel a fide, vel a bonis moribus lapsos, hoc est, in ipsa anima mortuos audire seu videre mallemus: qua ingenti materia malorum plena est terra; propter quod scriptum est, *Numquid non tentatio est vita humana super terram?* [11] Et propter quod ipse Dominus ait, *Vae mundo ab scandalis* [12]: et iterum, *Quoniam abundavit*, inquit, *iniquitas, refrigescet charitas multorum* [13]. Ex quo fit, ut bonis amicis mortuis gratulemur, et cum mors eorum nos contristet, ipsa nos certius consoletur: quoniam malis caruerunt, quibus in hac vita etiam boni homines vel conteruntur, vel depravantur, vel in utroque periclitantur.

[11] Iob 7,1.
[12] Mt. 18,7.
[13] Ibid., 24,12.

CAPITULO IX

La amistad de los santos ángeles y el porqué de que se nos oculte

En cuanto a los santos ángeles, es decir, a la cuarta sociedad que establecieron los filósofos que pretenden que tengamos a los dioses por amigos, pasando del orbe al mundo y abarcando así en cierto modo también el cielo, no tememos que tales amigos nos contristen con su muerte o con su depravación. Pero, como no tenemos con ellos esa familiaridad que tenemos con los demás hombres (que es uno de los gajes de la vida) y como a veces Satanás, según la Escritura, se transfigura en ángel de luz para tentar a aquellos que o tienen necesidad de ser así probados o merecen ser engañados, la gran misericordia de Dios es necesaria, para que nadie, creyendo tener por amigos a los ángeles buenos, tenga por amigos fingidos a demonios malos, enemigos tanto más dañinos cuanto más astutos y falaces. Y ¿quién tiene necesidad de la gran misericordia de Dios sino la gran miseria humana, que se ve oprimida por una ignorancia tan supina, que la simulación de los demonios la engaña fácilmente? Es certísimo que esos filósofos que dijeron tener a los dioses por amigos cayeron en la ciudad impía en la trampa de los demonios, dominadores de toda esta ciudad, que ha de tener con ellos un suplicio eterno. Porque a la vista de

---

CAPUT IX

De amicitia sanctorum Angelorum, quae homini in hoc mundo non potest esse manifesta, propter fallaciam daemonum, in quos inciderunt qui multos sibi deos colendos putarunt

In societate vero sanctorum Angelorum, quam philosophi illi, qui nobis deos amicos esse voluerunt, quarto constituerunt loco, velut ad mundum venientes ab orbe terrarum, ut sic quodammodo complecterentur et caelum; nullo modo quidem metuimus, ne tales amici vel morte nos sua, vel depravatione contristent. Sed quia nobis non ea qua homines familiaritate miscentur (quod etiam ipsum ad aerumnas huius pertinet vitae) et aliquando satanas, sicut legimus transfigurat se velut angelum lucis [14], ad tentandos eos quos ita vel erudiri opus est, vel decipi iustum est; magna Dei misericordia necessaria est, ne quisquam, cum bonos Angelos amicos se habere putat, habeat malos daemones amicos fictos, eosque tanto nocentiores, quanto astutiores ac fallaciores patiatur inimicos. Et cui magna ista Dei misericordia necessaria est, nisi magnae humanae miseriae, quae ignorantia tanta premitur, ut facile istorum simulatione fallatur? Et illos quidem philosophos in impia civitate, qui deos sibi amicos esse dixerunt, in daemones malignos incidisse certissimum est, quibus tota ipsa civitas subditur, aeternum cum eis habitura supplicium. Ex eorum quippe sacris,

[14] 2 Cor. 11,14.

todos está por los sacrificios, o por mejor decir, por los sacrilegios con que pensaron que debían rendirles culto y por los juegos nefandos con que representaban, a exigencias y a petición de los inmundísimos demonios, esas maldades e ignominias que les servían de aplacamiento, los que eran sus adoradores.

CAPITULO X

FRUTO DE LA VICTORIA APAREJADO A LOS SANTOS

Los santos y los fieles adoradores del único Dios verdadero y sumo no están aún a salvo de sus engaños y de sus multiformes tentaciones. En este valle de debilidad y de miseria, esa prueba no carece de sentido, pues que excita y enardece el deseo de esa seguridad en que habrá una paz perfecta y enteramente cierta. Allí se darán cita todos los dones de la naturaleza, es decir, las perfecciones dadas por el Creador a nuestra naturaleza, bienes eternos no sólo para el alma, curada por la sabiduría, sino también para el cuerpo, renovado por la resurrección. Allí las virtudes no lucharán contra los vicios o contra los males, sino que poseerán, como premio de su victoria, una paz eterna, que no será turbada por ningún enemigo [21]. Y ésta será la beatitud final, el fin de la perfección, que no tendrá fin. El mundo nos llama felices de verdad cuando gozamos de paz, tal cual puede gozarse en esta vida; pero esta felicidad, comparada con la final de que hablamos, es una verdadera miseria.

vel potius sacrilegiis, quibus eos colendos, et ex ludis immundissimis, ubi eorum crimina celebrantur, quibus eos placandos putaverunt, eisdem ipsis auctoribus et exactoribus talium tantorumque dedecorum, satis ab eis qui colantur apertum est.

CAPUT X

QUIS FRUCTUS SANCTIS DE SUPERATA HUIUS VITAE TENTATIONE PARATUS SIT

Sed neque sancti et fideles unius veri Dei summique cultores, ab eorum fallaciis et multiformi tentatione securi sunt. In hoc enim loco infirmitatis et diebus malignis etiam ista sollicitudo non est inutilis, ut illa securitas, ubi pax plenissima atque certissima est, desiderio ferventiore quaeratur. Ibi enim erunt naturae munera, hoc est, quae naturae nostrae ab omnium naturarum Creatore donantur, non solum bona, verum etiam sempiterna; non solum in animo, qui sanatur per sapientiam, verum etiam in corpore, quod resurrectione renovabitur. Ibi virtutes, non contra ulla vitia vel mala quaecumque certantes, sed habentes victoriae praemium aeternam pacem, quam nullus adversarius inquietet. Ipsa est enim beatitudo finalis, ipse perfectionis finis, qui consumentem non habet finem. Hic autem dicimur quidem beati, quando pacem habemus, quantulacumque hic haberi potest in vita bona: sed haec beatitudo illi, quam finalem dicimus, beatitudini comparata, prorsus miseria reperitur. Hanc ergo pacem, qualis hic potest esse, mortales homines in rebus mortalibus

Cuando nosotros, mortales, entre lo efímero de las cosas, poseemos esta paz que puede existir en el mundo, si vivimos rectamente, la virtud usa con rectitud de sus bienes; mas, cuando no la poseemos, la virtud usa bien aun de los males de nuestra condición humana. La verdadera virtud consiste, por lo tanto, en hacer buen uso de los bienes y de los males y en referirlo todo al fin último, que nos pondrá en posesión de una paz perfecta e incomparable.

CAPITULO XI

LA FELICIDAD DE LA PAZ ETERNA, FIN Y VERDADERA PERFECCIÓN DE LOS SANTOS

Podemos, en consecuencia, decir de la paz lo que hemos dicho de la vida eterna, que es el fin de nuestros bienes, ya que un salmo, hablando de la ciudad objeto de esta laboriosa obra, se expresa así: *Alaba al Señor, Jerusalén; alaba, Sión, a tu Dios. Porque el que afianzó con fuertes barras tus puertas y ha bendecido a tus hijos y moradores, ése ha establecido la paz a tus fines.* Una vez que los pestillos de sus puertas fueren afianzados, ya no entrará ni saldrá nadie de ella. Por esos fines de que habla el salmo debemos entender aquí la paz, que queremos probar como final. El nombre místico de esa Ciudad, es decir, Jerusalén, significa Visión de paz, como ya hemos hecho notar. Mas, como el nombre de paz es también corriente en las

quando habemus, si recte vivimus, bonis eius recte utitur virtus: quando vero eam non habemus, etiam malis, quae homo patitur, bene utitur virtus. Sed tunc est vera virtus, quando et omnia bona quibus bene utitur, et quidquid in bono usu bonorum et malorum facit, et se ipsam ad eum finem refert, ubi nobis talis et tanta pax erit, qua melior et maior esse non possit.

CAPUT XI

DE BEATITUDINE PACIS AETERNAE, IN QUA SANCTIS FINIS EST, ID EST VERA PERFECTIO

Quapropter possumus dicere, fines bonorum nostrorum esse pacem, sicut aeternam esse diximus vitam: praesertim quia ipsi civitati Dei, de qua nobis est ista operosissima disputatio, in sancto dicitur Psalmo, *Lauda, Ierusalem, Dominum; collauda Deum tuum, Sion. Quoniam confirmavit seras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te, qui posuit fines tuos pacem* [15]. Quando enim confirmatae fuerint serae portarum eius, iam in illam nullus intrabit, nec ab illa ullus exibit. Ac per hoc fines eius eam debemus hic intelligere pacem, quam volumus demonstrare finalem. Nam et ipsius civitatis mysticum nomen, id est Ierusalem, quod et ante iam diximus, Visio pacis interpretatur. Sed quoniam pacis nomen etiam in his rebus mortalibus frequentatur, ubi utique non est vita aeterna; propterea

[15] Ps. 147, 12-14.

cosas mortales, donde no se da la vida eterna, he preferido reservar este nombre de vida eterna para el fin en que la Ciudad de Dios encontrará su bien supremo y soberano. De este fin dice el Apóstol: *Ahora, libres del pecado y convertidos siervos de Dios, tenéis por fruto vuestro la santificación y por fin la vida eterna.* Mas, como también los no familiarizados con las Sagradas Escrituras pueden entender por vida eterna la vida de los pecadores, bien, según algunos filósofos, por la inmortalidad del alma, bien, según nuestra fe, por las penas interminables de los impíos, que no serán eternamente atormentados si no viven eternamente, debe llamarse fin de esta ciudad en que gozará del sumo bien, o la paz en la vida eterna, o la vida eterna en la paz. Así, todos pueden entenderlo con facilidad. Y la paz es un bien tan noble, que aun entre las cosas mortales y terrenas no hay nada más grato al oído, ni más dulce al deseo, ni superior en excelencia. Abrigo la convicción de que, si me detuviera un poco a hablar de él, no sería oneroso a los lectores, tanto por el fin de esta ciudad de que tratamos como por la dulcedumbre de la paz, ansiada por todos.

CAPITULO XII

La paz, aspiración suprema de los seres

1. Quienquiera que repare en las cosas humanas y en la naturaleza de las mismas, reconocerá conmigo que, así como no

---

finem civitatis huius, ubi erit summum bonum eius, aeternam vitam maluimus commemorare quam pacem. De quo fine Apostolus ait, *Nunc vero liberati a peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam aeternam* [16]. Sed rursus quia vita aeterna ab his qui familiaritatem non habent cum Scripturis sanctis, potest accipi etiam malorum vita; vel secundum quosdam etiam philosophos, propter animae immortalitatem; vel etiam secundum fidem nostram, propter poenas interminabiles impiorum, qui utique in aeternum cruciari non poterunt, nisi etiam vixerint in aeternum: profecto finis civitatis huius, in quo summum habebit bonum, vel pax in vita aeterna, vel vita aeterna in pace dicendus est, ut facilius ab omnibus possit intelligi. Tantum est enim pacis bonum, ut etiam in rebus terrenis atque mortalibus nihil gratius soleat audiri, nihil desiderabilius concupisci, nihil postremo possit melius inveniri. De quo si aliquanto diutius loqui voluerimus, non erimus, quantum arbitror, onerosi legentibus, et propter finem civitatis huius, de qua nobis sermo est, et propter ipsam dulcedinem pacis quae omnibus chara est.

CAPUT XII

Quod etiam bellantium saevitia omnesque hominum inquietudines ad pacis finem cupiant pervenire, sine cuius appetitu nulla natura sit

1. Quod enim mecum quisquis res humanas naturamque communem utcumque intuetur agnoscit, sicut nemo est qui gaudere nolit, ita nemo est

[16] Rom. 6,22.

hay nadie que no quiera gozar, así «no hay nadie que no quiera tener paz» [22]. En efecto, los mismos amantes de la guerra no desean más que vencer, y, por consiguiente, ansían llegar guerreando a una paz gloriosa. Y ¿qué es la victoria más que la sujeción de los rebeldes? Logrando este efecto llega la paz. La paz es, pues, también el fin perseguido por quienes se afanan en poner a prueba su valor guerrero presentando guerra para imperar y luchar. De donde se sigue que el verdadero fin de la guerra es la paz [23]. El hombre, con la guerra, busca la paz; pero nadie busca la guerra con la paz. Aun los que perturban la paz de intento no odian la paz, sino que ansían cambiarla a su capricho.

Su voluntad no es que no haya paz, sino que la paz sea según su voluntad. Y si llegan a separarse de otros por alguna sedición, no ejecutan su intento si no tienen con sus cómplices una especie de paz. Por eso los bandoleros procuran estar en paz entre sí, para alterar con más violencia y seguridad la paz de los demás. Y si hay algún salteador tan forzudo y enemigo de compañías que no se confíe a nadie y saltee y mate y se dé al pillaje él solo, al menos tiene una especie de paz, sea cual fuere, con aquellos a quienes no puede matar y a quienes quiere ocultar lo que hace. En su casa procura vivir en paz, con su esposa, con los hijos, con los domésticos, si los tiene, y se deleita en que sin chistar obedezcan a su voluntad. Y si no se le obedece, se indigna, riñe y castiga, y si la necesidad lo exige, compone la paz familiar con crueldad. El ve que la paz no puede existir en la familia si los miembros no se someten a

---

qui pacem habere nolit. Quandoquidem et ipsi qui bella volunt, nihil aliud quam vincere volunt: ad gloriosam ergo pacem bellando cupiunt pervenire. Nam quid est aliud victoria, nisi subiectio repugnantium? quod cum factum fuerit, pax erit. Pacis igitur intentione geruntur et bella, ab his etiam qui virtutem bellicam student exercere imperando atque pugnando. Unde pacem constat belli esse optabilem finem. Omnis enim homo etiam belligerando pacem requirit: nemo autem bellum pacificando. Nam et illi qui pacem, in qua sunt, perturbari volunt, non pacem oderunt, sed eam pro arbitrio suo cupiunt commutari. Non ergo ut sit pax nolunt, sed ut ea sit quam volunt. Denique etsi per seditionem se ab aliis separaverint, cum eis ipsis conspiratis vel coniuratis suis nisi qualemcumque pacis speciem teneant, non efficiunt quod intendunt. Proinde latrones ipsi, ut vehementius et tutius infesti sint paci caeterorum, pacem volunt habere sociorum. Sed etsi unus sit tam praepollens viribus, et conscios ita cavens, ut nulli socio se committat, solusque insidians et praevalens, quibus potuerit oppressis et exstinctis praedas agat, cum eis certe quos occidere non potest, et quos vult latere quod facit, qualemcumque umbram pacis tenet. In domo autem sua cum uxore et cum filiis, et si quos alios illic habet, studet profecto esse pacatus: eis quippe ad nutum obtemperantibus sine dubio delectatur. Nam si non fiat, indignatur, corripit, vindicat: et domus suae pacem, si ita necesse sit, etiam saeviendo componit; quam sentit esse non posse, nisi cuidam principio, quod ipse in domo sua est, caetera in eadem domestica societate subiecta sint. Ideoque si offerretur ei servi-

la *cabeza*, que es él en su casa. Y si una ciudad o pueblo quisiera sometérsele como deseaba que le estuvieran sujetos los de su casa, no se escondiera ya como ladrón en una caverna, sino que se engallaría a vista de todos, pero con la misma cupididad y malicia. Todos desean, pues, tener paz con aquellos a quienes quieren gobernar a su antojo. Y cuando hacen la guerra a otros hombres, quieren hacerlos suyos, si pueden, e imponerles luego las condiciones de su paz.

2. Supongamos a uno descrito con las pinceladas de la fábula y de los poetas. Quizá por su invariable fiereza prefirieron llamarle semihombre a hombre [24]. Su reino sería la espantosa soledad de un antro desierto, y su malicia tan enorme, que recibió el nombre griego de κακός *(malo)*. Sin esposa con quien tener charlas amorosas, ni hijos pequeñitos que alegraran sus días, ni mayores a quienes mandara. No gozaba de la conversación de algún amigo, ni siquiera de Vulcano, su padre, más feliz al menos que este dios, porque él no engendró otro monstruo semejante. Lejos de dar nada a nadie, robaba a los demás cuando y cuanto podía y quería. Y, sin embargo, en su antro solitario, cuyo suelo, según el poeta, siempre estaba regado de sangre, sólo anhelaba la paz, un reposo sin molestia ni turbación de violencia o miedo. Deseaba también tener paz con su cuerpo, y cuanta más tenía, tanto mejor le iba. Mandaba a sus miembros, y éstos obedecían. Y con el fin de pacificar cuanto antes su mortalidad, que se rebelaba contra él por la indigencia y el hambre, que se coligaban para disociar y desterrar el alma del cuerpo, robaba, mataba y devoraba. Y aunque inhumano y fiero, miraba, con todo, inhumana y ferozmente por

---

tus plurium, vel civitatis vel gentis, ita ut sic ei servirent, quemadmodum sibi domi suae serviri volebat; non se iam latronem latebris conderet, sed regem conspicuum sublimaret, cum eadem in illo cupiditas et malitia permaneret. *Pacem itaque cum suis omnes habere cupiunt, quos ad suum arbitrium volunt vivere.* Nam et cum quibus bellum gerunt, suos facere, si possint, volunt, eisque subiectis leges suae pacis imponere.

2. Sed faciamus aliquem, qualem canit poetica et fabulosa narratio; quem fortasse, propter ipsam insociabilem feritatem, semihominem quam hominem dicere maluerunt. Quamvis ergo huius regnum dirae speluncae fuerit solitudo, tamque malitia singularis, ut ex hac ei nomen inventum sit; nam malus graece κακός dicitur, quod ille vocabatur: nulla coniux ei blandum ferret referretque sermonem, nullis filiis vel alluderet parvulis, vel grandiusculis imperaret, *nullo amici colloquio frueretur, nec Vulcani* patris, quo vel hinc tantum non parum felicior fuit, quia tale monstrum ipse non genuit: nihil cuiquam daret, sed a quo posset quidquid vellet, et quando posset, et quantum vellet auferret: tamen in ipsa sua spelunca solitaria, cuius, ut describitur, semper recenti caede tepebat humus [17], nihil aliud quam pacem volebat, in qua nemo illi molestus esset, nec eius quietem vis ullius terrorve turbaret. Cum corpore suo denique pacem habere cupiebat: et quantum habebat, tantum illi bene erat. Quandoquidem membris obtemperantibus imperabat; et ut suam mortalitatem adversum

[17] VIRGIL., *Aeneid.* 1.8 v.195-196.

la paz de su vida y salud. Si quisiera tener con los demás esa paz que buscaba tanto para sí en su caverna y en sí mismo, ni se llamara malo, ni monstruo, ni semihombre. Y si las extrañas formas de su cuerpo y el torbellino de llamas vomitado por su boca apartó a los hombres de su compañía, era cruel no por deseo de hacer mal, sino por necesidad de vivir. Mas éste no ha existido o, lo que es más creíble, no fué tal cual lo pinta el poeta, porque, si no alargara tanto la mano en acusar a Caco, serían pocas las alabanzas de Hércules. Este hombre, o por mejor decir, este semihombre, no existió, como tantas otras ficciones de los poetas. Porque aun las fieras más crueles—y éste participó también de esa fiereza, se llamó semifiera—custodian la especie con cierta paz, cohabitando, engendrando, pariendo y alimentando a sus hijos, a pesar de que con frecuencia son insociables y solívagas, son no como las ovejas, los ciervos, las palomas, los estorninos y las abejas, sino como los leones, las raposas, las águilas y las lechuzas. ¿Qué tigre hay que no ame blandamente a sus cachorros y, depuesta su fiereza, no los acaricie? ¿Qué milano, por más solitario que vuele sobre la presa, no busca hembra, hace su nido, empolla los huevos, alimenta sus polluelos y mantiene como puede la paz en su casa con su compañera, como una especie de madre de familia? ¡Cuánto más es arrastrado el hombre por las leyes de su naturaleza a formar sociedad con todos los hombres y a lograr la paz en cuanto esté de su parte! [25]. Los malos combaten por la paz de los suyos, y quieren someter, si es posible, a todos, para que todos sirvan a uno solo. ¿Por qué? Porque desean estar en paz con él, sea por miedo, sea por amor. Así, la sober-

---

se ex indigentia rebellantem, ac seditionem famis ad dissociandam atque excludendam de corpore animam concitantem, quanta posset festinatione pacaret, rapiebat, necabat, vorabat; et quamvis immanis ac ferus, paci tamen suae vitae ac salutis immaniter et ferociter consulebat: ac per hoc si pacem, quam in sua spelunca atque in se ipso habere satis agebat, cum aliis etiam habere vellet, nec malus, nec monstrum, nec semihomo vocaretur. Aut si eius corporis forma, et atrorum ignium vomitus ab eo deterrebat hominum societatem; forte non nocendi cupiditate, sed vivendi necessitate saeviebat. Verum iste non fuerit, vel, quod magis credendum est, talis non fuerit, qualis vanitate poetica describitur: nisi enim nimis accusaretur Cacus, parum Hercules laudaretur. Talis ergo homo, sive semihomo, melius, ut dixi, creditur, non fuisse, sicut multa figmenta poetarum. Ipsae enim saevissimae ferae, unde ille partem habuit feritatis (nam et semiferus dictus est) [18], genus proprium quadam pace custodiunt, coeundo, gignendo, pariendo, fetus fovendo atque nutriendo, cum sint pleraeque insociabiles et solivagae: non scilicet ut oves, cervi, columbae, sturni, apes; sed ut leones, vulpes, aquilae, noctuae. Quae enim tigris non filiis suis mitis immurmurat, et pacata feritate blanditur? quis milvus, quantumlibet solitarius rapinis circumvolet, non coniugium copulat, nidum congerit, ova confovet, pullos alit, et quasi cum sua matrefamilias societatem domesticam quanta potest pace conservat? Quanto magis homo

[18] VIRGIL., *Aeneid.* 1.8 v.267.

bia imita perversamente a Dios. Odia bajo él la igualdad con sus compañeros, pero desea imponer su señorío en lugar de él. Odia la paz justa de Dios y ama su injusta paz propia. Es imposible que no ame la paz, sea cual fuere. Y es que no hay vivir tan contrario a la naturaleza que borre los vestigios últimos de la misma.

3. El que sabe anteponer lo recto a lo torcido, y lo ordenado a lo perverso, reconoce que la paz de los pecadores, en comparación de la paz de los justos, no merece ni el nombre de paz. Lo que es perverso o contra el orden, necesariamente ha de estar en paz en alguna, de alguna y con alguna parte de las cosas en que es o de que consta. De lo contrario, dejaría de ser. Supongamos un hombre suspendido por los pies, cabeza abajo. La situación del cuerpo y el orden de los miembros es perverso, porque está invertido el orden exigido por la naturaleza, estando arriba lo que debe estar naturalmente abajo. Este desorden turba la paz del cuerpo, y por eso es molesto. Pero el alma está en paz con su cuerpo y se afana por su salud, y por eso hay quien siente el dolor. Y si, acosada por las dolencias, se separara, mientras subsista la trabazón de los miembros, hay alguna paz entre ellos, y por eso aún hay alguien suspendido. El cuerpo terreno tiende a la tierra, y al oponerse a eso su atadura busca el orden de su paz y pide en cierto modo, con la voz de su peso, el lugar de su reposo [26]. Y, una vez exánime y sin sentido, no se aparta de su paz natural, sea conservándola, sea tendiendo a ella. Si se le embalsa-

fertur quodammodo naturae suae legibus ad ineundam societatem pacemque cum hominibus, quantum in ipso est, omnibus obtinendam: cum etiam mali pro pace suorum belligerent, omnesque, si possint, suos facere velint, ut uni cuncti et cuncta deserviant; quo pacto, nisi in eius pacem, vel amando, vel timendo consentiant? Sic enim superbia perverse imitatur Deum. Odit namque cum sociis aequalitatem sub illo: sed imponere vult sociis dominationem suam pro illo. Odit ergo iustam pacem Dei et amat iniquam pacem suam: non amare tamen qualemcumque pacem nullo modo potest. Nullum quippe vitium ita contra naturam est, ut naturae deleat etiam extrema vestigia.

3. Itaque pacem iniquorum in pacis comparatione iustorum ille videt, nec pacem esse dicendam, qui novit praeponere recta pravis et ordinata perversis. Quod autem perversum est, hoc etiam necesse est ut in aliqua et ex aliqua et cum aliqua rerum parte pacatum sit, in quibus est, vel ex quibus constat; alioquin nihil esset omnino. Velut si quisquam capite deorsum pendeat, perversus est utique situs corporis et ordo membrorum; quia id quod desuper esse natura postulat, subter est, et quod illa subter vult esse, desuper factum est; conturbavit carnis pacem ista perversitas, et ideo est molesta: verumtamen anima corpori suo pacata est, et pro eius salute satagit, et ideo est qui doleat; quae si molestiis eius exclusa discesserit, quandiu membrorum manet compago, non est sine quadam partium pace quod remanet, et ideo adhuc est qui pendeat. Et quod terrenum corpus in terram nititur, et vinculo quo suspensum est renititur, in suae pacis ordinem tendit, et locum quo requiescat quodammodo ponderis voce poscit, iamque exanime ac sine ullo sensu, a pace tamen naturali sui ordi-

ma, de suerte que se impida la disolución del cadáver, todavía une sus partes entre sí cierta paz, y hace que todo el cuerpo busque el lugar terreno y conveniente y, por consiguiente, pacífico. Empero, si no es embalsamado y se le deja a su curso natural, se establece un combate de vapores contrarios que ofenden nuestro sentido. Es el efecto de la putrefacción, hasta que se acople a los elementos del mundo y retorne a su paz, pieza a pieza y poco a poco. De estas transformaciones no se substrae nada a las leyes del supremo Creador y Ordenador, que gobierna la paz del universo. Porque, aunque los animales pequeños nazcan del cadáver de animales mayores, cada corpúsculo de ellos, por ley del Creador, sirve a sus pequeñas almas para su paz y conservación. Y aunque unos animales devoren los cuerpos muertos de otros, siempre encuentran las mismas leyes difundidas por todos los seres para la conservación de las especies, pacificando cada parte con su parte conveniente, sea cualquiera el lugar, la unión o las transformaciones que hayan sufrido [27].

CAPITULO XIII

LA PAZ UNIVERSAL Y SU INDEFECTIBILIDAD

1. Así, la paz del cuerpo es la ordenada complexión de sus partes [28]; y la del alma irracional, la ordenada calma de sus apetencias. La paz del alma racional es la ordenada

nis non recedit, vel cum tenet eam, vel cum fertur ad eam. Si enim adhibeantur medicamenta, atque curatio, quae formam cadaveris dissolvi dilabique non sinat, adhuc pax quaedam partes partibus iungit, totamque molem applicat terreno et convenienti, ac per hoc loco pacato. Si autem nulla adhibeatur cura condiendi, sed naturali cursui relinquatur, tamdiu quasi tumultuatur dissidentibus exaltationibus et nostro inconvenientibus sensui: id enim est quod in putore sentitur, donec mundi conveniat elementis, et in eorum pacem particulatim paulatimque discedat. Nullo modo tamen inde aliquid legibus summi illius Creatoris Ordinatorisque subtrahitur, a quo pax universitatis administratur: quia etsi de cadavere maioris animantis animalia minuta nascantur, eadem lege Creatoris quaeque corpuscula in salutis pace suis animulis serviunt: etsi mortuorum carnes ab aliis animalibus devorentur, easdem leges per cuncta diffusas ad salutem generis cuiusque mortalium, congrua congruis pacificantes, quaquaversum trahantur, et rebus quibuscumque iungantur, et in res quaslibet convertantur et commutentur, inveniunt.

CAPUT XIII

DE PACE UNIVERSALI, QUAE INTER QUASLIBET PERTURBATIONES PRIVARI NON POTEST LEGE NATURAE, DUM SUB IUSTO IUDICE AD ID QUISQUE PERVENIT ORDINATIONE, QUOD MERUIT VOLUNTATE

1. Pax itaque corporis, est ordinata temperatura partium. Pax animae irrationalis, ordinata requies appetitionum. Pax animae rationalis, ordinata cognitionis actionisque consensio. Pax corporis et animae, ordi-

armonía entre el conocimiento y la acción, y la paz del cuerpo y del alma, la vida bien ordenada y la salud del animal. La paz entre el hombre mortal y Dios es la obediencia ordenada por la fe bajo la ley eterna. Y la paz de los hombres entre sí, su ordenada concordia. La paz de la casa es la ordenada concordia entre los que mandan y los que obedecen en ella, y la paz de la ciudad es la ordenada concordia entre los ciudadanos que gobiernan y los gobernados. La paz de la ciudad celestial es la unión ordenadísima y concordísima para gozar de Dios y a la vez en Dios. Y la paz de todas las cosas, la tranquilidad del orden [29]. Y el orden es la disposición que asigna a las cosas diferentes y a las iguales el lugar que les corresponde [30]. Por tanto, como los miserables, en cuanto tales, no están en paz, no gozan de la tranquilidad del orden, exenta de turbaciones; pero como son merecida y justamente miserables, no pueden estar en su miseria fuera del orden. No están unidos a los bienaventurados, sino separados de ellos por la ley del orden. Estos, cuando no están turbados, se acoplan cuanto pueden a las cosas en que están. Hay, pues, en ellos cierta tranquilidad en su orden y, por tanto, tienen cierta paz. Pero son miserables, porque, aunque están donde deben estar, no están donde no se verían precisados a sufrir. Y son más miserables si no están en paz con la ley que rige el orden natural. Cuando sufren, la paz se ve turbada por ese flanco; pero subsiste por este otro en que ni el dolor consume ni la unión se destruye. Del mismo modo que hay vida sin dolor y no puede haber dolor sin vida, así hay cierta paz sin guerra, pero no puede haber guerra sin paz. Y esto no por la guerra en sí,

nata vita et salus animantis. Pax hominis mortalis et Dei, ordinata in fide sub aeterna lege obedientia. Pax hominum, ordinata concordia. Pax domus, ordinata imperandi atque obediendi concordia cohabitantium. Pax civitatis, ordinata imperandi atque obediendi concordia civium. Pax caelestis civitatis, ordinatissima et concordissima societas fruendi Deo et invicem in Deo. Pax omnium rerum, tranquillitas ordinis. Ordo est parium dispariumque rerum sua cuique loca tribuens dispositio. Proinde miseri, quia, in quantum miseri sunt, utique in pace non sunt, tranquillitate quidem ordinis carent, ubi perturbatio nulla est: verumtamen quia merito iusteque miseri sunt, in ea quoque ipsa sua miseria praeter ordinem esse non possunt; non quidem coniuncti beatis, sed ab eis tamen ordinis lege seiuncti. Qui cum sine perturbatione sunt, rebus in quibus sunt, quantacumque congruentia coaptantur: ac per hoc est in eis ordinis nonnulla tranquillitas: inest ergo nonnulla pax. Verum ideo miseri sunt, quia, etsi in aliqua securitate non dolent, non tamen ibi sunt, ubi securi esse ac dolere non debeant: miseriores autem, si pax eis cum ipsa lege non est, qua naturalis ordo administratur. Cum autem dolent, ex qua parte dolent, pacis perturbatio facta est: in illa vero adhuc pax est, in qua nec dolor urit, nec compago ipsa dissolvitur. Sicut ergo est quaedam vita sine dolore, dolor autem sine aliqua vita esse non potest: sic est pax quaedam sine ullo bello, bellum vero esse sine aliqua pace non potest; non secundum id quod bellum est, sed secundum id quod ab eis vel in eis geritur,

sino por los agitadores de las guerras, que son naturalezas, y no lo fueran si la paz no les diera subsistencia.

2. Existe una naturaleza en la que no hay ningún mal, en la que no puede haber mal alguno. Mas no puede existir naturaleza alguna en la que no se halle algún bien. Por tanto, ni la misma naturaleza del diablo, en cuanto naturaleza, es un mal. La hace mala su perversidad [31]. No se mantuvo en la verdad, pero no escapó al juicio de la misma. No se mantuvo en la tranquilidad del orden, pero no escapó a la potestad del Ordenador. La bondad de Dios, que aparece en su naturaleza, no le substrae a la justicia de Dios, que le ordena a la pena. Dios no castiga en él el bien por El creado, sino el mal que él cometió [32]. No priva a la naturaleza de todo lo que le dió, sino que substrae algo, y le deja algo, a fin de que haya quien sufra la substracción. El dolor es el mejor testigo del bien substraído y del bien dejado, porque, si no existiera el bien dejado, no podría dolerse el bien quitado. El que peca es peor si se alegra en el daño de la equidad, y el que es atormentado, si de él no reporta bien alguno, sufre el daño de la salud. Y es que la equidad y la salud son dos bienes, y de la amisión del bien es preciso dolerse, no alegrarse (si es que no hay una compensación en lo mejor, y es mejor la equidad del ánimo que la salud del cuerpo). Es más razonable, sin duda, el dolerse el pecador de sus suplicios que el alegrarse de sus crímenes. Así como el alegrarse del bien abandonado al pecar es una prueba de la voluntad mala, así el dolor del bien perdido en el suplicio es testigo de la naturaleza buena [33]. Quien siente

quae aliquae naturae sunt: quod nullo modo essent, si non qualicumque pace subsisterent.

2. Quapropter natura est, in qua nullum malum est, vel etiam in qua nullum potest esse malum: esse autem natura, in qua nullum bonum sit, non potest. Proinde nec ipsius diaboli natura, in quantum natura est, malum est: sed perversitas eam malam facit. Itaque in veritate non stetit [19], sed veritatis iudicium non evasit: in ordinis tranquillitate non mansit, nec ideo tamen a potestate Ordinatoris effugit. Bonum Dei, quod illi est in natura, non eum subtrahit iustitiae Dei, qua ordinatur in poena: nec ibi Deus bonum insequitur quod creavit, sed malum quod ille commisit. Neque enim totum aufert quod naturae dedit; sed aliquid adimit, aliquid relinquit, ut sit qui doleat quod adimit. Et ipse dolor testimonium est boni adempti et boni relicti. Nisi enim bonum relictum esset, bonum amissum dolere non posset. Nam qui peccat, peior est, si laetatur in damno aequitatis. Qui vero cruciatur, si nihil inde acquirat boni, dolet damnum salutis. Et quoniam aequitas ac salus utrumque bonum est, bonique amissione dolendum est potius quam laetandum (si tamen non sit compensatio melioris, melior est autem animi aequitas, quam corporis sanitas), profecto convenientius iniustus dolet in supplicio, quam laetatus est in delicto. Sicut ergo laetitia deserti boni in peccato testis est voluntatis malae; ita dolor amissi boni in supplicio testis est naturae bonae. Qui enim dolet amissam naturae suae pacem, ex aliquibus reliquiis pacis

[19] Io. 8,44.

haber perdido la paz de su naturaleza, lo siente por ciertos restos de paz que hacen que ame su naturaleza. Los inicuos e impíos lloran en sus tormentos la pérdida de los bienes naturales y sienten a Dios como justísimo robador de los mismos por haberle despreciado como benignísimo dador. Dios, pues, Creador sapientísimo y Ordenador justísimo de todas las naturalezas, que puso como remate y colofón de su obra creadora en la tierra al hombre, nos dió ciertos bienes convenientes a esta vida, a saber: la paz temporal según la capacidad de la vida mortal para su conservación, incolumidad y sociabilidad. Nos dió además todo lo necesario para conservar o recobrar esta paz; así lo propio y conveniente al sentido, la luz, la noche, las auras respirables, las aguas potables y cuanto sirve para alimentar, cubrir, curar y adornar el cuerpo. Todo esto nos lo dió bajo una condición, muy justa por cierto: que el mortal que usara rectamente de tales bienes los recibirá mayores y mejores. Recibirá una paz inmortal acompañada de gloria y el honor propio de la vida eterna, para gozar de Dios y del prójimo en Dios. Y el que usara mal no recibirá aquéllos y perderá éstos.

CAPITULO XIV

EL ORDEN Y LA LEY CELESTIAL Y TERRENA

El uso de las cosas temporales dice relación al logro de la paz terrenal, y en la Ciudad de Dios, al logro de la paz celestial. Por eso, si fuéramos animales irracionales no apeteceríamos más que la ordenada complexión de las partes del cuerpo y la quietud de las apetencias. No apeteceríamos, por consiguiente, nada fuera de eso, con el fin de que la paz del cuerpo redundara en provecho de la paz del alma. Porque la paz del alma irracional es imposible sin la paz del cuerpo, pues sin ella no puede lograr la quietud de sus apetencias. Pero ambos se ayudan a esa paz que tienen entre sí el alma y el cuerpo, paz de vida ordenada y de salud. Así como los animales muestran que aman la paz del cuerpo cuando esquivan el dolor, y la paz del alma cuando, para colmar sus necesidades, siguen la voz de sus apetencias [34], así huyendo la muerte indican a las claras cuánto aman la paz, que aúna el alma y el cuerpo. Pero el hombre, dotado de alma racional, somete a la paz de esta alma cuanto tiene de común con las bestias, con el fin de contemplar algo con la mente y según ese algo obrar de suerte que haya en él una ordenada armonía entre el conocimiento y la acción, en que consiste, como hemos dicho, la paz del alma racional [35]. A esto debe enderezar su querer, a que el dolor no le atormente, ni el deseo la inquiete, ni la muerte la separe para conocer algo útil, y según ese conocimiento componer su vida y sus costumbres. Mas, como su espíritu es débil, para que el afán de conocer no le precipite en error alguno, tiene necesidad del magisterio divino para conocer con certeza, y de su ayuda para obrar con libertad [36]. Y como, mientras mora en este cuerpo mortal, anda lejos de Dios y camina por la fe y no por la especie, por eso es preciso que

id dolet, quibus fit, ut sibi amica natura sit. Hoc autem in extremo supplicio recte fit, ut iniqui et impii naturalium bonorum damna in cruciatibus defleant, sentientes eorum ablatorem iustissimum Deum, quem contempserunt benignissimum largitorem. Deus ergo naturarum omnium sapientissimus conditor et iustissimus ordinator, qui terrenorum ornamentorum maximum instituit mortale genus humanum, dedit hominibus quaedam bona huic vitae congrua, id est, pacem temporalem pro modulo mortalis vitae in ipsa salute et incolumitate ac societate sui generis, et quaeque huic paci vel tuendae vel recuperandae necessaria sunt, sicut ea quae apte ac convenienter adiacent sensibus, lux, nox, aurae spirabiles, aquae potabiles, et quidquid ad alendum, tegendum, curandum ornandumque corpus congruit: eo pacto aequissimo, ut qui mortalis talibus bonis paci mortalium accommodatis recte usus fuerit, accipiat ampliora atque meliora, ipsam scilicet immortalitatis pacem, eique convenientem gloriam et honorem in vita aeterna ad fruendum Deo, et proximo in Deo: qui autem perperam, nec illa accipiat, et haec amittat.

CAPUT XIV

DE ORDINE AC LEGE, SIVE CAELESTI, SIVE TERRENA, PER QUAM SOCIETATI HUMANAE ETIAM DOMINANDO CONSULITUR, CUI ET CONSULENDO SERVITUR

Omnis igitur usus rerum temporalium refertur ad fructum terrenae pacis in civitate terrena: in caelesti autem civitate refertur ad fructum pacis aeternae. Quapropter si irrationalia essemus animantia, nihil appeteremus praeter ordinatam temperaturam partium corporis et requiem appetitionum: nihil ergo praeter quietem carnis et copiam voluptatum, ut pax corporis prodesset paci animae. Si enim desit pax corporis, impeditur etiam irrationalis pax animae; quia requiem appetitionum consequi non potest. Utrumque autem simul ei paci prodest, quam inter se habent anima et corpus, id est, ordinatae vitae ac salutis. Sicut enim pacem corporis amare se ostendunt animantia, cum fugiunt dolorem; et pacem animae, cum propter explendas indigentias appetitionum voluptatem sequuntur: ita mortem fugiendo satis indicant quantum diligant pacem, qua sibi conciliantur anima et corpus. Sed quia homini rationalis anima inest, totum hoc quod habet commune cum bestiis, subdit paci animae rationalis, ut mente aliquid contempletur, et secundum hoc aliquid agat, ut sit ei ordinata cognitionis actionisque consensio, quam pacem rationalis animae dixeramus. Ad hoc enim velle debet nec dolore molestari, nec desiderio perturbari, nec morte dissolvi, ut aliquid utile cognoscat, et secundum eam cognitionem vitam moresque componat. Sed ne ipso studio cognitionis propter humanae mentis infirmitatem in pestem alicuius erroris incurrat, opus habet magisterio divino, cui certus obtemperet, et adiutorio, ut liber obtemperet. Et quoniam, quamdiu est in isto mortali corpore, peregrinatur a Domino; ambulat per fidem, non per speciem [20]: ac per hoc omnem pacem vel corporis, vel animae, vel simul corporis et

[20] 2 Cor. 5,6 et 7.

relacione tanto la paz del cuerpo con la del alma, como la de los dos juntos, a aquella paz que existe entre el hombre mortal y el Dios inmortal, dando así margen a la obediencia ordenada por la fe bajo la ley eterna. Y puesto que el divino Maestro enseña dos preceptos principales, a saber: el amor de Dios y el amor del prójimo, en los cuales el hombre descubre tres seres como objeto de su amor: Dios, él mismo y el prójimo, y el que ama a Dios no peca amándose a sí mismo, es lógico que cada cual lleve a amar a Dios al prójimo, que se le manda amar como a sí mismo [37]. Así debe hacer con la esposa, con los hijos, con los domésticos y con los demás hombres que pudiere, como quiere que el prójimo mire por él si por ventura lo necesitare. Y así tendrá paz con todos en cuanto de él dependa, esa paz de los hombres que es la ordenada concordia. El orden que se ha de seguir es éste: primero, no hacer mal a nadie, y segundo, hacer bien a quien se pueda. En primer lugar debe comenzar el cuidado por los suyos, porque la naturaleza y la sociedad humana le dan acceso más fácil y medios más oportunos. Por eso dice el Apóstol: *Quien no provee a los suyos, mayormente si son familiares, niega la fe y es peor que un infiel.* De aquí nace también la paz doméstica, es decir, la ordenada concordia entre el que manda y los que obedecen en casa. Mandan los que cuidan, como el varón a la mujer, los padres a los hijos, los amos a los criados. Y obedecen quienes son objeto de cuidado, como las mujeres a los maridos, los hijos a los padres, los criados a los amos. Pero en casa del justo que vive de la fe y peregrina aún lejos de la ciudad celestial sirven también los que mandan a aquellos que parecen

---

animae, refert ad illam pacem, quae homini mortali est cum immortali Deo; ut ei sit ordinata in fide sub aeterna lege obedientia. Iam vero quia duo praecipua praecepta, hoc est, dilectionem Dei et dilectionem proximi, docet magister Deus; in quibus tria invenit homo quae diligat, Deum, se ipsum, et proximum; atque ille in se diligendo non errat qui diligit Deum: consequens est, ut etiam proximo ad diligendum Deum consulat, quem iubetur sicut se ipsum diligere. Sic uxori, sic filiis, sic domesticis, sic caeteris quibus potuerit hominibus; et ad hoc sibi a proximo, si forte indiget, consuli velit: ac per hoc erit pacatus, quantum in ipso est, omni homini, pace hominum, id est ordinata concordia: cuius hic ordo est, primum ut nulli noceat, deinde ut etiam prosit cui potuerit. Primitus ergo inest ei suorum cura: ad eos quippe habet opportuniorem facilioremque aditum consulendi, vel naturae ordine, vel ipsius societatis humanae. Unde Apostolus dicit: *Quisquis autem suis, et maxime domesticis non providet, fidem denegat, et est infideli deterior* [21]. Hinc itaque etiam pax domestica oritur, id est, ordinata imperandi obediendique concordia cohabitantium. Imperant enim qui consulunt: sicut vir uxori, parentes filiis, domini servis. Obediunt autem quibus consulitur: sicut mulieres maritis, filii parentibus, servi dominis. Sed in domo iusti viventis ex fide, et adhuc ab illa caelesti civitate peregrinantis, etiam qui imperant, serviunt eis, quibus

[21] 1 Tim. 5,8.

dominar. La razón es que no mandan por deseo de dominio, sino por deber de caridad; no por orgullo de reinar, sino por bondad de ayudar.

CAPITULO XV

La libertad natural y la servidumbre del pecado

Esto es prescripción del orden natural. Así creó Dios al hombre. *Domine,* dice, *a los peces del mar, y a las aves del cielo, y a todo reptil que se mueve sobre la tierra.* Y quiso que el hombre racional, hecho a su imagen, dominara únicamente a los irracionales, no el hombre al hombre, sino el hombre a la bestia. Este es el motivo de que los primeros justos hayan sido pastores y no reyes. Dios con esto manifestaba qué pide el orden de las criaturas y qué exige el conocimiento de los pecados. El yugo de la fe se impuso con justicia al pecador [38]. Por eso en las Escrituras no vemos empleada la palabra *siervo* antes de que el justo Noé castigara con ese nombre el pecado de su hijo. Este nombre lo ha merecido, pues, la culpa, no la naturaleza. La palabra *siervo,* en la etimología latina, designa los prisioneros, a quienes los vencedores conservaban la vida, aunque podían matarlos por derecho de guerra. Y se hacían

---

videntur imperare. Neque enim dominandi cupiditate imperant, sed officio consulendi; nec principandi superbia, sed providendi misericordia.

CAPUT XV

De libertate naturali, et de servitute, cuius prima causa peccatum est, qua homo malae voluntatis etiamsi non est mancipium alterius hominis, servus est propriae libidinis

Hoc naturalis ordo praescribit; ita Deus hominem condidit. Nam, *Dominetur,* inquit, *piscium maris, et volatilium caeli, et omnium repentium quae repunt super terram* [22]. Rationalem factum ad imaginem suam noluit nisi irrationabilibus dominari: non hominem homini, sed hominem pecori. Inde primi iusti, pastores pecorum magis quam reges hominum constituti sunt: ut etiam sic insinuaret Deus, quid postulet ordo creaturarum, quid exigat meritum peccatorum. Conditio quippe servitutis iure intelligitur imposita peccatori. Proinde nusquam Scripturarum legimus servum, antequam hoc vocabulo Noe iustus peccatum filii vindicaret [23]. Nomen itaque istud culpa meruit, non natura. Origo autem vocabuli servorum in latina lingua inde creditur ducta, quod hi qui iure belli possent occidi, a victoribus cum servabantur, servi fiebant, a servando appellati; quod etiam ipsum sine peccati merito non est. Nam et cum iustum geritur bellum, pro peccato et a contrario dimicatur: et omnis victoria, cum etiam malis provenit, divino iudicio victos humiliat, vel emmendans peccata, vel

[22] Gen. 1,26.
[23] Ibid., 9,25

siervos, palabra derivada de servir. Esto es también merecimiento del pecado. Pues, aunque se libre una guerra justa, la parte contraria guerrea por el pecado. Y toda victoria, aun la conseguida por los malos, humilla a los vencidos por juicio divino, o corrigiendo los pecados, o castigándolos. Testigo es de ello Daniel, ese hombre que en la cautividad confiesa a Dios sus pecados y los pecados de su pueblo y reconoce, con piadoso dolor, que ésta es la razón de aquel cautiverio. La primera causa de la servidumbre es, pues, el pecado, que somete un hombre a otro con el vínculo de la posición social. Esto es efecto del juicio de Dios, que es incapaz de injusticia y sabe imponer penas según los merecimientos de los delincuentes. El Señor supremo dice: *Todo aquel que comete pecado, es esclavo del pecado.* Y por eso muchos hombres piadosos sirven a amos inicuos, pero no libres, *porque quien es vencido por otro, queda esclavo de quien le venció.*

A la verdad que es preferible ser esclavo de un hombre que de una pasión, pues vemos lo tiránicamente que ejerce su dominio sobre el corazón de los mortales la pasión de dominar, por ejemplo. Mas en ese orden de paz que somete unos hombres a otros, la humildad es tan ventajosa al esclavo como nociva la soberbia al dominador. Sin embargo, por naturaleza, tal como Dios creó al principio al hombre, nadie es esclavo del hombre ni del pecado. Empero, la esclavitud penal está regida y ordenada por la ley, que manda conservar el orden natural y prohibe perturbarlo [39]. Si no se obrara nada contra esta ley, no habría que castigar nada con esa esclavitud. Por eso, el Apóstol aconseja a los siervos el estar sometidos a sus amos y servirles de corazón y de buen grado. Es decir, que, si sus dueños no les dan libertad, tornen ellos, en cierta manera, libre su servidumbre, no sirviendo con temor falso, sino con amor fiel, hasta que pase la iniquidad y se aniquilen el principado y la potestad humana y sea Dios todo en todas las cosas [40].

puniens. Testis est homo Dei Daniel, cum in captivitate positus, peccata sua et peccata populi sui confitetur Deo, et hanc esse causam illius captivitatis pio dolore testatur [24]. Prima ergo servitutis causa peccatum est; ut homo homini conditionis vinculo subderetur: quod non fit nisi Deo iudicante, apud quem non est iniquitas, et novit diversas poenas meritis distribuere delinquentium. Sicut autem supernus Dominus dicit, *Omnis qui facit peccatum, servus est peccati* [25]: ac per hoc multi quidem religiosi dominis iniquis, non tamen liberis serviunt: *A quo enim quis devictus est, huic et servus addictus est* [26]. Et utique felicius servitur homini, quam libidini; cum saevissimo dominatu vastet corda mortalium, ut alias omittam, libido ipsa dominandi. Hominibus autem illo pacis ordine, quo aliis alii subiecti sunt, sicut prodest humilitas servientibus, ita nocet superbia dominantibus. Nullus autem natura, in qua prius Deus hominem condidit, servus est hominis, aut peccati. Verum et poenalis servitus ea lege ordinatur, quae naturalem ordinem conservari iubet, perturbari vetat: quia si contra eam legem non esset factum, nihil esset poenali servitute coercendum. Ideoque Apostolus etiam servos monet subditos esse dominis suis, et ex animo eis cum bona voluntate servire [27]: ut scilicet, si non possunt a dominis liberi fieri, suam servitutem ipsi quodammodo liberam faciant; non timore subdolo, sed fideli dilectione serviendo, donec transeat iniquitas, et evacuetur omnis principatus, et potestas humana, et sit Deus omnia in omnibus.

[24] Dan. 9,5-19.
[25] Io. 8,34.
[26] 2 Petr. 2,19.
[27] Eph. 6,5.

CAPITULO XVI

La justicia en el dominio

Así vemos que nuestros patriarcas, aunque tenían esclavos, administraban la paz doméstica, distinguiendo a los hijos de los esclavos solamente en lo relativo a los bienes temporales. En lo referente al culto a Dios, del que se deben esperar los bienes eternos, miraban con igual amor a todos los miembros de su casa. Y esto es tan conforme con el orden natural, que el nombre de padre de familia trae de aquí su origen, y está tan divulgado, que aun los señores injustos se precian de él. Los auténticos padres de familia miran a todos los miembros de su familia como a hijos en lo tocante al culto y honra de Dios. Y desean y anhelan llegar a la casa celestial, donde no sea necesario mandar a los hombres, porque en la inmortalidad no será preciso subvenir a necesidad alguna. Y hasta allí deben tolerar más los señores, que mandan, que los siervos, que sirven. Si alguno en casa turba la paz doméstica por desobediencia, es corregido para su utilidad con la palabra, con el palo o con cualquier otro género de pena justa

CAPUT XVI

De aequo iure dominandi

Quocirca etiamsi habuerunt servos iusti patres nostri, sic quidem administrabant domesticam pacem, ut secundum haec temporalia bona, filiorum sortem a servorum conditione distinguerent; ad Deum autem colendum, in quo aeterna bona speranda sunt, omnibus domus suae membris pari dilectione consulerent. Quod naturalis ordo ita praescribit, ut nomen patrumfamilias hinc exortum sit, et tam late vulgatum, ut inique etiam dominantes hoc se gaudeant appellari. Qui autem veri patresfamilias sunt, omnibus in familia sua tanquam filiis ad colendum et promerendum Deum consulunt; desiderantes atque optantes venire ad caelestem domum, ubi necessarium non sit officium imperandi mortalibus, quia necessarium non erit officium consulendi iam in illa immortalitate felicibus: quo donec veniatur, magis debent patres quod dominantur, quam servi tolerare quod serviunt. Si quis autem in domo per inobedientiam domesticae paci adversatur, corripitur, seu verbo, seu verbere, seu quolibet alio genere poenae iusto atque licito, quantum societas humana concedit, pro eius qui cor-

y lícita admitido por la sociedad humana para acoplarle a la paz de que se había apartado. Como no es bienhechor el que viene en ayuda de otro para hacerle perder un bien, así no es inocente el que permite, perdonando, que se incurra en un mal más grave. La inocencia exige, pues, no solamente no hacer mal a nadie, *sino retraer al prójimo del pecado o castigar el pecado*. Y esto con el fin de que el castigado se corrija en cabeza propia y otros escarmienten en la ajena. La casa debe ser el principio y el fundamento de la ciudad [41]. Todo principio dice relación a su fin, y toda parte a su todo. Por eso es claro y lógico que la paz doméstica debe redundar en provecho de la paz cívica; es decir, que la ordenada concordia entre los que mandan y los que obedecen debe relacionarse con la ordenada concordia entre los ciudadanos que mandan y los que obedecen. De donde se sigue que el padre de familia debe guiar su casa por las leyes de la ciudad, de tal forma que se acomode a la paz de la misma [42].

CAPITULO XVII

¿EN QUÉ RADICA LA PAZ DE LA SOCIEDAD CELESTIAL CON LA CIUDAD TERRENA Y EN QUÉ LA DISCORDIA?

Mas los hombres que no viven de la fe buscan la paz terrena en los bienes y comodidades de esta vida. En cambio, los hombres que viven de la fe esperan en los bienes futuros y eternos, según la promesa. Y usan de los bienes terrenos y temporales como viajeros. Estos no los prenden ni desvían del camino que lleva a Dios, sino que los sustentan para tolerar con más facilidad y no aumentar las cargas del cuerpo corruptible que apesga al alma. Por tanto, el uso de los bienes necesarios a esta vida mortal es común a las dos clases de hombres y a las dos casas; pero, en el uso, cada uno tiene un fin propio y un pensar muy diverso del otro [43]. Así, la ciudad terrena, que no vive de la fe, apetece también la paz, pero fija la concordia entre los ciudadanos que mandan y los que obedecen en que sus quereres estén acordes de algún modo en lo concerniente a la vida mortal. Empero, la ciudad celestial, o mejor, la parte de ella que peregrina en este valle y vive de la fe, usa de esta paz por necesidad, hasta que pase la mortalidad, que precisa de tal paz. Y por eso, mientras que ella está como viajero cautivo en la ciudad terrena, donde ha recibido la promesa de su redención y el don espiritual como prenda de ella, no duda en obedecer estas leyes que reglamentan las cosas necesarias y el mantenimiento de la vida mortal. Y como ésta es común, entre las dos ciudades hay concordia con relación a esas cosas. Pero resulta que la ciudad terrena tuvo ciertos sabios condenados por la doctrina de Dios, que, o por sospechas o por engaño de los demonios, dijeron que debían amistar muchos dioses con las cosas humanas. Y encomendaron a su tutela diversos seres, a uno el cuerpo, a otro el alma; y en el mismo cuerpo, a uno la cabeza y a otro la cerviz; y de las demás partes, a cada uno la suya. Y de igual modo en el alma: a uno encomendaron el *ingenio, a otro la doctrina, a otro la ira, a otro la concupiscen-*

---

ripitur utilitate, ut paci unde dissiluerat coaptetur. Sicut enim non est beneficentiae, adiuvando efficere ut bonum quod maius est amittatur; ita non est innocentiae, parcendo sinere ut in malum gravius incidatur. Pertinet ergo ad innocentis officium, non solum nemini malum inferre, verum etiam cohibere a peccato, vel punire peccatum; ut aut ipse qui plectitur, corrigatur experimento, aut alii terreantur exemplo. Quia igitur hominis domus initium sive particula debet esse civitatis, omne autem initium ad aliquem sui generis finem, et omnis pars ad universi, cuius pars est, integritatem refertur: satis apparet esse consequens, ut ad pacem civicam pax domestica referatur, id est, ut ordinata imperandi obediendique concordia cohabitantium referatur ad ordinatam imperandi obediendique concordiam civium. Ita fit, ut ex lege civitatis praecepta sumere patremfamilias oporteat, quibus domum suam sic regat, ut sit paci accommodata civitatis.

CAPUT XVII

UNDE CAELESTIS SOCIETAS CUM TERRENA CIVITATE PACEM HABEAT, ET UNDE DISCORDIAM

Sed domus hominum qui non vivunt ex fide, pacem terrenam ex huius temporalis vitae rebus commodisque sectatur. Domus autem hominum ex fide viventium, exspectat ea quae in futurum aeterna promissa sunt, terrenisque rebus ac temporalibus tanquam peregrina utitur, non quibus capiatur et avertatur quo tendit in Deum, sed quibus sustentetur ad facilius toleranda minimeque augenda onera corporis corruptibilis, quod aggravat animam [28]. Idcirco rerum vitae huic mortali necessariarum utrisque hominibus et utrique domui communis est usus; sed finis utendi cuique suus proprius, multumque diversus. Ita etiam terrena civitas, quae non vivit ex fide, terrenam pacem appetit; in eoque defigit imperandi obediendique concordiam civium, ut sit eis de rebus ad mortalem vitam pertinentibus humanarum quaedam compositio voluntatum. Civitas autem caelestis, vel potius pars eius, quae in hac mortalitate peregrinatur, et vivit ex fide, etiam ista pace necesse est utatur, donec ipsa cui talis pax necessaria est, mortalitas transeat. Ac per hoc dum apud terrenam civitatem, velut captivam vitam suae peregrinationis agit, iam promissione redemptionis et dono spirituali tanquam pignore accepto, legibus terrenae civitatis, quibus haec administrantur, quae sustentandae mortali vitae accommodata sunt, obtemperare non dubitat: ut, quoniam communis est ipsa mortalitas, servetur in rebus ad eam pertinentibus inter civitatem utramque concordia. Verum quia terrena civitas habuit quosdam suos sapientes, quos divina improbat disciplina, qui vel suspicati vel decepti a daemonibus crederent multos deos conciliandos esse rebus humanis, ad quorum diversa quodammodo officia diversa subdita pertinerent, ad alium corpus, ad alium animus, inque ipso corpore ad alium caput, ad alium cervix, et

[28] Sap. 9,15.

cia; y en las cosas necesarias a la vida, a uno el ganado, a otro el trigo, a otro el vino, a otro el aceite, a otro las selvas, a otro el dinero, a otro la navegación, a otro las guerras y las victorias, a otro los matrimonios, a otro los partos y la fecundidad, y a otros los seres. La ciudad celestial, en cambio, conoce a un solo Dios, único al que se debe el culto y esa servidumbre, que en griego se dice λατρεία, y piensa con piedad fiel que no se debe más que a Dios. Estas diferencias han motivado el que esta ciudad no pueda tener comunes con la ciudad terrena las leyes religiosas. Y por éstas se ve en la precisión de disentir de ella y ser una carga para los que sentían en contra y soportar sus iras, sus odios y sus violentas persecuciones, a menos de refrenar alguna vez los ánimos de sus enemigos con el terror de su multitud, y siempre con la ayuda de Dios [44]. La ciudad celestial, durante su peregrinación, va llamando ciudadanos por todas las naciones y formando de todas las lenguas una sociedad viajera [45]. No se preocupa de la diversidad de leyes, de costumbres ni de institutos, que resquebrajan o mantienen la paz terrena. Ella no suprime ni destruye nada, antes bien lo conserva y acepta, y ese conjunto, aunque diverso en las diferentes naciones, se flecha, con todo, a un único y mismo fin, la paz terrena, si no impide la religión que enseña que debe ser adorado el Dios único, sumo y verdadero. La ciudad celestial usa también en su viaje de la paz terrena y de las cosas necesariamente relacionadas con la condición actual de los hombres. Protege y desea el acuerdo de quereres entre los hombres cuanto es posible, dejando a salvo la piedad y la religión, y supedita la paz terrena a la paz celestial. Esta última es la paz verdadera, la única digna de ser y de decirse paz de la criatura racional, a saber, la unión ordenadísima y concordísima para gozar de Dios y a la vez en Dios. En llegando a esta meta, la vida ya no será mortal, sino plenamente vital [46]. Y *el cuerpo ya no será animal, que, mientras se corrompe,* apesga al alma, sino espiritual, sin ninguna necesidad, sometido de lleno a la voluntad. Posee esta paz aquí por la fe y de esta fe vive justamente cuando refiere a la consecución de la paz verdadera todas las buenas obras que hace para con Dios y con el prójimo, porque la vida de la ciudad es una vida social.

caetera singula ad singulos; similiter in animo ad alium ingenium, ad alium doctrina, ad alium ira, ad alium concupiscentia; inque ipsis rebus vitae adiacentibus, ad alium pecus, ad alium triticum, ad alium vinum, ad alium oleum, ad alium silvae, ad alium nummi, ad alium navigatio, ad alium bella atque victoriae, ad alium coniugia, ad alium partus ac fecunditas, et ad alios alia caetera; caelestis autem civitas unum Deum solum colendum nosset, eique tantummodo serviendum servitute illa, quae graece λατρεία dicitur, et non nisi Deo debetur, fideli pietate censeret: factum est, ut religionis leges cum terrena civitate non posset habere communes, proque his ab ea dissentire haberet necesse, atque oneri esse diversa sentientibus, eorumque iras et odia et persecutionum impetus sustinere, nisi cum animos adversantium aliquando terrore suae multitudinis, et semper divino adiutorio propulsaret. Haec ergo caelestis civitas dum peregrinatur in terra, ex omnibus gentibus cives evocat, atque in omnibus linguis peregrinam colligit societatem; non curans quidquid in moribus, legibus, institutisque diversum est, quibus pax terrena vel conquiritur, vel tenetur; nihil eorum rescindens, nec destruens, imo etiam servans ac sequens: quod licet diversum in diversis nationibus, ad unum tamen eumdemque finem terrenae pacis intenditur, si religionem qua unus summus et verus Deus colendus docetur, non impedit. Utitur ergo etiam caelestis civitas in hac sua peregrinatione pace terrena, et de rebus ad mortalem hominum naturam pertinentibus, humanarum voluntatum compositionem, quantum salva pietate ac religione conceditur, tuetur atque appetit, eamque terrenam pacem refert ad caelestem pacem: quae vere ita pax est, ut rationalis duntaxat creaturae sola pax habenda atque dicenda sit, ordinatissima scilicet et concordissima societas fruendi Deo, et invicem in Deo; quo cum ventum fuerit, non erit vita mortalis, sed plane certeque vitalis; nec corpus animale, quod dum corrumpitur, aggravat animam, sed spirituale sine ulla indigentia, ex omni parte subditum voluntati. Hanc pacem, dum peregrinatur in fide, habet; atque ex hac fide iuste vivit, cum ad illam pacem adipiscendam refert quidquid bonarum actionum gerit erga Deum et proximum, quoniam vita civitatis utique socialis est.

CAPITULO XVIII

La nueva Academia y la fe cristiana. Un parangón

Nada hay más contrario a la ciudad de Dios que esa incertidumbre en que Varrón hace radicar el distintivo de la nueva Academia. Una duda tal a los ojos cristianos es una locura. El cristiano, sobre las cosas que comprende con la mente y con la razón, tiene una ciencia certísima, aunque limitada por el cuerpo corruptible que apesga al alma, porque, como dice el Apóstol, *conocemos en parte*. Cree a los sentidos que manifiestan con evidencia una realidad, y de ellos se sirve el ánimo por medio del cuerpo, pues que es más miserable el engaño del que piensa que no se les debe fe nunca [47]. En fin, añade la fe en

CAPUT XVIII

Quam diversa sit Academiae novae ambiguitas a constantia fidei christianae

Quod autem attinet ad illam differentiam, quam de Academicis novis Varro adhibuit, quibus incerta sunt omnia, omnino civitas Dei talem dubitationem tamquam dementiam detestatur, habens de rebus, quas mente atque ratione comprehendit, etiamsi parvam propter corpus corruptibile, quod aggravat animam, quoniam sicut dicit Apostolus, *Ex parte scimus* [29], tamen certissimam scientiam: creditque sensibus in rei cuiusque evidentia, quibus per corpus animus utitur: quoniam miserabilius fallitur, qui

[29] I Cor. 13,9.

las Santas Escrituras, antiguas y nuevas, que llamamos canónicas, que son las fuentes de la fe de la que vive el justo. Gracias a ella caminamos sin titubeos mientras peregrinamos lejos del Señor. Permaneciendo a salvo y cierta esa fe, podemos dudar, sin miedo a reprensión, algunas cosas que no han llegado a nuestro conocimiento y no las hemos conocido ni por los sentidos ni por la razón, ni nos las han anunciado la Escritura canónica ni testigos a quienes fuera absurdo no creer [48].

CAPITULO XIX

Vida y costumbres del pueblo cristiano

En realidad no importa nada a esta ciudad el género de vida que adopta el que abraza la fe que lleva a Dios, con tal de que no vaya contra los preceptos divinos. Por eso, a los filósofos que se hacen cristianos no se les obliga a cambiar su tren de vida si no lo impide la religión, sino sus doctrinas falsas. Así, le da de lado la diferencia señalada por Varrón en los cínicos, con tal de que no se haga nada contra la honestidad y la templanza. En cuanto a los tres géneros de vida, el ocioso, el activo y el mixto, aunque, salva la fe, cada uno puede elegir el que le plazca y llegar por él a los premios eternos, interesa, sin embargo, cuál se abraza por amor a la verdad y cuál por deber de caridad. No se debe uno entregar al ocio desentendiéndose de ser útil al prójimo, ni a la acción olvidando la contemplación de Dios [49]. En el ocio no se debe amar la inacción, sino la búsqueda y hallazgo de la verdad, a fin de que cada cual avance en ese conocimiento y no envidie a nadie. Y en la acción no debe amarse el honor o la potencia en esta vida, porque cuanto hay bajo el sol es vanidad, sino el trabajo que acompaña al honor o a la potencia, si se obra recta y útilmente, es decir, contribuyendo a la salud de los que nos están sometidos según Dios. De esto ya hemos hablado más arriba. Esto hace decir al Apóstol: *Quien desea el obispado, desea un buen trabajo.* Su intención era dar a entender que el episcopado era un nombre de trabajo, no de honor. La palabra es griega y significa que el que está al frente es superintendente de sus subordinados, es decir, tiene el cuidado de ellos. Ἐπί significa *sobre,* y σκοπός, *intención;* por tanto, si se nos antoja, podemos traducir ἐπισκοπεῖν por superintender. Según esto, no es obispo el que ama presidir, no el ser útil. Así, pues, todos pueden aplicarse a la búsqueda y al estudio de la verdad, en que consiste el ocio loable; pero el lugar superior, sin el cual el pueblo no puede ser gobernado, aunque sea como es debido, es indecoroso desearlo. Por eso, el amor a la verdad busca el ocio santo, y la necesidad de la verdad carga con el negocio justo [50]. Si nadie nos impone esta carga, debemos entregarnos a la búsqueda y a la contemplación de la verdad. Y si alguien nos la impone, debemos aceptarla por necesidad de la caridad [51]. Aun en este caso no deben abandonarse de plano las dulzuras de la verdad, no sea que, privados de esa suavidad, nos oprima la necesidad.

nunquam putat eis esse credendum. Credit etiam Scripturis sanctis et veteribus et novis, quas Canonicas appellamus, unde fides ipsa concepta est, ex qua iustus vivit [30]; per quam sine dubitatione ambulamus, quamdiu peregrinamur a Domino [31]; qua salva atque certa, de quibusdam rebus, quas neque sensu, neque ratione percepimus, neque nobis per Scripturam canonicam claruerunt, nec per testes quibus non credere absurdum est, in nostram notitiam pervenerunt, sine iusta reprehensione dubitamus.

CAPUT XIX

De habitu et moribus populi christiani

Nihil sane ad istam pertinet civitatem quo habitu vel more vivendi, si non est contra divina praecepta, istam fidem, qua pervenitur ad Deum, quisque sectetur: unde ipsos quoque philosophos, quando Christiani fiunt, non habitum vel consuetudinem victus, quae nihil impedit religionem, sed falsa dogmata mutare compellit. Unde illam quam Varro adhibuit ex Cynicis differentiam, si nihil turpiter atque intemperanter agat, omnino non curat. Ex tribus vero illis vitae generibus, otioso, actuoso, et ex utroque composito, quamvis salva fide quisque possit in quolibet eorum vitam ducere, et ad sempiterna praemia pervenire; interest tamen quid amore teneat veritatis, quid officio charitatis impendat. Nec sic quisque debet esse otiosus, ut in eodem otio utilitatem non cogitet proximi; nec sic actuosus, ut contemplationem non requirat Dei. In otio non iners vacatio delectare debet; sed aut inquisitio, aut inventio veritatis: ut in ea quisque proficiat, et quod invenerit teneat, et alteri non invideat. In actione vero non amandus est honor in hac vita, sive potentia; quoniam omnia vana sub sole: sed opus ipsum, quod per eumdem honorem vel potentiam fit, si recte atque utiliter fit, id est, ut valeat ad eam salutem subditorum, quae secundum Deum est; unde iam superius disputavimus [32]. Propter quod ait Apostolus, *Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat* [33]. Exponere voluit quid sit episcopatus: quia nomen est operis, non honoris. Graecum est enim, atque inde ductum vocabulum, quod ille qui praeficitur, eis quibus praeficitur superintendit, curam eorum scilicet gerens: ἐπί quippe, Super; σκοπός vero, Intentio est: ergo ἐπισκοπεῖν, si velimus, latine Superintendere possumus dicere; ut intelligat non se esse episcopum, qui praeesse dilexerit, non prodesse. Itaque a studio cognoscendae veritatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet otium: locus vero superior, sine quo regi populus non potest, etsi ita teneatur atque administretur ut decet, tamen indecenter appetitur. Quamobrem otium sanctum quaerit charitas veritatis: negotium iustum suscipit necessitas charitatis. Quam sarcinam si nullus imponit, percipiendae atque intuendae vacandum est veritati: si autem imponitur, suscipienda est propter charitatis necessitatem: sed nec sic omni modo veritatis delectatio deserenda est, ne subtrahatur illa suavitas, et opprimat ista necessitas.

[30] Hab. 2,4.
[31] 2 Cor. 5,6.

[32] C.6.
[33] 1 Tim. 3,1.

CAPITULO XX

Los ciudadanos de la ciudad santa en esta vida son felices en esperanza

Siendo, pues, el sumo bien de la ciudad de Dios la paz eterna y perfecta, no esta que atraviesan los mortales entre el nacimiento y la muerte, sino en la que permanecen una vez inmortales y libres de todo padecimiento, ¿quién hay que niegue que esa vida será muy dichosa, o que no estime, en su comparación, misérrima ésta, por más llena de bienes anímicos, corporales o externos que esté? Y, sin embargo, quien se conduce de tal forma que refiere el uso al fin de aquella que ardentísima y fidelísimamente espera, puede llamarse con razón feliz en este mundo, más, en verdad, por la esperanza que por la realidad. La realidad presente, sin aquella esperanza, es una felicidad falsa y una auténtica miseria, porque no usa de los verdaderos bienes del espíritu. No es verdadera sabiduría la que en estas cosas, que discierne con prudencia, soporta con fortaleza, reprime con templanza y ordena con justicia, no se propone el fin supremo, en que será Dios todo en todas las cosas por una eternidad cierta y una paz perfecta.

CAPUT XX

Quod cives sanctorum in vitae huius tempore spe beati sint

Quamobrem summum bonum civitatis Dei cum sit aeterna pax atque perfecta, non per quam mortales transeant nascendo atque moriendo, sed in qua immortales maneant nihil adversi omnino patiendo; quis est qui illam vitam vel beatissimam neget, vel in eius comparatione istam, quae hic agitur, quantislibet animi et corporis externarumque rerum bonis plena sit, non miserrimam iudicet? Quam tamen quicumque sic habet, ut eius usum referat ad illius finem, quam diligit ardentissime, ac fidelissime sperat, non absurde dici etiam nunc beatus potest, spe illa potius, quam re ista. Res vero ista sine spe illa, beatitudo falsa et magna miseria est: non enim veris animi bonis utitur. Quoniam non est vera sapientia, quae intentionem suam in his quae prudenter discernit, gerit fortiter, cohibet temperanter, iusteque distribuit, non in illum dirigit finem, ubi erit Deus omnia in omnibus [34], aeternitate certa et pace perfecta.

[34] I Cor. 15,28.

CAPITULO XXI

Existencia de la república romana. Definición de Escipión

1. Este es precisamente el lugar propio para decir, lo más concisa y claramente que pueda, lo que prometí en el libro II de esta obra. Y es mostrar que, según las definiciones de que Escipión se sirve en los libros *Sobre la república* de Cicerón, no ha existido nunca la república romana. En pocas palabras define la república, diciendo que es la cosa del pueblo. Si esta definición es verdadera, no ha existido nunca la república romana, porque no ha sido nunca cosa del pueblo, que es la definición de república. Define el pueblo diciendo que es una sociedad fundada sobre derechos reconocidos y sobre la comunidad de intereses. Luego explica qué entiende por derechos reconocidos. Y añade que la república no puede ser gobernada sin justicia. En consecuencia, donde no hay verdadera justicia no puede darse verdadero derecho. Como lo que se hace con derecho se hace justamente, es imposible que se haga con derecho lo que se hace injustamente. En efecto, no deben llamarse derecho las constituciones injustas de los hombres, puesto que ellos mismos dicen que el derecho mana de la fuente de la justicia y que es falsa la opinión de quienes sostienen torcidamente que es derecho lo que es útil al más fuerte [52]. Por tanto, donde no existe verdadera justicia no puede existir comu-

CAPUT XXI

An secundum definitiones Scipionis, quae in dialogo Ciceronis sunt, unquam fuerit Romana respublica

1. Quapropter nunc est locus, ut quam potero breviter ac dilucide expediam, quod in secundo huius operis libro me demonstraturum esse promisi [35], secundum definitiones, quibus apud Ciceronem utitur Scipio in libris de Republica, nunquam rempublicam fuisse Romanam. Breviter enim rempublicam definit esse rem populi. Quae definitio, si vera est, nunquam fuit Romana respublica: quia nunquam fuit res populi; quam definitionem voluit esse reipublicae. Populum enim esse definivit coetum multitudinis, iuris consensu et utilitatis communione sociatum. Quid autem dicat iuris consensum, disputando explicat; per hoc ostendens geri sine iustitia non posse rempublicam: ubi ergo iustitia vera non est, nec ius potest esse. Quod enim iure fit, profecto iuste fit: quod autem fit iniuste, nec iure fieri potest. Non enim iura dicenda sunt vel putanda iniqua hominum constituta: cum illud etiam ipsi ius esse dicant, quod de iustitiae fonte manaverit; falsumque esse, quod a quibusdam non recte sentientibus dici solet, id esse ius, quod ei qui plus potest, utile est. Quocirca ubi non est vera iustitia, iuris consensu sociatus coetus hominum

[35] C.21 n.4.

nidad de hombres fundado sobre derechos reconocidos, y, por tanto, tampoco pueblo, según la definición de Escipión o de Cicerón. Y si no puede existir el pueblo, tampoco la cosa del pueblo, sino la de un conjunto de seres que no merece el nombre de pueblo. Por consiguiente, si la república es la cosa del pueblo y no existe pueblo que no esté fundado sobre derechos reconocidos, y no hay derecho donde no hay justicia, síguese que donde no hay justicia no hay república. Ahora bien, la justicia es la virtud que da a cada uno lo suyo. ¿Qué justicia es esta que aparta al hombre del Dios verdadero y lo somete a los inmundos demonios? ¿Es esto acaso dar a cada uno lo suyo? ¿O es que quien quita la heredad al que la compró y la da a quien no tiene derecho a ella, es injusto; y quien se quita a sí mismo al Dios dominador y creador suyo y sirve a los espíritus malignos, es justo? [53].

2. En esta obra *Sobre la república* se disputa acalorada y duramente contra la injusticia en pro de la justicia. Primeramente trataron los defensores de la injusticia contra la justicia. Y decían que la república no puede mantenerse y acrecerse sino sobre la injusticia. Pusieron como argumento irrebatible que es injusto que los hombres estén sometidos a hombres dominadores. La ciudad imperiosa, capital de gran república —añadían—, no puede señorear a sus provincias si no acoge esta injusticia.

Los partidarios de la justicia respondieron que eso es justo, porque la servidumbre es ventajosa a tales hombres, y que esa acción, hecha con ese fin, es recta, es decir, priva a los malos de su licencia para hacer mal. Y los tendrán mejor domados,

---

non potest esse; et ideo nec populus, iuxta illam Scipionis vel Ciceronis definitionem: et si non populus, nec res populi; sed qualiscumque multitudinis, quae populi nomine digna non est. Ac per hoc, si respublica res populi est, et populus non est qui consensu non sociatus est iuris, non est autem ius, ubi nulla iustitia est: procul dubio colligitur, ubi iustitia non est, non esse rempublicam. Iustitia porro ea virtus est, quae sua cuique distribuit. Quae igitur iustitia est hominis, quae ipsum hominem Deo vero tollit, et immundis daemonibus subdit? Hoccine est sua cuique distribuere? An qui fundum aufert ei a quo emptus est, et tradit ei qui nihil in eo habet iuris, iniustus est; et qui se ipsum aufert dominanti Deo, a quo factus est, et malignis servit spiritibus, iustus est?

2. Disputatur certe acerrime atque fortissime in eisdem ipsis de Republica libris adversus iniustiam pro iustitia. Et quoniam, cum prius ageretur pro iniustitiae partibus contra iustitiam, et diceretur nisi per iniustitiam rempublicam stare augerique non posse; hoc veluti validissimum positum erat, iniustum esse, ut homines hominibus dominantibus serviant; quam tamen iniustitiam nisi sequatur imperiosa civitas, cuius est magna respublica, non eam posse provinciis imperare: responsum est a parte iustitiae, ideo iustum esse, quod talibus hominibus sit utilis servitus, et pro utilitate eorum fieri cum recte fit, id est, cum improbis aufertur iniuriarum licentia; et domiti se melius habebunt, quia indomiti deterius se habuerunt: subditumque est, ut ista ratio firmaretur, veluti a

porque se portarían peor indomados. En apoyo de esta prueba se adujo un ejemplo brindado por la misma naturaleza. «Pues ¿por qué, dice él, Dios manda al hombre, el alma al cuerpo, la razón a la libido y a las demás pasiones del ánimo?» Este ejemplo mostró con llaneza que la servidumbre es útil a algunos y que servir a Dios es útil a todos. Y cuando el alma está sometida a Dios, impera con justicia al cuerpo, y en el ánimo la razón, sometida a Dios, manda justamente a la libido y a las demás pasiones. Por tanto, cuando el hombre no sirve a Dios, ¿qué justicia hay en él? La verdad es que, si no sirve a Dios, el alma no puede imperar con justicia al cuerpo, ni la razón humana a las pasiones. Y si en un hombre semejante no existe la justicia, en una reunión de hombres, que es un conjunto de esa ralea, tampoco la habrá. No existe, por consiguiente, ese derecho reconocido que constituye en pueblo a la sociedad de hombres, que es lo que se llama república. Y ¿qué diré de la utilidad que aúna el clan de hombres, elemento que hace entrar en la definición de pueblo? Si se presta a eso un poco de atención, no es tampoco útil a los impíos, que viven como todo aquel que no sirve a Dios y sirve a los demonios, tanto más impíos cuanto más desean que se les sacrifique a ellos como dioses, siendo inmundísimos espíritus. Mas tengo para mí que cuanto hemos dicho sobre el derecho es suficiente para mostrar que, según esta definición, no existe el pueblo si no hay justicia, y, por consiguiente, tampoco república. Pretender que los romanos sirvieron en su república no a inmundos demonios, sino a dioses santos y buenos, ¿no es acaso querer hacernos repetir cuanto hemos dicho sobre el particular por activa y por pasiva?

---

natura sumptum nobile exemplum, atque dictum est, «Cur igitur Deus homini, animus imperat corpori, ratio libidini caeterisque vitiosis animi partibus?» Plane hoc exemplo satis edoctum est, quibusdam esse utilem servitutem; et Deo quidem ut serviatur, utile esse omnibus. Serviens autem Deo animus, recte imperat corpori, inque ipso animo ratio Domino Deo subdita, recte imperat libidini vitiisque caeteris. Quapropter ubi homo Deo non servit, quid in eo putandum est esse iustitiae; quandoquidem Deo non serviens, nullo modo potest iuste animus corpori, aut humana ratio vitiis imperare? Et si in homine tali non est ulla iustitia, procul dubio nec in hominum coetu, qui ex hominibus talibus constat. Non est hic ergo iuris ille consensus, qui hominum multitudinem populum facit, cuius res dicitur esse respublica. Nam de utilitate quid dicam, cuius etiam communione sociatus coetus hominum, sicut se habet ista definitio, populus nuncupatur? Quamvis enim, si diligenter attendas, nec utilitas sit ulla viventium, qui vivunt impie; sicut vivit omnis qui non servit Deo, servitque daemonibus, tanto magis impiis, quanto magis sibi, cum sint immundissimi spiritus, tanquam diis sacrificari volunt: tamen quod de iuris consensu diximus, satis esse arbitror, unde appareat per hanc definitionem non esse populum, cuius respublica esse dicatur, in quo iustitia non est. Si enim dicunt non spiritibus immundis, sed diis bonis atque sanctis in sua republica servisse Romanos; numquid eadem toties repetenda sunt, quae iam satis, imo ultra quam satis est, diximus? Quis enim ad hunc

¿Quién que haya leído hasta éste los libros anteriores puede dudar de que los romanos sirvieron a demonios malos e impuros, de no ser un tonto de remate o un desvergonzado disputador? Mas, para no repetir de qué ralea eran aquellos a quienes sacrificaban, citaré lo escrito en la ley de Dios: *El que sacrifique a otros dioses fuera del único Señor, será exterminado.* Este mandato y esta amenaza entrañan la voluntad de que no se sacrifique a los dioses, ni buenos ni malos.

CAPITULO XXII

¿Es el verdadero Dios el de los cristianos?

Mas puede replicarse: ¿Quién es ese Dios o cómo se prueba que ninguno otro merece el culto de los romanos? Se necesita estar muy ciego para preguntar a estas alturas quién es ese Dios. Es el Dios de quien han predicho los profetas las cosas que vemos cumplidas. Es el mismo Dios que dijo a Abrahán: *En tu descendencia serán benditas todas las generaciones.* Que esto se realizó en Cristo, nacido de esa estirpe según la carne, lo reconocen, aun contra su voluntad, los enemigos de este nombre. Es el mismo Dios que ha inspirado por su Espíritu todas las predicciones cumplidas en la Iglesia, extendida ya por todo el orbe, y que he citado en libros anteriores. Es el mismo

locum per superiores huius operis libros pervenit, qui dubitare adhuc possit, malis et impuris daemonibus servisse Romanos, nisi vel nimium stolidus, vel impudentissime contentiosus? Sed ut taceam quales sint, quos sacrificiis colebant; in lege veri Dei scriptum est, *Sacrificans diis eradicabitur, nisi Domino tantum* [36]. Nec bonis igitur, nec malis diis sacrificari voluit, qui hoc cum tanta comminatione praecepit.

CAPUT XXII

An verus sit Deus, cui Christiani serviunt, cui soli debeat sacrificari

Sed responderi potest: Quis iste Deus est, aut unde dignus probatur, cui deberent obtemperare Romani, ut nullum deorum praeter ipsum colerent sacrificiis? Magnae caecitatis est, adhuc quaerere quis iste sit Deus. Ipse est Deus, cuius Prophetae praedixerunt ista quae cernimus. Ipse est Deus, a quo responsum accepit Abraham, *In semine tuo benedicentur omnes gentes* [37]. Quod in Christo fieri, qui secundum carnem de illo semine exortus est, iidem ipsi qui remanserunt huius nominis inimici, velint nolintve, cognoscunt. Ipse est Deus, cuius divinus Spiritus per eos locutus est, quorum praedicta atque completa per Ecclesiam, quam videmus toto orbe diffusam, in libris superioribus posui. Ipse est Deus, quem Varro doctissimus Romanorum Iovem putat, quamvis nesciens quid loquatur:

[36] Ex. 22,20.
[37] Gen. 22,18.

Dios que Varrón, el más docto de los romanos, cree ser Júpiter, bien que no sabe lo que dice [54]. Esto hace ver, a mi juicio, que un hombre tan erudito no ha pensado que ese dios no existe o que era despreciable, pues creyó que era éste por él tenido como Dios supremo. En fin, es el mismo Dios de quien Porfirio, el más sabio de los filósofos, aunque acérrimo enemigo de los cristianos, confiesa que es un Dios grande, aun según los oráculos de aquellos que juzga dioses.

CAPITULO XXIII

Sentir de Porfirio sobre los oráculos de los dioses

1. En los libros que titula ἐκ λογίων φιλοσοφίας [55], en los que examina y consigna esa especie de respuestas divinas tocantes a la filosofía, dice, usando las palabras de la traducción latina del texto griego, que «a uno que preguntaba a Apolo a qué dios debía aplacar para apartar a su esposa del cristianismo», Apolo le respondió—he aquí sus palabras—: «Quizá te sería más fácil escribir en el agua letras impresas o volar por el aire como desplegando tus ligeras plumas que desviar el sentido manchado de tu impía esposa. Déjala, pues, en su ridículo error, cantar con voz lúgubre y ficticia a un Dios muerto a quien, condenado por jueces justos, quitó la vida a la fuerza una muerte pública e ignominiosa». Tras estos versos de Apolo, traducidos al latín sin ritmo ni medida, añadió: «Estos versos hacen ver la tergiversación de esa sentencia irre-

quod tamen ideo commemorandum putavi, quoniam vir tantae scientiae nec nullum istum deum potuit existimare, nec vilem. Hunc enim eum esse credidit, quem summum putavit Deum. Postremo ipse est Deus, quem doctissimus philosophorum, quamvis Christianorum acerrimus inimicus, etiam per eorum oracula, quos deos putat, Deum magnum Porphyrius confitetur.

CAPUT XXIII

Quae Porphyrius dicat oraculis deorum responsa esse de Christo

1. Nam in libris quos ἐκ λογίων φιλοσοφίας appellat, in quibus exsequitur atque conscribit rerum ad philosophiam pertinentium velut divina responsa, ut ipsa verba eius, quemadmodum ex lingua graeca in latinam interpretata sunt, ponam: «Interroganti, inquit, quem deum placando revocare possit uxorem suam a Christianismo, haec ait versibus Apollo». Deinde verba velut Apollinis ista sunt: «Forte magis poteris in aqua impressis litteris scribere, aut adinflans pennas leves per aera ut avis volare, quam pollutae revoces impiae uxoris sensum. Pergat quomodo vult inanibus fallaciis perseverans, et lamentationibus fallacissimis mortuum Deum cantans, quem a iudicibus recta sentientibus perditum, pessima in speciosis ferro vincta mors interfecit». Deinde post hos versus Apollinis, qui non stante metro latine interpretati sunt, subiunxit atque ait: «In his quidem tergiversationem irremediabilis sententiae eorum manifestavit, di-

mediable, pues dice que los judíos saben honrar a Dios mejor que éstos.» He ahí que, en desdoro de Cristo, antepuso los judíos a los cristianos y admite que los judíos honran a Dios. Así expone los versos de Apolo en que dice que Cristo fué matado por jueces justos, dando a entender que, juzgando ellos justamente, Él fué castigado con justicia. Vea qué dijo el mentiroso vate de Apolo sobre Cristo, y lo creyó éste o quizá fingió el expositor lo que el vate no dijo. Luego veremos cómo le consta y cómo hace concordar los oráculos entre sí. Aquí dice que los judíos, adoradores de Dios, condenaron justamente a Cristo a una muerte ignominiosa. Esta era la ocasión de prestar oídos al Dios de los judíos, de quien él da testimonio al decir: *Quien sacrificare a otros dioses fuera del Señor, será exterminado.*

Pasemos a testimonios más claros y escuchemos el elogio de la grandeza de ese que dice Dios de los judíos. Le preguntó a Apolo qué es mejor, el verbo, la razón o la ley, «y respondió —dice—con estos versos». Y luego cita los versos de Apolo, entre los cuales se hallan éstos, que bastan para nuestro propósito: «Dios—dice—es el principio generador y el rey supremo anterior a todo, ante quien tiemblan el cielo y la tierra, el mar y los abismos infernales, y las mismas divinidades se sobrecogen de espanto. Su ley es el padre a quien honran mucho los santos hebreos». Este oráculo del dios Apolo reconoce, según Porfirio, que la grandeza del Dios de los judíos es tan grande, que ante él tiemblan los mismos dioses. Y puesto que ese Dios dijo que *quien sacrificase a los dioses será exterminado*, maravíllome que Porfirio no se atemorizara y temiera ser exterminado, sacrificando a los dioses.

2. De este juicio añadió a renglón seguido: *Y le ha dado la potestad de juzgar porque es el Hijo del hombre.* Esto prueba que vendrá a juzgar en la misma carne en que vino a ser juzgado. A este fin dijo: *Porque es el Hijo del hombre.* Y luego agrega a propósito de lo tratado: *No os admiréis de esto, porque vendrá el tiempo en que todos los que están en los sepulcros oirán su voz. Y saldrán los que hicieron buenas obras a resucitar para la vida, y los que obraron mal, a resucitar para el juicio.* Este es el juicio con el que poco antes, como ahora, designó la condenación en estos términos: *Quien escucha mi palabra y cree en aquel que me ha enviado, tiene la vida eterna y no incurrirá en juicio, sino que pasará de la muerte a la vida.* Esto significa que perteneciendo a la primera resurrección, por la que se pasa de la muerte a la vida, no se incurrirá en la condenación, designada con el nombre de juicio. Así, en este lugar: *Y los que obraron mal, resucitarán para el juicio,* o sea, para ser condenados.

El que no quiera, pues, ser condenado en la segunda resurrección, resucite en la primera. Porque *vendrá tiempo, y estamos ya en él, en que los muertos oirán la voz del Hijo de Dios, y los que la escucharen revivirán,* es decir, no caerán en la condenación, llamada también muerte segunda. En esta muerte, después de la segunda resurrección, que será de los cuerpos, serán precipitados los que no resuciten en la primera, que es de las almas. *Vendrá,* pues, *tiempo* (aquí no añade: *Y estamos ya en él,* porque será al fin del mundo, o sea en el último y tremendo juicio de Dios) *en que todos los que están en los sepulcros oirán su voz y saldrán.* Aquí no dice como en la primera: *Y los que la escucharen revivirán,* pues que no todos vivirán con esa vida, que merece tal nombre por ser feliz. La verdad es que no podrían oírla sin cierta vida, ni salir de los sepulcros al resucitar el cuerpo. El porqué de que no vivirán todos se da en lo que sigue: *Los que hicieron obras buenas saldrán a resucitar para la vida.* He aquí los que vivirán. *Y los que obraron mal, a resucitar para el juicio.* He aquí los que no vivirán, porque morirán con la muerte se-

sunt, et pro omnibus mortuus est, ut qui vivunt, iam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, et resurrexit [26]. Omnes itaque mortui sunt in peccatis, nemine prorsus excepto, sive originalibus, sive etiam voluntate additis, vel ignorando, vel sciendo nec faciendo quod iustum est: et pro omnibus mortuis vivus mortuus est unus, id est, nullum habens omnino peccatum: ut qui per remissionem peccatorum vivunt, iam non sibi vivant, sed ei qui pro omnibus mortuus est propter peccata nostra, et resurrexit propter iustificationem nostram; ut credentes in eum qui iustificat impium, ex impietate iustificati, tanquam ex morte vivificati, ad primam resurrectionem, quae nunc est, pertinere possimus. Ad hanc enim primam non pertinent, nisi qui beati erunt in aeternum: ad secundam vero, de qua mox locuturus est, et beatos pertinere docebit, et miseros. Ista est misericordiae, illa iudicii. Propter quod in Psalmo scriptum est: *Misericordiam et iudicium cantabo tibi, Domine* [27].

2. De quo iudicio consequenter adiunxit, atque ait: *Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est.* Hic ostendit, quod in ea carne veniet iudicaturus, in qua venerat iudicandus. Ad hoc enim ait, *quoniam Filius hominis est.* Ac deinde subiungens unde agimus: *Nolite,* inquit, *mirari hoc, quia veniet hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem eius; et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitae; qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii* [28]. Hoc est illud iudicium, quod paulo ante, sicut nunc, pro damnatione posuerat, dicens, *Qui verbum meum audit, et credit ei qui misit me, habet vitam aeternam, et in iudicium non veniet, sed transiit a morte in vitam* [29]: id est, pertinendo ad primam resurrectionem, qua nunc transitur a morte ad vitam, in damnationem non veniet, quam significavit appellatione iudicii, sicut etiam hoc loco, ubi ait, *Qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii,* id est, damnationis. Resurgat ergo in prima, qui non vult in secunda resurrectione damnari. *Venit* enim *hora, et nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei; et qui audierint, vivent* [30], id est, in damnationem non venient, quae secunda mors dicitur: in quam mortem, post secundam, quae corporum futura est, resurrectionem, praecipitabuntur, qui in prima, quae animarum est, non resurgunt. *Veniet* enim *hora* (ubi non ait, *et nunc est;* quia in fine saeculi erit, hoc est in ultimo et maximo iudicio Dei), *quando omnes qui in monumentis sunt, audient vocem eius, et procedent* [31]. Non dixit quemadmodum in prima, *et qui audierint, vivent.* Non enim omnes vivent, ea scilicet vita, quae quoniam beata est, sola vita dicenda est. Nam utique non sine qualicumque vita possent audire, et de monumentis resurgente carne procedere. Quare autem non omnes vivent, in eo quod sequitur, docet: *Qui bona,* inquit, *fecerunt, in resurrectionem vitae,* hi sunt qui vivent: *qui vero mala egerunt, in re-*

[26] 2 Cor. 5,14.15.
[27] Ps. 100,1.
[28] Io. 5,27-29
[29] Ibid., 24.
[30] Ibid., 25.
[31] Ibid., 28.

gunda. Obraron mal porque vivieron mal, y vivieron mal porque no resucitaron en la primera resurrección, que se opera ahora en las almas, o no perseveraron hasta el fin en el propósito de su resurrección.

Como son dos las regeneraciones, de las cuales ya he hablado más arriba, una según la fe, que se obra ahora por el bautismo, y otra según la carne, que se obrará en el juicio final, cuando la carne se torne incorruptible e inmortal, así son dos las resurrecciones. La primera, que se actúa ahora, es la de las almas, y no permite incurrir en la muerte segunda. Y la segunda, que vendrá al fin del mundo, no es de las almas, sino de los cuerpos. Ella enviará, por efecto del último juicio, a unos a la muerte segunda y a otros a la vida inmortal.

CAPITULO VII

LAS DOS RESURRECCIONES. LOS MIL AÑOS DEL APOCALIPSIS Y UN SENTIR RAZONABLE SOBRE ELLOS

1. El mismo evangelista San Juan habla de estas dos resurrecciones en su Apocalipsis. Pero es tal su modo de expresarse, que algunos de los nuestros, no entendiendo la primera, han venido a parar en fábulas ridículas. San Juan dice en el citado libro: *Vi también descender del cielo un ángel, que tenía la llave del abismo y una gran cadena en su mano. Y agarró al dragón—esa serpiente antigua que se apellidó*

surrectionem iudicii, hi sunt qui non vivent; quia secunda morte morientur. Mala quippe egerunt, quoniam male vixerunt: male autem vixerunt, quia in prima, quae nunc est, animarum resurrectione non revixerunt, aut in eo quod revixerant, non in finem usque manserunt. Sicut ergo duae sunt regenerationes, de quibus iam supra locutus sum, una secundum fidem, quae nunc fit per Baptismum; alia secundum carnem, quae fiet in eius incorruptione atque immortalitate per iudicium magnum atque novissimum: ita sunt et resurrectiones duae, una prima, quae et nunc est. et animarum est, quae venire non permittit in mortem secundam; alia secunda, quae nunc non est, sed in saeculi fine futura est, nec animarum, sed corporum est, quae per ultimum iudicium alios mittet in secundam mortem, alios in eam vitam, quae non habet mortem.

CAPUT VII

DE DUABUS RESURRECTIONIBUS ET DE MILLE ANNIS QUID IN APOCALYPSI IOANNIS SCRIPTUM SIT, ET QUID DE EIS RATIONABILITER SENTIATUR

1. De his duabus resurrectionibus idem Ioannes evangelista in libro qui dicitur Apocalypsis, eo modo locutus est, ut earum prima a quibusdam nostris non intellecta, insuper etiam in quasdam ridiculas fabulas verteretur. Ait quippe in libro memorato Ioannes apostolus: *Et vidi angelum descendentem de caelo, habentem clavem abyssi, et catenam in manu sua,*

diablo y satanás—, y lo condenó por mil años, y lo precipitó en el abismo. Y cerró el abismo y puso sobre él su sello, para que no seduzca más a las naciones hasta que se cumplan los mil años. Después será soltado por breve tiempo. Luego vi unos tronos y a los que se sentaban en ellos, a los cuales se dió la potestad de juzgar. Y vi las almas de los degollados por confesar a Jesús y por la palabra de Dios, y cuantos no han adorado la bestia ni su imagen ni han recibido en las frentes su marca, ni en las manos, reinaron también con Jesús mil años. Los otros no han vivido hasta cumplidos los mil años. Esta es la resurrección primera. Dichoso y santo es quien toma parte en esta primera resurrección. Sobre éstos, la muerte segunda no tendrá poderío. Y serán sacerdotes de Dios y de Cristo y reinarán con él mil años [10]. Quienes por estas palabras han sospechado que la resurrección primera es corporal, han adoptado esta opinión movidos, sobre todo, por los mil años, en la idea de que todo ese tiempo debe ser como el sábado de los santos, en que reposarán santamente después de seis mil años de trabajos. Estos años se cuentan a partir de la creación del hombre y de su despedida, ganada por el pecado, de la felicidad del paraíso a las miserias de la vida mortal. Y así como está escrito: *Un día ante Dios es como mil años, y mil años como un día*, pasados los seis mil años como seis días, el séptimo, es decir, los años últimos, harán las veces del sábado para los santos, que resucitarán a celebrarlo.

Esta opinión sería hasta cierto punto admisible si se cre-

et tenuit draconem illum serpentem antiquum, qui cognominatus est diabolus et satanas, et alligavit illum mille annis, et misit illum in abyssum; et clausit, et signavit super eum, ut non seduceret iam gentes, donec finiantur mille anni: post haec oportet eum solvi brevi tempore. Et vidi sedes, et sedentes super eas, et iudicium datum est. Et animae occisorum propter testimonium Iesu, et propter verbum Dei, et si qui non adoraverunt bestiam, nec imaginem eius, neque acceperunt inscriptionem in fronte aut in manu sua, et regnaverunt cum Iesu mille annis: reliqui eorum non vixerunt, donec finiantur mille anni. Haec resurrectio prima est. Beatus et sanctus est, qui habet in hac prima resurrectione partem. In istis secunda mors non habet potestatem; sed erunt sacerdotes Dei et Christi, et regnabunt cum eo mille annis [32]. Qui propter haec huius libri verba primam resurrectionem futuram suspicati sunt corporalem, inter caetera maxime numero annorum mille permoti sunt, tanquam oporteret in sanctis eo modo veluti tanti temporis fieri sabbatismum, vacatione scilicet sancta post labores annorum sex millium, ex quo creatus est homo, et magni illius peccati merito in huius mortalitatis aerumnas de paradisi felicitate dimissus est, ut quoniam scriptum est, *Unus dies apud Dominum sicut mille anni, et mille anni sicut dies unus* [33], sex annorum millibus tanquam sex diebus impletis, sequatur velut sabbati septimus in annis mille postremis, ad hoc scilicet sabbatum celebrandum resurgentibus sanctis. Quae opinio esset utcumque tolerabilis, si aliquae deliciae spirituales in illo

[32] Apoc. 20,1-6.
[33] 2 Petr. 3,8.

yera que durante ese sábado los santos gozarán de algunas delicias por la presencia del Señor. Yo mismo me he adherido algún tiempo a ese sentir [11]. Pero sus defensores dicen que los resucitados se holgarán en inmoderados banquetes carnales, en los que la comida y la bebida carecerán de modestia, y excederán el modo de los incrédulos. Y esto no pueden creerlo sino los carnales. Los espirituales, empero, dan a éstos el nombre de χιλιαστάς, palabra griega que nosotros literalmente podemos traducir por milenaristas. Refutarlos al detalle sería muy largo. Prefiero por eso mostrar cómo deben entenderse esas palabras de la Escritura.

2. Nuestro Señor Jesucristo dice concretamente: *Nadie puede entrar en casa del fuerte y robar sus vasos si primero no lo ata bien.* Por fuerte entiende aquí al diablo, pues que pudo someter a sí al género humano, y por los vasos los fieles, que él tenía enviscados en la impiedad y en el pecado. Para maniatar, pues, a este fuerte, vió San Juan en el Apocalipsis *descender del cielo un ángel que tenía la llave del abismo y una gran cadena en su mano. Y agarró al dragón,* prosigue—*a esa serpiente antigua que se apellidó diablo y Satanás—, y lo encadenó por mil años.* Es decir, impidió su poder de seducción y de posesión de los redimidos.

Los mil años pueden entenderse de dos maneras, a mi modo de ver; o porque eso ha de pasar en los mil últimos años, es decir, en el sexto millar, como en el sexto día, cuyos últimos años transcurren ahora para ser seguidos del sábado que no tiene tarde, o sea del reposo de los santos, que no tendrá fin. Y en este sentido llamaría aquí mil años a la última parte de ese tiempo, como un día que dura hasta el fin del mundo, tomando la parte por el todo. O se sirve de los mil años para designar la duración del mundo, empleando un número perfecto para denotar la plenitud del tiempo. El número mil es el cubo de diez, y diez por diez son ciento. Esta es una figura plana, y para hacerla sólida es preciso multiplicar cien por diez, y tenemos ya los mil. Por consiguiente, si a veces se emplea el número cien para indicar totalidad, como cuando el Señor hizo esta promesa a aquel que deja todo por seguirle: *Recibirá cien doblado en esta vida*—lo cual expone el Apóstol de este modo: *Como no teniendo nada y poseyéndolo todo,* pues ya había dicho antes que el *mundo de las riquezas es propiedad del hombre fiel*—, ¿cuánto más se usará el número mil para designar universalidad, siendo el cubo del diez? Este es el mejor sentido de aquellas palabras del Salmo: *Nunca jamás se ha olvidado de la alianza y de la promesa hecha para mil generaciones,* o sea para todas.

3. *Y lo precipitó en el abismo,* es decir, precipitó así, realmente en el abismo, al diablo. Este abismo denota la multitud innumerable de impíos, cuyos corazones son un abismo de malignidad contra la Iglesia de Dios. Y dice que lo precipitó no porque el diablo no estuviera ya antes allí, sino porque, excluído del corazón de los fieles, comenzó a poseer más fuertemente a los impíos. Es más poseído por el diablo quien no

---

sabbato adfuturae sanctis per Domini praesentiam crederentur. Nam etiam nos hoc opinati fuimus aliquando. Sed cum eos qui tunc resurrexerint, dicant immoderatissimis carnalibus epulis vacaturos, in quibus cibus sit tantus ac potus, ut non solum nullam modestiam teneant, sed modum quoque ipsius incredulitatis excedant: nullo modo ista possunt nisi a carnalibus credi. Hi autem qui spirituales sunt, istos ista credentes χιλιαστάς appellant graeco vocabulo; quos, verbum e verbo exprimentes, nos possumus Milliarios nuncupare. Eos autem longum est refellere ad singula; sed potius, quemadmodum Scriptura haec accipienda sit, iam debemus ostendere.

2. Ait ipse Dominus Iesus Christus, *Nemo potest introire in domum fortis, et vasa eius eripere, nisi prius alligaverit fortem*[34]: diabolum volens intelligi fortem, quia ipse genus humanum potuit tenere captivum; vasa vero eius, quae fuerat erepturus, fideles suos futuros, quos ille in diversis peccatis atque impietatibus possidebat. Ut ergo alligaretur hic fortis, propterea vidit iste apostolus in Apocalypsi *angelum descendentem de caelo, habentem clavem abyssi, et catenam in manu sua. Et tenuit,* inquit, *draconem illum serpentem antiquum, qui cognominatus est diabolus et satanas, et alligavit eum mille annis,* hoc est, eius potestatem ab eis seducendis ac possidendis, qui fuerant liberandi, cohibuit atque frenavit. Mille autem anni duobus modis possunt, quantum mihi occurrit, intelligi: aut quia in ultimis annis mille ista res agitur, id est, sexto annorum milliario tanquam sexto die, cuius nunc spatia posteriora volvuntur; secuturo deinde sabbato, quod non habet vesperam, requie scilicet sanctorum, quae non habet finem: ut huius milliarii tanquam diei novissimam partem, quae remanebat usque ad terminum saeculi, mille annos appellaverit; eo loquendi modo, quo pars significatur a toto: aut certe mille annos pro annis omnibus huius saeculi posuit; ut perfecto numero notaretur ipsa temporis plenitudo. Millenarius quippe numerus denarii numeri quadratum solidum reddit. Decem quippe decies ducta, fiunt centum; quae iam figura quadrata, sed plana est. Ut autem in altitudinem surgat, et solida fiat, rursus centum decies multiplicantur, et mille sunt. Porro si centum ipsa pro universitate aliquando ponuntur, quale illud est, quod Dominus omnia sua dimittenti et eum sequenti promisit, dicens, *Accipiet in hoc saeculo centuplum*[35]: quod exponens quodammodo Apostolus, ait, *Quasi nihil habentes, et omnia possidentes*[36]; quia et ante iam dictum erat, *Fidelis hominis totus mundus divitiarum est:* quanto magis mille pro universitate ponuntur, ubi est soliditas ipsius denariae quadraturae? Unde nec illud melius intelligitur, quod in Psalmo legitur: *Memor fuit in saeculum testamenti sui, verbi quod mandavit in mille generationes*[37], id est, in omnes.

3. *Et misit illum,* inquit, *in abyssum:* utique diabolum misit in abyssum. Quo nomine significata est multitudo innumerabilis impiorum, quorum in malignitate adversus Ecclesiam Dei multum profunda sunt corda: non quia ibi diabolus ante non erat; sed ideo dicitur illuc missus, quia

[34] Mc. 3,27.

[35] Mt. 19,29; Mc. 10,30.
[36] 2 Cor. 6,10.
[37] Ps. 104,8.

sólo se aleja de Dios, sino que odia sin motivo a los servidores del mismo.

Y cerró el abismo—prosigue—*y puso su sello sobre él, para que no ande más engañando a las naciones hasta que se cumplan los mil años. Cerró sobre él,* es decir, le prohibió la salida y violar lo mandado. Esta adición: *Y puso su sello,* puede significar que Dios no quiere que se sepa quiénes pertenecen al diablo y quiénes no. Está absolutamente oculto en esta vida, porque es incierto si el que parece estar en pie caerá y si el que parece estar ya en el suelo se levantará. Mas, atando y encerrando al diablo, se le impide seducir a las naciones que pertenecen a Cristo, y que él antes seducía o retenía. Porque—como dice el Apóstol—Dios resolvió antes de la creación del mundo librar a esas almas del reino de las tinieblas y transferirlas al reino del Hijo de su amor. Y ¿qué fiel ignora que el diablo seduce aun ahora a las naciones y las lleva consigo al suplicio eterno? Esto no lo hace con los predestinados a la vida eterna. No hay por qué inquietarse de que el diablo seduzca frecuentemente a aquellos que, regenerados ya en Cristo, marchan por las veredas del Señor. Porque *el Señor conoce quiénes son de El,* y de éstos, Satanás no seduce a ninguno arrastrándole a la condenación eterna. Dios los conoce como Dios, es decir, como aquel a quien nada del futuro se le oculta; no como hombre, que sólo ve a otro hombre cuando está presente, si es que puede decirse que ve a aquel cuyo corazón no ve y de quien no sabe qué será luego no menos que de sí mismo.

exclusus a credentibus plus coepit impios possidere. Plus namque possidetur a diabolo, qui non solum alienatus est a Deo, verum etiam gratis odit servientes Deo. *Et clausit,* inquit, *et signavit super eum, ut iam non seduceret gentes, donec finiantur mille anni. Clausit super eum,* dictum est, interdixit ei ne possit exire, id est, vetitum transgredi. *Signavit* autem, quod addidit, significasse mihi videtur, quia occultum esse voluit, qui pertineant ad partem diaboli, et qui non pertineant. Hoc quippe in saeculo isto prorsus latet: quia et qui videtur stare, utrum sit casurus; et qui videtur iacere, utrum sit surrecturus, incertum est. Ab eis autem gentibus seducendis huius interdicti vinculo et claustro diabolus prohibetur atque cohibetur, quas pertinentes ad Christum seducebat antea, vel tenebat. Has enim Deus elegit ante mundi constitutionem eruere de potestate tenebrarum [38], et transferre in regnum Filii charitatis suae [39], sicut Apostolus ait. Nam seducere illum gentes etiam nunc, et secum trahere in aeternam poenam, sed non praedestinatas in aeternam vitam, quis fidelis ignorat? Nec moveat, quod saepe diabolus seducit etiam illos, qui iam regenerati in Christo, vias ingrediuntur Dei. *Novit* enim *Dominus qui sunt eius* [40]: ex his in aeternam damnationem neminem ille seducit. Sic enim novit eos Dominus, ut Deus, quem nihil latet etiam futurorum; non ut homo, qui hominem ad praesens videt (si tamen videt, cuius cor non videt), qualis autem postea sit futurus, nec se ipsum videt. Ad hoc ergo ligatus

[38] Eph. 1,4.
[39] Col. 1,13.
[40] 2 Tim. 2,19.

El diablo fué, pues, encadenado y encerrado en el abismo para eso, para que no seduzca a las naciones que integran la Iglesia, que tenía seducidas antes de que existiera la misma. No dijo: Para que no seduzca a nadie, sino: *Para que no seduzca a las naciones,* en las cuales ha querido, sin duda, dar a entender la Iglesia. *Hasta que se cumplan los mil años,* o sea, lo que resta del día sexto, que es de mil años, o todos los años que dure el mundo.

4. Estas palabras: *Para que no seduzca más a las naciones hasta que se cumplan los mil años,* no deben entenderse como si después hubiera de seducir a esas mismas naciones que componen la Iglesia predestinada—prohibición que implican su encerrona y su encadenamiento—. Porque o esta expresión es semejante a otra corriente en las Escrituras, por ejemplo, en este salmo: *Nuestros ojos están clavados en el Señor, Dios nuestro, para que se apiade de nosotros,* lo cual no quiere decir que, una vez que se apiade, no estarán los ojos de sus siervos fijos en el Señor, su Dios; o el orden gramatical es éste: *Cerró y puso su sello sobre él hasta que se cumplan los mil años.* En cuyo caso esta interposición: *Para que no seduzcan más a las naciones,* debe entenderse como independiente e inconexa con ese orden y como añadida después. El período íntegro sería así: *Cerró y puso su sello sobre él hasta que se cumplan los mil años, para que no seduzca más a las naciones.* En otros términos: el abismo estará cerrado hasta que se cumplan los mil años, para que cese de seducir a las naciones.

est diabolus, et inclusus in abysso, ut iam non seducat gentes, ex quibus constat Ecclesia, quas antea seductas tenebat, antequam esset Ecclesia. Nec enim dictum est, ut non seduceret aliquem; sed, *ut non seduceret,* inquit, *iam gentes;* in quibus Ecclesiam procul dubio voluit intelligi: *donec finiantur,* inquit, *mille anni,* id est, aut quod remanet de sexto die, qui constat ex mille annis; aut omnes anni, quibus deinceps hoc saeculum peragendum est.

4. Nec sic accipiendum est quod ait, *ut non seduceret iam gentes, donec finiantur mille anni;* quasi postea seducturus sit eas duntaxat gentes, ex quibus praedestinata constat Ecclesia, a quibus seducendis illo est vinculo claustroque prohibitus. Sed aut illa locutione dictum est, quae in Scripturis aliquoties invenitur, qualis est in Psalmo, *Sic oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri* [41]; neque enim cum misertus fuerit, non erunt oculi servorum eius ad Dominum Deum suum: aut certe iste est ordo verborum, *Et clausit, et signavit super eum, donec finiantur mille anni;* quod vero interposuit, *ut non seduceret iam gentes,* ita se habet, ut ab huius ordinis connexione sit liberum, et seorsus intelligendum, velut si post adderetur, ut sic se haberet tota sententia, *Et clausit, et signavit super eum, donec finiantur mille anni, ut non seduceret iam gentes;* id est, ideo clausit, donec finiantur mille anni, ut iam non seduceret gentes.

[41] Ps. 122,2.

CAPITULO VIII

¿CÓMO SE ENTIENDE EL ATAR Y EL SOLTAR AL DIABLO?

1. *Después*—añade—*será soltado por breve tiempo.* Si el diablo está atado y encerrado con el fin de que no pueda seducir a la Iglesia, ¿su libertad consistirá en poder eso? Ni pensarlo. Nunca jamás seducirá a la Iglesia, predestinada y elegida antes de la creación del mundo, de la cual está escrito que *conoce el Señor quiénes son de él.* Y, sin embargo, cuando el diablo sea soltado, habrá en la tierra una Iglesia, como la ha habido desde su institución y la habrá siempre en los suyos en sucesión continua. Poco después dice que el demonio, una vez libre, vendrá, con todas las naciones que haya seducido en el mundo entero, a guerrear contra la Iglesia, y que el número de estos enemigos igualará a la arena del mar. *Y se extendieron*—dice—*sobre la redondez de la tierra y cercaron los reales de los santos y la ciudad amada. Mas Dios hizo llover fuego del cielo, que los consumió, y el diablo, que los traía engañados, fué precipitado en un estanque de fuego y azufre, donde también lo fueron la bestia y el falso profeta. Y allí estarán atormentados día y noche por los siglos de los siglos.*

Este pasaje alude ya al juicio final, y he pensado mencionarlo ya ahora por temor a que alguien se imagine que, en el poco tiempo en que andará suelto el diablo, no existirá la

CAPUT VIII

DE ALLIGATIONE ET SOLUTIONE DIABOLI

1. *Post haec,* inquit, *oportet eum solvi brevi tempore* [42]. Si hoc est diabolo ligari et includi, Ecclesiam non posse seducere; haec ergo erit solutio eius, ut possit? Absit: nunquam enim ab illo Ecclesia seducetur praedestinata et electa ante mundi constitutionem, de qua dictum est, *Novit Dominus qui sunt eius* [43]: et tamen hic erit etiam illo tempore, quo solvendus est diabolus, sicut ex quo est instituta, hic fuit et erit omni tempore, in suis utique qui succedunt nascendo morientibus. Nam paulo post dicit, quod solutus diabolus seductas gentes toto orbe terrarum attrahet in bellum adversus eam, quorum hostium numerus erit ut arena maris. *Et ascenderunt,* inquit, *super terrae latitudinem, et cinxerunt castra sanctorum, et dilectam civitatem: et descendit ignis de caelo a Deo, et comedit eos: et diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis et sulphuris, ubi et bestia et pseudopropheta; et cruciabuntur die ac nocte in saecula saeculorum* [44]. Sed hoc iam ad iudicium novissimum pertinet, quod nunc propterea commemorandum putavi, ne quis existimet eo ipso parvo tempore, quo solvetur diabolus, in hac terra Ecclesiam non futu-

[42] Apoc. 20,3.
[43] 2 Tim. 2,19.
[44] Apoc. 20,8-10.

Iglesia en este mundo, sea que no la halle, sea que la destruya con su persecución. El diablo no está, pues, atado todo el tiempo que abarca este libro, a saber, desde la primera venida de Cristo hasta el fin del mundo, en que será la segunda. Y es que estar atado durante mil años significa que no seducirá a la Iglesia en ese intervalo, puesto que no la seducirá ni cuando sea soltado. Y, claro es, si el estar atado es para él no poder seducir o no permitírsele hacerlo, ser soltado, ¿qué será sino poder seducir o permitírsele? Esto no se realizará. El prendimiento es simplemente no permitirle tentar a los hombres cuanto pueda por seducción o por violencia para hacerles pasar a su partido. Si esto se le permitiera durante tan largo espacio de tiempo, la flaqueza humana es tal, que haría caer a un gran número de fieles y los derribaría y desviaría de la fe—cosa que Dios no quiere—. Y por eso precisamente está atado.

2. Mas será suelto cuando quede poco tiempo. La Escritura nos dice que el demonio y sus cómplices volcarán toda su saña en tres años y seis meses, y sus contrincantes serán tales, que no podrá vencerlos ni por la fuerza ni por sus arterías. Si nunca fuera soltado, se conocería menos su maligna potencia, sería menos probada la paciencia fidelísima de la ciudad santa y, finalmente, brillaría menos la sabiduría del Omnipotente al usar bien de tamaño mal. Dios no le impidió del todo tentar a los santos, aunque le arrojó de las intimidades de los hombres, donde radica la fe en Dios, a fin de que en lo exterior se aprovecharan del combate. Pero lo ligó a los de su

ram, illo hic eam vel non inveniente, cum fuerit solutus, vel absumente, cum fuerit modis omnibus persecutus. Non itaque per totum hoc tempus, quod liber iste complectitur, a primo scilicet adventu Christi usque in saeculi finem, quo erit secundus eius adventus, ita diabolus alligatur, ut eius haec ipsa sit alligatio, per hoc intervallum, quod mille annorum numero appellat, non seducere Ecclesiam; quandoquidem illam nec solutus utique seducturus est. Nam profecto si ei alligari est, non posse seducere, sive non permitti; quid erit solvi, nisi posse seducere, sive permitti? Quod absit ut fiat: sed alligatio diaboli, est non permitti exercere totam tentationem, quam potest vel vi vel dolo ad seducendos homines, in partem suam cogendo violenter, fraudulenterve fallendo. Quod si permitteretur in tam longo tempore et tanta infirmitate multorum, plurimos tales, quales Deus id perpeti non vult, et fideles deiiceret, et ne crederent impediret: quod ne faceret, alligatus est.

2. Tunc autem solvetur, quando et breve tempus erit. Nam tribus annis et sex mensibus legitur totis suis suorumque viribus saeviturus: et tales erunt, cum quibus ei belligerandum est, ut vinci tanto eius impetu insidiisque non possint. Si autem nunquam solveretur, minus appareret eius maligna potentia, minus sanctae civitatis fidelissima patientia probaretur; minus denique perspiceretur, quam magno eius malo tam bene fuerit usus Omnipotens: qui eum nec omnino abstulit a tentatione sanctorum, quamvis ab eorum interioribus hominibus, ubi in Deum creditur, foras missum, ut forinsecus eius oppugnatione proficerent; et in eis qui sunt ex parte ipsius, alligavit, ne quantam posset effundendo et exercendo malitiam,

partido, para que, babeando malicia, no apease de su fe piadosa a muchos hombres frágiles que debían engrosar las filas de la Iglesia: unos, futuros creyentes; otros, creyentes actuales. Lo soltará al fin para que la Ciudad de Dios, con inmensa gloria de su Redentor, Ayudador y Libertador, se dé cuenta del enemigo que ha vencido. ¿Qué somos nosotros en comparación de los santos y fieles que serán entonces? Y para probarlos soltará a ese brutal enemigo con el que, aun atado, libramos nosotros batalla con tantos riesgos. Aunque no hay duda que también durante ese intervalo han existido y existen algunos soldados de Cristo tan bravos y aguerridos, que, si vivieran, cuando sea soltado, esquivarían con suma maestría sus arremetidas y las aguantarían con paciencia suma.

3. Mas el diablo no ha sido solamente atado desde que la Iglesia comenzó a extenderse fuera de Judea, en las demás naciones, sino que lo es ahora y lo será siempre hasta el fin del mundo, en que deberá ser soltado. Vemos a diario personas que, dejando la infidelidad, se convierten a la fe, y esto seguirá, indudablemente, repitiéndose hasta el fin del mundo. Y a la verdad que el fuerte está ligado para cada fiel, cuando es sacado como su presa de las garras del demonio, y el abismo en que fué encerrado no quedó destruído por la muerte de los perseguidores que existían cuando fué encerrado por primera vez. A éstos les han sucedido y les sucederán hasta el fin de los siglos odiadores de los cristianos, en cuyos corazones ciegos y profundos es encerrado a diario como en un abismo.

El problema crucial es saber si en aquellos tres últimos

innumerabiles infirmos ex quibus Ecclesiam multiplicari et impleri oportebat, alios credituros, alios iam credentes, a fide pietatis hos deterreret, hos frangeret; et solvet in fine, ut quam fortem adversarium Dei civitas superaverit, cum ingenti gloria sui redemptoris, adiutoris, liberatoris, aspiciat. In eorum sane, qui tunc futuri sunt, sanctorum atque fidelium comparatione quid sumus? quandoquidem ad illos probandos tantus solvetur inimicus, cum quo nos ligato tantis periculis dimicamus. Quamvis et hoc temporis intervallo quosdam milites Christi tam prudentes et fortes fuisse atque esse, non dubium est, ut etiam si tunc in ista mortalitate viverent, quando ille solvetur, omnes insidias eius atque impetus et caverent sapientissime, et patientissime sustinerent.

3. Haec autem alligatio diaboli non solum facta est, ex quo coepit Ecclesia praeter Iudaeam terram in nationes alias aliasque dilatari; sed etiam nunc fit, et fiet usque ad terminum saeculi, quo solvendus est. Quia et nunc homines ab infidelitate, in qua ipse eos possidebat, convertuntur ad fidem, et usque in illum finem sine dubio convertentur: et utique unicuique iste fortis tunc alligatur, quando ab illo tanquam vas eius eripitur: et abyssus ubi inclusus est, non in eis consumpta est, quando sunt mortui, qui tunc erant quando esse coepit inclusus; sed successerunt eis alii nascendo, atque succedunt, donec finiatur hoc saeculum, qui oderint Christianos, in quorum quotidie, velut in abysso, caecis et profundis cordibus includatur. Utrum autem etiam illis ultimis tribus annis et mensibus sex, quando solutus totis viribus saeviturus est, aliquis in qua non

años y seis meses, cuando, suelto, se ensañará con todas sus fuerzas, abrazará alguno la fe, no abrazada por él [12]. ¿Cómo se justificarán aquellas palabras: *¿Quién entrará en casa del fuerte y le robará sus vasos si primero no lo ata bien,* si se los roban también estando suelto? Esta frase parece obligarnos a creer que en aquel tiempo, aunque breve, nadie se hará cristiano, sino que el diablo luchará con los cristianos ya tales. Y si algunos de éstos fueren vencidos y le siguieren, hay que decir que no eran del número de los hijos predestinados de Dios. No en vano el mismo apóstol San Juan, autor del Apocalipsis, dice de algunos en su Epístola: *Han salido de entre nosotros, mas no eran de los nuestros, porque, si hubieran sido de los nuestros, hubieran, sin duda, perseverado con nosotros.*

Y ¿qué diremos de los niños? No es creíble que no halle algún niño hijo de cristiano y aún no bautizado, o que no nazca ninguno durante ese tiempo, y que en este caso sus padres no lo acercarán a la fuente de la regeneración. Si hacen esto, ¿cómo le arrebatarán estos vasos una vez soltado ya el diablo, en cuya casa no entra nadie para robárselos si no lo ata bien antes? Más bien debe creerse que durante ese tiempo no faltarán las apostasías en la Iglesia ni las conversiones a la misma. Y serán tan fuertes entonces los padres para bautizar a sus hijos y los nuevos convertidos, que vencerán al fuerte, aunque esté suelto; es decir, que, aunque emplee contra ellos toda la artillería nunca antes usada o los apriete hasta ahogarlos, le cogerán las vueltas y lo confundirán. Y así, le robarán aunque no esté atado. Mas no por eso será falsa la palabra

fuerat, sit accessurus ad fidem, nonnulla quaestio est. Quomodo enim stabit quod dictum est, *Quis intrat in domum fortis, ut vasa eius eripiat, nisi prius alligaverit fortem?* [45] si etiam soluto eripiuntur? Ac per hoc ad hoc cogere videtur ista sententia, ut credamus illo, licet exiguo, tempore neminem accessurum esse populo christiano, sed cum eis qui iam Christiani reperti fuerint, diabolum pugnaturum: ex quibus etiamsi aliqui victi secuti eum fuerint, non eos ad praedestinatum filiorum Dei numerum pertinere. Neque enim frustra idem Ioannes apostolus, qui et hanc Apocalypsim scripsit, in epistola sua de quibusdam dicit, *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum* [46]. Sed quid fiet de parvulis? Nimium quippe incredibile est, nullos iam natos et nondum baptizatos praeoccupari Christianorum filios illo tempore infantes, nullos etiam ipsis nasci iam diebus; aut si erunt, non eos a parentibus suis ad lavacrum regenerationis modo quocumque perduci. Quod si fiet, quo pacto soluto iam diabolo vasa ista eripientur, in cuius domum nemo intrat, ut vasa eius eripiat, nisi prius alligaverit eum? Imo vero id potius est credendum, nec qui cadant de Ecclesia, nec qui accedant Ecclesiae illo tempore defuturos: sed profecto tam fortes erunt et parentes pro baptizandis parvulis suis, et hi qui tunc primitus credituri sunt, ut illum fortem vincant etiam non ligatum, id est, omnibus, qualibus antea nunquam, vel artibus insidiantem, vel urgentem viribus, et vi-

[45] Mt. 12,29.
[46] 1 Io. 2,19

del Evangelio: *¿Quién entrará en casa del fuerte y le robará sus vasos si primero no lo ata bien?* El orden exigido por la frase queda salvado. Primeramente ha sido atado el fuerte y luego se le han robado sus vasos por todos sus flancos y en todas las naciones para aumentar la Iglesia, de suerte que vigorizada y robustecida por la fe en las cosas divinamente predichas y cumplidas, se capacita para despojar al fuerte, aunque ande suelto. Y es preciso admitir que, campeando la iniquidad, se resfriará la caridad de muchos, y que muchos, que no están escritos en el libro de la vida, se rendirán ante las inauditas persecuciones y arterías del demonio ya suelto. Debe igualmente creerse que no sólo los verdaderos fieles de entonces, sino también algunos que estarán fuera de la Iglesia, ayudados por la gracia de Dios y por la autoridad de las Escrituras, que han predicho el fin del mundo, que ellos tienen ya ante la vista, estarán más dispuestos a creer lo que no creían y más fuertes para vencer al diablo, por suelto que ande. Si esto es así, diremos que fué primeramente atado con el fin de despojarle de sus bienes una vez suelto y que por eso el Salvador dijo: *¿Quién entrará en casa del fuerte a robar sus vasos si primero no lo ata bien?*

---

gilanter intelligant, et toleranter ferant; ac sic illi etiam non ligato eripiantur. Nec ideo falsa erit evangelica illa sententia, *Quis intrat in domum fortis, ut vasa eius eripiat, nisi prius alligaverit fortem?* Secundum enim sententiae eius veritatem, ordo iste servatus est, ut prius alligaretur fortis, ereptisque vasis eius, longe lateque in omnibus gentibus ex firmis et infirmis ita multiplicaretur Ecclesia, ut ex ipsa rerum divinitus praedictarum et impletarum robustissima fide, etiam soluta vasa possit auferre. Sicut enim fatendum est, multorum refrigescere charitatem, cum abundat iniquitas [47], et inusitatis maximisque persecutionibus atque fallaciis diaboli iam soluti, eos qui in libro vitae scripti non sunt, multos esse cessuros; ita cogitandum est, non solum quos bonos fideles illud tempus inveniet, sed nonnullos etiam qui foris adhuc erunt, adiuvante Dei gratia per considerationem Scripturarum, in quibus et alia et finis ipse praenuntiatus est, quem venire iam sentiunt, ad credendum quod non credebant futuros esse firmiores, et ad vincendum etiam non ligatum diabolum fortiores. Quod si ita erit, propterea praecessisse dicenda est eius alligatio, ut et ligati et soluti exspoliatio sequeretur: quoniam de hac re dictum est, *Quis intrabit in domum fortis, ut vasa eius eripiat, nisi prius alligaverit fortem?*

[47] Mt. 24,12.

CAPITULO IX

DIFERENCIAS ENTRE EL REINO DE LOS SANTOS CON CRISTO DURANTE MIL AÑOS Y EL REINO ETERNO

1. En este intervalo, durante los mil años que el diablo esté atado, es decir, desde la primera venida de Cristo, los santos reinan también con él. En efecto, si además del reino del que se dirá al fin de los siglos: *Venid, benditos de mi Padre, a poseer el reino que os está preparado,* los santos a quienes dice: *Yo estoy con vosotros hasta la consumación de los siglos,* no tendrán otro, aunque muy desigual, en el que reinen con El, sin duda que no llamaría ahora a la Iglesia su reino o reino de los cielos. Porque éste es el tiempo en que el doctor del que hemos hablado antes, que saca de su repuesto cosas nuevas y viejas, es instruído en el reino de Dios. Y es de la Iglesia de donde los segadores han de recoger la cizaña, que se ha dejado crecer con el trigo hasta la siega. He aquí la exposición de la parábola: *La siega es el fin del mundo, y los segadores, los ángeles. Y así como se recoge la cizaña y se quema en el fuego, así sucederá al fin del mundo. Enviará el Hijo del hombre a su ángeles y arrancarán de su reino todos los escándalos.* ¿Los arrancarán acaso del reino en que no hay escándalos? No. Será de este su reino de aquí abajo, que es la Iglesia. Y asimismo dice: *El que violare uno de estos mandamientos, por mínimos que parezcan, y enseñare a los hombres a hacer lo mismo, será tenido por el último en*

CAPUT IX

QUOD SIT REGNUM SANCTORUM CUM CHRISTO PER MILLE ANNOS, ET IN QUO DISCERNATUR A REGNO AETERNO

1. Interea dum mille annis ligatus est diabolus, sancti regnant cum Christo etiam ipsis mille annis eisdem sine dubio, et eodem modo intelligendis, id est, isto iam tempore prioris eius adventus. Excepto quippe illo regno, de quo in fine dicturus est, *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum* [48], nisi alio aliquo modo, longe quidem impari, iam nunc regnarent cum illo sancti eius, quibus ait, *Ecce ego vobiscum sum usque in consummationem saeculi* [49]; profecto non etiam nunc diceretur Ecclesia regnum eius, regnumve caelorum. Nam utique isto tempore in regno Dei eruditur scriba ille, qui profert de thesauro suo nova et vetera [50], de quo supra locuti sumus. Et de Ecclesia collecturi sunt zizania messores illi, quae permisit cum tritico simul crescere usque ad messem: quod exponens ait, *Messis est finis saeculi; messores autem Angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania; et igni comburuntur; sic erit in consummatione saeculi: mittet Filius hominis Angelos suos, et colligent de regno*

[48] Mt. 25,34.
[49] Ibid., 28,20.
[50] Mt. 13,52.

el reino de los cielos; pero el que los cumpliere y enseñare, ése será tenido por grande en el reino de los cielos. Coloca a los dos en el reino de los cielos, tanto al que no guarda los mandamiento que enseña como al que los guarda y los enseña; pero aquél será el mínimo, y éste, el máximo.

A renglón seguido de eso añade: *Porque yo os digo que, si vuestra justicia no es más llena y mayor que la de los escribas y fariseos,* es decir, mayor que la de los que no cumplen lo que enseñan, pues de los escribas y fariseos dice en otro lugar: *Dicen y no hacen;* si vuestra justicia—repito—no fuere más colmada que la de éstos, que equivale a decir, vosotros no quebrantéis, sino haced lo que enseñáis, *no entraréis en el reino de los cielos.*

Es preciso, pues, entender de un modo el reino de los cielos en el que están tanto los que ponen en práctica sus enseñanzas como los que no las ponen, siendo el uno pequeño y el otro grande, y de otro el reino de los cielos en el que no entra más que quien practica. Así, el primero—morada mixta—es la Iglesia cual es ahora; el segundo—entrada única—es la Iglesia cual será cuando no haya en ella pecadores. La Iglesia es, pues, ahora el reino de Cristo y el reino de los cielos. Y al presente reinan con El también sus santos, cierto que de distinto modo a como reinarán más tarde; pero la cizaña no reina con El, aunque crezca con el trigo en la Iglesia. Sólo reinan con El quienes hacen lo que dice el Apóstol: *Si habéis resucitado con Cristo, buscad las cosas de arriba, donde Cristo está sentado a la diestra de Dios; gustad las cosas del cielo, no las de la tierra.* De éstos dice también que su conversación está en los cielos. En fin, reinan con El los que están de tal modo en su reino, que son ellos reino suyo. Mas ¿cómo son reino de Cristo quienes, por omitir otras cosas, aunque estén allí hasta el fin del mundo, en que sean recogidos del reino los escándalos, buscan en él sus propios intereses, no los de Cristo?

2. He aquí cómo habla el Apocalipsis de la resurrección primera de este reino militar, en el que hay enemigos que combatir y pasiones a que hacer frente y señorear vencidas, hasta llegar a aquel reino pacífico, sin luchas ni enemigos. Después de haber dicho que el diablo será atado mil años y al cabo de ellos soltado por breve tiempo, añade, recapitulando qué hará la Iglesia o qué harán en ella durante ese tiempo: *Y vi unos tronos y a los que se sentaban en ellos, a quienes se dió la potestad de juzgar.* No debe pensarse que esto alude al último juicio. Se trata de los tronos de los prepósitos y de estos que ahora gobiernan la Iglesia. La potestad de juzgar que se les dió parece ser propiamente aquella de la cual se dijo: *Lo que atareis en la tierra, será atado en el cielo, y lo que desatareis en la tierra, será desatado en el cielo.* Por eso escribe el Apóstol: *¿Cómo podría yo meterme a juzgar a los que están fuera? ¿No son los que están dentro a quienes vosotros tenéis derecho a juzgar?*

Y las almas de los degollados por confesar a Cristo—añade el Apocalipsis—*y por la palabra de Dios.* Se sobrentiende aquí, claro está, lo que dice a continuación: *Reinarán con Jesús mil*

---

eius omnia scandala[51]. Numquid de regno illo, ubi nulla sunt scandala? De isto ergo regno eius, quod est hic Ecclesia, colligentur. Item dicit, *Qui solverit unum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum: qui autem fecerit, et sic docuerit, magnus vocabitur in regno caelorum*[52]. Utrumque dicit in regno caelorum, et qui non facit mandata quae docet, hoc est enim solvere, non servare, non facere; et illum qui facit, et sic docet: sed istum minimum, illum magnum. Et continuo secutus adiungit, *Dico enim vobis, quia nisi abundaverit iustitia vestra super Scribarum et Pharisaeorum,* id est, super iustitiam eorum qui solvunt quod docent. De Scribis enim et Pharisaeis dicit alio loco, *Quoniam dicunt, et non faciunt*[53]. Nisi ergo super eos abundaverit iustitia vestra, id est, ut vos non solvatis, sed faciatis potius quod docetis, *non intrabitis,* inquit, *in regnum caelorum*[54]. Alio modo igitur intelligendum est regnum caelorum, ubi ambo sunt, et ille scilicet qui solvit quod docet, et ille qui facit; sed ille minimus, iste magnus: alio modo autem regnum caelorum dicitur, quo non intrat nisi ille qui facit. Ac per hoc ubi utrumque genus est, Ecclesia est qualis nunc est; ubi autem illud solum erit, Ecclesia est qualis tunc erit, quando malus in ea non erit. Ergo Ecclesia et nunc est regnum Christi, regnumque caelorum. Regnant itaque cum illo etiam nunc sancti eius, aliter quidem, quam tunc regnabunt: nec tamen cum illo regnant zizania, quamvis in Ecclesia cum tritico crescant. Regnant enim cum illo qui faciunt quod Apostolus ait, *Si resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt sapite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quae sursum quaerite, non quae super terram*[55]. De qualibus item dicit, quod eorum conversatio sit in caelis[56]. Postremo regnant cum illo, qui eo modo sunt in regno eius, ut sint etiam ipsi regnum eius. Quomodo autem sunt regnum Christi, qui, ut alia taceam, quamvis ibi sint donec colligantur in fine saeculi de regno eius omnia scandala, tamen illic sua quaerunt, non quae Iesu Christi? [57]

2. De hoc ergo regno militiae, in quo adhuc cum hoste confligitur, et aliquando repugnatur repugnantibus vitiis, aliquando cedentibus imperatur, donec veniatur ad illud pacatissimum regnum, ubi sine hoste regnabitur, et de hac prima resurrectione quae nunc est, liber iste sic loquitur. Cum enim dixisset, alligari diabolum mille annis, et postea solvi brevi tempore; mox recapitulando quid in istis mille annis agat Ecclesia vel agatur in ea, *Et vidi,* inquit, *sedes et sedentes super eas, et iudicium datum est.* Non hoc putandum est de ultimo iudicio dici: sed sedes praepositorum, et ipsi praepositi intelligendi sunt, per quos Ecclesia nunc gubernatur. Iudicium autem datum nullum melius accipiendum videtur, quam id quod dictum est, *Quae ligaveritis in terra, ligata erunt et in caelo: et quae solveritis in terra, soluta erunt et in caelo*[58]. Unde Apostolus, *Quid enim mihi est,* inquit, *de his qui foris sunt iudicare? nonne de his qui intus sunt vos iudicatis?*[59] *Et animae,* inquit, *occisorum propter tes-*

[51] Ibid., 39-41.
[52] Mt. 5,19.
[53] Mt. 23,3.
[54] Ibid., 5,20.
[55] Col. 3,1 et 2.
[56] Phil. 3,20
[57] Ibid., 2,21.
[58] Mt. 18,18
[59] 1 Cor. 5,12.

años, es decir, las almas de los mártires todavía separadas de sus cuerpos. En efecto, las almas de los justos muertos no son separadas de la Iglesia, que es al presente el reino de Cristo. De otra suerte no se haría su conmemoración en el altar de Dios en la comunión del cuerpo de Cristo [13] y no les aprovecharía nada recurrir en los peligros al bautismo para no salir del mundo sin haberlo recibido, ni a la reconciliación cuando uno ha sido separado quizá de ese cuerpo por la penitencia o por la mala conciencia [14]. ¿Por qué estas prácticas sino porque los fieles, aun los difuntos, son miembros de la Iglesia? Y es que, aunque con sus cuerpos todavía no reinan con El, sí reinan ya con sus almas durante estos mil años. A esto aluden estas otras palabras de ese libro: *Bienaventurados los muertos que mueren en el Señor. El Espíritu les dice ya que descansen de sus trabajos, pues que sus obras les van acompañando.* La Iglesia reina, pues, aquí con Cristo en los vivos y en los muertos. *Porque,* como dice el Apóstol, *Cristo murió para adquirir dominio sobre los vivos y sobre los muertos.* Pero hace mención únicamente de las almas de los mártires porque reinan principalmente con Cristo, estos muertos que lucharon hasta la muerte por la verdad [15]. Esto no obsta para que, tomando el todo por la parte, entendamos también los demás muertos miembros de la Iglesia, que es el reino de Cristo.

3. Las palabras siguientes: *Y cuantos no han adorado a la bestia ni su imagen, ni han recibido su marca en las frentes ni en las manos,* deben entenderse de los vivos y de los muertos. Aunque ver quién es esa bestia requiera un examen deta-

timonium Iesu, et propter verbum Dei: subauditur quod postea dicturus est, *regnaverunt cum Iesu mille annis* [60], animae scilicet martyrum nondum sibi corporibus suis redditis. Neque enim piorum animae mortuorum separantur ab Ecclesia, quae nunc etiam est regnum Christi. Alioquin nec ad altare Dei fieret eorum memoria in communicatione corporis Christi; nec aliquid prodesset ad eius in periculis Baptismum currere, ne sine illo finiatur haec vita; nec ad reconciliationem, si forte per poenitentiam malamve conscientiam quisque ab eodem corpore separatus est. Cur enim fiunt ista, nisi quia fideles, etiam defuncti, membra eius sunt? Quamvis ergo cum suis corporibus nondum, iam tamen eorum animae regnant cum illo, dum isti mille anni decurrunt. Unde in hoc eodem libro et alibi legitur: *Beati mortui, qui in Domino moriuntur, amodo et iam dicit Spiritus, ut requiescant a laboribus suis; nam opera eorum sequuntur illos* [61]. Regnat itaque cum Christo nunc primum Ecclesia in vivis et mortuis. *Praeterea* enim, sicut dicit Apostolus, *mortuus est Christus, ut et vivorum et mortuorum dominetur* [62]. Sed ideo tantummodo martyrum animas commemoravit, quia ipsi praecipue regnant mortui, qui usque ad mortem pro veritate certaverunt. Sed a parte totum etiam caeteros mortuos intelligimus pertinentes ad Ecclesiam, quod est regnum Christi.

3. Quod vero sequitur, *Et si qui non adoraverunt bestiam, nec imaginem eius, nec acceperunt inscriptionem in fronte, aut in manu sua:* simul de vivis ac mortuis debemus accipere. Quae sit porro ista bestia,

[60] Apoc. 20,4.
[61] Ibid., 14,13.
[62] Rom. 14,9.

llado, sin embargo no es ajeno a la recta fe pensar que significa la ciudad impía y el pueblo de los infieles, contrario al pueblo fiel y a la Ciudad de Dios. Su imagen se me antoja que es la simulación de aquellos hombres que, haciendo profesión de fe, viven como infieles. Fingen ser lo que no son, y no son cristianos más que en caricatura y de nombre. A la bestia pertenecen, en efecto, no solamente los enemigos del nombre de Cristo y de su gloriosísima Ciudad, sino también la cizaña, que debe ser recogida al fin del mundo de su reino, que es la Iglesia. Y ¿quiénes son los que no adoran a la bestia ni su imagen sino los que hacen lo que dice el Apóstol, *no llevar un mismo yugo con los infieles?* No adoran, es decir, no consienten, no se someten ni se allanan a recibir la marca, o sea, el sello del crimen, ni en la frente, por la profesión, ni en las manos, por sus acciones. Los exentos de estos males, sea que vivan aún en esta carne mortal, sea que hayan muerto, reinan ya ahora con Cristo a su modo durante el período de tiempo significado por los mil años.

4. *Los otros*—añade—*no han vivido.* Porque éste es el tiempo en que los muertos oirán la voz del Hijo de Dios, y los que le escucharen vivirán y los demás no vivirán. Y esta adición: *Hasta que se hayan cumplido los mil años,* es preciso entenderla diciendo que no han vivido el tiempo que debían vivir, o sea, pasando de la muerte a la vida. Y por eso, cuando llegue el día de la resurrección de los cuerpos, no saldrán de sus sepulcros para la vida, sino para el juicio, para la condenación, que constituye la muerte segunda. Porque quien, hasta que se

quamvis sit diligentius inquirendum non tamen abhorret a fide recta, ut ipsa impia civitas intelligatur, et populus infidelium contrarius populo fideli et civitati Dei. Imago vero eius simulatio eius mihi videtur, in eis videlicet hominibus, qui velut fidem profitentur, et infideliter vivunt. Fingunt enim se esse quod non sunt, vocanturque non veraci effigie, sed fallaci imagine Christiani. Ad eamdem namque bestiam pertinent non solum aperte inimici nominis Christi et eius gloriosissimae civitatis, sed etiam zizania, quae de regno eius, quod est Ecclesia, in fine saeculi colligenda sunt. Et qui sunt qui non adorant bestiam nec imaginem eius, nisi qui faciunt quod ait Apostolus, *Ne sitis iugum ducentes cum infidelibus?* [63] Non adorant enim, id est, non consentiunt, non subiiciuntur: neque accipiunt inscriptionem, notam scilicet criminis, in fronte, propter professionem; in manu, propter operationem. Ab his igitur malis alieni, sive adhuc in ista mortali carne viventes, sive defuncti, regnant cum Christo iam nunc, quodam modo huic tempori congruo, per totum hoc intervallum, quod numero mille significatur annorum.

4. *Reliqui eorum,* inquit, *non vixerunt.* Hora enim nunc est, cum mortui audient vocem Filii Dei; et qui audierint, vivent: reliqui vero eorum non vivent [64]. Quod vero subdidit, *donec finiantur mille anni;* intelligendum est, quod eo tempore non vixerunt, quo vivere debuerunt, ad vitam scilicet de morte transeundo. Et ideo cum dies venerit, quo fiat et corporum resurrectio, non ad vitam de monumentis procedent, sed ad

[63] 2 Cor. 6,14.
[64] Io. 5,25.

cumplan los mil años, durante todo el tiempo en que se efectúa la resurrección primera no haya vivido, es decir, no haya oído la voz del Hijo de Dios y pasado de la muerte a la vida, en la segunda resurrección pasará infaliblemente a la muerte segunda con su cuerpo.

San Juan añade: *Esta es la resurrección primera. Dichoso y santo es quien toma parte en esta primera resurrección*, es decir, quien participa en ella. Y es partícipe de la misma quien no sólo resucita saliendo del pecado, sino que persevera en ese estado de resurrección. *Sobre éstos*—prosigue—, *la muerte segunda no tendrá poderío*. Por consiguiente, lo tiene sobre los otros, de los cuales dijo más arriba: *Los otros no han vivido hasta que se cumplan los mil años*. Porque, si bien es cierto que durante ese período designado por los mil años han vivido la vida del cuerpo, no han vivido la del alma, resucitando de la muerte en que les aherrojó la impiedad, a fin de que tomaran parte en la resurrección primera y no tuviera poderío sobre ellos la muerte segunda.

CAPITULO X

QUÉ DEBE RESPONDERSE A QUIENES OPINAN QUE LA RESURRECCIÓN AFECTA SÓLO A LOS CUERPOS, NO A LAS ALMAS

Hay quienes piensan que únicamente puede hablarse de resurrección de los cuerpos, y, como consecuencia, defienden que la primera se realiza también en los cuerpos. Su argumentación es ésta: el que cae, ése ha de levantarse. Es así que caen los cuerpos por la muerte—de *caer* viene *cadáver* [16]—; luego no son las almas las que resucitan, sino los cuerpos [17]. Mas ¿qué responderán al Apóstol, que admite esta resurrección? Estos a quienes se dirige el Apóstol en los siguientes términos: *Si habéis resucitado con Cristo, buscad las cosas de arriba*, habían resucitado según el hombre interior, no según el hombre exterior. El mismo sentido lo expresa con otras palabras: *A fin* —dice—*de que, a ejemplo de Cristo, que resucitó de entre los muertos para gloria del Padre, procedamos nosotros con nuevo tenor de vida*. Y con estas palabras: *Levántate tú que duermes y resucita de la muerte y te iluminará Cristo*.

En cuanto a la mayor, de la que concluyen que resucitan los cuerpos, no las almas, pues que el caer es privativo de los cuerpos, ¿por qué no reparan en esto: *No os apartéis de él, no sea que caigáis;* y en esto otro: *El caer o el mantenerse en pie pertenece a su señor;* y también en esto: *El que cree estar en pie, mire bien no caiga?* Tengo para mí que esta caída ha de prevenirse en el alma, no en el cuerpo.

Si, pues, la resurrección es privativa de los que caen y las almas también caen, síguese que las almas también resucitan. Después de haber dicho: *Sobre éstos, la muerte segunda no tendrá poderío*, añadió: *Serán sacerdotes de Dios y de Cristo y reinarán con El mil años*. No alude solamente a los obispos y a los presbíteros, que son los propiamente llamados sacerdotes en la Iglesia, sino a todos los miembros del gran Sacerdote, al igual que a todos los fieles se les da el nombre de

iudicium; ad damnationem scilicet, quae secunda mors dicitur. Donec enim finiantur mille anni, quicumque non vixerit, id est, isto toto tempore quo agitur prima resurrectio, non audierit vocem Filii Dei, et ad vitam de morte transierit; profecto in secunda resurrectione, quae carnis est, in mortem secundam cum ipsa carne transibit. Sequitur enim, et dicit, *Haec resurrectio prima est. Beatus et sanctus qui habet in hac prima resurrectione partem* [65], id est, particeps eius est. Ipse est autem particeps eius, qui non solum a morte, quae in peccatis est, reviviscit, verum etiam in eo quod revixerit, permanebit. *In istis*, inquit, *segunda mors non habet potestatem*. Habet ergo in reliquis, de quibus superius ait, *Reliqui eorum non vixerunt, donec finiantur mille anni*: quoniam isto toto temporis intervallo, quod mille annos vocat, quantumcumque in eo quisque eorum vixit in corpore, non revixit a morte, in qua eum tenebat impietas, ut sic reviviscendo primae resurrectionis particeps fieret, atque in eo potestatem secunda mors non haberet.

CAPUT X

QUID RESPONDENDUM SIT EIS, QUI PUTANT RESURRECTIONEM AD SOLA CORPORA, NON ETIAM AD ANIMAS PERTINERE

Sunt qui putant resurrectionem dici non posse nisi corporum: ideoque istam quoque in corporibus primam futuram esse contendunt. Quorum enim est, inquiunt, cadere, eorum est resurgere: cadunt autem corpora moriendo: nam et a cadendo cadavera nuncupantur. Non ergo animarum, inquiunt, resurrectio potest esse, sed corporum. Sed quid contra Apostolum dicunt, qui eam resurrectionem appellat? Nam secundum interiorem, non secundum exteriorem hominem utique resurrexerant, quibus ait, *Si resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt sapite* [66]. Quem sensum verbis aliis alibi posuit, dicens, *Ut quemadmodum Christus a mortuis resurrexit per gloriam Patris, sic et nos in novitate vitae ambulemus* [67]. Hinc est et illud, *Surge, qui dormis, et exsurge a mortuis, et illuminabit te Christus* [68]. Quod autem dicunt, non posse resurgere, nisi qui cadunt; et ideo putant resurrectionem ad corpora, non ad animas pertinere, quia corporum est cadere: cur non audiunt, *Non recedatis ab illo, ne cadatis* [69]; et, *Suo domino stat aut cadit* [70]; et, *Qui putat se stare, videat ne cadat?* [71] Puto enim quod in anima, non in corpore casus iste cavendus est. Si igitur cadentium est resurrectio, cadunt autem et animae; profecto et animas resurgere confitendum est. Quod autem cum dixisset, *In istis secunda mors non habet potestatem;* adiunxit atque ait, *Sed erunt sacerdotes Dei et Christi, et regnabunt cum eo mille annis:* non utique de solis episcopis et presbyteris dictum est, qui proprie iam vocantur in Ecclesia sacerdotes: sed sicut omnes Christianos dicimus propter mysticum chrisma, sic omnes sacerdotes, quoniam membra sunt unius sacerdotis. De quibus

65 Apoc. 20,56.

66 Col. 3,1.
67 Rom. 6,4.
68 Eph. 5,14.
69 Eccli. 2,7.
70 Rom. 14,4.
71 1 Cor. 10,12.

cristianos por el crisma místico [18]. Así, el apóstol San Pedro los llama *pueblo santo y sacerdocio real*. Aunque en pocas palabras y de paso, San Juan declara que Cristo es Dios [19] al decir: *Sacerdotes de Dios y de Cristo*, o sea, del Padre y del Hijo. Y, además, Cristo, aunque sea Hijo del hombre por la forma de siervo que ha tomado, se ha hecho sacerdote eterno según el orden de Melquisedec. Sobre este punto ya hemos hablado en la obra más de una vez.

CAPITULO XI

Gog, Magog y su persecución

Y al cabo de los mil años—dice—*será soltado Satanás de su prisión y saldrá para engañar a las naciones que hay en los cuatro ángulos del mundo, a Gog y a Magog, y los juntará para presentar batalla. Y su número será como la arena del mar*. Entonces los seducirá para llevarlos consigo a esta guerra, pues también antes los seducía, según sus posibilidades, con todas sus fuerzas y con los más variados ardides. Dice *saldrá*, que es decir se lanzará de las tinieblas del odio a una persecución abierta. Esta persecución será la última que sufrirá la Iglesia santa, próximo ya el juicio final, en toda la tierra. Toda la Ciudad de Cristo será perseguida por toda la ciudad de la tierra. Por las naciones denominadas Gog y Magog no deben entenderse los pueblos bárbaros de cierta región del

apostolus Petrus, *Plebs*, inquit, *sancta, regale sacerdotium* [72]. Sane, licet breviter atque transeunter, insinuavit Deum esse Christum, dicendo, *Sacerdotes Dei et Christi*, hoc est, Patris et Filii; quamvis propter formam servi, sicut filius hominis, ita etiam sacerdos Christus effectus sit in aeternum, secundum ordinem Melchisedech [73]. De qua re in hoc opere non semel diximus.

CAPUT XI

De Gog et Magog, quos ad persequendam Ecclesiam Dei, solutus prope finem saeculi diabolus incitabit

Et cum finiti fuerint, inquit, *mille anni, solvetur satanas de custodia sua, et exibit ad seducendas nationes, quae sunt in quatuor angulis terrae, Gog et Magog, et trahet eos in bellum, quorum numerus est ut arena maris*. Ad hoc ergo tunc seducet, ut in hoc bellum trahat. Nam et antea modis quibus poterat, per mala multa et varia seducebat. *Exibit* autem dictum est, in apertam persecutionem de latebris erumpet odiorum. Haec enim erit novissima persecutio, novissimo imminente iudicio, quam sancta Ecclesia toto terrarum orbe patietur, universa scilicet civitas Christi ab universa diaboli civitate, quantacumque erit utraque super terram. Gentes quippe istae, quas appellat Gog et Magog, non sic sunt accipiendae,

[72] 1 Petr. 2,9.
[73] Ps. 109,4.

mundo, como han hecho los que piensan que son los getas [20] y los masagetas [21], seducidos por las primeras letras de esos nombres, u otros pueblos extraños y ajenos al Imperio romano. El texto hace notar que están extendidos por todo el orbe cuando dice: *Las naciones que hay en los cuatro ángulos del mundo*, y añade que son *Gog* y *Magog*. Hemos comprobado que Gog significa *techo*, y Magog, *del techo* [22]; como si dijera la casa y el que sale de ella. Son, pues, las naciones en que, como hemos dicho más arriba, está encerrado el diablo como en un abismo y de ellas sale y procede él en cierto modo, siendo ellas la casa y él quien sale de ella. Y si ambos términos los aplicamos a las naciones, no uno a las naciones y otro al diablo, ellas son la casa, porque ese antiguo enemigo está encerrado y como a cubierto en ellas, y ellas saldrán de la casa cuando dejen aparecer el odio que ocultan.

Y estas palabras: *Y se extendieron sobre la redondez de la tierra y cercaron los reales de los santos y la ciudad amada*, no significan que los enemigos han venido o vendrán a un lugar concreto y determinado, donde estarán asentados los reales de los santos y la ciudad amada, puesto que ésta es la Iglesia de Cristo, extendida por todo el orbe. Y por eso, ella, que estará en todas las naciones, estará entonces doquiera. Esto significa la redondez de la tierra. Allí estarán los reales de los santos, allí estará la amada Ciudad de Dios. Allí estará cercada y perseguida por sus crueles enemigos, porque también ellos estarán por doquier. En otros términos, será arrin-

tanquam sint aliqui in aliqua parte terrarum barbari constituti, sive quos quidam suspicantur Getas et Massagetas, propter litteras horum nominum primas, sive aliquos alios alienigenas, et a Romano iure seiunctos. Toto namque orbe terrarum significati sunt isti esse, cum dictum est, *Nationes quae sunt in quatuor angulis terrae:* easque subiecit esse *Gog et Magog*. Quorum interpretationem nominum esse comperimus Gog tectum, Magog de tecto: tanquam domus, et ipse qui procedit de domo. Gentes igitur sunt, in quibus diabolum velut in abysso superius intelligebamus inclusum; et ipse de illis quodammodo sese efferens et procedens: ut illae sint tectum, ipse de tecto. Si autem utrumque referamus ad gentes, non unum horum ad illas, alterum ad diabolum; et tectum ipsae sunt, quia in eis nunc includitur et quodammodo tegitur inimicus antiquus; et de tecto ipsae erunt, quando in apertum odium de operto erupturae sunt. Quod vero ait, *Et ascenderunt super terrae latitudinem, et cinxerunt castra sanctorum et dilectam civitatem* [74]: non utique ad unum locum venisse, vel venturi esse significati sunt, quasi aliquo uno loco futura sint castra sanctorum et dilecta civitas; cum haec non sit nisi Christi Ecclesia toto terrarum orbe diffusa: ac per hoc ubicumque tunc erit, quae in omnibus gentibus erit, quod significatum est nomine latitudinis terrae, ibi erunt castra sanctorum, ibi erit dilecta Deo civitas eius; ibi ab omnibus inimicis suis, quia et ipsi in omnibus gentibus cum illa erunt, persecutionis illius immanitate cingetur, hoc est, in angustias tribulationis arcta-

[74] Apoc. 20,7.8.

conada y metida en las garras angustiosas de la tribulación y no abandonará el campo de batalla, significado por los reales.

CAPITULO XII

¿ATAÑE AL ÚLTIMO SUPLICIO DE LOS IMPÍOS EL DESCENDER FUEGO DEL CIELO Y DEVORARLOS?

Esta frase: *Y hará llover fuego del cielo, que los consumirá,* no se refiere al último suplicio, cuando les diga: *Apartaos de mí, malditos, al fuego eterno.* Entonces serán enviados al fuego ellos, no descenderá sobre ellos el fuego del cielo. Aquí se entiende bien por *fuego del cielo* la firmeza de los santos, que los fortalecerá para no ceder a los sañudos enemigos ni hacer su voluntad. El firmamento es el cielo, y su firmeza alentará en el pecho de los enemigos un celo ardiente, porque no ha podido doblegar a los santos de Cristo el bando del anticristo. Ese será el fuego que los devorará, y viene *de Dios,* porque es su gracia la que los hace santos invencibles —objeto de tormentos para sus enemigos—. Así como en este lugar se trata del celo bueno: *El celo de tu casa me consume,* así en este otro se habla del malo: *El celo se apoderó del populacho ignorante, y es el fuego que consume ahora a los adversarios.* Dice *ahora* para excluir el fuego del juicio final. Y si entiende por ese fuego la plaga que herirá a los perse-

---

bitur, urgebitur, concludetur; nec militiam suam deseret, quae vocabulo est appellata castrorum.

CAPUT XII

AN AD ULTIMUM SUPPLICIUM PERTINEAT IMPIORUM, QUOD DESCENDISSE IGNIS DE CAELO, ET EOSDEM COMEDISSE MEMORATUR

Quod vero ait, *Et descendit ignis de caelo et comedit eos* [75]: non extremum putandum est id esse supplicium, quod erit, cum dicetur, *Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum* [76]. Tunc quippe in ignem mittentur ipsi, non ignis de caelo veniet super ipsos. Hic autem bene intelligitur *ignis de caelo,* de ipsa firmitate sanctorum, qua non cessuri sunt saevientibus, ut eorum faciant voluntatem. Firmamentum est enim caelum, cuius firmitate illi cruciabuntur ardentissimo zelo: quoniam non poterunt attrahere in partes Antichristi sanctos Christi. Et ipse erit ignis qui comedet eos, et hoc *a Deo:* quia Dei munere insuperabiles fiunt sancti, unde excruciantur inimici. Sicut enim in bono positum est, *Zelus domus tuae comedit me* [77]; ita e contrario, *Zelus occupavit plebem ineruditam, et nunc ignis contrarios comedet* [78]. *Et nunc* utique, excepto scilicet ultimi illius igne iudicii. Aut si eam plagam, qua percutiendi sunt Ecclesiae persecutores, veniente iam Christo, quos viventes inveniet super terram, quando inter-

[75] Apoc. 20,9.
[76] Mt. 25,41
[77] Ps. 68,10.
[78] Is. 26,11, sec. LXX.

guidores de la Iglesia que Cristo hallare con vida cuando venga, cuando matará al anticristo con el hálito de su boca, tampoco será éste el último juicio de los impíos, sino el que deben sufrir después de la resurrección de los cuerpos.

CAPITULO XIII

¿ESTÁ COMPRENDIDO EN LOS MIL AÑOS EL TIEMPO DE LA PERSECUCIÓN DEL ANTICRISTO?

La persecución que desatará el anticristo durará tres años y seis meses, como ya hemos apuntado siguiendo al Apocalipsis y al profeta Daniel. Aunque este tiempo sea breve, hay razón suficiente para preguntar si está comprendido en los mil años de la cautividad del diablo y del reinado de los santos con Cristo, o están fuera. Porque, si decimos que están comprendidos, resulta que el reino de los santos con Cristo será más duradero que la cautividad del diablo, pues reinarán con su Rey en lo más álgido de la persecución, cuando esté suelto y ataque con todo su furor. Cómo, pues, la Escritura señala la cautividad del diablo y el reinado de los santos dentro de mil años, si el diablo termina su cautiverio tres años y medio antes de que los santos cesen de reinar con Cristo? Por otra parte, si decimos que ese breve espacio de

---

ficiet Antichristum spiritu oris sui [79], ignem appellavit descendentem de caelo, eosque comedentem, neque hoc ultimum supplicium erit impiorum, sed illud quod facta corporum resurrectione passuri sunt.

CAPUT XIII

AN TEMPUS PERSECUTIONIS ANTICHRISTI MILLE ANNIS ANNUMERANDUM SIT

Haec persecutio novissima, quae futura est ab Antichristo (sicut iam diximus, quia et in hoc libro superius [80], et apud Danielem prophetam [81] positum est), tribus annis et sex mensibus erit. Quod tempus, quamvis exiguum, utrum ad mille annos pertineat, quibus et diabolum ligatum dicit, et sanctos regnare cum Christo; an eisdem annis hoc parvum spatium superaddatur, atque sit extra, merito ambigitur. Quia si dixerimus ad eosdem annos hoc pertinere, non tanto tempore, sed prolixiore cum Christo regnum sanctorum reperietur extendi, quam diabolus alligari. Profecto enim sancti cum suo Rege etiam in ipsa praecipue persecutione regnabunt mala tanta vincentes, quando iam diabolus non erit alligatus, ut eos persequi omnibus viribus possit. Quomodo ergo ista Scriptura eisdem mille annis utrumque determinat, diaboli scilicet alligationem, regnumque sanctorum; cum trium annorum et sex mensium intervallo prius desinat alligatio diaboli, quam regnum sanctorum in his mille annis cum Christo?

[79] 2 Thess. 2,8.
[80] Apoc. 10 et 11.
[81] Dan. 12.

la persecución no está comprendido en los mil años, sino que es una adición, nos vemos obligados a confesar que los santos no reinarán con Cristo durante esa persecución. Y en este caso podría entenderse en sentido propio lo que sigue: *Serán sacerdotes de Dios y de Cristo y reinarán con él mil años. Y al cabo de los mil años será suelto Satanás de su prisión.* No significaría esto que el reinado de los santos y la prisión del diablo cesarán a la vez, de forma que el tiempo de la persecución no pertenece ni al reinado de los santos ni a la prisión de Satanás—cosas ambas igualmente incluídas en los mil años—, y que, por tanto, es adicional. Mas ¿quién osará afirmar que los miembros de Cristo no reinarán con él precisamente entonces, cuando se unirán más estrechamente a El y cuando la gloria de los combatientes y la corona de los mártires será tanto mayor y más tupida cuanto más rudo sea el combate? Si se pretende que no es conveniente decir que reinarán entonces por los males que sufrirán, la lógica exige decir que los santos que hayan padecido antes de esos mil años no han reinado con Cristo en el tiempo de su sufrimiento. Por consiguiente, las almas de los degollados por confesar a Jesús y por la palabra de Dios, vistas por el autor de ese libro, no reinaban con Cristo cuando padecían persecución y no eran reino de Cristo cuando El las poseía con tanta excelencia. A la verdad que esto es un absurdo mayúsculo y detestable en extremo.

Al menos, no puede negarse que las almas víctimas de los gloriosísimos mártires, una vez finalizados los dolores y trabajos de esta vida y separadas de sus miembros mortales, han reinado y reinan con Cristo hasta que se cumplan los mil años

Si autem dixerimus parvum persecutionis huius hoc spatium non computandum in mille annis, sed eis impletis potius adiiciendum; ut proprie possit intelligi, quod cum dixisset, *Sacerdotes Dei et Christi regnabunt cum eo mille annis,* adiecit, *Et cum finiti fuerint mille anni, solvetur satanas de custodia sua;* isto enim modo et regnum sanctorum et vinculum diaboli simul cessatura esse significat, ut deinde persecutionis illius tempus nec ad sanctorum regnum, nec ad custodiam satanae, quorum utrumque in mille annis est, pertinere, sed superadditum et extra computandum esse credatur: cogemur fateri sanctos in illa persecutione regnaturos non esse cum Christo. Sed quis audeat dicere, tunc cum illo non regnatura sua membra, quando ei maxime atque fortissime cohaerebunt, et quo tempore quanto erit acrior impetus belli, tanto maior gloria non cedendi, tanto densior corona martyrii? Aut si propter tribulationes, quas passuri sunt, non dicendi sunt regnaturi; consequens erit, ut etiam superioribus diebus in eisdem mille annis quicumque tribulabantur sanctorum, eo ipso tempore tribulationis suae cum Christo non regnasse dicantur: ac per hoc et illi, quorum animas auctor libri huius vidisse se scribit occisorum propter testimonium Iesu et propter verbum Dei, non regnabant cum Christo quando patiebantur persecutionem; et ipsi regnum Christi non erant, quos Christus excellentius possidebat. Absurdissimum id quidem et omni modo aversandum. Sed certe animae victrices gloriosissimorum martyrum, omnibus doloribus ac laboribus superatis atque finitis, posteaquam

y que luego reinarán con El unidas ya a sus cuerpos inmortales. En consecuencia, las almas de los mártires, tanto las separadas ya de los cuerpos, antes de la última persecución, como las que se separen entonces, reinarán con El esos tres años y medio hasta que termine el mundo y pasen al reino que no tendrá muerte. Será, por tanto, más largo el reinado de los santos con Cristo que la prisión y cautiverio del demonio, puesto que aquéllos reinarán con su Rey, el Hijo de Dios, una vez ya suelto el diablo, durante esos tres años y medio.

De hecho, cuando San Juan dice: *Serán sacerdotes de Dios y de Cristo y reinarán con él mil años. Y al cabo de ellos será suelto satanás de su prisión,* puede entenderse, o que los mil años no fijan fin al reino de los santos y sí a la prisión de satanás—en este caso los mil años, es decir, todos los años, serían lo suficientemente flexibles para que el reinado de los santos sea más largo y la prisión de satanás más breve—, o que, como tres años y medio es un espacio poco considerable, no ha querido tener en cuenta que a primera vista se crea más breve la prisión del diablo y más largo el reinado de los santos. Algo semejante hemos visto en el libro XVI de esta obra respecto de los cuatrocientos años, que, si bien eran algo más, fueron ésos en números redondos. Y al buen observador no se le oculta que esto es corriente en las Sagradas Letras.

mortalia membra posuerunt, cum Christo utique regnaverunt et regnant, donec finiantur mille anni, ut postea receptis etiam corporibus iam immortalibus regnent. Proinde tribus illis annis atque dimidio, animae occisorum pro eius martyrio, et quae antea de corporibus exierunt, et quae ipsa novissima persecutione sunt exiturae, regnabunt cum illo, donec finiatur mortale saeculum, et ad illud regnum, ubi mors non erit, transeatur. Quocirca cum Christo regnantium sanctorum plures anni erunt, quam vinculi diaboli et custodiae: quia illi cum suo rege Dei Filio, iam diabolo non ligato etiam per tres illos annos ac semissem, regnabunt. Remanet igitur, ut cum audimus, *Sacerdotes Dei et Christi regnabunt cum illo mille annis, et cum finiti fuerint mille anni, solvetur satanas de custodia sua;* aut non regni huius sanctorum intelligamus annos mille finiri, sed vinculi diaboli atque custodiae; ut annos mille, id est, annos omnes suos, quaeque pars habeat diversis ac propriis prolixitatibus finiendos, ampliore sanctorum regno, breviore diaboli vinculo: aut certe, quoniam trium annorum et sex mensium brevissimum spatium est, computari noluisse credatur, sive quod minus satanae vinculum, sive quod amplius videtur regnum habere sanctorum: sicut de quadringentis annis in sexto decimo huius operis volumine disputavi [82]; quoniam plus aliquid erant, et tamen quadringenti sunt nuncupati: et talia saepe reperiuntur in Litteris sacris, si quis advertat.

[82] C.24.

CAPITULO XIV

La condenación del diablo con los suyos. La resurrección de los muertos y el juicio final

San Juan, después de haber hablado de la última persecución, resume en pocas palabras cuanto ha de padecer en el juicio el diablo y la ciudad enemiga de la que es príncipe. Dice así: *Y el diablo, que los traía engañados, fué precipitado en un estanque de fuego y azufre, donde lo fueron también la bestia y el falso profeta. Y allí serán atormentados día y noche por los siglos de los siglos.* Ya hemos hecho notar que por la bestia puede muy bien entenderse la ciudad impía. Ese seudoprofeta, o es el anticristo o la imagen, es decir, la simulación, de que he hablado antes. Luego, como el epílogo versa sobre el último juicio, que tendrá lugar con la segunda resurrección de los muertos, con la resurrección de los cuerpos, narra cómo le fué revelado. *Vi*—dice él—*un trono grande y reluciente y al que se sentaba en él, a cuya vista desapareció el cielo y la tierra y no quedó nada de ellos.* No dice: «Vi un solio grande y reluciente y al que se sentaba en él y a su vista desaparece el cielo y la tierra», porque esto no sucedió entonces, es decir, antes de ser juzgados los vivos y los muertos, sino dijo: *Vi al que se sienta en el trono, a cuya vista desapareció*

CAPUT XIV

De damnatione diaboli cum suis, et per recapitulationem de resurrectione corporea omnium mortuorum, et de iudicio ultimae retributionis

Post hanc autem commemorationem novissimae persecutionis, breviter complectitur totum, quod ultimo iam iudicio diabolus, et cum suo principe civitas inimica passura est. Dicit enim: *Et diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis et sulphuris, quo bestia et pseudopropheta; et cruciabuntur die ac nocte in saecula saeculorum* [83]. Bestiam bene intelligi ipsam impiam civitatem, supra iam diximus. Pseudo vero propheta eius aut Antichristus est, aut imago illa, id est figmentum, de quo ibi locuti sumus. Post haec ipsum novissimum iudicium, quod erit in secunda resurrectione mortuorum, quae corporum est, recapitulando narrans, quomodo fuerit sibi revelatum, *Et vidi,* inquit, *thronum magnum et candidum, et sedentem super eum, cuius a facie fugit caelum et terra, et locus eorum inventus non est* [84]. Non ait, Vidi thronum magnum et candidum et sedentem super eum, et ab eius facie fugit caelum et terra; quoniam non tunc factum est, id est, antequam esset de vivis et mortuis iudicatum: sed eum se vidisse dixit in throno sedentem, a cuius facie fugit caelum et terra; sed postea. Peracto quippe iudicio tunc esse desinet hoc caelum

[83] Apoc. 20,9 et 10.
[84] Ibid., 11.

el cielo y la tierra. Pero después, una vez efectuado el juicio, deja de existir este cielo y esta tierra, y entonces comenzará a existir un cielo nuevo y una tierra nueva. Este mundo no pasará por aniquilación, sino por mutación. Por eso escribe el Apóstol: *La figura de este mundo pasa. Yo deseo, por ende, que viváis sin cuidados ni inquietudes.* Pasa, por tanto, la figura del mundo, no su naturaleza.

En habiendo dicho San Juan que vió al que se sentaba en el trono, a cuya vista desapareció el cielo y la tierra—lo cual sucederá después—, añade: *Y vi a los muertos, grandes y pequeños, y se abrieron los libros. Se abrió además otro libro, el libro de la vida de cada uno. Y los muertos fueron juzgados por lo que estaba escrito en esos libros, cada uno según sus obras.* Dice que se abrieron los libros y un libro. Y agregó la cualidad de este libro, *que es*—dijo—*el de la vida de cada uno.* Los primeros libros son, sin duda, los Libros santos, tanto del Antiguo como del Nuevo Testamento, para mostrar los mandamientos que Dios había ordenado cumplir. Y el otro, el libro de la vida de cada uno, estaba mostrando los mandamientos cumplidos o violados por cada cual. Si este libro nos lo imaginamos materialmente, ¿quién podrá medir su grandor y su grosor? O ¿cuánto tiempo se empleará para leer ese libro, que contiene la vida de todos y cada uno de los hombres? ¿Presenciarán acaso el acto tanto ángeles como hombres, y cada uno oirá el relato de su vida de boca del ángel a él asignado? Ese libro no será, pues, para todos, sino que cada uno tendrá el suyo. La Escritura da a entender esto al decir que *se abrió además otro libro.*

et haec terra, quando incipiet esse caelum novum et terra nova. Mutatione namque rerum, non omni modo interitu transibit hic mundus. Unde et Apostolus ait, *Praeterit enim figura huius mundi, volo vos sine sollicitudine esse* [85]. Figura ergo praeterit, non natura. Cum ergo se Ioannes vidisse dixisset sedentem super thronum, a cuius facie, quod postea futurum est, fugit caelum et terra: *Et vidi,* inquit, *mortuos magnos et pusillos; et aperti sunt libri; et alius liber apertus est, qui est vitae uniuscuiusque; et iudicati sunt mortui ex ipsis scripturis librorum secundum facta sua* [86]. Libros dixit esse apertos, et librum: sed librum cuiusmodi non tacuit; *qui est,* inquit, *vitae uniuscuiusque.* Ergo illi libri, quos priore loco posuit, intelligendi sunt sancti et veteres et novi, ut in illis ostenderetur quae Deus fieri sua mandata iussisset: in illo autem qui et vitae uniuscuiusque, quid horum quisque non fecisset, sive fecisset. Qui liber si carnaliter cogitetur, quis eius magnitudinem, aut longitudinem, valeat aestimare? aut quanto tempore legi poterit liber, in quo scriptae sunt universae vitae universorum? An tantus Angelorum numerus aderit, quantus hominum erit, et vitam suam quisque ab Angelo sibi adhibito audiet recitari? Non ergo unus liber erit omnium, sed singuli singulorum. Scriptura vero ista unum volens intelligi, *Et alius,* inquit, *liber apertus est.* Quaedam igitur vis est intelligenda divina, qua fiet ut cuique opera sua, vel bona

[85] 1 Cor. 7,31 et 32.
[86] Apoc. 20,12.

Es preciso entender aquí la virtud divina, que traerá a la recordación de cada cual todas sus obras, buenas o malas, y las hará ver rapidísimamente de un vistazo mental, con el fin de que la ciencia acuse o excuse a la conciencia. De este modo serán juzgados todos a la vez. Esta virtud divina recibió el nombre de libro, porque en ella se lee en cierto modo cuanto se recuerda merced a ella. Y para mostrar qué muertos deben ser juzgados, los pequeños y los grandes, añade a modo de recapitulación y tornando a los que había omitido, o mejor, diferido: *El mar presentó sus muertos, y la muerte y el infierno entregaron los suyos.* Esto sucedió, sin duda, antes de que los muertos fueran juzgados, y, sin embargo, lo refirió después. Por eso he dicho que es una especie de recapitulación y de retorno a lo omitido. Mas ahora observa el orden y para explicarlo repite lo que había dicho ya antes sobre el juicio. Después de estas palabras: *El mar presentó sus muertos y la muerte y el infierno entregaron los suyos,* agregó en seguida: *Y juzgó a cada uno según sus obras.* Justamente es lo que había dicho antes: *Y fueron juzgados los muertos según sus obras.*

---

vel mala, cuncta in memoriam revocentur, et mentis intuitu mira celeritate cernantur; ut accuset, vel excuset scientia conscientiam; atque ita simul et omnes et singuli iudicentur. Quae nimirum vis divina, libri nomen accepit. In ea quippe quodammodo legitur, quidquid ea faciente recolitur. Ut autem ostendat, qui mortui iudicandi sint, pusilli et magni, recapitulando dicit tanquam ad id rediens, quod praeterierat, potiusve distulerat: *Et exhibuit mare mortuos qui in eo erant, et mors et infernus reddiderunt mortuos quos in se habebant* [87]. Hoc procul dubio prius factum est, quam essent mortui iudicati: et tamen illud prius dictum est. Hoc est ergo quod dixi, recapitulando eum ad id redisse quod intermiserat. Nunc autem ordinem tenuit, atque ut explicaretur ipse ordo, commodius etiam de iudicatis mortuis, quod iam dixerat, suo repetivit loco. Cum enim dixisset, *Et exhibuit mare mortuos qui in eo erant, et mors et infernus reddiderunt mortuos quos in se habebant;* mox addidit quod paulo ante posuerat, *Et iudicati sunt singuli secundum facta sua.* Hoc est enim quod supra dixerat, *Et iudicati sunt mortui secundum facta sua.*

[87] Ibid., 13.

CAPITULO XV

¿CUÁLES SON LOS MUERTOS PRESENTADOS POR EL MAR Y CUÁLES LOS ENTREGADOS POR LA MUERTE Y POR EL INFIERNO?

Mas ¿quiénes son los muertos que presentó el mar y que él tenía en su seno? Porque ni los que mueren en el mar escapan al infierno, ni el mar conserva sus cuerpos, ni—lo que es más absurdo—el mar tenía a los buenos y el infierno a los malos. ¿Quién creerá esto? Tal vez no vayan descarriados los que estiman que en este pasaje el mar hace las veces del mundo. El Apóstol, al decir que aquellos que Cristo hallará con vida serán juzgados con los que han de resucitar, llama también muertos, tanto a los buenos, a quienes dirige estas palabras: *Muertos estáis, y vuestra vida está escondida con Cristo en Dios,* como a los malos, de quienes se dijo: *Dejad a los muertos que entierren a sus muertos.* Además pueden llamarse muertos porque sus cuerpos son mortales. Este es el motivo de aquello del Apóstol: *El cuerpo está muerto a causa del pecado, pero el espíritu vive en virtud de la justificación.* Lo cual prueba que en un hombre viviente y todavía corpóreo existen estas dos cosas: un cuerpo muerto y un espíritu vital. Y, sin embargo, no dice el cuerpo mortal, sino el cuerpo muerto, aunque poco más adelante los llame, como es más corriente, cuerpos mortales. El mar presentó los muertos que estaban en él, es decir, el mundo presentó a los hombres que existían en él, porque aún no habían muerto.

CAPUT XV

QUI SINT MORTUI, QUOS AD IUDICIUM EXHIBUIT MARE, VEL QUOS MORS ET INFERI REDDIDERUNT

Sed qui sunt mortui, quos exhibuit mare, qui in eo erant? Neque enim qui in mari moriuntur, non sunt in inferno, aut corpora eorum servantur in mari; aut, quod est absurdius, mare habebat bonos mortuos, et infernus malos. Quis hoc putaverit? Sed profecto convenienter quidam hoc loco mare pro isto saeculo positum accipiunt. Cum ergo et quos hic inveniet Christus in corpore constitutos, simul significaret cum iis qui resurrecturi sunt iudicandos, etiam ipsos mortuos appellavit, et bonos quibus dicitur, *Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo* [88]; et malos de quibus dicitur, *Sine mortuos sepelire mortuos suos* [89]. Possunt mortui etiam propter hoc dici, quod mortalia gerunt corpora: unde Apostolus, *Corpus quidem,* inquit, *mortuum est propter peccatum; spiritus autem vita est propter iustitiam* [90]: utrumque in homine vivente, atque in hoc corpore constituto esse demonstrans, et corpus mortuum, et spiritum vitam. Nec tamen dixit corpus mortale, sed mortuum:

[88] Col. 3,3.
[89] Mt. 8,22.
[90] Rom. 8,10.

Y la muerte y el infierno—añade—*entregaron los suyos.* El mar los presentó, porque se presentaron tal como fueron hallados, y la muerte y el infierno los entregaron, porque los volvieron a la vida, de la que ya habían salido. Y no bastó decir la muerte o el infierno por separado, sino que dijo *la muerte y el infierno* por los buenos, que la han sufrido sin ir al infierno, y el infierno por los malos, que además pagan las penas que merecen en él. Si, pues, no parece absurdo creer que los antiguos santos que tuvieron fe en la encarnación de Cristo, han estado después de la muerte en lugares muy alejados de aquellos en que son atormentados los impíos, pero cabe los infiernos, hasta que fueron librados por la sangre de Cristo y por la visita que El les hizo [23], indudablemente los redimidos por la efusión de esa sangre no van a los infiernos hasta que, tomando sus cuerpos, reciban el galardón merecido.

Y cuando dice: *Y fué juzgado cada cual según sus obras,* añadió en pocas palabras cómo fué ese juicio: *Y la bestia y el falso profeta fueron lanzados a un estanque de fuego.* Con estos dos nombres designó al diablo, que es el autor de la muerte y de las penas del infierno, y con él toda la sociedad de los demonios. Ya había adelantado esto: *Y el diablo, que los traía engañados, fué precipitado en un estanque de fuego y azufre.* Y lo que allí se expresó obscuramente: *Donde también lo fueron la bestia y el falso profeta,* aquí se aclaró en estos términos: *Y los que no fueron hallados escritos en el libro de la vida, fueron arrojados en un estanque de fuego.* Este libro no

quamvis eadem paulo post etiam mortalia corpora[91], sicut usitatius vocantur, appellet. Hos ergo mortuos exhibuit mare, qui in eo erant, id est, exhibuit homines hoc saeculum, quicumque in eo erant, quia nondum obierant. *Et mors et infernus,* inquit, *reddiderunt mortuos, quos in se habebant.* Mare exhibuit, quia sicut inventi sunt, adfuerunt: mors vero et infernus reddiderunt, quoniam vitae, de qua iam exierant, revocarunt. Nec frustra fortasse non satis fuit ut diceret *mors,* aut *infernus;* sed utrumque dictum est: mors, propter bonos, qui tantummodo mortem perpeti potuerunt, non et infernum; infernus autem propter malos, qui etiam poenas apud inferos pendunt. Si enim non absurde credi videtur, antiquos etiam sanctos, qui venturi Christi tenuerunt fidem, locis quidem a tormentis impiorum remotissimis, sed apud inferos fuisse, donec eos inde sanguis Christi et ad ea loca descensus erueret, profecto deinceps boni fideles effuso illo pretio iam redempti, prorsus inferos nesciunt, donec etiam receptis corporibus, bona recipiant quae merentur. Cum autem dixisset, *Et iudicati sunt singuli secundum facta sua;* breviter subiecit, quemadmodum fuerint iudicati: *Et mors et infernus,* inquit, *missi sunt in stagnum ignis:* his nominibus significans diabolum, quoniam mortis est auctor et infernarum poenarum, universamque simul daemonum societatem. Hoc est enim quod supra evidentius praeoccupando iam dixerat, *et diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis et sulphuris.* Quod ibi vero obscurius adiunxerat, dicens, *Quo et bestia, et pseudopropheta;* hic apertius, *Et qui non sunt,* inquit, *inventi in libro vitae scripti, missi*

91 Ibid., 11.

menciona a Dios, por temor a engañarse por olvido. Significa simplemente la predestinación de aquellos a quienes se dará la vida eterna. No es que Dios no los conozca y lea ese libro para conocerlos, sino más bien es que su presciencia infalible es el libro de la vida, en el que están escritos, es decir, conocidos desde antes.

CAPITULO XVI

El cielo nuevo y la tierra nueva

San Juan, después de haber hablado del juicio de los malos, debía decir algo también del juicio de los buenos. Ya explicó estas breves palabras del Señor: *Estos irán al suplicio eterno.* Ahora faltaba explicar estas otras: *Y los justos, a la vida eterna. Vi*—dice—*un cielo nuevo y una tierra nueva. Porque el primer cielo y la primera tierra desaparecieron y ya no hay mar.* El orden de estos sucesos será el notado más arriba a propósito de aquel pasaje en el que dice que vió al que se sentaba en el trono, a cuya vista desaparecieron el cielo y la tierra. Una vez juzgados los que no están escritos en el libro de la vida y arrojados al fuego eterno (y pienso que la naturaleza y el lugar de ese fuego no los conocerá ningún hombre, a menos que se lo revele el Espíritu de Dios), pasará la figura de este mundo por la conflagración del fuego mundano, como el diluvio se debió a la inundación de las aguas del mundo. La con-

sunt in stagnum ignis[92]. Non Deum liber iste commemorat, ne oblivione fallatur: sed praedestinationem significat eorum, quibus aeterna dabitur vita. Neque enim nescit eos Deus, et in hoc libro legit, ut sciat: sed potius ipsa eius praescientia de illis, quae falli non potest, liber est vitae, in quo sunt scripti, id est, ante praecogniti.

CAPUT XVI

De caelo novo, et terra nova

Finito autem iudicio, quo praenuntiavit iudicandos malos, restat ut etiam de bonis dicat. Iam enim explicavit quod breviter a Domino dictum est, *Ibunt isti in supplicium aeternum;* sequitur, ut explicet quod etiam ibi connectitur, *Iusti autem in vitam aeternam*[93]. *Et vidi,* inquit, *caelum novum, et terram novam. Nam primum caelum et terra prima recesserunt, et mare iam non est*[94]. Isto fiet ordine, quod superius praeoccupando iam dixit, vidisse se super thronum sedentem, a cuius facie fugit caelum et terra. Iudicatis quippe his, qui scripti non sunt in libro vitae, et in aeternum ignem missis (qui ignis cuiusmodi, et in qua mundi vel rerum parte futurus sit, hominem scire arbitror neminem, nisi forte cui Spiritus divinus ostendit), tunc figura huius mundi mundanorum ignium conflagratione praeteribit, sicut factum est mundanarum aquarum inundatione di-

92 Apoc. 20,14.15.
93 Mt. 25,46.
94 Apoc. 21,1.

flagración de los elementos corruptibles hará desaparecer, como he dicho, las cualidades propias de nuestros cuerpos corruptibles. La substancia, en cambio, gozará de las cualidades conformes con los cuerpos inmortales en virtud de ese maravilloso trueque; es decir, que el mundo renovado estará en armonía con los cuerpos de los hombres igualmente renovados. Por estas palabras: *Y ya no hay mar,* no es fácil colegir si se secará por ese incendio o si más bien también él se transformará.

Leemos que habrá un cielo nuevo y una tierra nueva, pero no recuerdo haber leído en parte alguna algo sobre un mar nuevo. Es verdad que en este libro se habla de un *como mar vidrioso semejante al cristal;* pero el pasaje no trata del fin del mundo, amén de que no dice mar, sino una *especie de mar.* Aunque, a usanza de los profetas, que gustan de emplear metáforas para velar su pensamiento, pudo muy bien, al decir que *ya no hay mar,* hablar de aquel mar del que había escrito: *Y el mar presentó sus muertos.* La razón es que entonces ya no existirá este mundo turbulento y proceloso que es la vida de los mortales, presentada bajo la imagen del mar.

CAPITULO XVII

Glorificación eterna de la Iglesia

Luego—añade—*vi descender del cielo la gran ciudad, la nueva Jerusalén, que venía de Dios, peripuesta como una novia engalanada para su esposo. Y oí una gran voz que salía del trono y decía: He aquí el tabernáculo de Dios con los hombres, y El morará con ellos. Ellos serán su pueblo y El será su Dios. Dios enjugará todas las lágrimas de sus ojos. Y no habrá ya muerte, ni llanto, ni alarido, ni más dolor, porque lo primero ya pasó. Y dijo el que estaba sentado en el trono: Voy a renovar todas las cosas.* Esta ciudad desciende del cielo, según él, porque la gracia de Dios, que la ha formado, es celestial. Y así dice por Isaías: *Yo soy el Señor, que te forma.* Y ha descendido del cielo desde el principio, desde que sus ciudadanos van en aumento por la gracia de Dios, que mana de la regeneración comunicada por la venida del Espíritu Santo. Pero en el juicio de Dios, que será el último y obra de su Hijo Jesucristo, recibirá un esplendor tan nuevo y maravilloso de la gracia divina, que no quedarán ni rastros de su vejez, pues los cuerpos pasarán de su antigua corrupción y mortalidad a una incorrupción e inmortalidad nuevas. Me parece excesivo descoco entender estas palabras de los mil años en que reinarán con su Rey, puesto que lo siguiente no admite duda: *Dios enjugará todas las lágrimas de sus ojos. Y no habrá ya muerte, ni llanto, ni alarido, ni más dolor.* ¿Quién será tan necio y tan loco, de puro terco y obstinado, que se atreva a afirmar que, entre las miserias de esta vida, no sólo el pueblo santo, sino cada uno de los santos, está exento de lágrimas y de dolores? La realidad nos dice que cuanto más santo y más lleno de buenos deseos es uno, tanto más abundante es su llanto en la oración. ¿No es acaso ésta la voz de un ciudadano de la Jerusalén ce-

luvium. Illa itaque, ut dixi, conflagratione mundana elementorum corruptibilium qualitates, quae corporibus nostris corruptibilibus congruebant, ardendo penitus interibunt; atque ipsa substantia eas qualitates habebit, quae corporibus immortalibus mirabili mutatione conveniant: ut scilicet mundus in melius innovatus, apte accommodetur hominibus etiam carne in melius innovatis. Quod autem ait, *Et mare iam non est:* utrum maximo illo ardore siccetur, an et ipsum vertatur in melius, non facile dixerim. Caelum quippe novum et terram novam futuram legimus: de mari autem novo aliquid me uspiam legisse, non recolo; nisi quod in hoc eodem libro reperitur, *tanquam mare vitreum simile crystallo* [95]. Sed tunc non de isto fine saeculi loquebatur: nec propie dixisse videtur mare, sed *tanquam mare.* Quamvis et nunc, sicut amat prophetica locutio propriis verbis translata miscere, ac sic quodammodo velare quod dicitur, potuit de illo mari dicere, *Et mare iam non est;* de quo supra dixerat, *Et exhibuit mare mortuos, qui in eo erant.* Iam enim tunc non erit hoc saeculum vita mortalium turbulentum et procellosum, quod maris nomine figuravit.

CAPUT XVII

De Ecclesiae glorificatione sine fine post finem

Et civitatem, inquit, *magnam Ierusalem novam vidi descendentem de caelo a Deo, aptatam, quasi novam nuptam ornatam marito suo. Et audivi vocem magnam de throno dicentem, Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum eis, et ipsi erunt populus eius, et ipse Deus erit cum eis. Et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum; et mors iam non erit, neque luctus, neque clamor, sed nec dolor ullus, quia priora abierunt. Et dixit sedens in throno, Ecce nova facio omnia* [96]. De caelo descendere ista civitas dicitur, quoniam caelestis est gratia, qua Deus eam fecit. Propter quod ei dicit etiam per Isaiam, *Ego sum Dominus faciens te* [97]. Et de caelo quidem ab initio sui descendit, ex quo per huius saeculi tempus, gratia Dei desuper veniente per lavacrum regenerationis in Spiritu sancto misso de caelo subinde cives eius accrescunt. Sed per iudicium Dei, quod erit novissimum per eius Filium Iesum Christum, tanta eius et tam nova de Dei munere claritas apparebit, ut nulla remaneant vetustatis vestigia: quandoquidem et corpora ad incorruptionem atque immortalitatem novam ex vetere corruptione atque mortalitate transibunt. Nam hoc de isto tempore accipere, quo regnat cum Rege suo mille annis, impudentiae nimiae mihi videtur: cum apertissime dicat, *Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum; et mors iam non erit, neque luctus, neque clamor, sed nec dolor ullus.* Quis vero tam sit absurdus, et obstinatissima contentione vesanus, qui audeat affirmare in huius mortalitatis aerumnis, non dico populum sanctum, sed unumquemque sanctorum, qui hanc vel ducat, vel ducturus sit, vel duxerit vitam, nullas habentem lacrymas et dolores; cum potius quanto quisque est sanctior et desiderii sancti plenior, tanto sit eius in orando fletus uberior? Annon est vox civis su-

[95] Apoc. 4,6; 15,2.

[96] Ibid., 21,2-5.

[97] Is. 45,8.

lestial: *Mis lágrimas me han servido de pan día y noche?* Y esta otra: *Todas las noches riego mi lecho con lágrimas e inundo con ellas el lugar de mi descanso?* Y también ésta: *No se te ocultan mis gemidos;* y esta otra: *Mi dolor se ha renovado?* ¿O es que no son hijos suyos los que gimen bajo el peso de esta carga, de la que no quieren ser despojados, sino revestidos, para que lo mortal sea absorbido por la vida? ¿No son éstos los que, poseyendo las primicias del Espíritu, suspiran en sí mismos, en espera de la adopción, por la redención de su cuerpo? Y el apóstol San Pablo ¿no era ciudadano de la Jerusalén celestial, y no lo era más cuando sufría por sus hermanos carnales, los israelitas, una profunda tristeza y traía asido a su corazón un continuo dolor?

¿Cuándo no habrá muerte en esta ciudad sino cuando se diiere: *¿Dónde está, ¡oh muerte!, tu combate? ¿Dónde, tu aguijón? El aguijón de la muerte es el pecado?* Este no existirá ya cuando se diga: *¿Dónde está?* Ahora no es un ciudadano cualquiera de aquella ciudad, sino el mismo San Juan, el que clama en su Epístola: *Si dijéremos que no tenemos pecado, nos engañamos a nosotros mismos y no hay verdad en nosotros.*

En ese libro, titulado Apocalipsis, hay muchas cosas obscuras para ejercitar la mente del lector, y unas cuantas, pocas por cierto, claras, que permiten comprender las otras no sin gran trabajo [24]. Porque repite de muchos modos las mismas ideas, de tal suerte que parece decir cosas diversas y, sin embargo, son las mismas expresadas de diferente manera. Pero

pernae Ierusalem, *Factae sunt mihi lacrymae meae panis die ac nocte?* [98] et, *Lavabo per singulas noctes lectum meum, in lacrymis meis stratum meum rigabo?* [99] et, *Gemitus meus non est absconditus a te?* [100] et, *Dolor meus renovatus est?* [101] Aut vero non eius filii sunt, qui ingemiscunt gravati, in quo nolunt exspoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur mortale a vita? [102] Nonne ipsi sunt, qui primitias habentes Spiritus, in semetipsis ingemiscunt, adoptionem exspectantes, redemptionem corporis sui? [103] An ipse apostolus Paulus non erat supernus Ierosolymitanus, vel non multo magis hoc erat, quando pro Israelitis fratribus carnalibus suis tristitia illi erat magna, et continuus dolor cordi eius? [104] Quando autem mors non erit in ista civitate, nisi quando dicetur, *Ubi est, mors, contentio tua? ubi est, mors, aculeus tuus? Aculeus autem mortis est peccatum?* [105] Quod tunc utique non erit, quando dicetur, *Ubi est?* Nunc vero non quilibet infimus civis illius civitatis, sed idem ipse Ioannes in Epistola sua clamat, *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est* [106]. Et in hoc quidem libro, cuius nomen est Apocalypsis, obscure multa dicuntur, ut mentem legentis exerceant, et pauca in eo sunt, ex quorum manifestatione indagentur caetera cum labore: maxime quia sic eadem multis modis repetit, ut alia atque alia dicere videatur: cum aliter atque aliter haec ipsa dicere vestigetur. Verum in his verbis,

[98] Ps. 41,4.
[99] Ps. 6,7.
[100] Ps. 37,10.
[101] Ps. 38,3.
[102] 2 Cor. 5,4.
[103] Rom. 8,23.
[104] Rom. 9,2.
[105] 1 Cor. 15,55 et 56.
[106] 1 Io. 1,8.

estas palabras: *Dios enjugará todas las lágrimas de sus ojos. Y no habrá ya muerte, ni llanto, ni alarido, ni más dolor,* se refieren tan clara y tan palmariamente al siglo venidero, a la inmortalidad y a la eternidad de los santos (pues sólo entonces y sólo allí no existirán esas miserias), que, si las creemos obscuras, no debemos buscar cosas claras en las Sagradas Letras.

CAPITULO XVIII

Doctrina de San Pedro sobre el juicio final

Veamos ya lo que escribe el apóstol San Pedro sobre el juicio final: *En los últimos días vendrán*—dice él—*impostores artificiosos, que, llevados de sus propias pasiones, dirán: ¿Dónde está la promesa de su venida? Porque, desde la muerte de nuestros padres, todas las cosas siguen como al principio de su creación. Y es que no saben, porque quieren ignorarlo, que al principio fué creado el cielo y la tierra, sacados del agua y constituidos en medio de ella por la palabra de Dios, y que por eso el mundo de entonces pereció anegado en las aguas. Pero los cielos y la tierra que ahora existen han sido restablecidos por esa misma palabra y están destinados a ser presa del fuego en el día del juicio y del exterminio de los hombres impíos. Mas vosotros, mis amados, no debéis ignorar que ante Dios un día es como mil años, y mil años como un día. Así, el Señor no difiere su promesa, como algunos se imaginan, sino que espera*

ubi ait, *Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum; et mors iam non erit, neque luctus, neque clamor, sed nec dolor ullus:* tanta luce dicta sunt de saeculo futuro et immortalitate atque aeternitate sanctorum (tunc enim solum, atque ibi solum ista non erunt), ut nulla debeamus in Litteris sacris quaerere vel legere manifesta, si haec putaverimus obscura.

CAPUT XVIII

Quid apostolus Petrus de novissimo Dei iudicio praedicarit

Nunc iam videamus, quid etiam apostolus Petrus de hoc iudicio scripserit: *Venient*, inquit, *in novissimo dierum illusione illudentes, secundum proprias concupiscentias suas euntes, et dicentes, Ubi est promissum praesentiae ipsius? Ex quo enim patres dormierunt, sic omnia perseverant ab initio creaturae. Latet enim illos hoc volentes, quia caeli erant olim et terra de aqua, et per aquam constituta Dei verbo; per quae, qui tunc erat mundus, aqua inundatus deperiit. Qui autem nunc sunt caeli et terra, eodem verbo repositi sunt, igni reservandi in diem iudicii et perditionis hominum impiorum. Hoc unum vero non lateat vos, charissimi, quia unus dies apud Dominum, sicut mille anni; et mille anni, sicut dies unus. Non tardat Dominus promissum, sicut quidam tarditatem existimant: sed patienter fert propter vos, nolens aliquem perire, sed omnes in poenitentiam converti. Veniet autem dies Domini ut fur, in quo caeli magno impetu transcurrent: elementa autem ardentia resolventur; et terra, et quae*

con paciencia por amor a vosotros, no queriendo que ninguno perezca, sino que todos se conviertan a penitencia. Por lo demás, el día del Señor vendrá como ladrón, y entonces los cielos pasarán con espantoso estruendo, y los elementos, ardiendo, se disolverán, y la tierra será abrasada con todas sus obras. Y como todas las cosas han de perecer, ¿cuáles debéis ser vosotros en vuestra vida santa, aguardando y saliendo a esperar la venida del día del Señor, día en que los cielos encendidos se disolverán y se derretirán los elementos al calor del fuego? Pero esperamos, según sus promesas, nuevos cielos y tierra nueva, donde reinará la justicia. Aquí no mienta siquiera la resurrección de los muertos, pero dice bastante de la ruina del mundo. Y, al mencionar el diluvio, parece advertirnos que creamos que el mundo ha de perecer un día. Dice, en efecto, que en aquel tiempo vió su fin el mundo de entonces, no sólo el orbe de la tierra, sino también los cielos, es decir, el espacio de aire que había anegado la crecida de las aguas. Entiende por cielos, o mejor, por cielo, el lugar del aire donde sopla el viento, y sólo este lugar, no los cielos superiores, donde están colocados el sol, la luna y las estrellas. Así, toda o casi toda esta región del aire se convirtió en húmedo elemento [25], y de este modo pereció con la tierra, sepultada también por el diluvio. *Pero los cielos y la tierra*—escribe él—*que ahora existen han sido restablecidos por esa misma palabra y están destinados a ser presa del fuego en el día del juicio y del exterminio de los hombres impíos.* Por tanto, el cielo y la tierra, es decir, el mundo, que ha venido a ocupar el lugar del mundo destruído por el diluvio, está destinado a ser presa del fuego en el día del juicio y del exterminio de los hombres impíos. Usa sin vacilación la palabra *exterminio* por el gran cambio que sufrirán los hom-

---

in ipsa sunt opera exurentur. His ergo omnibus pereuntibus, quales oportet esse vos in sanctis conversationibus exspectantes, et properantes ad praesentiam diei Domini, per quam caeli ardentes solventur, et elementa ignis ardore decoquentur? Novos vero caelos, et terram novam, secundum promissa ipsius, exspectamus, in quibus iustitia inhabitat[107]. Nihil hic dixit de resurrectione mortuorum: sed sane de perditione mundi huius satis. Ubi etiam commemorans factum ante diluvium, videtur admonuisse quodammodo, quatenus in fine huius saeculi mundum istum periturum esse credamus. Nam et illo tempore perisse dixit, qui tunc erat, mundum: nec solum orbem terrae, verum etiam caelos, quos utique istos aerios intelligimus, quorum locum ac spatium tunc aqua crescendo superaverat. Ergo totus, aut pene totus aer iste ventosus (quod caelum vel potius caelos vocat, sed istos utique imos, non illos supremos, ubi sol, et luna, et sidera constituta sunt), conversus fuerat in humidam qualitatem; atque hoc modo cum terra perierat, cuius terrae utique prior facies fuerat deleta diluvio. *Qui autem nunc sunt,* inquit, *caeli et terra, eodem verbo repositi sunt, igni reservandi in diem iudicii et perditionis hominum impiorum.* Proinde qui caeli, et quae terra, id est, qui mundus, pro eo mundo qui diluvio periit, ex eadem aqua repositus est, ipse igni novissimo reservatur

[107] 2 Petr. 3,3-13.

bres, si bien es cierto que su naturaleza subsistirá siempre aun en medio de los suplicios eternos.

Quizá pregunte alguno: Si el mundo arderá después del juicio, ¿dónde estarán los santos durante ese incendio, pues, teniendo cuerpo, ocuparán necesariamente un lugar corporal, antes de que Dios haya estrenado un cielo nuevo y una tierra nueva?

A esto podemos responder que estarán en las regiones superiores, donde no llegará la llama del fuego ni llegó el agua del diluvio. Además, sus cuerpos serán tales, que podrán estar donde quieran. Y una vez inmortales e incorruptibles, no temerán el fuego de ese incendio, de igual modo que los cuerpos corruptibles y mortales de los tres mancebos pudieron vivir en medio de las llamas sin ser quemados.

CAPITULO XIX

San Pablo a los Tesalonicenses. El Anticristo

1. Me veo en la necesidad de omitir gran número de testimonios evangélicos y apostólicos sobre el juicio final para no prolongar demasiado este libro. Pero no puedo menos de citar al apóstol San Pablo en su Epístola segunda a los Tesalonicenses. Dice así: *Entretanto, hermanos, os suplicamos, por el advenimiento de nuestro Señor Jesucristo y de nuestra reunión al*

---

in diem iudicii et perditionis hominum impiorum. Nam et hominum, propter magnam quamdam commutationem, non dubitat dicere perditionem futuram; cum tamen eorum, quamvis in aeternis poenis, sit mansura natura. Quaerat forsitan aliquis, si post factum iudicium mundus iste ardebit, antequam pro illo caelum novum, et terra nova reponatur, eo ipso tempore conflagrationis eius ubi erunt sancti, quum eos habentes corpora in aliquo corporali loco esse necesse sit. Possumus respondere, futuros eos esse in superioribus partibus, quo ita non ascendet flamma illius incendii, quemadmodum nec unda diluvii. Talia quippe illis inerunt corpora, ut illic sint, ubi esse voluerint. Sed nec ignem conflagrationis illius pertimescent immortales atque incorruptibiles facti: sicut virorum trium corruptibilia corpora atque mortalia, in camino ardenti vivere illaesa potuerunt[108].

CAPUT XIX

Quid apostolus Paulus Thessalonicensibus scripserit de manifestatione Antichristi, cuius tempus dies Domini subsequetur

1. Multas evangelicas apostolicasque sententias de divino isto iudicio novissimo video mihi esse praetereundas, ne hoc volumen in nimiam longitudinem provolvatur: sed nullo modo est praetereundus apostolus Paulus, qui scribens ad Thessalonicenses, *Rogamus,* inquit, *vos, fratres, per adventum Domini nostri Iesu Christi, et nostrae congregationis in ipsum,*

[108] Dan. 3,24.

mismo, que no abandonéis ligeramente vuestros sentimientos ni os alarméis con supuestas revelaciones, o con ciertos discursos, o con cartas que se supongan enviadas por nosotros, como si el día del Señor estuviera ya muy cercano. No os dejéis seducir de nadie en ninguna manera, porque no vendrán sin que primero haya acontecido la apostasía y aparecido el hombre del pecado, el hijo de la perdición. Este se opondrá a Dios y se alzará contra todo lo que se dice Dios o se adora, hasta llegar a poner su asiento en el templo de Dios, dando a entender que es Dios. ¿No os acordáis que, cuando estaba todavía entre vosotros, os decía estas cosas? Ya sabéis la causa que ahora le detiene hasta que sea manifestado a su tiempo. El hecho es que ya se va obrando el misterio de la iniquidad. Entretanto, el que está firme ahora manténgase hasta que sea quitado el impedimento. Y entonces se dejará ver aquel perverso a quien el Señor Jesús matará con el resuello de su boca y destruirá con el resplandor de su presencia, a aquel inicuo que vendrá con el poder de Satanás con toda suerte de milagros, de señales y de prodigios falsos, y con todas las ilusiones que pueden conducir a la iniquidad a aquellos que se perderán por no haber recibido y amado la verdad a fin de salvarse. Por eso, Dios les enviará el artificio del error, con que crean a la mentira. Así serán condenados todos los que no creyeron a la verdad, sino que se complacieron en la maldad.

2. Es indudable que habla del anticristo y que el día del juicio (él le llama día del Señor) no vendrá si antes no viniere el llamado por él apóstata, claro está que del Señor. Esto, si puede decirse con razón de todos los impíos, ¿cuánto más podrá decirse del anticristo? ¿En qué templo de Dios se sentará? No

ut non cito moveamini mente, neque terreamini, neque per spiritum, neque per verbum, neque per epistolam tanquam per nos missam, quasi instet dies Domini: ne quis vos seducat ullo modo. Quoniam nisi venerit refuga primum, ut revelatus fuerit homo peccati, filius interitus, qui adversatur et superextollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur; ita ut in templo Dei sedeat, ostentans se tanquam sit Deus. Non retinetis in memoria, quod adhuc cum essem apud vos, haec dicebam vobis? Et nunc quid detineat scitis, ut reveletur in suo tempore. Iam enim mysterium iniquitatis operatur. Tantum qui modo tenet teneat, donec de medio fiat: et tunc revelabitur iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, et evacuabit illuminatione praesentiae suae eum, cuius est praesentia secundum operationem satanae, in omni virtute, et signis, et prodigiis mendacii, et in omni seductione iniquitatis, his qui pereunt; pro eo quod dilectionem veritatis non receperunt, ut salvi fierent. Et ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, et iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati [109].

2. Nulli dubium est, eum de Antichristo ista dixisse; diemque iudicii (hunc enim appellat diem Domini) non esse venturum, nisi ille prior venerit, quem refugam vocat, utique a Domino Deo. Quod si de omnibus impiis merito dici potest, quanto magis de isto? Sed in quo templo Dei

[109] 2 Thess. 2,1-11.

sabemos si será en las ruinas del templo de Salomón o en la Iglesia. Es claro que el Apóstol no llamaría templo de Dios al templo de algún ídolo o del demonio. Por eso algunos pretenden que este pasaje que habla del anticristo se entienda no del príncipe, sino de todo su cuerpo, o sea, de la multitud de hombres que pertenecen a él, con él a la cabeza. Y creen que es más correcto seguir el texto griego y decir en latín no *in templo Dei* (en el templo de Dios), sino *in templum Dei sedeat* (se siente dentro del templo de Dios), como si el anticristo fuera el templo de Dios, que es la Iglesia. Así decimos: *Sedet in amicum* (se tiene por amigo), o sea, como amigo, y otras locuciones semejantes.

Esta frase: *Ya sabéis la causa que ahora le detiene*, significa que ya saben el motivo de que se retarde su venida. Y es con el *fin de que aparezca a su tiempo*. Pero, como dice que ya la sabían, no expresó con claridad el motivo. Por eso nosotros, que no sabemos lo que ellos sabían, ansiamos comprender a costa de esfuerzos el pensamiento del Apóstol y no podemos, porque lo que añadió obscurece más el sentido. Pues ¿qué significa: *El hecho es que el misterio de iniquidad ha comenzado ya a obrarse. Sólo que aquel que ahora se tiene, téngase en pie hasta que sea quitado de en medio. Y entonces se manifestará el malo?* Francamente confieso que no comprendo lo que quiere decir [26]. Sin embargo, no omitiré las conjeturas humanas, que he podido oír o leer.

3. Algunos piensan que el apóstol San Pablo habla aquí del Imperio romano y que éste fué el motivo que le indujo a escribir con tanta obscuridad, por miedo a ser acusado de desear mal al Imperio romano, que esperaban eterno. De suer-

sit sessurus, incertum est: utrum in illa ruina templi, quod a Salomone rege constructum est, an vero in Ecclesia. Non enim templum alicuius idoli aut daemonis, templum Dei Apostolus diceret. Unde nonnulli, non ipsum principem, sed universum quodammodo corpus eius, id est, ad eum pertinentem hominum multitudinem, simul cum ipso suo principe hoc loco intelligi Antichristum volunt: rectiusque putant etiam latine dici, sicut in graeco est, non, *in templo Dei;* sed, *in templum Dei sedeat,* tanquam ipse sit templum Dei, quod est Ecclesia: sicut dicimus, Sedet in amicum, id est, velut amicus; vel si quid aliud isto locutionis genere dici solet. Quod autem ait, *Et nunc quid detineat scitis,* id est, quid sit in mora, quae causa sit dilationis eius, *ut reveletur in suo tempore,* scitis: quoniam scire illos dixit, aperte hoc dicere noluit Et ideo nos qui nescimus quod illi sciebant, pervenire cum labore ad id quod sensit Apostolus, cupimus, nec valemus: praesertim quia et illa quae addidit, hunc sensum faciunt obscuriorem. Nam quid est, *Iam enim mysterium iniquitatis operatur. Tantum qui modo tenet teneat, donec de medio fiat; et tunc revelabitur iniquus?* Ergo prorsus quid dixerit, me fateor ignorare. Suspiciones tamen hominum, quas vel audire, vel legere potui, non tacebo.

3. Quidam putant hoc de imperio dictum fuisse Romano; et propterea Paulum apostolum non id aperte scribere voluisse, ne calumniam videlicet

te que con estas palabras: *El hecho es que el misterio de iniquidad ha comenzado ya a obrarse,* querría significar a Nerón, cuyas obras parecían ya como del anticristo. Por esto se imaginan que resucitará y que él será el anticristo [27]. Otros creen que no fué matado, sino más bien raptado, para que se le creyera muerto, y que está oculto vivo y en la plenitud vigorosa de que gozaba cuando se le creía muerto, hasta que reaparezca a su tiempo y sea restablecido en el reino [28]. Pero esta opinión me parece asaz extraña y nueva.

Por lo demás, estas palabras del Apóstol: *Sólo que aquel que ahora se tiene, téngase en pie hasta que sea quitado de en medio,* pueden entenderse sin absurdo ninguno del Imperio romano, como si dijera: Sólo que el que ahora impera, impere hasta que sea quitado de en medio, es decir, hasta que sea suprimido. *Y entonces se manifestará el malo,* término que indudablemente designa al anticristo.

Otros, empero, piensan que tanto estas palabras: *Ya sabéis la causa que le detiene,* como estas otras: *Ha comenzado ya a obrarse el misterio de iniquidad,* se refieren únicamente a los malos y a los hipócritas que hay en la Iglesia, hasta que formen un número capaz de constituír el pueblo del anticristo. A esto—dicen ellos—lo llama misterio de iniquidad, porque es cosa oculta. Estas otras palabras serían una exhortación del Apóstol a los fieles para que perseverasen firmes en la fe: *Solamente que aquel que ahora se tiene, téngase en pie hasta que sea quitado de en medio,* es decir, hasta que salga de la Iglesia el misterio de iniquidad que ahora está oculto. Y estiman que a este misterio aluden aquellas palabras del evangelista San Juan en su Epístola: *Hijos, ésta es ya la última hora, y como habéis*

incurreret, quod Romano imperio male optaverit, cum speraretur aeternum: ut hoc quod dixit, *Iam enim mysterium iniquitatis operatur,* Neronem voluerit intelligi, cuius iam facta velut Antichristi videbantur. Unde nonnulli ipsum resurrecturum, et futurum Antichristum suspicantur. Alii vero nec occisum putant, sed subtractum potius, ut putaretur occisus; et vivum occultari in vigore ipsius aetatis, in qua fuit, cum crederetur exstinctus, donec suo tempore reveletur, et restituatur in regnum. Sed multum mihi mira est haec opinantium tanta praesumptio. Illud tamen quod ait Apostolus, *Tantum qui modo tenet teneat, donec de medio fiat:* non absurde de ipso Romano imperio creditur dictum, tanquam dictum sit, Tantum qui modo imperat imperet, donec de medio fiat, id est, de medio tollatur. *Et tunc revelabitur iniquus:* quem significari Antichristum, nullus ambigit. Alii vero et quod ait, *Quid detineat scitis;* et, *mysterium operari iniquitatis,* non putant dictum, nisi de malis et fictis, qui sunt in Ecclesia, donec perveniant ad tantum numerum, qui Antichristo magnum populum faciat; et hoc esse mysterium iniquitatis, quia videtur occultum. Hortari autem Apostolum fideles, ut in fide quam tenent tenaciter perseverent, dicendo, *Tantum qui modo tenet teneat, donec de medio fiat:* hoc est, donec exeat de medio Ecclesiae mysterium iniquitatis, quod nunc occultum est. Ad ipsum enim mysterium pertinere arbitrantur, quod ait in Epistola sua Ioannes evangelista, *Pueri, novissima*

oído que ha de venir el anticristo, así ahora muchos se han hecho anticristos. Esto nos hace caer en la cuenta de que es ya la última hora. Salieron de entre nosotros, mas no eran de los nuestros; pues, si fueran de los nuestros, hubieran perseverado, sin duda, con nosotros. Del mismo modo—dicen ellos—que antes del fin, antes de esa hora que San Juan llama última, han salido ya de la Iglesia muchos herejes, por el apóstol apellidados anticristos, así todos los que no pertenecen a Cristo, sino al anticristo, saldrán entonces, y entonces se manifestarán.

4. Así explican unos de una manera y otros de otra las obscuras palabras del Apóstol. Una cosa es cierta e indudable: que San Pablo dice que Cristo no vendrá a juzgar a los vivos y a los muertos si antes no viniere su enemigo el anticristo a seducir a los muertos en el alma, aunque esta seducción pertenezca al oculto juicio de Dios. *Su presencia se manifestará con el poder de satanás*—como dice el Apóstol—, *con toda suerte de milagros, de señales y de prodigios falsos, para seducir a los que deben perecer.* Entonces será soltado satanás y pondrá en juego todo su poder por el anticristo, obrando maravillas, sí, pero engañosas.

Suele preguntarse si el Apóstol dice señales y prodigios de mentira porque engañará los sentidos de los hombres por medio de fantasmas, haciéndoles ver lo que no hace; o si lo dijo porque, aunque los prodigios sean verdaderos, arrastrarán a la mentira a los que, desconocedores del poder del diablo, creerán que requieren una potencia divina, sobre todo cuando reciba un poder cual no tuvo nunca. En efecto, cuando bajó fuego del cielo y consumió la familia de Job, juntamente con sus muchos

hora est: et sicut audistis, quod Antichristus sit venturus; nunc autem antichristi multi facti sunt: unde cognoscimus quod novissima sit hora. Ex nobis exierunt: sed non erant ex nobis. Quod si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum [110]. Sicut ergo ante finem in hac hora, inquiunt, quam Ioannes novissimam dicit, exierunt multi haeretici de medio Ecclesiae, quos multos dicit antichristos: ita omnes tunc inde exibunt, qui non ad Christum, sed ad illum novissimum Antichristum pertinebunt, et tunc revelabitur.

4. Alius ergo sic, alius autem sic Apostoli obscura verba coniectant: quod tamen eum dixisse non dubium est, Non veniet ad vivos et mortuos iudicandos Christus, nisi prius venerit ad seducendos in anima mortuos adversarius eius Antichristus; quamvis ad occultum iam iudicium Dei pertineat, quod ab illo seducentur. *Praesentia* quippe *eius erit,* sicut dictum est, *secundum operationem satanae, in omni virtute, et signis, et prodigiis mendacii, et in omni seductione iniquitatis, his qui pereunt.* Tunc enim solvetur satanas, et per illum Antichristum in omni sua virtute mirabiliter quidem, sed mendaciter operabitur. Quae solet ambigi utrum propterea dicta sint signa et prodigia mendacii, quoniam mortales sensus per phantasmata decepturus est; ut quod non facit, facere videatur: an quia illa ipsa, etiamsi erunt vera prodigia, ad mendacium pertrahent credituros non ea potuisse nisi divinitus fieri, virtutem diaboli

[110] 1 Io. 2,18 et 19.

rebaños, y un torbellino impetuoso derribó su casa y sepultó bajo las ruinas a sus hijos, esto no fueron ilusiones. Eran obras de satanás, a quien Dios había dado tal poder.

A cuál de esas hipótesis se debió el decir prodigios y señales de mentira, aparecerá mejor entonces. Sea por cual fuere, lo cierto es que con esas señales y esos prodigios seducirá a aquellos que hayan merecido ser seducidos, *por no haber recibido y amado la verdad, que les haría salvos.* El Apóstol no vacila en añadir: *Por eso Dios les enviará el ardid del error, que les hará creer en la mentira.* Lo enviará Dios, porque permitirá al diablo hacer esos prodigios. El lo permite por un juicio muy justo, aunque el diablo lo realice por un deseo injusto y criminal.

A fin de que sean juzgados—añade—*todos los que no han creído a la verdad, sino que se complacieron en la maldad.* Los juzgados serán, pues, seducidos, y los seducidos, condenados. Los juzgados serán seducidos por los juicios de Dios, ocultamente justos y justamente ocultos, que no han cesado jamás de juzgar a los hombres desde el primer pecado. Y los seducidos serán condenados en el último juicio, que será público, por Jesucristo, que, condenado injustísimamente, condenará con justicia suma.

---

nescientes; maxime quando tantam, quantam nunquam habuit, acceperit potestatem. Non enim quando de caelo ignis cecidit, et tantam familiam cum tantis gregibus pecorum sancti Iob uno impetu absumpsit, et turbo irruens et domum deiiciens filios eius occidit[111], phantasmata fuerunt: quae tamen fuerunt opera satanae, cui Deus dederat hanc potestatem. Propter quid horum ergo dicta sint prodigia et signa mendacii, tunc potius apparebit. Sed propter quodlibet horum dictum sit, seducentur eis signis atque prodigiis, qui seduci merebuntur: *pro eo quod dilectionem veritatis,* inquit, *non receperunt, ut salvi fierent.* Nec dubitavit Apostolus addere, et dicere: *Ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio.* Deus enim mittet, quia Deus diabolum facere ista permittet, iusto ipse iudicio, quamvis faciat ille iniquo malignoque consilio. *Ut iudicentur,* inquit, *omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.* Proinde iudicati seducentur, et seducti iudicabuntur. Sed iudicati seducentur illis iudiciis Dei occulte iustis, iuste occultis, quibus ab initio peccati rationalis creaturae nunquam iudicare cessavit: seducti autem iudicabuntur novissimo manifestoque iudicio per Iesum Christum, iustissime iudicaturum, iniustissime iudicatum.

[111] Iob 1.

CAPITULO XX

Primera a los Tesalonicenses. La resurrección de los muertos

1. En el lugar citado, el Apóstol no habla de la resurrección de los muertos. Pero en su primera Epístola a los de Tesalónica les dice: *En orden a los difuntos no queremos, hermanos, dejaros en vuestra ignorancia, por que no os entristezcáis del modo que suelen los demás hombres que no tienen esa esperanza. Porque, si creemos que Jesús murió y resucitó, también debemos creer que Dios llevará con Jesús a aquellos que hayan muerto por él. Por lo cual os decimos, sobre la palabra del Señor, que nosotros, los vivientes que quedaremos hasta la venida del Señor, no cogeremos la delantera a los que ya murieron antes. Por cuanto el mismo Señor, a la intimación y a la voz del arcángel y al sonido de la trompeta de Dios, descenderá del cielo, y los que murieron en Cristo, resucitarán los primeros. Después nosotros, los vivos, los que hayamos quedado, seremos arrebatados, juntamente con ellos, sobre nubes al encuentro de Cristo en el aire, y así estaremos con el Señor eternamente.* Estas palabras del Apóstol prueban con luz meridiana la futura resurrección de los muertos, cuando Cristo vendrá a juzgar a todos.

2. Suele preguntarse en este lugar lo siguiente: ¿Morirán aquellos que Cristo hallare vivos al venir, y que el Apóstol figura en sí y en los que con él vivían, o pasarán con una cele-

---

CAPUT XX

Quid idem Apostolus in prima ad eosdem Epistola de resurrectione mortuorum docuerit

1. Sed hic Apostolus tacuit de resurrectione mortuorum: ad eosdem autem scribens in Epistola prima, *Nolumus,* inquit, *ignorare vos, fratres, de dormientibus, ut non contristemini, sicut et caeteri, qui spem non habent. Nam si credimus, quod Iesus mortuus est, et resurrexit: ita et Deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos viventes, qui reliqui sumus in adventum Domini, nos praeveniemus eos qui ante dormierunt: quoniam ipse Dominus in iussu, et in voce Archangeli, et in tuba Dei descendet de caelo; et mortui in Christo resurgent primo; deinde nos viventes, qui reliqui sumus, simul cum illis rapiemur in nubibus in obviam Christo in aera; et ita semper cum Domino erimus*[112]. Haec verba apostolica resurrectionem mortuorum futuram, quando veniet Dominus Christus, utique ad vivos et mortuos iudicandos, praeclarissime ostendunt.

2. Sed quaeri solet, utrum illi quos hic viventes inventurus est Christus, quorum personam in se atque illos qui tunc secum vivebant, transfi-

[112] 1 Thess. 4,12-16.

ridad espantosa de la muerte a la inmortalidad en el instante preciso en que saldrán con los resucitados al encuentro de Cristo? [29]. Sería una insensatez creer que, mientras van por los aires a la altura, no pueden morir y revivir.

Estas palabras: *Y así estaremos eternamente con el Señor,* no deben entenderse como si dijera que nosotros permaneceremos siempre con el Señor en el aire, puesto que ni El permanecerá allí, pues vendrá de paso. Iremos, pues, al encuentro del que viene, no del que está; pero *así estaremos con el Señor,* es decir, teniendo cuerpo eterno doquiera vayamos con él.

El mismo Apóstol parece obligarnos a pensar que los hallados por el Señor vivos morirán en ese breve espacio de tiempo y vestirán la inmortalidad, cuando dice: *Todos serán vivificados en Cristo.* Y en otro lugar, hablando de la resurrección: *Lo que siembras no recibe vida si antes no muere.* ¿Cómo, pues, los que Cristo hallare vivos serán vivificados en El por la inmortalidad si no mueren, siendo así que implican esto aquellas palabras: *Lo que siembras no es vivificado si antes no muere?* Y si es cierto que no puede decirse propiamente del cuerpo del hombre que es sembrado si no torna, muriendo, a la tierra, según aquella sentencia intimada por Dios al primer pecador, padre del género humano: *Eres tierra y a la tierra irás,* hay que admitir que estos que Cristo hallará con vida, aun despojados de sus cuerpos, no están comprendidos ni en esas palabras del Apóstol ni en estas del Génesis. Es claro que los arrebatados a las nubes no son sembrados, porque ni van a la tierra ni retornan, sea que no experimenten la muerte, sea que mueran momentáneamente en el aire.

3. Por otra parte, nos sale al paso el mismo San Pablo en su carta a los Corintios. *Todos resucitaremos*—dice él—, o según otros códices: *Todos dormiremos* [30]. Si, pues, es imposible la resurrección sin la muerte, y dormición en este pasaje significa muerte, ¿cómo dormirán o resucitarán todos, si son tantos los hombres que Cristo hallará con vida que ni morirán ni resucitarán? Estoy en que, si creemos que los santos, esos que Cristo hallará con vida y que serán elevados para ir a su encuentro, dejando en ese vuelo sus cuerpos mortales y vistiéndolos de inmortalidad, no nos meten en esos aprietos las palabras del Apóstol. Ni éstas: *Lo que siembras no es vivificado si antes no muere,* ni estas otras: *Todos resucitaremos,* o: *Todos dormiremos.* Y es que aquéllos no serán vivificados por la inmortalidad si no mueren antes, aunque sea por un instante. Así no serán ya ajenos a la resurrección, precedida de la dormición, que de hecho se dió, aunque por poco tiempo. Mas ¿por qué nos parece increíble que esa multitud de cuerpos sea sembrada en cierto modo en el aire y tome allí instantáneamente una vida inmortal e incorruptible, si creemos lo que dice el mismo Apóstol, que la resurrección se efectuará en un abrir y cerrar de ojos y que el polvo de los cuerpos, extendido en mil lugares, se acoplará con una facilidad y una prontitud asombrosa? Y no pensemos que a esos santos no les alcanzará esta sentencia pronunciada contra el hombre: *Eres tierra y a la tierra irás,* pre-

gurabat Apostolus, nunquam omnino morituri sunt; an ipso temporis puncto, quo cum resurgentibus rapientur in nubibus in obviam Christo in aera, ad immortalitatem per mortem mira celeritate transibunt. Neque enim dicendum est, fieri non posse, ut dum per aera in sublime portantur, in illo spatio et moriantur, et reviviscant. Quod enim ait, *Et ita semper cum Domino erimus:* non sic accipiendum est, tanquam in aere nos dixerit semper cum Domino esse mansuros; quia nec ipse utique ibi manebit, quia veniens transiturus est. Venienti quippe ibitur obviam, non manenti: sed *ita cum Domino erimus,* id est, sic erimus habentes corpora sempiterna, ubicumque cum illo fuerimus. Ad hunc autem sensum, quo existimemus etiam illos, quos hic vivos inventurus est Dominus, in ipso parvo spatio et passuros mortem et accepturos immortalitatem, ipse Apostolus nos videtur urgere, ubi dicit, *In Christo omnes vivificabuntur* [113]: cum alio loco de ipsa loquens resurrectione corporum dicat, *Tu quod seminas, non vivificatur, nisi moriatur* [114]. Quomodo igitur, quos viventes hic Christus inveniet, per immortalitatem in illo vivificabuntur, etsi non moriantur; cum videamus propter hoc esse dictum, *Tu quod seminas, non vivificatur, nisi moriatur?* Aut si recte non dicimus seminari, nisi ea corpora hominum, quae moriendo quoquo modo revertuntur in terram; sicut sese habet etiam illa in transgressorem patrem generis humani divinitus prolata sententia, *Terra es, et in terram ibis* [115]: fatendum est istos, quos nondum de corporibus egressos, cum veniet Christus, inveniet, et istis verbis Apostoli, et illis de Genesi non teneri: quoniam sursum in nubibus rapti, non utique seminantur; quia nec eunt in terram, nec redeunt; sive nullam prorsus experiantur mortem, sive paululum in aere moriantur.

3. Sed aliud rursus occurrit, quod idem dixit apostolus, cum de resurrectione corporum ad Corinthios loqueretur: *Omnes resurgemus;* vel, sicut alii codices habent, *Omnes dormiemus* [116]. Cum ergo nec resurrectio fieri possit, nisi mors praecesserit; nec dormitionem possimus illo loco intelligere, nisi mortem; quomodo omnes vel dormient, vel resurgent, si tam multi, quos in corpore inventurus est Christus, nec dormient, nec resurgent? Si ergo sanctos, qui reperientur Christo veniente viventes, eique in obviam rapientur, crediderimus in eodem raptu de mortalibus corporibus exituros, et ad eadem mox immortalia redituros, nullas in verbis Apostoli patiemur angustias, sive ubi dicit, *Tu quod seminas, non vivificatur, nisi moriatur;* sive ubi dicit, *Omnes resurgemus;* aut, *Omnes dormiemus:* quia nec illi per immortalitatem vivificabuntur, nisi, quamlibet paululum, tamen ante moriantur; ac per hoc et a resurrectione non erunt alieni, quam dormitio praecedit, quamvis brevissima, non tamen nulla. Cur autem nobis incredibile videatur, illam multitudinem corporum in aere quodammodo seminari, atque ibi protinus immortaliter atque incorruptibiliter reviviscere, cum credamus, quod idem ipse Apostolus apertissime dicit, in ictu oculi futuram resurrectionem [117], et in membra sine fine victura tanta facilitate tamque inaestimabili velocitate rediturum antiquissimorum cada-

[113] I Cor. 15,22.
[114] Ibid., 36.
[115] Gen. 3,10.
[116] I Cor. 15,51.
[117] I Cor. 15,52.

textando que sus cuerpos no tornan a la tierra, y que, como mueren en el vuelo, en ese entretanto resucitarán también. *A la tierra irás* significa: Irás, perdida la vida, a lo que eras antes de haberla recibido; en otros términos: Serás desanimado, lo cual eras ya antes de ser animado [31]. El hombre era tierra, y a esa tierra Dios le infundió un soplo de vida, y el hombre quedó constituído en alma viviente. Es, pues, como si dijera: Eres tierra animada, cosa que no eras; serás tierra sin alma, como eras. Lo que son todos los cuerpos muertos antes de pudrirse, eso serán éstos si mueren y doquiera mueran, pues se verán privados de vida y la recibirán al instante. Irán a la tierra, porque de hombres vivos se convertirán en tierra; de igual modo que va a ceniza lo que se convierte en ceniza, va a la vejez lo que envejece y a tiesto el barro, y otras mil expresiones del lenguaje ordinario. Pero todo esto no son más que conjeturas de nuestra pobre razón, que no comprende cómo será eso y que quizá lo pueda comprender mejor cuando se realice.

Si, pues, queremos ser cristianos, debemos creer que la resurrección de los cuerpos tendrá lugar cuando Cristo venga a juzgar a los vivos y a los muertos. Y no, porque no podamos comprender perfectamente cómo será, es nuestra fe vana.

Mas, como he prometido, voy a examinar, cuanto crea suficiente, los testimonios de los libros proféticos del Antiguo Testamento relativos al juicio final de Dios. Si el lector procura ayudarse de lo que he venido diciendo, no será preciso para comprender esto una larga exposición.

---

verum pulverem? Nec ab illa sententia, qua homini dictum est, *Terra es, et in terram ibis*, futuros illos sanctos arbitramur immunes, si eorum morientium in terra non recident corpora, sed sicut in ipso rapto morientur, ita et resurgent, dum ferentur in aera. *In terram* quippe *ibis*, est, in hoc ibis amissa vita, quod eras antequam sumeres vitam: id est, Hoc eris exanimatus, quod eras antequam esses animatus. Terrae quippe insufflavit Deus in faciem flatum vitae, cum factus est homo in animam vivam: tanquam diceretur, Terra es animata, quod non eras; terra eris exanimis, sicut eras. Quod sunt et antequam putrescant omnia corpora mortuorum: quod erunt et illa, si morientur, ubicumque moriantur, cum vita carebunt, quam continuo receptura sunt. Sic ergo ibunt in terram, quia ex vivis hominibus terra erunt: quemadmodum it in cinerem, quod fit cinis; it in vetustatem, quod fit vetus; it in testam, quod ex luto fit testa: et alia sexcenta sic loquimur. Quomodo autem sit futurum quod nunc pro nostrae ratiunculae viribus utcumque coniicimus, tunc erit potius, ut nosse possimus. Resurrectionem quippe mortuorum futuram esse in carne, quando Christus venturus est vivos iudicaturus et mortuos, oportet, si christiani esse volumus, ut credamus. Sed non ideo de hac re inanis est fides nostra, si quemadmodum futura sit, perfecte comprehendere non valemus. Verum iam, sicut supra promisimus, de hoc iudicio Dei novissimo etiam prophetici veteres libri quid praenuntiaverint, quantum satis esse videbitur, debemus ostendere: quae, sicut arbitror, non tanta mora necesse erit tractari et exponi, si istis, quae praemisimus, lector curaverit adiuvari.

CAPITULO XXI

Isaías sobre la resurrección de los muertos y la retribución del juicio

1. El profeta Isaías dice: *Los muertos resucitarán, y resucitarán los que estaban en los sepulcros, y se alegrarán todos los que están en la tierra, porque tu rocío les dará la salud, pero la tierra de los impíos caerá.* Lo primero alude a la resurrección de los bienaventurados. Y esto otro: *Pero la tierra de los impíos caerá,* se entiende bien así: Empero, los cuerpos de los impíos caerán en la condenación. Si queremos profundizar más en lo dicho sobre la resurrección de los buenos, deben referirse a la primera estas palabras: *Resucitarán los muertos;* y a la segunda estas otras: *Y resucitarán los que están en los sepulcros.* Y a los santos que hallará vivos el Señor, caso que preguntemos por ellos, se les aplicará muy bien esto: *Y se alegrarán todos los que están en la tierra, porque tu rocío les dará la salud.* La salud en este pasaje podemos razonablemente tomarla por la inmortalidad. Se trata de la salud más perfecta, de esa que no tiene necesidad ni de alimentos ni de los remedios cotidianos.

El mismo profeta habla del día del juicio, después de haber hablado de esperanza a los buenos y de terror a los malos. He aquí sus palabras: *Esto dice el Señor: Yo derramaré sobre*

CAPUT XXI

Quid Isaias propheta de mortuorum resurrectione et de retributione iudicii sit locutus

1. Propheta Isaias, *Resurgent*, inquit, *mortui, et resurgent qui in sepulcris erant: et laetabuntur omnes qui sunt in terra; ros enim qui abs te est, sanitas illis est: terra vero impiorum cadet*[118]. Totum illud superius ad resurrectionem pertinet beatorum. Quod autem ait, *Terra vero impiorum cadet*, bene intelligitur dictum, Corpora vero impiorum ruina damnationis excipiet. Iam porro si de bonorum resurrectione quod dictum est, diligentius et distinctius velimus intueri, ad primam referendum est quod dictum est, *Resurgent mortui;* ad secundam vero quod sequitur, *et resurgent qui in sepulcris erant.* Iam si et illos inquiramus sanctos, quos hic vivos inventurus est Dominus, eis congrue deputabitur quod adiunxit, *Et laetabuntur omnes qui sunt in terra; ros enim qui abs te est, sanitas illis est.* Sanitatem loco isto, immortalitatem rectissime accipimus. Ea namque est plenissima sanitas, quae non reficitur alimentis tanquam quotidianis medicamentis. Item de iudicii die spem prius dans bonis, deinde terrens malos, idem propheta sic loquitur: *Haec dicit Dominus, Ecce ego declino in eos ut flumen pacis, et ut torrens inundans gloriam gentium. Filii eorum super humeros portabuntur, et super genua consolabuntur.*

[118] Is. 26,19, sec. LXX.

ellos como un río de paz y como un torrente que inundará la gloria de las naciones. Sus hijos serán llevados sobre los hombros, y los mimados en su regazo. Como una madre consuela a su hijito, así yo os consolaré a vosotros, y recibiréis esa consolación en Jerusalén. Lo veréis, y vuestro corazón se regocijará y vuestros huesos reverdecerán como la hierba. La mano del Señor se hará visible en favor de sus adoradores, y su amenaza contra los contumaces. Porque he aquí que el Señor vendrá como fuego, y su carroza como tempestad, para derramar con indignación su venganza y el exterminio con llamas de fuego. El Señor juzgará toda la tierra por el fuego y toda carne por la espada. Y muchos serán heridos por el Señor. El río de paz prometido a los santos es, sin duda, la abundancia de esa paz, que trasciende toda otra. Esta es la paz que nos regará al fin, y de la que hemos hablado sobradamente en el libro precedente. Dice que este río desciende sobre aquellos a quienes se promete tamaña felicidad para darnos a entender que, en esa dichosa región que es el cielo, ese río sacia todos los anhelos. Y como la paz de la incorrupción y de la inmortalidad fluye allí y llega hasta los cuerpos terrenos, por eso dice que ese río desciende; es decir, rebosando en los seres superiores, cae sobre los más humildes y torna a los hombres iguales a los ángeles.

Por esa Jerusalén de que habla no debemos entender la esclava, al igual que sus hijos, sino más bien la libre madre nuestra, eterna en los cielos. Allí seremos consolados después de los trabajos y de los dolores de la vida mortal y llevados sobre los hombros y sobre las rodillas como niños pequeñitos. Aquella beatitud, nueva para nosotros, nos acogerá con inefables dulzuras; a nosotros, rudos y novicios. Allí veremos, y

Quemadmodum si quem mater consoletur, ita ego vos consolabor; et in Ierusalem consolabimini: et videbitis, et gaudebit cor vestrum, et ossa vestra ut herba exorientur. Et cognoscetur manus Domini colentibus eum: et comminabitur contumacibus. Ecce enim Dominus ut ignis veniet, et ut tempestas currus eius, reddere in indignatione vindictam, et vastationem in flamma ignis. In igne enim Domini iudicabitur omnis terra, et in gladio eius omnis caro: multi vulnerati erunt a Domino [119]. In bonorum promissione flumen pacis profecto abundantiam pacis illius debemus accipere, qua maior esse non possit. Hac utique in fine rigabimur: de qua in praecedenti libro abundanter locuti sumus. Hoc flumen se in eos declinare dicit, quibus tantam beatitudinem pollicetur, ut intelligamus in illius felicitatis regione, quae in caelis est, hoc flumine omnia satiari. Sed quia et terrenis corporibus pax incorruptionis atque immortalitatis inde influet, ideo declinare se dicit hoc flumen, ut de supernis quodammodo etiam inferiora perfundat, et homines aequales Angelis reddat. Ierusalem quoque, non illam quae servit cum filiis suis, sed liberam matrem nostram intelligamus, secundum Apostolum, aeternam in caelis [120]. Ibi post labores aerumnarum curarumque mortalium consolabimur, tanquam parvuli eius

[119] Ibid., 6,12-16, sec. LXX.
[120] Gal. 4,26.

nuestro corazón se alegrará [32]. No declaró qué veremos; pero ¿qué será sino a Dios? De este modo se cumplirá en nosotros la promesa del Evangelio: *Bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios.* Veremos además todas aquellas cosas que ahora no vemos, y de las cuales, al creerlas, nos formamos una idea según el alcance de nuestro espíritu, pero infinitamente inferior a la realidad. *Vosotros veréis*—dice—, *y vuestro corazón se regocijará.* Aquí creéis, allí veréis.

2. Y temiendo que estas palabras: *Y se regocijará vuestro corazón,* nos indujeran a pensar que los bienes de la Jerusalén celestial son exclusivos del espíritu, añade: *Y vuestros huesos reverdecerán como la hierba.* Aquí comprendió ya la resurrección de los muertos, como diciendo algo que había omitido. Esta no se realizará cuando la hayamos visto, sino que la veremos cuando se haya realizado. En efecto, del cielo nuevo y de la tierra nueva ya había hablado antes, y también de las promesas hechas a los santos. *Habrá*—dice—*un cielo nuevo y una tierra nueva y no recordarán las cosas primeras ni morarán en su corazón, sino que hallarán en ellos alegría y regocijo. Porque yo haré de Jerusalén una ciudad de júbilo, y de mi pueblo, un pueblo de alegría. En Jerusalén hallaré yo mis delicias, y mi gozo en mi pueblo. Y nunca jamás se oirá en ella la voz del llanto,* etc. Algunos se afanan en referir esto al reino carnal de los mil años. El profeta, al estilo profético, mezcla las expresiones figuradas con las propias con el fin de que el espíritu sobrio se esfuerce útil y saludablemente en buscar un sentido espiritual. Empero, la pereza carnal y la rudeza ignorante y

in humeris genibusque portati. Rudes enim nos et novos blandissimis adiutoriis insolita nobis illa beatitudo suscipiet. Ibi videbimus, et gaudebit cor nostrum. Nec expressit quid videbimus: sed quid, nisi Deum? ut impleatur in nobis promissum evangelicum, *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* [121]; et omnia illa, quae nunc non videmus, credentes autem, pro modulo capacitatis humanae, longe minus quam sunt atque incomparabiliter cogitamus. *Et videbitis,* inquit, *et gaudebit cor vestrum.* Hic creditis, ibi videbitis.

2. Sed quoniam dixit, *Et gaudebit cor vestrum:* ne putaremus illa bona Ierusalem ad nostrum tantummodo spiritum pertinere; *Et ossa,* inquit, *vestra ut herba exorientur:* ubi resurrectionem corporum strinxit, velut quod non dixerat reddens: neque enim cum viderimus, fiet; sed cum fuerit facta, videbimus. Nam et de caelo novo ac terra nova iam supra dixerat, dum ea quae sanctis promittuntur in fine, saepe ac multiformiter diceret: *Erit,* inquit, *caelum novum et terra nova, et non erunt memores priorum, nec ascendent in cor ipsorum: sed laetitiam et exsultationem invenient in ea. Ecce ego faciam Ierusalem exsultationem, et populum meum laetitiam; et exsultabo in Ierusalem, et laetabor in populo meo; et ultra non audietur in illa vox fletus* [122]: et caetera, quae quidam ad carnales illos mille annos referre conantur. Locutiones enim tropicae propriis prophetico more miscentur: ut ad intellectum spiritualem intentio

[121] Mt. 5,8.

holgazana se contentan con la corteza, que es la letra, y estiman que no debe profundizarse más. Baste ya esto sobre las palabras proféticas citadas y su contexto.

En el lugar que comentamos, y que motivó esta digresión, después de haber dicho: *Y vuestros huesos reverdecerán como la hierba,* para mostrar que hablaba de la resurrección de los cuerpos, pero de los buenos, añadió: *La mano del Señor se hará visible en favor de sus adoradores.* ¿Qué mano es ésta sino la que distingue a los adoradores de Dios de sus menospreciadores? De estos últimos dice a renglón seguido: *Y su amenaza contra los contumaces,* o, como traducen otros, contra *los incrédulos.* La amenaza evidentemente no se cumplirá entonces, sino que, intimada ahora, surtirá su efecto entonces. *Porque he aquí*—agrega—*que el Señor vendrá como fuego, y sus carrozas como tempestad, para derramar con indignación su venganza y el exterminio con llamas de fuego. El Señor juzgará toda tierra por el fuego y toda carne por la espada. Y muchos serán heridos por el Señor.* Las palabras *fuego, tempestad* y *espada* significan las penas del juicio, puesto que dice que el Señor vendrá como fuego, y es indudable que vendrá así para aquellos para quienes su venida será penal. Las carrozas—nótese que emplea el plural—designan los ministerios de los ángeles. Y cuando dice que toda tierra y toda carne será juzgada por el fuego y por la espada, hay que entender por esos dos términos, no los espirituales y los santos, sino los hombres terrenos y carnales. De éstos se dijo que *saben a tierra* y que *saber según la carne es muerte.* Y a ésos da el Señor el nombre

---

sobria cum quodam utili ac salubri labore perveniat: pigritia vero carnalis, vel ineruditae atque inexercitatae tarditas mentis contenta litterae superficie, nihil putat interius requirendum. Haec de propheticis verbis, quae ante istum locum scripta sunt, satis dixerim. In hoc autem loco, unde ad illa digressi sumus, cum dixisset, *Et ossa vestra ut herba exorientur,* ut resurrectionem quidem carnis, sed tamen bonorum, se nunc commemorare monstraret, adiunxit, *Et cognoscetur manus Domini colentibus eum.* Quid est hoc, nisi manus distinguentis cultores suos a contemptoribus suis? De quibus sequentia contexens, *Et comminabitur,* inquit, *contumacibus,* sive, ut ait alius interpres, *incredulis.* Nec tunc comminabitur: sed quae nunc dicuntur minaciter, tunc efficaciter implebuntur. *Ecce enim Dominus,* inquit, *ut ignis veniet, et ut tempestas currus eius reddere in indignatione vindictam, et vastationem in flamma ignis. In igne enim Domini iudicabitur omnis terra, et in gladio eius omnis caro: multi vulnerati erunt a Domino.* Sive igne, sive tempestate, sive gladio, poenam iudicii significat: quandoquidem ipsum Dominum quasi ignem dicit esse venturum, eis profecto quibus poenalis eius erit adventus. Currus vero eius (nam pluraliter dicti sunt) angelica ministeria non inconvenienter accipimus. Quod autem ait, omnem terram et omnem carnem in eius igne et in gladio iudicari, non etiam hic spirituales intelligamus et sanctos, sed terrenos atque carnales, de qualibus dictum est, *Qui terrena sapiunt* [123]; et, *Sapere secundum carnem, mors est* [124]: et quales omnino

[122] Is. 65,17-19, sec. LXX.
[123] Phil. 3,19.
[124] Rom. 8,6.

de carne cuando dice: *Mi espíritu no permanecerá en estos hombres, porque son carne.* La herida de que habla al decir: *Muchos serán heridos por el Señor,* es la que causará la muerte segunda.

Es cierto que pueden entenderse en buen sentido el fuego, la espada y la herida. El Señor manifestó su voluntad de enviar fuego a la tierra. Los discípulos vieron como lenguas de fuego divididas cuando descendió el Espíritu Santo. *No he venido* —dijo también el Señor—*a traer la paz a la tierra, sino la espada.* Y la Escritura llama espada de dos filos a la palabra de Dios, por el doble filo de los dos Testamentos. En el Cantar de los Cantares, la Iglesia santa dice que está herida por la caridad como por la flecha del amor. Pero aquí, cuando leemos u oímos que el Señor viene a ejecutar sus venganzas, es claro cómo deben entenderse esas expresiones.

3. El profeta, después de haber indicado brevemente los que serán consumidos por ese juicio, figurando a los pecadores e impíos bajo la imagen de las viandas prohibidas por la ley antigua, de las cuales no se han abstenido, resume la gracia del Nuevo Testamento desde la primera venida del Salvador hasta el último juicio, en el que da fin a su profecía. Cuenta primero que el Señor vendrá a congregar a todas las naciones y que éstas se reunirán y serán su gloria. *Porque*—como dice el Apóstol—*todos pecaron y todos tienen necesidad de la gloria de Dios.* Añade que harán ante ellos señales tan maravillosas, que creerán en él, y que enviará algunos de ellos a diferentes na-

---

caro appellantur a Domino, ubi dicit, *Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quoniam caro sunt* [125]. Quod vero hic positum est, *Multi vulnerati erunt a Domino:* isto vulnere fiet mors secunda. Potest quidem et ignis, et gladius, et vulnus accipi in bono. Nam et ignem Dominus velle se dixit mittere in mundum [126]. Et visae sunt illis linguae divisae velut ignis, quando venit Spiritus sanctus [127]. Et *Non veni,* inquit idem Dominus, *pacem mittere in terram, sed gladium* [128]. Et sermonem Dei dicit Scriptura gladium bis acutum [129]; propter aciem geminam Testamentorum duorum. Et in Cantico canticorum, charitate se dicit sancta Ecclesia vulneratam, velut amoris impetu sagittatam [130]. Sed hic cum legimus vel audimus ultorem Dominum esse venturum quemadmodum haec intelligenda sint, clarum est.

3. Deinde breviter commemoratis eis, qui per hoc iudicium consumentur; sub figura ciborum in Lege vetere vetitorum, a quibus se non abstinuerunt, peccatores impiosque significans, recapitulat ab initio gratiam novi Testamenti a primo Salvatoris adventu usque ad ultimum iudicium, de quo nunc agimus, perducens finiensque sermonem. Narrat namque Dominum dicere se venire, ut congreget omnes gentes, easque venturas et visuras gloriam eius [131]. *Omnes enim,* sicut dicit Apostolus, *peccaverunt, et egent gloria Dei* [132]. Et relicturum se dicit super eos signa, quae utique mirantes credant in eum: et emissurum ex illis salvatos in

[125] Gen. 6,3.
[126] Lc. 12,49.
[127] Act. 2,3.
[128] Mt. 10,34.
[129] Hebr. 4,12.
[130] Cant. 2,5, sec. LXX.
[131] Is. 66,17.18.
[132] Rom. 3,23.

ciones y a las lejanas islas, que no han oído su nombre ni han visto su gloria. Estos anunciarán—prosigue—su gloria a los gentiles y conducirán a la fe del Dios Padre a los hermanos de éstos, a quienes se dirigía, es decir, a los israelitas elegidos. Llevarán presentes al Señor de todas las partes del mundo, sobre bestias de carga y carros (bestias y carros que son, sin duda, la ayuda divina que Dios manda por ministerio de los ángeles o de los hombres). Y los llevará a la ciudad santa de Jerusalén, que ahora está difundida por toda la tierra en los fieles santos. Los hombres creen cuando sienten la ayuda divina, y cuando creen, vienen. El Señor, no obstante, los comparó en imagen a los hijos de Israel, que le ofrecen víctimas en su templo acompañándolas de salmos. Esta práctica ya está introducida también en la Iglesia.

Prometió que ellos le darían sacerdotes y levitas, y al cumplimiento de esto estamos asistiendo ahora. Ahora vemos precisamente que los sacerdotes y los levitas no son elegidos atendiendo a su raza y a su sangre, como se hacía en el sacerdocio según el orden de Aarón, sino que, como convenía al espíritu del Nuevo Testamento, en el que Cristo es el sumo sacerdote según el orden de Melquisedec, se eligen teniendo en cuenta los méritos que la gracia divina ha conferido a cada uno. Y los méritos no deben ponderarse por la función, que a veces desempeñan hombres indignos, sino por la santidad, que no es común a los buenos y a los malos [33].

4. Después de haber escrito así sobre la misericordia de Dios para con su Iglesia, cuyos efectos nos son tan palpables y conocidos, el profeta promete de parte de Dios, o por sí mismo,

gentes diversas, et in longinquas insulas, quae non audierunt nomen eius, neque viderunt gloriam eius; et annuntiaturos gloriam eius in gentibus; et adducturos fratres istorum, quibus loquebatur, id est, in fide sub Deo Patre fratres Israelitarum electorum: adducturos autem ex omnibus gentibus munus Domino in iumentis et vehiculis (quae iumenta et vehicula bene intelliguntur adiutoria esse divina, per cuiusque generis ministeria Dei, vel angelica, vel humana), in civitatem sanctam Ierusalem, quae nunc in sanctis fidelibus est diffusa per terras. Ubi enim divinitus adiuvantur, ibi credunt; et ubi credunt, ibi veniunt. Comparavit autem illos Dominus, tanquam per similitudinem, filiis Israel offerentibus ei suas hostias cum psalmis in domo eius; quod ubique iam facit Ecclesia; et promisit ab ipsis se accepturum sibi Sacerdotes et Levitas; quod nihilominus fieri nunc videmus. Non enim ex genere carnis et sanguinis, sicut erat primum secundum ordinem Aaron; sed sicut oportebat in Testamento novo, ubi secundum ordinem Melchisedech summus sacerdos est Christus [133], pro cuiusque merito quod in eum gratia divina contulerit, Sacerdotes et Levitas eligi nunc videmus: qui non isto nomine, quod saepe assequuntur indigni, sed ea quae non est bonis malisque communis, sanctitate pensandi sunt.

4. Haec cum de ista, quae nunc impertitur Ecclesiae, perspicua nobisque notissima Dei miseratione dixisset; promisit et fines ad quos per

[133] Ps. 109,4

los fines, a que llegará cada uno cuando en el último juicio sean separados los buenos de los malos. *Porque, como el cielo nuevo y la tierra nueva permanecerán en mi presencia, dijo el Señor, así permanecerá vuestra descendencia y vuestro nombre y pasará de mes en mes y de sábado en sábado. Todo hombre vendrá a postrarse ante mí y a adorarme en Jerusalén, dijo el Señor. Y saldrán y verán los miembros de los hombres prevaricadores. Su gusano no morirá nunca y su fuego jamás se apagará, y servirán de espectáculo a toda carne.* El profeta termina el libro en el punto en que terminará el mundo. Verdad es que algunos no han traducido *los miembros de los hombres,* sino *los cadáveres de los hombres* [34], entendiendo evidentemente por cadáveres la pena de los cuerpos, bien que no suele llamarse cadáver sino a la carne sin alma, y esos cuerpos serán cuerpos animados, porque, de lo contrario, no podrán sentir los tormentos. Quizá no sea absurdo llamarles cadáveres por esta razón, porque serán cuerpos de muertos que han caído en la muerte segunda. A esto se debería también el dicho del mismo profeta citado ya antes: *La tierra de los impíos caerá.* ¿Quién no ve que cadáver viene de la palabra *caer?* [35]. Es manifiesto que estos traductores han puesto *varones* en lugar de *hombres,* pues nadie osará decir que las mujeres pecadoras no sufrirán ese suplicio. Se toma, pues, la parte superior, es decir, la parte de que fué formada la mujer, por los dos sexos. Sin embargo—y esto hace más al caso—, al decir, hablando de los buenos: *Vendrá toda carne,* porque el pueblo cristiano se compondrá de toda clase de hombres—y conste que no estarán allí todos los hom-

ultimum iudicium facta bonorum malorumque discretione venietur, dicens per Prophetam, vel de Domino dicens ipse Propheta: *Quomodo enim caelum novum et terra nova manebit coram me, dixit Dominus, sic stabit semen vestrum et nomen vestrum; et erit mensis ex mense, et sabbatum ex sabbato. Veniet omnis caro in conspectu meo adorare in Ierusalem, dixit Dominus: et egredientur, et videbunt membra hominum qui praevaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur, et erunt visui omni carni* [134]. Ad hoc iste propheta terminavit librum, ad quod terminabitur saeculum. Quidam sane non interpretati sunt, *membra hominum,* sed *cadavera virorum,* per cadavera significantes evidentem corporum poenam: quamvis cadaver nisi caro exanimis, non soleat nuncupari; illa vero animata erunt corpora, alioquin nulla poterunt sentire tormenta: nisi forte quia mortuorum erunt corpora, id est, eorum qui in secundam mortem cadent, ideo non absurde etiam cadavera dici possunt. Unde est et illud, quod ab eodem propheta dictum iam supra posui: *Terra vero impiorum cadet.* Quis autem non videat a cadendo esse appellata cadavera? *Virorum* autem pro eo posuisse illos interpretes, quod est *hominum,* manifestum est. Neque enim quisquam dicturus est, praevaricatrices feminas in illo supplicio non futuras: sed ex potiore, praesertim de quo femina facta est, uterque sexus accipitur. Verum quod ad rem maxime pertinet, cum et in bonis dicitur, *Veniet omnis caro:* quia ex omni genere hominum populus iste constabit; non enim omnes homines

[134] Is. 66,22-24, sec. LXX.

bres, puesto que muchos estarán penando—; y al decir, hablando de los malos, para seguir el hilo de mi discurso, que son miembros o cadáveres, muestra que el juicio que dará, tanto a los buenos como a los malos, su fin debido, tendrá lugar después de la resurrección de la carne, de la que habla con mucha claridad.

CAPITULO XXII

¿CÓMO SE ENTIENDE AQUELLO DE QUE LOS SANTOS SALDRÁN A VER LOS SUPLICIOS DE LOS MALOS?

Pero ¿cómo saldrán los buenos a ver los suplicios de los malos? ¿Diremos acaso que abandonarán corporalmente sus moradas dichosas y se dirigirán a las penales para presenciar con los ojos del cuerpo los tormentos de los malos? ¡Dios nos libre de creer esto! Saldrán por el conocimiento o la ciencia. Esta palabra *salir* está indicando que los que serán atormentados estarán fuera. Por eso el Señor llama tinieblas exteriores a esos lugares opuestos a la entrada que da al siervo bueno al decirle: *Entra en el gozo de tu Señor.* Así no se pensará que entran allí los malos para ser conocidos, sino que los buenos parece como que salen hacia ellos por la ciencia que les permite conocerlos, porque conocerán lo que está fuera. Los atormentados no sabrán lo que pasa dentro, en el gozo del Señor; sabrán lo que pasa fuera, en las tinieblas exteriores.

Dijo que *saldrán*, porque no se les ocultarán tampoco los que estarán fuera de su comunión. Si, pues, los profetas pudieron conocer estas cosas aun antes de realizarse, porque estaba Dios, por poquito que fuera, en el espíritu de esos mortales, ¿cómo los santos inmortales no las conocerán una vez cumplidas, cuando Dios será todo en todas las cosas? En esa beatitud serán estables la descendencia y el nombre, esa descendencia de la que dice San Juan: *Y su descendencia permanece en él;* y ese nombre del que dijo Isaías: *Les daré un nombre eterno, y pasarán de mes en mes y de sábado en sábado,* como si dijera de luna en luna y de descanso en descanso. Y serán todo esto cuando de estas sombras viejas y pasajeras entren a las claridades nuevas y eternas.

Eso de las penas de los malos, tanto el fuego inextinguible como el gusano imperecedero, lo han expuesto de diferentes modos los distintos autores. Unos refieren los dos al cuerpo, y otros los dos al alma, y unos terceros, el fuego propiamente al cuerpo y el gusano metafóricamente al alma—lo cual parece más verosímil—. Pero no es éste lugar para discutir esa diferencia. Me he propuesto concretar este libro al juicio final, que hará la separación de los buenos y de los malos. Más adelante hablaremos con más detalle de los premios y de las penas.

---

ibi erunt, quando in poenis plures erunt: sed, ut dicere coeperam, cum et in bonis caro, et in malis membra vel cadavera nominantur; profecto post resurrectionem carnis, cuius fides his rerum vocabulis omnino firmatur, illud quo boni et mali suis finibus dirimentur, futurum esse iudicium declaratur.

CAPUT XXII

QUALIS FUTURA SIT EGRESSIO SANCTORUM AD VIDENDAS POENAS MALORUM

Sed quomodo egredientur boni ad videndas poenas malorum? Numquid corporis motu beatas illas relicturi sunt sedes, et ad loca poenalia perrecturi, ut malorum tormenta conspiciant praesentia corporali? Absit: sed egredientur per scientiam. Hoc enim verbo significatum est, eos qui cruciabuntur extra futuros. Propter quod et Dominus ea loca tenebras exteriores vocat[135]: quibus contrarius est ille ingressus de quo dicitur servo bono, *Intra in gaudium Domini tui*[136]: ne illuc mali putentur ingredi, ut sciantur; sed ad illos potius velut egredi scientia, qua eos cognituri sunt, boni; quia id quod extra est cognituri sunt. Qui enim erunt in poenis, quid agatur intus in gaudio Domini nescient: qui vero erunt in illo gaudio, quid agatur foris in illis tenebris exterioribus scient. Ideo dictum est, *egredientur:* quia eos etiam qui foris ab eis erunt, utique non latebunt. Si enim haec Prophetae nondum facta nosse potuerunt, per hoc quod erat Deus, quantulumcumque erat, in eorum mortalium mentibus; quomodo immortales sancti iam facta tunc nescient, cum Deus erit omnia in omnibus?[137] Stabit ergo in illa beatitudine sanctorum semen et nomen; semen, scilicet de quo Ioannes ait, *Et semen eius in ipso manet*[138]: nomen vero, de quo per hunc Isaiam dictum est, *Nomen aeternum dabo eis*[139]. *Et erit eis mensis ex mense et sabbatum ex sabbato,* tanquam luna ex luna et requies ex requie: quorum utrumque ipsi erunt, cum ex his umbris veteribus et temporalibus in illa lumina nova ac sempiterna transibunt. In poenis autem malorum et inexstinguibilis ignis et vivacissimus vermis, ab aliis atque aliis aliter atque aliter est expositus. Alii quippe utrumque ad corpus, alii utrumque ad animum retulerunt: alii proprie ad corpus ignem, tropice ad animum vermem, quod credibilius esse videtur. Sed nunc de hac differentia non est temporis disputare. De iudicio namque ultimo, quo fiet diremptio bonorum et malorum, hoc volumen implere suscepimus: de ipsis vero praemiis et poenis alias diligentius disserendum est.

135 Mt. 25,30.
136 Ibid., 21.

137 I Cor. 15,28.
138 I Io. 3,9.
139 Is. 56,5.

CAPITULO XXIII

Profecías de Daniel sobre la persecución del anticristo, sobre el juicio de Dios y sobre el reinado de los santos

1. Daniel predice el juicio final, haciéndolo preceder de la venida del anticristo, y alarga su profecía hasta el reino eterno de los santos. En una visión profética vió cuatro bestias, que figuraban cuatro reinos, el cuarto de los cuales fué conquistado por un rey, que es sin duda el anticristo, y después de éstos el reino eterno del Hijo del hombre, que es Cristo. Y luego escribe: *Apoderóse de mí el terror, y yo, Daniel, quedé pasmado, y las visiones que había tenido me llenaban de turbación. Me acerqué*—dice él—*a uno de los allí presentes y le pedí el verdadero significado de aquellas visiones. Y me dió la auténtica interpretación.* Después, como exponiendo lo que oyó a aquel a quien había pedido la interpretación, añade: *Estas cuatro bestias son cuatro reinos que se levantarán en la tierra. Después recibirán el reino de los santos del Dios Altísimo y reinarán hasta el fin de los siglos y por los siglos de los siglos. Quise en seguida informarme con más detalle de la cuarta bestia, que era tan diferente de todas las otras y sobremanera horrorosa, cuyos dientes y uñas eran de hierro y que comía y desmenuzaba, hollando con sus pies aquello que quedaba. Y, además, informarme acerca de las diez astas que tenía en la cabeza y de la otra asta que le había comenzado a salir, al aparecer la cual habían caído las tres astas. Y de cómo aquella asta tenía ojos y boca, que profería cosas grandiosas, y era mayor que todas las otras. Estaba yo observando, y he aquí que aquella asta hacía guerra contra los santos y prevalecía sobre ellos. Pero esto sólo hasta que llegó el anciano de días y sentenció en favor de los santos del Altísimo, y vino el tiempo y los santos obtuvieron el reino.* Daniel mismo dijo que había preguntado esto. A renglón seguido escribe: *Y dijo;* es decir, aquel a quien había preguntado respondió así: *La cuarta bestia será el cuarto reino sobre la tierra, el cual será mayor que todos los reinos y devorará toda la tierra y la hollará y desmenuzará. Y las diez astas del dicho reino serán diez reyes, después de los cuales se levantará otro, que será más poderoso que los primeros y derribará tres reyes. Y él hablará mal contra el Excelso, y atropellará los santos del Altísimo, y se creerá con facultad de mudar los tiempos y las leyes, y serán dejadas a su arbitrio por un tiempo y por tiempos y la mitad de un tiempo. Y después se celebrará juicio, a fin de quitarle el poder y de que sea destruído y perezca para siempre. Y para que el reino y la potestad y la magnificencia del reino, cuanto hay debajo del sol, sea dada al pueblo de los santos del Altísimo, cuyo reino es reino sempiterno, y a él le servirán y obedecerán los reyes todos. Aquí acabó el razonamiento. Yo, Daniel, quedé muy conturbado con estos mis pensamientos y mudóse el color de mi rostro. Empero, conservé en mi corazón esta visión.*

Algunos han entendido por aquellos cuatro reinos el de los asirios, el de los persas, el de los macedonios y el de los ro-

CAPUT XXIII

Quid prophetaverit Daniel de persecutione Antichristi, et de iudicio Dei, regnoque sanctorum

1. Daniel de hoc ultimo iudicio sic prophetat, ut Antichristum prius quoque venturum esse praenuntiet, atque ad aeternum regnum sanctorum perducat narrationem suam. Cum enim visione prophetica quatuor bestias significantes quatuor regna vidisset; ipsumque quartum a quodam rege superatur, qui Antichristus agnoscitur; et post haec aeternum regnum Filii hominis, qui intelligitur Christus: *Horruit*, inquit, *spiritus meus, ego Daniel in habitudine mea, et visus capitis mei conturbabant me. Et accessi*, inquit, *ad unum de stantibus, et veritatem quaerebam ab eo de his omnibus: et dixit mihi veritatem.* Deinde, quid audierit ab illo, a quo de omnibus his quaesivit, tanquam eo sibi exponente, sic loquitur: *Hae quatuor bestiae magnae, quatuor regna surgent in terra, quae auferentur, et accipient regnum sancti Altissimi: et obtinebunt illud usque in saeculum et in usque saeculum saeculorum. Et quarebam*, inquit, *diligenter de bestia quarta, quae erat differens prae omni bestia, terribilis amplius: dentes eius ferrei, et ungues eius aerei, manducans et comminuens, et reliqua pedibus suis conculcans: et de cornibus eius decem, quae erant in capite eius, et de altero quod ascendit, et excussit de prioribus tria: cornu illud in quo erant oculi, et os loquens magna; et visus eius maior caeteris. Videbam, et cornu illud faciebat bellum cum sanctis: et praevalebat ad ipsos, donec venit vetustus dierum, et regnum dedit sanctis Altissimi: et tempus pervenit, et regnum obtinuerunt sancti.* Haec Daniel quaesisse se dixit. Deinde quid audierit, continuo subiungens, *Et dixit*, inquit, id est, ille a quo quaesierat, respondit, et dixit, *Bestia quarta, quartum regnum erit in terra, quod praevalebit omnibus regnis; et manducabit omnem terram, et conculcabit eam, et concidet. Et decem cornua eius, decem reges surgent: et post eos surget alius, qui superabit malis omnes, qui ante eum fuerunt; et tres reges humiliabit, et verba adversus Altissimum loquetur: et sanctos Altissimi conteret. Et suspicabitur mutare tempora et legem: et dabitur in manu eius usque ad tempus, et tempora, et dimidium temporis. Et iudicium sedebit, et principatum removebunt ad exterminandum et perdendum usque in finem; et regnum, et potestas, et magnitudo regum, qui sub omni caelo sunt, data est sanctis Altissimi. Et regnum eius regnum sempiternum: et omnes principatus ipsi servient, et obaudient. Huc usque*, inquit, *finis sermonis. Ego Daniel, multum cogitationes meae conturbabant me, et forma mea immutata est super me, et verbum in corde meo conservavi*[140]. Quatuor illa regna exposuerunt quidam Assyriorum, Persarum, Macedonum, et Romanorum. Quam vero convenienter id fecerint, qui nosse desiderant, legant presbyteri Hieronymi librum in Danielem, satis diligenter eruditeque conscriptum. Antichristi

[140] Dan. 7,15-28.

manos. Los que deseen percatarse de lo razonable de esta interpretación, lean el libro del presbítero Jerónimo titulado *Exposición a Daniel*, escrito con gran esmero y erudición.

Al menos, nadie que lea esto, aunque cabecee al hacerlo, puede dudar que aquí se habla de la tiranía del anticristo contra la Iglesia, si bien será corta, y de su anterioridad al último juicio, en que los santos recibirán el reino eterno. El contexto hace además ver que el tiempo, los tiempos y la mitad de un tiempo significan un año, dos años y la mitad de un año, o sea, tres años y medio. Este mismo número lo expresa la Escritura a veces en meses. Es verdad que los tiempos parecen insinuar en latín un tiempo indefinido; pero el hebreo usa aquí el dual —número de que carece el latín y tiene también el griego—. Dice tiempos, pero equivale a decir dos tiempos. Confieso con franqueza que temo engañarme en la apreciación de los diez reyes, que existirán en el Imperio romano cuando venga el anticristo. Tal vez venga éste sin pensarlo y sin que existan esos reyes. ¿Qué sabemos si el número diez significa en este lugar la totalidad de los reyes que deben preceder a su venida, como el mil, el ciento, el siete y otros números, que no es necesario mencionar, significan frecuentemente universalidad?

2. El mismo Daniel se expresa así en otro pasaje: *Vendrá un tiempo de tribulación cual no se ha visto desde que comenzó a existir la gente sobre la tierra hasta aquel día. En aquel tiempo, tu pueblo será salvado y todo aquel que se hallare escrito en el libro de la vida. Y muchos de los que duermen en las fosas de la tierra se levantarán, unos para la vida eterna y otros para ignominia y eterna confusión. Los sabios e inteligentes resplandecerán como la claridad del firmamento, y muchos justos brillarán eternamente como estrellas.* Este lugar es muy similar a aquel otro del Evangelio en que se habla de la resurrección de los cuerpos. Los que para el evangelista *están en los sepulcros* son los que para el profeta *duermen en las fosas de la tierra*, o, como otros han traducido, *en el polvo de la tierra*. En el Evangelio se dice: *saldrán*, y aquí: *se levantarán*. Y como en el Evangelio se dijo: *Los que hicieron buenas obras, a resucitar para la vida, y los que obraron mal, a resucitar para el juicio*, así en este lugar se dice: *Unos para la vida eterna y otros para ignominia y eterna confusión*. Mas no haga pensar en la diversidad que el evangelista dijera: *Todos los que están en los sepulcros*, y el profeta no diga todos, sino: *Muchos de los que duermen en las fosas de la tierra*, porque a veces la Escritura usa muchos por todos. Así, a Abrahán se dijo: *Yo te he constituído padre de muchas naciones;* y en otro lugar se le dice: *En tu descendencia serán benditas todas las generaciones.*

De esta resurrección escribe poco después el mismo profeta Daniel: *Tú ven y descansa, pues aún falta algún tiempo hasta la consumación de los siglos. Tú descansarás y resucitarás para poseer tu heredad al fin de los tiempos.*

---

tamen adversus Ecclesiam saevissimum regnum, licet exiguo spatio temporis sustinendum, donec Dei ultimo iudicio regnum sancti accipiant sempiternum, qui vel dormitans haec legit, dubitare non sinitur. Tempus quippe et tempora et dimidium temporis, annum unum esse et duos et dimidium, ac per hoc tres annos et semissem, etiam numero dierum posterius posito dilucescit, aliquando in Scripturis et mensium numero declaratur. Videntur enim tempora indefinite hic dicta lingua latina: sed per dualem numerum dicta sunt, quem latini non habent. Sicut autem Graeci, ita hunc dicuntur habere et Hebraei. Sic ergo dicta sunt tempora, tanquam dicerentur duo tempora. Vereri me sane fateor, ne in decem regibus, quos tanquam decem homines videtur inventurus Antichristus, forte fallamur, atque ita ille inopinatus adveniat, non existentibus tot regibus in orbe Romano. Quid enim si numero isto denario universitas regum significata est, post quos ille venturus est: sicut millenario, centenario, septenario significatur plerumque universitas, et aliis atque aliis numeris, quos nunc commemorare non est necesse?

2. Alio loco idem Daniel, *Et erit*, inquit, *tempus tribulationis, qualis non fuit ex quo nata est gens super terram usque ad tempus illud. Et in tempore illo salvabitur populus tuus omnis qui inventus fuerit scriptus in libro. Et multi dormientium in terrae aggere exsurgent: hi in vitam aeternam, et hi in opprobrium et in confusionem aeternam. Et intelligentes fulgebunt sicut claritas firmamenti, et ex iustis multi sicut stellae in saecula* [141]. Et adhuc sententiae illi evangelicae est locus iste simillimus, de resurrectione duntaxat mortuorum corporum. Nam qui illic dicti sunt esse *in monumentis*, ipsi hic *dormientes in terrae aggere;* vel, sicut alii interpretati sunt, *in terrae pulvere*. Et sicut ibi, *procedent*, dictum est; ita hic, *exsurgent*. Sicut ibi, *Qui bona fecerunt, in resurrectionem vitae; qui autem mala egerunt, in resurrectionem iudicii;* ita et isto loco, *Hi in vitam aeternam, et hi in opprobrium et in confusionem aeternam* [142]. Non autem diversum putetur, quod cum ibi positum sit, *Omnes qui sunt in monumentis*, hic non ait Propheta, Omnes; sed, *Multi dormientium in terrae aggere*. Ponit enim aliquando Scriptura pro omnibus multos. Propterea et Abrahae dictum est, *Patrem multarum gentium posui te;* cui tamen alio loco, *In semine*, inquit, *tuo benedicentur omnes gentes* [143]. De tali autem resurrectione huic quoque ipsi prophetae Danieli paulo post dicitur: *Et tu veni, et requiesce: adhuc enim dies in completionem consummationis; et requiesces, et resurges in sorte tua in fine dierum* [144].

141 Dan. 12,1-3.
142 Io. 5,28.29
143 Gen. 17,5; 22,18.
144 Dan. 12,13.

CAPITULO XXIV

Profecías de los Salmos sobre el fin del mundo y sobre el último juicio de Dios

1. En los Salmos se insinúan muchas cosas sobre el juicio final, pero en general se habla de paso y sumariamente. Mas no me permito pasar en silencio lo que en ellos se dice clarísimamente del fin del mundo. *Señor, tú creaste la tierra al principio, y los cielos son obra de tus manos. Ellos perecerán, mas tú permanecerás. Envejecerán como un vestido. Los cambiarás como quien cambia su capa y quedarán transformados. Mas tú eres siempre el mismo y tus años no tendrán fin.* ¿Por qué, pues, Porfirio, que alaba la piedad de los hebreos y los felicita por adorar al gran Dios verdadero, terrible para los mismos dioses, acusa a los cristianos de extremada locura, fundado en los oráculos de sus dioses, porque dicen que este mundo ha de perecer? [36]. He aquí que las sagradas letras de los Salmos dicen a Dios, ante quien, según confesión de ese gran filósofo, tiemblan los mismos dioses: *Los cielos son obra de tus manos y ellos perecerán.* ¿Acaso, cuando perezcan los cielos, el mundo, cuya parte superior y más firme son los cielos, no perecerá? Si este sentir desplace a Júpiter, a quien el filósofo debe, según propia confesión, este oráculo en que acusa a los cristianos de excesiva credulidad, ¿por qué no tacha de locura la sabiduría de los hebreos, en cuyos libros más sagrados se leen estas palabras? Si, pues, esa sabiduría, que tanto agrada a Porfirio que pone en boca de sus dioses elogios de la misma, enseña que los cielos han de perecer, ¿por qué es tan vana su falacia que llega a reprobar la fe de los cristianos, entre otras verdades, el dogma del fenecimiento del mundo, ya que, *si el mundo no fenece, no pueden perecer los cielos?* Es verdad que en las Letras sagradas que son propiamente nuestras, y que no nos son comunes con los hebreos, es decir, en los Evangelios y en los Hechos de los Apóstoles, se lee: *La figura de este mundo pasa; El mundo pasa,* y también: *El cielo y la tierra pasarán.* Pero estas expresiones: *praeterit, transit, transibunt* (pasa, pasarán), son de ordinario más suaves que *peribunt* (perecerán). Y en la carta del apóstol San Pedro, donde dice que el mundo que existía entonces pereció inundado por el agua, es fácil entender a qué parte del mundo se refiere y cómo entiende que pereció, y a qué cielos alude, al decir que se reservarán para ser quemados por el fuego, el día del juicio y del exterminio de los hombres impíos. Poco después añade: *El día del Señor vendrá como ladrón, y entonces los cielos pasarán con espantoso estruendo, los elementos ardiendo se disolverán y la tierra y sus obras serán abrasadas.* Y luego agrega: *Pereciendo todas estas cosas, ¿cuáles debéis ser vosotros?* Aquí puede entenderse que los cielos que perecerán son los que quedan en reserva para el fuego, y que los elementos que se disolverán son los que subsisten en la parte inferior de la tierra, expuesta a tempes-

---

CAPUT XXIV

In Psalmis Davidicis quae de fine saeculi huius et novissimo Dei iudicio prophetentur

1. Multa de iudicio novissimo dicuntur in Psalmis, sed eorum plura transeunter et strictim. Hoc tamen quod de fine huius saeculi apertissime dictum est ibi, nequaquam silentio praeteribo. *Principio terram tu fundasti, Domine, et opera manuum tuarum sunt caeli. Ipsi peribunt, tu autem permanes: et omnes sicut vestimentum veterascent, et sicut opertorium mutabis eos, et mutabuntur; tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient* [145]. Quid est quod Porphyrius, cum pietatem laudet Hebraeorum, qua magnus et verus et ipsis numinibus terribilis ab eis colitur Deus, Christianos ob hoc arguit maximae stultitiae, etiam ex oraculis deorum suorum, quod istum mundum dicunt esse periturum? Ecce in litteris pietatis Hebraeorum dicitur Deo, quem confitente tanto philosopho, etiam ipsa numina perhorrescunt, *Opera manuum tuarum sunt caeli, ipsi peribunt.* Numquid, quando caeli peribunt, mundus, cuius iidem caeli superior pars est tutior, non peribit? Si haec sententia Iovi displicet, cuius, ut scribit iste philosophus, velut gravioris auctoritatis oraculo in christianorum credulitate culpatur; cur non similiter sapientiam, tanquam stultitiam, culpat Hebraeorum, in quorum libris piissimis invenitur? Porro si in illa sapientia, quae Porphyrio tam multum placet, ut eam deorum quoque suorum vocibus praedicet, legitur caelos esse perituros; cur usque adeo vana est ista fallacia, ut in fide Christianorum, vel inter caetera, vel prae caeteris hoc detestentur, quod in ea periturus creditur mundus, quo utique nisi pereunte caeli non possunt perire? Et in Litteris quidem sacris, quae proprie nostrae sunt, non Hebraeis nobisque communes, id est, in evangelicis et apostolicis libris legitur, *Praeterit figura huius mundi* [146]: legitur, *Mundus transit* [147]: legitur, *Caelum et terra transibunt* [148]. Sed puto quod *praeterit, transit, transibunt,* aliquando mitius dicta sunt, quam *peribunt.* In Epistola quoque Petri apostoli, ubi aqua inundatus, qui tunc erat, perisse dictus est mundus [149], satis clarum est, et quae pars mundi a toto significata, et quatenus perisse dicta sit, et qui caeli repositi igni reservandi in diem iudicii et perditionis hominum impiorum. Et in eo quod paulo post ait, *Veniet dies Domini ut fur, in quo caeli magno impetu transcurrent, elementa autem ardentia resolventur, et terra, et quae in ipsa sunt opera exurentur;* ac deinde subiecit, *His omnibus pereuntibus quales oportet vos esse?* [150] possunt illi caeli intelligi perituri, quos dixit repositos igni reservandos; et ea elementa accipi arsura, quae in hac ima mundi parte subsistunt procellosa et turbulenta,

[145] Ps. 101,26-28.

[146] 1 Cor. 7,31.
[147] 1 Io. 2,17.
[148] Mt. 22,35.
[149] 2 Petr. 3,6.
[150] Ibid., 10.11.

tades y agitaciones. En ella dijo que se hallan los cielos en que están suspendidos los astros, y que esos cielos, sin contar los superiores, quedan intactos. Y aquello de que las estrellas caerán del cielo, amén de que puede dársele otro sentido más verosímil, prueba sobradamente la permanencia de los cielos, si es que las estrellas caerán de allí. O es, pues, una locución figurada, que es lo más probable, o sucederá en el cielo inferior, pero más admirablemente que sucede ahora. De aquí que el poeta diga:

> Una estrella cae del firmamento a través de las sombras, dejando en su carrera un reguero de luz, y fué a esconderse en el bosque de Ida.

Mas, por lo que hace al pasaje del salmo, parece que el salmista no exceptúa ningún cielo y que, por tanto, todos perecerán, según él. Porque al decir: *Los cielos son obra de tus manos y ellos perecerán,* no desliga ningún cielo de las manos de Dios, y, por tanto, tampoco lo excluye del fenecimiento. No se dignarán, pues, defender, fundados en las palabras de San Pedro, a quien odiaron a muerte, la piedad de los hebreos, canonizada por los oráculos de sus dioses. Y tampoco pretenderá que, como el Apóstol en su Epístola toma la parte por el todo al decir que el mundo pereció por el diluvio, ya que sólo pereció la parte inferior con su cielo, así el salmista tomaba la parte por el todo al decir: *Ellos perecerán,* puesto que perecerán los cielos inferiores. Mas, como no se dignarán hacer esto por miedo, o a aprobar el sentir del apóstol San Pedro o a conceder a la última conflagración solamente el poder que

---

in qua eosdem caelos dixit esse repositos, salvis illis superioribus, et in sua integritate manentibus, in quorum firmamento sunt sidera constituta. Nam et illud quod scriptum est, stellas de caelo esse casuras [151], praeter quod potest multo probabilius et aliter intelligi, magis ostendit mansuros esse illos caelos: si tamen stellae inde casurae sunt; cum vel tropica sit locutio, quod est credibilius, vel in isto imo caelo futurum sit, utique mirabilius quam nunc fit. Unde et illa Virgiliana

> Stella facem ducens multa cum luce cucurrit

et Idaea se condidit silva [152]. Hoc autem quod de Psalmo commemoravi, nullum caelorum videtur relinquere, quod periturum esse non dixerit. Ubi enim dicitur, *Opera manuum tuarum sunt caeli, ipsi peribunt;* quam nullum eorum ab opere Dei, tam nullum eorum a perditione secernitur. Non enim dignabuntur de Petri apostoli locutione, quem vehementer oderunt, Hebraeorum defendere pietatem, deorum suorum oraculis approbatam; ut saltem ne totus mundus periturus esse credatur, sic a toto pars accipiatur, in eo quod dictum est, *Ipsi peribunt,* cum soli caeli infimi sint perituri: quemadmodum in apostolica illa Epistola a toto pars accipitur, quod diluvio perisse dictus est mundus, quamvis sola eius cum suis caelis pars ima perierit. Sed quia hoc, ut dixi, non dignabuntur, ne vel apostoli Petri approbent sensum vel tantum concedant conflagrationi

[151] Mt. 24,29.
[152] *Aeneid.* 1.2 v.694-696.

se da al diluvio, a ellos, que sostienen que es imposible que el género humano perezca por las aguas y por el fuego, sólo les resta decir que sus dioses alabaron la sabiduría de los hebreos porque no habían leído este salmo.

2. El salmo 49 habla también del juicio final en estos términos: *Dios vendrá manifiestamente, vendrá nuestro Dios y no callará. El fuego arderá en su presencia, y en su derredor tramará una tempestad horrorosa. Llamará arriba al cielo y a la tierra para discernir a su pueblo. Congregad ante él sus justos, los que hicieron el testamento de Dios por los sacrificios.* Nosotros entendemos esto de nuestro Señor Jesucristo, que vendrá del cielo, como esperamos, a juzgar a los vivos y a los muertos. Vendrá manifiestamente a juzgar justamente a los justos y a los injustos, El que vino primero oculto a ser juzgado injustamente por los injustos. *El vendrá*—repito—*manifiesto y no callará;* es decir, hablará como juez El, que vino oculto y calló ante el juez cuando fué conducido como oveja al matadero y estuvo manso como el cordero ante el esquilador, según vemos anunciado en Isaías y cumplido en el Evangelio. En cuanto al fuego y a la tempestad, ya he dicho cómo deben entenderse al explicar expresiones semejantes en Isaías [37].

Con estas palabras: *Llamará arriba al cielo,* puesto que los santos y los justos se llaman con razón el cielo, el salmista quiso decir, sin duda, lo que el Apóstol: *Seremos arrebatados juntamente con ellos sobre las nubes al encuentro de Cristo en el aire.* A primera vista y según la letra, ¿cómo va

---

novissimae, quantum dicimus valuisse diluvium, qui nullis aquis, nullis flammis totum genus humanum posse perire contendunt: restat ut dicant, quod propterea dii eorum Hebraeam sapientiam laudaverunt, quia istum Psalmum non legerant.

2. In Psalmo etiam quadragesimo nono de iudicio Dei novissimo intelligitur dictum, *Deus manifestus veniet, Deus noster, et non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit, et in circumitu eius tempestas valida. Advocabit caelum sursum, et terram discernere populum suum. Congregate illi iustos eius, qui disponunt testamentum eius super sacrificia* [153]. Hoc nos de Domino nostro Iesu Christo intelligimus, quem de caelo speramus esse venturum ad vivos et mortuos iudicandos. Manifestus enim veniet inter iustos et iniustos iudicaturus iuste, qui prius venit occultus ab iniustis iudicandus iniuste. Ipse, inquam, *manifestus veniet, et non silebit,* id est, in voce iudicis evidens apparebit, qui prius cum venisset occultus, ante iudicem siluit, quando sicut ovis ad immolandum ductus est, et sicut agnus coram tondente fuit sine voce, quemadmodum de illo per Isaiam legimus prophetatum [154], et in Evangelio videmus impletum [155]. De igne vero et tempestate, cum in Isaiae prophetia tale aliquid tractaremus, quomodo essent haec intelligenda, iam diximus [156]. Quod vero dictum est, *Advocabit caelum sursum:* quoniam sancti et iusti recte caelum appellantur; nimirum hoc est, quod ait Apostolus, *Simul cum illis rapiemur in nubibus in obviam Christo in aera* [157]. Nam secundum litterae superficiem, quomodo sursum

[153] Ps. 49,3-5.
[154] Is. 53,7.
[155] Mt. 26,63.
[156] C.21.
[157] 1 Thess. 4,16.

a citar arriba al cielo, si el cielo sólo puede estar arriba? Si en estas palabras: *Y a la tierra para discernir a su pueblo*, únicamente se sobrentiende *llamará*, es decir, citará también a la tierra sin sobrentenderse *arriba*, el sentido, según la recta fe, parece ser éste: El cielo figura a aquellos que han de juzgar con El, y la tierra a los que deben ser juzgados. Según esto, *llamará al cielo arriba* no equivale a: *Los elevará al aire*, sino: Los subirá a las sillas judiciales.

Esas palabras: *Llamará arriba al cielo*, pueden tener este otro sentido: Llamará a los ángeles, con los que baja a juzgar a sus soberanos estrados. Y llamará *también a la tierra* equivale a decir a los hombres que deben ser juzgados en la tierra. Mas si cuando dice: *Y a la tierra*, deben sobrentenderse estas dos palabras, *llamará* y *arriba*, en cuyo caso sería éste el sentido: Llamará arriba al cielo y llamará arriba a la tierra, pienso que no debe entenderse nada mejor que los hombres que serán levantados en el aire al encuentro de Cristo. Y dijo cielo por las almas y tierra por los cuerpos.

¿Qué significa *discernir a su pueblo* sino separar por el juicio a los buenos de los malos, como las ovejas de los cabritos? Luego se dirige a los ángeles y les dice: *Congregad ante él sus justos*, porque es indudable que un acto de tal alcance debe ser realizado por los ángeles. Y si preguntamos qué justos han de congregar ante él los ángeles, responde: *Los que hicieron el testamento de Dios sobre los sacrificios*. A esto se reduce la vida de los justos, a hacer el testamento de Dios sobre los sacrificios. En efecto, o las obras de misericordia están *sobre los sacrificios*, o sea, deben anteponerse a los sacrificios, según las palabras de Dios, que dice:

---

advocatur caelum, quasi possit esse nisi sursum? Quod autem adiunctum est, *Et terram discernere populum suum*, si tantummodo subaudiatur *advocabit*, id est, advocabit et terram, nec subaudiatur *sursum*, hunc videtur habere sensum secundum rectam fidem, ut caelum intelligatur in eis qui cum illo sunt iudicaturi, et terra in eis qui iudicandi sunt: ut *Advocabit caelum sursum*, non hic intelligamus, Rapiet in aera; sed, In iudiciarias sedes eriget. Potest et illud intelligi: *Advocabit caelum sursum*, Advocabit Angelos in supernis et excelsis locis, cum quibus descendat ad faciendum iudicium: Advocabit *et terram*, id est, homines in terra utique iudicandos. Si autem utrumque subaudiendum est, cum dicitur, *et terram*, id est et *advocabit*, et *sursum:* ut iste sit sensus, Advocabit caelum sursum, et terram advocabit sursum: nihil melius intelligi existimo, quam homines qui rapientur in obviam Christo in aera, sed caelum dictum propter animas, terram propter corpora. *Discernere* porro *populum suum*, quid est, nisi per iudicium separare bonos a malis, tanquam oves ab haedis? Deinde conversio sermonis ad Angelos facta est: *Congregate illi iustos eius*. Profecto enim per angelicum ministerium tanta res peragenda est. Si autem quaerimus, quos iustos ei congregaturi sunt Angeli: *Qui disponunt*, inquit, *testamentum eius super sacrificia*. Haec est omnis vita iustorum, disponere testamentum Dei super sacrificia. Aut enim opera misericordiae sunt *super sacrificia*, id est sacrificiis praeponenda, iuxta sententiam Dei di-

Quiero más misericordia que sacrificio; o si *sobre los sacrificios*, dando otro sentido a la expresión, se refiere a los sacrificios como se hacen sobre la tierra, lo que se hace en la tierra, las obras de misericordia son los sacrificios que agradan a Dios, como recuerdo haber apuntado en el libro X de esta obra. Los justos cumplen en estas obras el testamento de Dios, porque hacen esas obras movidos por las promesas contenidas en el Nuevo Testamento. Por eso será en el último juicio cuando Cristo, convocados ante sí sus justos y puestos a su derecha, les dirá: *Venid, benditos de mi Padre, a poseer el reino que os está preparado desde la creación del mundo. Porque tuve hambre, y me disteis de comer*, y lo demás que allí se dice respecto de las buenas obras de los buenos y del premio eterno que recibirán por la última sentencia del juez.

CAPITULO XXV

Profecía de Malaquías. El juicio final y la purificación por las penas

El profeta Malaquías o Malaquí, llamado también Angel, y que, según algunos, es el mismo Esdras, de quien hay otros escritos incluídos en el canon (opinión que, según San Jerónimo, corre entre los hebreos), anuncia el último juicio en estos términos: *Hele, ahí viene, dice el Señor Todopoderoso, y ¿quién soportará el día de su entrada o quién podrá pararse a mirar-*

---

centis, *Misericordiam volo quam sacrificium* [158]: aut si *super sacrificia*, in sacrificiis intelligitur dictum, quomodo super terram fieri dicitur quod fit utique in terra: profecto ipsa opera misericordiae sunt sacrificia quibus placetur Deo sicut in libro huius operis decimo me disseruisse reminiscor [159]: in quibus operibus disponunt iusti testamentum Dei, quia propter promissiones quae Novo eius Testamento continentur, haec faciunt. Unde congregatis sibi iustis suis, et ad suam dexteram constitutis, novissimo utique iudicio, dicturus est Christus, *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare* [160]; et caetera quae ibi proferuntur de bonorum operibus bonis, et de eorum praemiis sempiternis per ultimam sententiam iudicantis.

CAPUT XXV

De prophetia Malachiae qua Dei iudicium ultimum declaratur, et quorumdam dicitur per purificatorias poenas facienda mundatio

Propheta Malachias, sive Malachi, qui et Angelus dictus est, qui etiam Esdras sacerdos, cuius alia in canonem scripta recepta sunt, ab aliquibus creditur (nam de illo hanc esse Hebraeorum opinionem dicit Hieronymus [161]), iudicium novissimum prophetat, dicens: *Ecce venit, dicit Dominus*

[158] Os. 6,6.
[159] C.6 et alibi.
[160] Mt 25,34.
[161] *Prooem. in Mal.*

lo? Porque él entra como fuego ardiente y como hierba de los bataneros. Y se sentará a fundir y a pulir el oro y la plata y purificará a los hijos de Leví y los acrisolará como al oro y a la plata, y ellos ofrecerán al Señor víctimas en justicia. El sacrificio de Judá y de Jerusalén será grato al Señor, como otrora en los primeros años. Yo me acercaré a vosotros para juzgar y seré testigo contra los hechiceros, los adúlteros y los perjuros, y contra los que defraudan al jornalero su salario, oprimen con violencia a las viudas, maltratan a los pupilos, hacen injusticia al extranjero y no temen mi nombre, dice el Señor omnipotente. Yo soy el Señor, vuestro Dios, y yo no cambio. Estas palabras manifiestan, a mi parecer, con claridad que en aquel juicio habrá para algunos penas purgatorias [38]. ¿Qué otra cosa cabe entender en lo que sigue: *¿Quién soportará el día de su entrada o quién podrá pararse a mirarlo? Porque él entra como fuego ardiente y como hierba de los bataneros. Y se sentará a fundir y a pulir el oro y la plata y purificará a los hijos de Leví y los acrisolará como al oro y a la plata.* Isaías dice algo parecido: *Limpiará el Señor las inmundicias de los hijos y de las hijas de Sión y purificará su sangre mediante el soplo del juicio y el espíritu del fuego.* Esto es así, a no ser que quiera alguien decir que son purificados de sus inmundicias y acrisolados cuando los malos sean separados de ellos por el juicio penal y que la separación y condenación de éstos es la purificación de los otros, porque en adelante ya no vivirán en confusa mezcla.

---

omnipotens: et quis sustinebit diem introitus eius, aut quis ferre poterit ut aspiciat eum? Quia ipse ingreditur quasi ignis conflatorii, et quasi herba lavantium: et sedebit conflans, et emundans, sicut aurum et sicut argentum, et emundabit filios Levi, et fundet eos sicut aurum et argentum: et erunt Domino offerentes hostias in iustitia. Et placebit Domino sacrificium Iuda et Ierusalem, sicut diebus pristinis, et sicut annis prioribus. Et accedam ad vos in iudicio, et ero testis velox super maleficos, et super adulteros, et super eos qui iurant in nomine meo mendaciter, et qui fraudant mercedem mercenario, et opprimunt per potentiam viduas, et percutiunt pupillos, et pervertunt iudicium advenae et qui non timent me, dicit Dominus omnipotens. Quoniam ego Dominus Deus vester, et non mutor [162]. Ex his quae dicta sunt, videtur evidentius apparere in illo iudicio quasdam quorumdam purgatorias poenas futuras. Ubi enim dicitur, *Quis sustinebit diem introitus eius, aut quis ferre poterit ut aspiciat eum? Quia ipse ingreditur quasi ignis conflatorii, et quasi herba lavantium: et sedebit conflans, et emundans, sicut aurum et sicut argentum, et emundabit filios Levi, et fundet eos sicut aurum et argentum;* quid aliud intelligendum est? Dicit tale aliquid et Isaias: *Lavabit Dominus sordes filiorum et filiarum Sion, et sanguinem emundabit de medio eorum spiritu iudicii et spiritu combustionis* [163]. Nisi forte sic eos dicendum est emundari a sordibus, et eliquari quodammodo, cum ab eis mali per poenale iudicium separantur, ut illorum segregatio atque damnatio purgatio sit

[162] Mal. 3,1-6.
[163] Is. 4,4.

Luego añade: *Y purificará a los hijos de Leví y los acrisolará como al oro y a la plata, y ellos ofrecerán al Señor víctimas en justicia. Y el sacrificio de Judá y de Jerusalén será grato al Señor.* Indica con esto que esos mismos que serán purificados serán después gratos al Señor por los sacrificios de justicia y que serán así purificados de su injusticia, que motivaba el desagrado de Dios. Una vez purificados, serán víctimas de una justicia bien colmada. ¿Pueden acaso ofrecer a Dios algo más aceptable que sus mismas personas? Esta cuestión sobre las penas purgatorias la remito a lugar más oportuno, para hablar de ella más a fondo.

Por los hijos de Leví, de Judá y de Jerusalén es preciso entender la Iglesia de Dios, compuesta no sólo de los hebreos, sino también de otras naciones. Y además no tal cual es al presente, donde, *si dijéremos que no tenemos pecado, nos engañamos a nosotros mismos y la verdad no está en nosotros,* sino cual será entonces, purificada por el juicio final como la parva por el viento. Entonces, ya purificados por el fuego los que tienen necesidad de esta purificación, no ofrecerá ya nadie sacrificios por sus pecados. Porque, sin duda, todos los que así ofrecen son reos de pecados y ofrecen sacrificios para alcanzar la remisión. Y la alcanzarán una vez que hayan sacrificado y Dios haya aceptado su sacrificio.

---

istorum, quia sine talium de caetero permixtione victuri sunt. Sed cum dicit, *Et emundabit filios Levi, et fundet eos sicut aurum et argentum, et erunt Domino offerentes hostias in iustitia, et placebit Domino sacrificium Iuda et Ierusalem,* utique ostendit eos ipsos, qui emundabuntur, deinceps in sacrificiis iustitiae Domino esse placituros, ac per hoc ipsi a sua iniustitia mundabuntur, in qua Domino displicebant. Hostiae porro in plena perfectaque iustitia, cum mundati fuerint, ipsi erunt. Quid enim acceptius Deo tales offerunt, quam se ipsos? Verum ista quaestio de purgatoriis poenis, ut diligentius pertractetur, in tempus aliud differenda est. Filios autem Levi et Iuda et Ierusalem, ipsam Dei Ecclesiam debemus accipere, non ex Hebraeis tantum, sed ex aliis etiam gentibus congregatam: nec talem, qualis nunc est, ubi *si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est* [164]: sed qualis tunc erit, velut area per ventilationem, ita per iudicium purgata novissimum; eis quoque igne mundatis, quibus talis mundatio necessaria est; ita ut nullus omnino sit qui offerat sacrificium pro peccatis suis. Omnes enim qui sic offerunt, profecto in peccatis sunt, pro quibus dimittendis offerunt, ut cum obtulerint, acceptumque Deo fuerit, tunc dimittantur.

[164] I Io. 1,8.

CAPITULO XXVI

Sacrificios que ofrecerán los santos a Dios

1. Dios, queriendo mostrar que su Ciudad no estará implicada en tales costumbres, dijo que los hijos de Leví ofrecerán los sacrificios en justicia. Y, por tanto, no en pecado ni por el pecado. Por ende, puede concluirse de lo que sigue: *Y el sacrificio de Judá y de Jerusalén será grato al Señor, como otrora en los primeros años,* que los judíos se prometen vanamente el tiempo de los sacrificios conformes a la ley del Antiguo Testamento. Entonces ofrecían víctimas no en justicia, sino en pecado, pues las ofrecían principal y primordialmente por los pecados. Esto es tan verdad, que el mismo sacerdote, del cual debemos presumir que era más justo que los demás, acostumbraba, según el mandato de Dios, a ofrecerlas primero por sus pecados y después por los del pueblo. Es preciso, pues, explicar el sentido de estas palabras: *Como en los días antiguos y en los primeros años.* Tal vez se refieran al tiempo en que los primeros hombres estaban en el paraíso. Y era entonces precisamente cuando, en estado de pureza y de integridad, exentos de toda mancha y de todo pecado, se ofrecían ellos mismos a Dios como hostias purísimas. Pero desde que fueron arrojados de allí por su desobediencia y la naturaleza humana fué condenada en ellos, a excepción del Mediador y de algunos niños después del bautismo, *nadie está exento de pecado*—como está escrito—, *ni el niño que no tiene más que un día de vida.*

Replicará alguno que puede decirse con razón que ofrecen sacrificios en justicia los que los ofrecen con fe, pues que *el justo vive de la fe,* aunque se engañe a sí mismo si dice que está exento de pecado. En este caso no dirá que vive de la fe. ¿Dirá acaso alguno que el tiempo de la fe debe igualarse a aquel fin en que serán purificados por el fuego del último juicio los que ofrezcan sacrificios en justicia? Y, por consiguiente, puesto que es preciso creer que, después de esa purificación, los justos no tendrán ya ningún pecado, este tiempo, en cuanto a carecer de pecado, no puede compararse a ninguno otro, a no ser aquel en que los primeros hombres vivieron en el paraíso una vida feliz e inocente antes de la prevaricación. Puede muy bien, por tanto, darse este sentido a las referidas palabras: *Como en los días antiguos y en los primeros años.*

También Isaías, después de la promesa de un cielo nuevo y de una tierra nueva, entre otras alegorías e imágenes enigmáticas sobre la beatitud de los santos, que no hemos expuesto para evitar la prolijidad, dice: *Los días de mi pueblo serán como los días del árbol de la vida.* ¿Quién que haya ojeado las Sagradas Letras ignora dónde plantó Dios el árbol de la vida, de cuyo fruto fueron privados los primeros hombres cuando su desobediencia los arrojó del paraíso y Dios puso en torno al árbol una guardia ígnea y terrible?

2. Quizá alguien sostenga que los días del árbol de la vida

CAPUT XXVI

De sacrificiis quae sancti offerent Deo sic placitura, quomodo in diebus pristinis et annis prioribus placuerunt

1. Volens autem Deus ostendere civitatem suam tunc in ista consuetudine non futuram, dixit filios Levi oblaturos hostias in iustitia: non ergo in peccato, ac per hoc non pro peccato. Unde intelligi potest in eo quod secutus adiunxit, atque ait, *Et placebit Domino sacrificium Iuda et Ierusalem, sicut diebus pristinis, et sicut annis prioribus,* frustra sibi Iudaeos secundum legem veteris Testamenti sacrificiorum suorum praeterita tempora polliceri. Non enim tunc in iustitia, sed in peccatis hostias offerebant, quando pro peccatis praecipue ac primitus offerebant, usque adeo ut sacerdos ipse, quem debemus utique credere caeteris fuisse iustiorem, secundum Dei mandatum soleret primum pro suis offerre peccatis, deinde pro populi [165]. Quapropter exponere nos oportet quomodo sit accipiendum quod dictum est, *Sicut diebus pristinis, et sicut annis prioribus.* Fortassis enim tempus illud commemorat, quo primi homines in paradiso fuerunt. Tunc enim puri atque integri ab omni sorde ac labe peccati se ipsos Deo mundissimas hostias offerebant. Caeterum ex quo commissae praevaricationis causa inde dimissi sunt, atque humana in eis natura damnata est, excepto uno Mediatore, et post lavacrum regenerationis quibusque adhuc parvulis, *Nemo mundus a sorde,* sicut scriptum est, *nec infans, cuius est vita unius diei super terram* [166]. Quod si respondetur, etiam eos merito dici posse offerre hostias in iustitia, qui offerunt in fide; *Iustus* enim *ex fide vivit* [167]; quamvis se ipsum seducat, si dixerit se peccatum non habere [168]; et ideo non dicat, quia ex fide vivit: numquid dicturus est quispiam hoc fidei tempus illi fini esse coaequandum, quando igne iudicii novissimi mundabuntur, qui offerant hostias in iustitia? Ac per hoc quoniam post talem mundationem nullum peccatum iustos habituros esse credendum est, profecto illud tempus, quantum attinet ad non habere peccatum, nulli tempori comparandum est, nisi quando primi homines in paradiso ante praevaricationem innocentissima felicitate vixerunt. Recte itaque intelligitur hoc significatum esse, cum dictum est, *Sicut diebus pristinis, et sicut annis prioribus.* Nam et per Isaiam posteaquam caelum novum et terra nova promissa est, inter caetera, quae ibi de sanctorum beatitudine per allegorias et aenigmata exsequitur, quibus expositionem congruam reddere nos prohibuit vitandae longitudinis cura, *Secundum dies,* inquit, *ligni vitae erunt dies populi mei* [169]. Quis autem sacras Litteras attigit, et ignorat ubi Deus plantaverit lignum vitae, a cuius cibo separatis illis hominibus, quando eos sua de paradiso eiecit iniquitas, eidem ligno circumposita est ignea terribilisque custodia?

2. Quod si quisquam illos dies ligni vitae, quos commemoravit pro-

[165] Lev. 16,6; Hebr. 7,27.

[166] Iob 14,4, sec. LXX

[167] Rom. 1,17.

[168] 1 Io. 1,8

[169] Is. 65,22.

a que alude el profeta son los días de la Iglesia, que ahora corren, y que es Cristo el llamado por el profeta árbol de la vida. Porque es la Sabiduría de Dios de la que dice Salomón: *Es árbol de vida para todos los que la abrazan.* Y quizá defiendan también que los primeros hombres no vivieron algunos años en el paraíso, del que fueron despedidos tan pronto, que no engendraron allí hijo alguno, y que por esta razón no pueden referirse a ese tiempo las palabras comentadas: *Como en los días antiguos y en los primeros años.* Paso por alto este punto para no verme obligado a entrar en una discusión demasiado larga, con el fin de que la manifestación de la verdad confirme a ésos en su creencia.

Se me ocurre, además, otro sentido que me impide creer que los días antiguos y los primeros años de los sacrificios carnales fueron prometidos por el profeta como un don excepcional. Las víctimas de la antigua Ley, que debían ser, por prescripción, un cordero inmaculado y sin defecto, representaban a los hombres santos, exentos de todo pecado. Y así sólo ha existido Cristo. Después del juicio, los que hayan sido dignos de purificación habrán sido ya purificados por el fuego, y los santos ya no tendrán pecado y se ofrecerán a sí mismos en justicia como hostias inmaculadas y sin mancilla. Entonces serán como en los días antiguos y en los primeros años, cuando se ofrecían víctimas inmaculadas en figura de las futuras. La pureza que figuraban los cuerpos de los animales inmaculados será entonces realidad en la carne y en el alma inmortal de los santos.

---

pheta Isaias, istos qui nunc aguntur Ecclesiae Christi dies esse contendit, ipsumque Christum lignum vitae prophetice dictum, quia ipse est Sapientia Dei, de qua Salomon ait, *Lignum vitae est omnibus amplectentibus eam* [170]; nec annos egisse aliquos in paradiso illos primos homines, unde tam cito eiecti sunt, ut nullum ibi gignerent filium: et ideo non posse illud tempus intelligi in eo quod dictum est, *Sicut diebus pristinis, et sicut annis prioribus:* istam praetereo quaestionem, ne cogar (quod prolixum est) cuncta discutere, ut aliquid horum veritas manifestata confirmet. Video quippe alterum sensum, ne dies pristinos et annos priores carnalium sacrificiorum nobis pro magno munere per Prophetam promissos fuisse credamus. Hostiae namque illae veteris Legis in quibusque pecoribus immaculatae ac sine ullo prorsus vitio iubebantur offerri, et significabant homines sanctos, qualis solus inventus est Christus, sine ullo omnino peccato. Proinde quia post iudicium, cum fuerint etiam igne mundati qui eiusmodi mundatione sunt digni, in omnibus sanctis nullum invenietur omnino peccatum, atque ita se ipsos offerent in iustitia, ut tales hostiae omni modo immaculatae ac sine ullo vitio sint futurae, erunt profecto sicut pristinis diebus et sicut annis prioribus, quando in umbra huius rei futurae mundissimae offerebantur hostiae. Haec erit namque munditia tunc in immortali carne ac mente sanctorum, quae figurabatur in illarum corporibus hostiarum.

[170] Prov. 3,18.

3. Luego, dirigiéndose a los que son dignos, no de purificación, sino de condenación, les dice: *Y me acercaré a vosotros para juzgar y seré testigo pronto contra los hechiceros, los adúlteros,* etc. Y, enumerados los crímenes condenables, agrega: *Porque yo soy el Señor, vuestro Dios, y yo no cambio.* Como si dijera: Aunque os cambie en peores vuestra culpa y en mejores mi gracia, yo no cambio. Dice que él será testigo porque en su juicio no necesitará testigos, y que será testigo pronto, bien porque vendrá de repente y de improviso, y su juicio será rápido y sin esperarse tan presto, bien porque convencerá las conciencias sin necesidad de muchas palabras. *Las preguntas al impío—como está escrito—versarán sobre sus pensamientos.* Y, como dice el Apóstol, *los pensamientos de los hombres lo acusarán o excusarán el día en que Dios juzgará los secretos de los corazones por Jesucristo, según mi Evangelio.* Este sentido puede aplicarse también a eso de que Dios será testigo pronto, pues traerá a la recordación en un instante hechos susceptibles de convencer y castigar las conciencias.

CAPITULO XXVII

La separación de los buenos y de los malos y su repercusión en el juicio final

El texto que he aducido someramente del mismo profeta en el libro XVIII a propósito de otro punto dice relación al

---

3. Deinde propter eos qui non mundatione, sed damnatione sunt digni, *Et accedam,* inquit, *ad vos in iudicium, et ero testis velox super maleficos et super adulteros,* et caetera, quibus damnabilibus enumeratis criminibus addidit, *Quoniam ego Dominus Deus vester, et non mutor:* tanquam diceret, Cum vos mutaverit et in deterius culpa vestra, et in melius gratia mea, ego non mutor. Testem vero se dicit futurum, quia in iudicio suo non indiget testibus: eumque velocem, sive quia repente venturus est, eritque iudicium ipso inopinato eius adventu celerrimum, quod tardissimum videbatur; sive quia ipsas convincet sine ulla sermonis prolixitate conscientias. *In cogitationibus enim,* sicut scriptum est, *impii interrogatio erit* [171]. Et Apostolus, *Cogitationibus,* inquit, *accusantibus, vel etiam excusantibus in die qua iudicabit Deus occulta hominum, secundum Evangelium meum per Iesum Christum* [172]. Etiam sic ergo Dominus futurus testis intelligendus est velox, cum sine mora revocaturus est in memoriam, unde convincat puniatque conscientiam.

CAPUT XXVII

De separatione bonorum et malorum, per quam novissimi iudicii discretio declaratur

Illud etiam, quod aliud agens in octavo decimo libro ex isto propheta posui [173], ad iudicium novissimum pertinet, ubi ait: *Erunt mihi, dicit Do-*

[171] Sap. 1,9.
[172] Rom. 2,15.16.
[173] C.35, fine.

juicio final. He aquí el pasaje: *Ellos serán mi heredad, dice el Señor omnipotente, el día en que yo obraré y los escogeré como un padre escoge a un hijo obediente. Vosotros os convertiréis y conoceréis la diferencia que hay entre el justo y el pecador y entre el que sirve a Dios y el que no lo sirve. Porque he aquí que llegará el día como un horno ardiente y los consumirá. Todos los extraños y todos los pecadores serán como estopa, y el día que se aproxima los abrasará, dice el Señor todopoderoso, y no dejará en ellos raíz ni ramas. Mas para vosotros, los que teméis mi nombre, nacerá el sol de justicia y hallaréis la salud en sus alas. Saldréis fuera saltando como corderillos fuera del redil, y hollaréis a los impíos, y serán ceniza bajo vuestros pies, dice el Señor omnipotente.* Cuando esta diferencia de premios y de penas que distingue a los justos de los pecadores, y que no se nota bajo el sol en la vanidad de la vida presente, aparezca bajo el sol de justicia que brillará en la vida futura, entonces será el juicio nunca antes visto.

CAPITULO XXVIII

Interpretación espiritual de la ley de Moisés

El mismo profeta añade: *Acordaos de la ley que yo he dado a Moisés, mi siervo, para todo Israel en Horeb.* Recuerda con mucha oportunidad los mandamientos de Dios, después de haber puesto de relieve la enorme diferencia que habrá entre

minus omnipotens, in die qua ego facio in acquisitionem, et eligam eos sicut eligit homo filium suum qui servit ei: et convertemini, et videbitis quid sit inter iustum et iniquum, et inter servientem Deo et eum qui non servit ei. Quia ecce dies venit ardens sicut clibanus, et comburet eos, et erunt omnes alienigenae, et universi qui faciunt iniquitatem, stipula: et succendet eos dies veniens, dicit Dominus omnipotens: et non relinquetur in eis radix, neque ramus. Et orietur vobis, qui timetis nomen meum, sol iustitiae, et sanitas in pennis eius; et egrediemini, et salietis sicut vituli de vinculis relaxati: et conculcabitis iniquos, et erunt cinis sub pedibus vestris, dicit Dominus omnipotens [174]. Haec distantia praemiorum atque poenarum iustos dirimens ab iniustis, quae sub isto sole in huius vitae vanitate non cernitur, quando sub illo sole iustitiae in illius vitae manifestatione clarebit, tunc profecto erit iudicium quale nunquam fuit.

CAPUT XXVIII

De lege Moysi spiritualiter intelligenda, ne in damnabilia murmura carnalis sensus incurrat

Quod vero subiungit idem propheta, *Mementote legis Moysi servi mei, quam mandavi ei in Choreb ad omnem Israel* [175]; praecepta et iudicia opportune commemorat, post declaratum tam magnum futurum inter ob-

[174] Mal. 3,17.18; 4,1-3.
[175] Mal. 4,4.

los observantes de la ley y los menospreciadores de la misma. Llevaba, además, otra intención, y era enseñar a entender espiritualmente la ley y a hallar en ella a Cristo, el juez que debe hacer la distinción entre los buenos y los malos. No en vano dijo el Señor a los judíos: *Si creyereis a Moisés, me creeríais a mí, pues de mí escribió él.*

Por entender carnalmente la ley y desconocer que las promesas terrenas de ella son figuras de las celestiales, caen en tales dislates, que se atreven a decir: *Es una locura servir a Dios. ¿Qué provecho hemos sacado de guardar sus mandamientos y de andar suplicantes en presencia del Señor omnipotente? Ahora llamamos dichosos, y con razón, a los extraños, y todos los inicuos triunfan en la vida.* Estas murmuraciones han forzado en cierto modo al profeta a anunciar el juicio final, en el que los malos no serán dichosos ni siquiera con una dicha falsa, sino que aparecerán desgraciados a todas luces, y los buenos no estarán sujetos a miseria alguna, ni temporal siquiera, sino que gozarán de una felicidad eterna y gloriosa. Algo semejante había dicho antes al referir otros chismes: *El hombre que obra mal, ése es bueno a los ojos del Señor y éstos le son aceptos.*

Estas murmuraciones contra Dios son fruto, como digo, de la interpretación carnal de la ley de Moisés. Por eso el salmista, en el salmo 72, dice que temblaron sus piernas y que dió pasos en falso, porque tuvo celos de los pecadores al ver la paz de que gozan. Y entre otras cosas dice: *¿Cómo lo sabe Dios? ¿Tendrá de ello conocimiento el Altísimo?*

servatores legis contemptoresque discrimen; simul etiam ut discant legem spiritualiter intelligere, et inveniant in ea Christum, per quem iudicem facienda est inter bonos et malos ipsa discretio. Non enim frustra idem Dominus ait Iudaeis, *Si crederetis Moysi, crederetis et mihi; de me enim ille scripsit* [176]. Carnaliter quippe accipiendo legem, et eius promissa terrena rerum caelestium figuras esse nescientes, in illa murmura corruerunt, ut dicere auderent, *Vanus est qui servit Deo: et quid amplius, quia custodivimus mandata eius, et quia ambulavimus supplices ante faciem Domini omnipotentis? Et nunc nos beatos dicimus alienos, et aedificantur omnes qui faciunt iniquitatem* [177]. Quibus eorum verbis quodammodo propheta compulsus est novissimum praenuntiare iudicium, ubi mali nec saltem falso sint beati, sed apertissime appareant miserrimi; et boni nulla temporali saltem miseria laborent, sed clara ac sempiterna beatitudine perfruantur. Dixerat quippe istorum talia quaedam verba etiam superius dicentium, *Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu Domini, et tales ei placent* [178]. Ad haec, inquam, contra Deum murmura pervenerunt, legem Moysi accipiendo carnaliter. Unde et ille in Psalmo septuagesimo secundo, pene commotos dicit fuisse pedes suos, et effusos gressus suos, utique in lapsum, quia zelavit in peccatoribus, pacem peccatorum intuens; ita ut inter caetera diceret, *Quomodo scivit Deus, et si est scientia in*

[176] Io. 5,46.
[177] Mal. 3,14 et 15.
[178] Ibid., 2,17.

Y también: *¿He justificado acaso en vano mi corazón y lavado mis manos entre inocentes?* Tratando de resolver esta dificilísima cuestión que se presenta al ver a los buenos miserables y a los malos dichosos, añade: *Difícil me será comprender esto hasta que entre en el santuario de Dios y conozca el fin de cada uno.* En el último juicio no será así. Las cosas aparecerán de muy distinta manera cuando se manifieste la felicidad de los justos y la miseria de los pecadores.

CAPITULO XXIX

La venida de Elías antes del juicio

Y después de haberles advertido que se acordarían de la ley de Moisés, previendo que estarían aún mucho tiempo sin entenderla espiritualmente, como se debe, agregó: *Yo os enviaré a Elías Tesbite antes que venga el día grande y luminoso del Señor, que convertirá el corazón del padre hacia el hijo y el corazón del hombre hacia su prójimo por temor a que, en viniendo, destruya toda la tierra.* Es una creencia muy extendida y arraigada en el corazón de los fieles que al fin del mundo, antes del juicio, los judíos creerán en el verdadero Mesías, es decir, en nuestro Cristo, gracias al grande y admirable profeta Elías, que les explicará la ley. No carece de fundamento la esperanza de que vendrá antes de la venida del Juez y Salvador, puesto que es razonable la creencia de que aún vive ahora. Es cierto, dado el testimonio claro y evidente de las santas Escrituras, que fué arrebatado en un carro de fuego. En viniendo, expondrá espiritualmente la ley, entendida todavía carnalmente por los judíos. Y *convertirá el corazón del padre hacia el hijo,* es decir, el corazón de los padres hacia sus hijos, pues los Setenta han usado el singular por el plural. El sentido es éste: que los hijos, los judíos, entiendan la ley como la entendieron los padres, los profetas, entre los que se contaba Moisés. Así, el corazón de los padres se convertirá hacia los hijos, llamando los padres a los hijos a su modo de interpretar la ley. *Y el corazón de los hijos hacia sus padres,* asintiendo éstos a lo que sintieron aquéllos. En lugar de esto, los Setenta dijeron: *Y el corazón del hombre hacia su prójimo,* pues no hay nadie más prójimo que los padres y los hijos.

Quizá a estas palabras de los Setenta, que han interpretado la Escritura como profetas, pueda dárseles otro sentido más elevado. Según él, Elías convertirá el corazón del Dios Padre hacia el Hijo, no haciendo, claro está, que el Padre ame al Hijo, sino enseñando a los judíos que, como el Padre ama al Hijo, así ellos amen al Cristo, que es nuestro Cristo, a quien antes habían odiado. En efecto, Dios, según los judíos, en nuestro tiempo tiene apartado su corazón de nuestro Cristo. Y Dios, para ellos, convertirá su corazón hacia el Hijo cuando, trocado el corazón de ellos, vean el amor del Padre al Hijo. En lo siguiente: *Y el corazón del hombre hacia su prójimo,* es decir, que Elías convertirá también el corazón del hombre hacia su prójimo, ¿qué mejor puede entenderse que decir que convertirá el corazón del hombre hacia Cristo-hombre? Porque Cristo,

---

Altissimo? diceret etiam, *Numquid vane iustificavi cor meum, et lavi in innocentibus manus meas?* Ut autem solveret hanc difficillimam quaestionem, quae fit, cum videntur boni esse miseri, et felices mali: *Hoc,* inquit, *labor est ante me, donec introeam in sanctuarium Dei, et intelligam in novissima* [179]. Iudicio quippe novissimo non sic erit: sed in aperta iniquorum miseria, et aperta felicitate iustorum, longe quam nunc est aliud apparebit.

CAPUT XXIX

De adventu Eliae ante iudicium, cuius praedicatione Scripturarum secreta reserante, Iudaei convertentur ad Christum

Cum autem admonuisset, ut meminissent legis Moysi: quoniam praevidebat eos multo adhuc tempore non eam spiritualiter, sicut oportuerat, accepturos, continuo subiecit: *Et ecce ego mittam vobis Eliam Thesbiten, antequam veniat dies Domini magnus et illustris, qui convertet cor patris ad filium, et cor hominis ad proximum suum, ne forte veniens percutiam terram penitus* [180]. Per hunc Eliam magnum mirabilemque prophetam exposita sibi lege, ultimo tempore ante iudicium, Iudaeos in Christum verum, id est, in Christum nostrum esse credituros, celeberrimum est in sermonibus cordibusque fidelium. Ipse quippe ante adventum iudicis Salvatoris non immerito speratur esse venturus: quia etiam nunc vivere non immerito creditur. Curru namque igneo raptus est de rebus humanis, quod evidentissime sancta Scriptura testatur [181]. Cum venerit ergo, exponendo legem spiritualiter, quam nunc Iudaei carnaliter sapiunt, *convertet cor patris ad filium,* id est, cor patrum ad filios: singularem quippe pro numero plurali interpretes Septuaginta posuerunt. Et est sensus, ut etiam filii sic intelligant legem, id est Iudaei, quemadmodum patres eam intellexerunt, id est Prophetae, in quibus erat et ipse Moyses. Sic enim cor patrum convertetur ad filios, cum intelligentia patrum perducetur ad intelligentiam filiorum; *et cor filiorum ad patres eorum,* dum in id quod senserunt illi, consentient et isti: ubi Septuaginta dixerunt, *et cor hominis ad proximum suum.* Sunt enim inter se valde proximi patres et filii. Quanquam in verbis Septuaginta interpretum, qui prophetice interpretati sunt, potest sensus alius idemque electior inveniri; ut intelligatur Elias cor Dei Patris conversurus ad Filium: non utique agendo ut Pater diligat Filium, sed docendo quod Pater diligat Filium; ut et Iudaei, quem prius oderant, diligant eumdem, qui noster est Christum. Iudaeis enim nunc aversum cor habet Deus a Christo nostro, quia hoc putant. Eis ergo tunc cor eius convertetur ad Filium, cum ipsi converso corde didicerint dilectionem Patris in Filium. Quod vero sequitur, *et cor hominis ad proximum suum,* id est, convertet Elias et cor hominis ad proximum suum; quid

[179] Ps. 72,11.13.16.17.
[180] Mal. 4,5.6, sec. LXX.
[181] 4 Reg. 2,11.

siendo nuestro Dios en la forma de Dios, tomando la forma de siervo se ha dignado también ser nuestro prójimo.

Y Elías hará esto *por temor a que, en viniendo, destruya toda la tierra.* Son tierra todos los que gustan las cosas de la tierra, como los judíos carnales. Este vicio motivó aquellas murmuraciones contra Dios: *Los malos le son gratos,* y: *Es una locura servir a Dios.*

CAPITULO XXX

Obscuridad del Antiguo Testamento sobre la persona de Cristo como juez en el último juicio

1. Hay otros muchos testimonios en las divinas Escrituras sobre el juicio final. Me haría demasiado largo si los recogiera todos. Baste, pues, haber probado que esta verdad ha sido anunciada tanto en el Antiguo como en el Nuevo Testamento. Pero el Antiguo no expresa con tanta claridad como el Nuevo que es Cristo el que hará ese juicio, es decir, que es Cristo quien vendrá del cielo como juez. De que allí diga el Señor que vendrá o diga el hagiógrafo que vendrá el Señor, no se sigue lógicamente que vendrá Cristo, ya que esa denominación vale tanto para el Padre, como para el Hijo, como para el Espíritu Santo. Mas este punto no conviene dejarlo pasar sin pruebas.

Es preciso evidenciar en primer término que Jesucristo habla por sus profetas bajo el nombre de Señor Dios, sin ocultar-

melius intelligitur, quam cor hominis ad hominem Christum? Cum enim sit in forma Dei Deus noster, formam servi accipiens esse dignatus est etiam proximus noster. Hoc ergo faciet Elias. *Ne forte,* inquit, *veniam, et percutiam terram penitus.* Terra sunt enim, qui terrena sapiunt; sicut Iudaei carnales usque nunc: ex quo vitio contra Deum murmura illa venerunt, *Quia mali ei placent;* et, *Vanus est qui servit Deo* [182].

CAPUT XXX

Quod in libris Veteris Testamenti cum Deus legitur iudicaturus, non evidenter Christi persona monstretur: sed ex quibusdam testimoniis, ubi Dominus Deus loquitur, appareat non dubie quod ipse sit Christus

1. Multa alia sunt Scripturarum testimonia divinarum de novissimo iudicio Dei; quae si omnia colligam, nimis longum erit. Satis ergo sit, quod et novis et veteribus Litteris sacris hoc praenuntiatum esse probavimus. Sed veteribus per Christum futurum esse iudicium, id est, iudicem Christum de caelo esse venturum, non tam, quam novis, evidenter expressum est: propterea quia cum ibi dicit Dominus Deus se esse venturum, vel Dominum Deum dicitur esse venturum, non consequenter intelligitur Christus. Dominus enim Deus et Pater est, et Filius, et Spiritus sanctus: neque hoc tamen intestatum relinquere nos oportet. Primo itaque

[182] Mal. 2,17; 3,14.

se como Cristo. Esto es tan verdad, que, cuando no aparece como tal y, sin embargo, se dice que el Señor Dios vendrá a juzgar, se puede entender Jesucristo. Hay un pasaje en Isaías que arroja luz sobre esto que voy diciendo. Dios habla por el profeta: *Escúchame, Jacob, y tú, Israel, a quien yo llamo. Yo soy el primero y yo soy para siempre. Mi mano fundó la tierra y mi diestra consolidó el cielo. Los llamaré, y al momento se presentarán, y se reunirán todos y escucharán. ¿Quién les anunció tales cosas? Como te amaba, cumplí tu voluntad sobre Babilonia y exterminé la raza de los caldeos. Yo he hablado y he llamado; yo le he guiado e hice prosperar su jornada. Acercaos a mí y escuchadme: Desde el principio yo no he hablado jamás en secreto. Cuando las cosas sucedían, yo estaba presente. Y ahora me ha enviado el Señor Dios y su Espíritu.* Es, ni más ni menos, el mismo que hablaba como el Señor Dios, y, sin embargo, no se sabría que era Jesucristo de no haber añadido: *Y ahora me ha enviado el Señor Dios y su Espíritu.* Dice esto según la forma de siervo y habla de una realidad futura como si hubiera ya pasado. Así leemos en el mismo profeta: *Fué conducido como oveja al matadero.* No dice: Será conducido, sino que en lugar del futuro usa el pasado. Este modo de hablar es muy corriente en profecía.

2. En Zacarías encontramos otro pasaje en que aparece claramente este mismo pensamiento. En él se dice que el Omnipotente envió al Omnipotente. ¿Quién a quién, sino el Dios Padre al Dios Hijo? He aquí sus palabras: *Esto dice el Señor*

demonstrandum est, quemadmodum Iesus Christus tanquam Dominus Deus loquatur in propheticis libris, et tamen Iesus Christus evidenter appareat: ut et quando sic non apparet, et tamen ad illud ultimum iudicium Dominus Deus dicitur esse venturus, possit Iesus Christus intelligi. Est locus apud Isaiam prophetam, qui hoc quod dico evidenter ostendit. Deus enim per prophetam, *Audi me,* inquit, *Iacob et Israel quem ego voco. Ego sum primus, et ego in sempiternum: et manus mea fundavit terram, et dextera mea firmavit caelum. Vocabo eos, et stabunt simul, et congregabuntur omnes, et audient. Quis eis nuntiavit haec? Diligens te, feci voluntatem tuam super Babylonem, ut auferrem semen Chaldaeorum. Et locutus sum, et ego vocavi: adduxi eum, et prosperam feci viam eius. Accedite ad me, et audite haec. Non a principio in abscondito locutus sum: quando fiebant, ibi eram. Et nunc Dominus Deus misit me, et Spiritus eius* [183]. Nempe ipse est, qui loquebatur sicut Dominus Deus: nec tamen intelligeretur Iesus Christus, nisi addidisset, *Et nunc Dominus Deus misit me, et Spiritus eius.* Hoc enim dixit secundum formam servi, de re futura utens praeteriti temporis verbo: quemadmodum apud eumdem prophetam legitur, *Sicut ovis ad immolandum ductus est* [184]. Non enim ait, Ducetur: sed pro eo quod futurum erat, praeteriti temporis verbum posuit. Et assidue prophetia sic loquitur.

2. Est et alius locus apud Zachariam, qui hoc evidenter ostendit, quod omnipotentem misit omnipotens: quis quem, nisi Deus Pater Deum Filium? Nam ita scriptum est: *Haec dicit Dominus omnipotens, Post glo-*

[183] Is. 48,12-16.
[184] Ibid., 53,7, sec. LXX.

omnipotente: Después de la gloria me envió a las naciones que os han despojado. Porque tocaros es como tocar las niñas de sus ojos. Yo extenderé mi mano sobre ellos y serán despojos de los que fueron esclavos suyos, y conoceréis que el Señor omnipotente me envió. Advierte que el Señor omnipotente dice que fué enviado por el Señor omnipotente. ¿Quién osará entender esto de otro que de Cristo, que habla a las ovejas extraviadas de la casa de Israel? Así dice en el Evangelio: *No he sido enviado sino a las ovejas que perecieron de la casa de Israel.* Las comparó a las niñas de sus ojos por los subidos quilates del amor que les tenía. Entre estas ovejas se contaban también sus apóstoles. Y después de la gloria de su resurrección, antes de la cual dice el evangelista: *Jesús aún no había sido glorificado,* fué enviado también a las naciones en persona de sus apóstoles. De este modo se cumplió lo que se lee en el Salmo: *Me librarás de las contradicciones del pueblo y me constituirás caudillo de las naciones.* Los que habían saqueado a los israelitas y a los que habían servido los israelitas, cuando estaban sometidos a las naciones, no fueron a su vez despojados, sino que se trocaron en despojos de los israelitas. Esto mismo lo había prometido a los apóstoles al decirles: *Os haré pescadores de hombres.* Y a uno de ellos: *Desde ahora serás pescador de hombres.* Se trocarán, pues, en despojos, pero en el buen sentido, como son los vasos robados al fuerte más fuertemente atado.

3. El Señor, hablando por boca del mismo profeta, dice: *En aquel día yo tiraré a exterminar a todas las naciones que vengan contra Jerusalén. Y derramaré sobre la casa de David y sobre los habitantes de Jerusalén el Espíritu de gracia y de misericordia y pondrán los ojos en mí por haberme insultado. Llorarán sobre él como lo hacen sobre un ser amado y harán duelo por él como por el unigénito.* ¿A quién atañe sino a solo Dios exterminar todas las naciones enemigas de la santa ciudad de Jerusalén, que *vienen contra ella,* es decir, que le son contrarias, o, según otra versión, *que vienen sobre ella,* o sea a subyugarla? Y ¿a quién pertenece sino a solo Dios derramar sobre la casa de David y sobre los moradores de Jerusalén el Espíritu de gracia y de misericordia? A la verdad que esto es privativo de Dios, y el profeta lo dice en persona de Dios. Y, no obstante, Cristo hace ver que él es ese Dios que obra todas esas maravillas divinas, al añadir: *Y pondrán sus ojos en mí por haberme insultado. Llorarán sobre él como lloran sobre un ser amado* (o *querido) y harán duelo por él como por el unigénito.* En aquel día, los judíos, aun aquellos que han de recibir el Espíritu de gracia y de misericordia, fijando sus ojos en Cristo, que vendrá en toda su majestad, y cayendo en la cuenta de que es el mismo de quien se mofaron en su abatimiento, se arrepentirán de haberle insultado en su paciencia. Y también sus padres, autores de tamaña impiedad, lo verán al resucitar, pero ya para ser castigados, no corregidos. Por consiguiente, las palabras que siguen: *Y derramaré sobre la casa de David y sobre los habitantes de Jerusalén el Espíritu de gracia y de misericordia y pondrán sus ojos en mí por haberme insultado,* no aluden a éstos, sino a los descendientes de su raza,

---

riam misit me super gentes, quae spoliaverunt vos; quia qui tetigerit vos, quasi qui tangit pupillam oculi eius. Ecce ego inferam manum meam super eos, et erunt spolia his qui servierant eis; et cognoscetis quia Dominus omnipotens misit me [185]. Ecce dicit Dominus omnipotens, a Domino omnipotente se missum. Quis hic audeat intelligere nisi Christum loquentem, scilicet ovibus quae perierant domus Israel? Ait namque in Evangelio, *Non sum missus, nisi ad oves quae perierunt domus Israel* [186]: quas hic comparavit pupillae oculi Dei, propter excellentissimum dilectionis affectum; ex quo genere ovium etiam ipsi Apostoli fuerunt. Sed post gloriam resurrectionis utique suae, quae antequam fieret, ait evangelista, *Iesus nondum erat glorificatus* [187]; etiam super gentes missus est in Apostolis suis: ac sic impletum est quod in Psalmo legitur, *Erues me de contradictionibus populi, constitues me in caput gentium* [188]: ut qui spoliaverant Israelitas, quibusque Israelitae servierant, quando sunt gentibus subditi, non vicissim eodem modo spoliarentur, sed ipsi spolia fierent Israelitarum. Hoc enim Apostolis promiserat, dicens, *Faciam vos piscatores hominum* [189]. Et uni eorum, *Ex hoc iam,* inquit, *homines eris capiens* [190]. Spolia ergo fierent sed in bonum, tanquam erepta vasa illi forti, sed fortius alligato [191].

3. Item per eumdem prophetam Dominus loquens, *Et erit,* inquit, *in die illa, quaeram auferre omnes gentes quae veniunt contra Ierusalem, et effundam super domum David, et super habitatores Ierusalem Spiritum gratiae et misericordiae; et aspicient ad me, pro eo quod insultaverunt; et plangent super eum planctum quasi super charissimum, et dolebunt dolore quasi super unigenitum* [192]. Numquid nisi Dei est auferre omnes gentes inimicas sanctae civitatis Ierusalem, quae *veniunt contra* eam, id est, contrariae sunt ei, vel, sicut alii sunt interpretati, *veniunt super* eam, id est, ut eam sibi subiiciant: aut super domum David effundere, et super habitatores eiusdem civitatis Spiritum gratiae et misericordiae? Hoc utique Dei est, et ex persona Dei dicitur per Prophetam: et tamen hunc Deum haec tam magna et tam divina facientem sese Christus ostendit, adiungendo atque dicendo, *Et aspicient ad me, pro eo quod insultaverunt; et plangent super eum planctum quasi super charissimum* (sive, *dilectum), et dolebunt dolore quasi super unigenitum.* Poenitebit quippe in die illa Iudaeos, etiam eos qui accepturi sunt Spiritum gratiae et misericordiae, quod in eius passione insultaverint Christo, cum ad eum adspexerint in sua maiestate venientem, eumque esse cognoverint, quem prius humilem in suis parentibus illuserunt: quamvis et ipsi parentes eorum tantae illius impietatis auctores resurgentes videbunt eum, sed puniendi iam, non adhuc corrigendi. Non itaque hoc loco ipsi intelligendi sunt, ubi dictum est, *Et effundam super domum David et super habitatores Ierusalem Spiritum gratiae et misericordiae; et aspicient ad me, pro eo quod insultaverunt:* sed tamen de illorum stirpe venientes, qui per Eliam illo tempore sunt

---

[185] Zach. 2,8 et 9.
[186] Mt. 15,24.
[187] Io. 7,39.
[188] Ps. 17,44
[189] Mt. 4,19.
[190] Lc. 5,10.
[191] Mt. 12,29
[192] Zach. 12,9.10.

que creerán entonces por la predicación de Elías. Mas, así como decimos a los judíos: *Vosotros disteis muerte a Cristo*, aunque este crimen se deba a sus padres, así éstos se afligirán, en cierto modo, de ser los autores del mal que hicieron los otros. Y aunque, una vez recibido el Espíritu de gracia y de misericordia, los fieles ya no serán condenados con sus padres impíos, no dejarán por eso de dolerse del crimen de sus padres como si fueran culpables. El dolor no nacerá del reato del crimen, sino del afecto de piedad.

Es verdad que donde los Setenta han traducido: *Y pondrán sus ojos en mí por haberme insultado*, el hebreo dice: *Y pondrán sus ojos en mí, a quien han traspasado*. Esta palabra expresa con más claridad a Cristo crucificado. No obstante, el *insulto*, según la expresión de los Setenta, abarca la totalidad de la pasión. Le insultaron cuando fué detenido, preso, juzgado y vestido con el oprobio de una ignominiosa vestidura, y coronado de espinas, y herido en la cabeza con la caña, y adorado burlescamente con las rodillas en tierra, y al llevar su cruz y ya pendiente en el madero. No singularizando, pues, las versiones, sino aunando las dos, al leer que *le insultaron* y que *le traspasaron*, nos damos cuenta más cabal de la verdad de la pasión del Señor.

4. En consecuencia, cuando leemos en los profetas que Dios vendrá a juzgar, aunque no se haga más distinción, es preciso entender a Cristo únicamente, ya que, si bien es el Padre el que juzgará, juzgará por la venida del Hijo del hombre. El visiblemente *no juzga a nadie, sino que dió el poder de juzgar al Hijo*, que se manifestará como hombre-juez, al igual que fué juzgado como hombre. ¿A qué otro se refiere lo que dice

---

credituri. Sed sicut dicimus Iudaeis, Vos occidistis Christum, quamvis hoc parentes eorum fecerint: sic et isti se dolebunt fecisse quodammodo, quod fecerunt illi, ex quorum stirpe descendunt. Quamvis ergo accepto Spiritu gratiae et misericordiae iam fideles non damnabuntur cum impiis parentibus suis; dolebunt tamen tanquam ipsi fecerint, quod ab illis factum est. Non igitur dolebunt reatu criminis, sed pietatis affectu. Sane ubi dixerunt Septuaginta interpretes, *Et aspicient ad me, pro eo quod insultaverunt;* sic interpretatum est ex Hebraeo, *Et aspicient ad me, quem confixerunt.* Quo quidem verbo evidentius Christus apparet crucifixus. Sed illa insultatio, quam Septuaginta ponere maluerunt, eius universae non defuit passioni. Nam et detento, et alligato, et adiudicato, et opprobrio ignominiosae vestis induto, et spinis coronato, et calamo in capite percusso, et irridenter fixis genibus adorato, et crucem suam portanti, et in ligno iam pendenti utique insultaverunt. Proinde interpretationem non sequentes unam, sed utramque iungentes, cum et *insultaverunt*, et *confixerunt* legimus, plenius veritatem Dominicae passionis agnoscimus.

4. Cum ergo in propheticis litteris ad novissimum iudicium faciendum Deus legitur esse venturus, etsi eius alia distinctio non ponatur; tantummodo propter ipsum iudicium Christus debet intelligi: quia etsi Pater iudicabit, per adventum Filii hominis iudicabit. Nam ipse per suae praesentiae manifestationem *non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit*

Dios por Isaías bajo el nombre de Jacob y de Israel, de cuya estirpe nació Cristo según la carne? He aquí el texto: *Jacob es mi siervo, yo le protegeré; Israel es mi elegido, en él tiene mi alma sus complacencias. Yo le he dado mi Espíritu; El hará el juicio a las naciones. Ni gritará ni callará, y su voz no se oirá fuera. No quebrará la caña cascada ni apagará la mecha que aún humea, sino que juzgará conforme a verdad. Resplandecerá y no será herido hasta que haga en la tierra el juicio, y las naciones esperarán en mi nombre.* El hebreo no trae *Jacob e Israel;* pero los Setenta, dando a entender cómo debía tomarse *mi siervo*, es decir, por la humildísima forma de siervo a que le redujo el Altísimo, han empleado el nombre de la persona de cuya estirpe tomó la forma de siervo. Le fué dado el Espíritu Santo y, según atestigua el Evangelio, descendió sobre él en forma de paloma. El pronunció juicio a las naciones, porque prenunció el cumplimiento futuro de lo que estaba oculto para las naciones. No gritó por mansedumbre, y, sin embargo, no cesó de predicar la verdad. Pero su voz no se oyó fuera, ni se oye, pues los que están separados de su cuerpo no le obedecen. No quebrantó ni extinguió a los judíos perseguidores, que fueron comparados a la caña cascada, porque perdieron su integridad, y a la mecha que humea, porque no tienen ya la luz. Los perdonó El, que no había venido todavía a juzgarlos, sino a ser juzgado por ellos [39]. Y ha pronunciado un juicio verdadero, prediciéndoles que serían castigados si persistían en su malicia. Su rostro brilló en la montaña, y su fama en el orbe

---

Filio [193]: qui manifestabitur homo iudicaturus, sicut homo est iudicatus. Quis est enim alius, de quo item Deus loquitur per Isaiam sub nomine Iacob et Israel, de cuius semine corpus accepit? quod ita scriptum est: *Iacob puer meus, suscipiam illum: Israel electus meus, assumpsit eum anima mea. Dedi Spiritum meum in illum, iudicium gentibus proferet. Non clamabit, neque cessabit, neque audietur foris vox eius. Calamum quassatum non conteret, et linum fumans non exstinguet; sed in veritate proferet iudicium. Refulgebit, et non confringetur, donec ponat in terra iudicium; et in nomine eius gentes sperabunt* [194]. In hebraeo non legitur *Iacob et Israel:* sed quod ibi legitur *servus meus*, nimirum Septuaginta interpretes volentes admonere quatenus id accipiendum sit, quia scilicet propter formam servi dictum est, in qua se Altissimus humillimum praebuit, ipsius hominis nomen ad eum significandum posuerunt, de cuius genere eadem servi forma suscepta est. Datus est in eum Spiritus sanctus, quod et columbae specie, Evangelio teste, monstratum est [195]. Iudicium gentibus protulit, quia praenuntiavit futurum, quod gentibus erat occultum. Mansuetudine non clamavit, nec tamen in praedicanda veritate cessavit. Sed non est audita foris vox eius, nec auditur; quandoquidem ab eis qui foris ab eius corpore praecisi sunt, non illi obeditur: ipsosque suos persecutores Iudaeos, qui calamo quassato perdita integritate, et lino fumanti amisso lumine comparati sunt, non contrivit, nec exstinxit; quia pepercit eis, qui nondum venerat eos iudicare, sed ab eis iudicari. In ve-

[193] Io. 5,22.
[194] Is. 42,1-4, sec. LXX.
[195] Mt. 3,16.

entero. No fué quebrado ni quebrantado, porque no cedió a los perseguidores, ni en su persona ni en su Iglesia. Y por eso no ha sucedido ni sucederá lo que sus enemigos dijeron y aún dicen: *¿Cuándo morirá éste y será abolido su nombre?*

Hasta que establezca el juicio sobre la tierra. He aquí la luz del secreto que buscábamos. Este es, pues, el último juicio que hará en la tierra cuando viniere del cielo. Vemos ya cumplido en él lo que el profeta añadió: *Y las naciones esperarán en su nombre.* Este hecho innegable sea una razón poderosa para creer lo que sólo la desvergüenza permite negar. ¿Quién esperara esto que aun los que rehusan creer en Cristo ven ya cumplido, y rechinan sus dientes y se consumen, a despecho de sí mismos, porque no pueden negarlo? ¿Quién, repito, esperara que las naciones habían de creer en el nombre de Cristo, cuando le prendían, le ataban, le aboteteaban, le insultaban y le crucificaban; cuando, en fin, hasta los mismos discípulos habían perdido la esperanza que comenzaba a brillar en sus corazones? Lo que apenas entonces un ladrón esperó sobre la cruz, ahora lo esperan todas las naciones, y, por temor a morir eternamente, se signan con la cruz en que murió.

5. Nadie niega ya ni duda siquiera que será Jesucristo el juez supremo del juicio final y que éste será tal cual se anuncia en las Sagradas Letras. Sólo el que por una incredulidad ciega y quisquillosa no cree en las Escrituras, que ya han manifestado su veracidad al mundo entero, duda de esto. He aquí las cosas que sucederán en el juicio o hacia ese tiempo: la venida

ritate sane iudicium protulit, praedicens eis quando puniendi essent, si in sua malignitate persisterent. Refulsit in monte facies eius [196], in orbe fama eius: nec confractus, sive contritus est, quia neque in se, neque in Ecclesia sua, ut esse desisteret, persecutoribus cessit. Et ideo non est factum, nec fiet, quod inimici eius dixerunt, vel dicunt, *Quando morietur et peribit nomen eius?* [197] *Donec ponat in terra iudicium.* Ecce manifestatum est quod absconditum quaerebamus. Hoc enim est novissimum iudicium, quod ponet in terra, cum venerit ipse de caelo. De quo iam videmus impletum, quod hic ultimum positum est: *Et in nomine eius gentes sperabunt.* Per hoc certe quod negari non potest, etiam illud credatur quod impudenter negatur. Quis enim speraret, quod etiam hi qui nolunt adhuc credere in Christum, iam nobiscum vident, et quoniam negare non possunt, dentibus suis frement, et tabescunt? Quis, inquam, speraret gentes in Christi nomine speraturas, quando tenebatur, ligabatur, caedebatur, illudebatur, crucifigebatur; quando et ipsi discipuli spem perdiderant, quam in illo habere iam coeperant? Quod tunc vix unus latro speravit in cruce, nunc sperant gentes longe lateque diffusae; et ne in aeternum moriantur, ipsa in qua ille mortuus est, cruce signantur.

5. Nullus igitur vel negat vel dubitat, per Iesum Christum tale quale istis sacris Litteris praenuntiatur, futurum esse novissimum iudicium, nisi qui eisdem Litteris, nescio qua incredibili animositate seu caecitate, non credit, quam iam veritatem suam orbi demonstravere terrarum. In illo

[196] Mt. 17,1.2.
[197] Ps. 40,6.

de Elías Tesbite, la conversión de los judíos, la persecución del anticristo, la venida de Cristo a juzgar, la resurrección de los muertos, la separación entre los buenos y los malos, la conflagración del mundo y su renovación. Es preciso creer que todo esto sucederá; pero ¿de qué modo y en qué orden? La experiencia nos lo enseñará mejor que puedan hacerlo ahora las conjeturas de la razón humana. Con todo, tengo para mí que sucederán en el orden que he venido diciendo.

6. Dos libros me faltan para dar fin a esta obra y cumplir, gracias a Dios, mis promesas. Uno versará sobre el suplicio de los malos, y otro, sobre la felicidad de los buenos. En ellos refutaré sobre todo, con la ayuda de Dios, los vanos argumentos de los hombres, que parecen roer con sabiduría su miseria contra las predicciones y las promesas de Dios y que desprecian como flacos y ridículos los dogmas que alimentan nuestra fe. Mas los sabios según Dios extraen de la omnipotencia divina un argumento poderosísimo para creer todo cuanto parece increíble a los hombres y se contiene en las Santas Escrituras, cuya verdad está justificada ya de tantas maneras. Tienen, además, por cierto, que es imposible que Dios nos engañe y que puede hacer lo que es imposible para el infiel.

itaque iudicio vel circa illud iudicium has res didicimus esse venturas, Eliam Thesbiten, fidem Iudaeorum, Antichristum persecuturum, Christum iudicaturum, mortuorum resurrectionem, bonorum malorumque diremptionem, mundi conflagrationem, eiusdemque renovationem. Quae omnia quidem ventura esse credendum est: sed quibus modis, et quo ordine veniant, magis tunc docebit rerum experientia, quam nunc ad perfectum hominum intelligentia valet consequi. Existimo tamen eo quo a me commemorata sunt ordine esse ventura.

6. Duo nobis ad hoc opus pertinentes reliqui sunt libri, ut adiuvante Domino promissa compleamus: quorum unus erit de malorum supplicio, alius de felicitate iustorum: in quibus maxime, sicut Deus donaverit, argumenta refellentur humana, quae contra praedicta ac promissa divina sapienter sibi miseri rodere videntur, et salubris fidei nutrimenta velut falsa et ridenda contemnunt. Qui vero secundum Deum sapiunt, omnium quae incredibilia videntur hominibus, et tamen Scripturis sanctis, quarum iam veritas multis modis asserta est, continentur, maximum argumentum tenent veracem Dei omnipotentiam, quem certum habent nullo modo in eis potuisse mentiri, et posse facere quod impossibile est infideli.

NOTAS AL LIBRO XX

[1] Esta es la doctrina general y corriente del Santo sobre la necesidad de la gracia. La *gratia adiuvans* y la *gratia sanans*, en unión, van obrando en el alma su total perfeccionamiento. A este propósito vienen como anillo al dedo aquellas palabras del sermón 56 (n.7): *Quia quod fit a te, ipse facit in te. Numquam fit a te, quod non ipse facit in te. Sed aliquando facit in te, quod non fit a te: numquam autem aliquid fit a te, si non facit in te.*

[2] Estas son las objeciones corrientes que suele poner el mismo vulgo contra la providencia y la justicia de Dios.

[3] Según el texto de Migne, creemos que la traducción fiel es la dada, y no la que leemos en Roys y Rozas. Sin duda siguiendo éste una lección distinta, ha traducido la palabra *infantes* en el párrafo siguiente, y así dice: «Que a los niños que fueran de importancia en el mundo, no les dejó la muerte lograrlo».

[4] Sin embargo, ya nos ha dado una larga lista de cosas que nos permite ver nuestra poquedad de ingenio y la profundidad de los juicios de Dios. La razón última sería que los juicios de Dios son inescrutables; pero, como la mente humana pide algo más y no se conforma con ello, San Agustín va a entrar en una explicación racional de su género.

[5] Estas expresiones y estas apreciaciones han pasado luego a ser patrimonio común de la teología católica, que en este punto ha avanzado muy poco desde entonces y que no ha sabido en muchas ocasiones tener la suficiente humildad, como su gran campeón Agustín, de confesar su ignorancia y entregarse en los brazos del misterio.

[6] Nunca es el hombre más grande que cuando está de rodillas, se ha dicho. Y yo diría que nunca es más sabio que cuando confiesa su ignorancia. San Agustín se hace atrayente por eso, porque confiesa su propia ignorancia, porque tiene la suficiente humildad para decir, a despecho de su gran ingenio, que desconoce muchas cosas. Saber someter la razón a la fe es la virtud cumbre del sabio, que es un santo, como del hereje es rebelar la razón contra la fe, su mayor vicio.

[7] Esta misma explicación de la profundidad y del simbolismo del número doce se halla ampliada en la *Enarratio in psalmum* 49,9.

[8] Esta carta está escrita el año 419 y la dirige con este encabezamiento: *A Hesiquio, señor beatísimo, venerable y acepto hermano y coepíscopo, Agustín, salud en el Señor*. Como se nos dice en este lugar, era obispo de Salona.

[9] Estas palabras se han aducido con frecuencia para negar la sentencia inmaculista en el pensamiento de San Agustín. En realidad, el silencio en este caso es muy sospechoso, si bien es cierto que puede también interpretarse como regla de prudencia, dado el ambiente en que se desarrollaba su actividad. El *nemine prorsus excepto* nos recuerda aquel otro lugar en que dice: *De qua cum de peccatis agitur, nullam prorsus habere volo quaestionem (De nat. et grat.* 36,42).

[10] Este es el famoso pasaje que ha dado origen al milenarismo.

Agustín va a hacer una exposición del mismo y hacer en su mayor parte una refutación de esa errónea doctrina. Esto no quiere decir que su exposición no quede manca, ya que él mismo al final nos dirá que aun no le convence la explicación y que es personal.

[11] He aquí sus palabras en el sermón 259 (n.2): *Octavus ergo iste dies in fine saeculi novam vitam significat: septimus quietem futuram sanctorum in hac terra. Regnabit enim Dominus in terra cum sanctis suis, sicut dicunt Scripturae, quo nullus malus intrabit, separatam atque purgatam ab omni contagione nequitiae: quam significant centum quinquaginta tres illi pisces, de quibus iam, quantum memini, tractavimus.* Como puede apreciarse aquí, parece defender el milenarismo, y es éste el pasaje que rechaza en este capítulo.

[12] El problema que se plantea es difícil, como toda la exposición que ha venido haciendo del texto del Apocalipsis. Interpretado según su mentalidad, si la persecución del anticristo ha de sobrevenir al final y si será antes del juicio, se pregunta: ¿Podrá convertirse alguno y abrazar la fe, que no había profesado en vida? La respuesta no es fácil darla. Agustín ensaya contestar en lo que sigue.

[13] Indudablemente, la gran confianza en los mártires estaba muy arraigada en el corazón de los cristianos. De ello dan testimonio el culto que les rendía la primitiva Iglesia y el que luego, siguiendo esa costumbre, les ha rendido la Iglesia universal. Por otra parte, es tiernamente conmovedor el dogma de la comunión de los santos, de los miembros del cuerpo de Cristo, punto que Agustín da aquí por supuesto.

[14] Está muy conforme con la mentalidad agustiniana la clásica distinción del cuerpo y del alma de la Iglesia. El pecador se separa del alma de la Iglesia, pero no del cuerpo.

[15] No estará de más hacer notar aquí el gran concepto que San Agustín tiene del martirio. El mártir es el campeón de la fe, de la verdad; da la vida por el triunfo de esa misma verdad. Esta idea arrastraba a Agustín como un peso desde los años de sus vaivenes de conciencia. En la primera parte de la obra ha comparado los mártires con los héroes del paganismo, a los que superan en valor.

[16] Cf. *Serm.* 241,2.

[17] El argumento escueto y limpio, pudiéramos decir que está presentado en forma escolástica. Suena así: La resurrección supone una muerte; es decir, el levantarse supone una caída. Ahora bien, el alma es inmortal y no puede morir. Luego ha de morir el cuerpo, que es el otro elemento de que consta el hombre. Por tanto, es el cuerpo el que ha de resucitar. Así cruda y duramente.

[18] No es más que un principio de la cristología agustiniana. Lo llamaríamos el principio de unción, según el cual los hombres se hacen miembros de ese cuerpo por el crisma místico de que habla aquí.

[19] Los mártires daban testimonio abierto de que Cristo era Dios cuando, al mandarles sacrificar a los dioses, respondían que solamente debían sacrificar al Dios único y a Cristo. Así ocurrió, por ejemplo, con Santa Cristina, que, mandada sacrificar, contestó con estas admirables palabras, recogidas por las actas: *Numquam ego sacrificavi, nec sacrifico nisi uni Deo et Domino nostro Iesu Christo Filio eius, qui natus est et passus.* Los paganos refundían esta fe en Cristo y ese culto en los apóstoles, como puede verse en el 1.18 c.53 de esta obra, y en *De consensu evangelistarum* I 11-12.

[20] Los getas eran un pueblo de Tracia, situados a la orilla del Danubio.

[21] Los masagetas eran un pueblo escita que habitó cerca del mar Caspio.

[22] Esta interpretación puede verse en San Jerónimo *(In Ez.* c.38).

[23] Es el lugar que nosotros hoy llamamos limbo de los justos o seno de Abrahán. Agustín aún no tenía ideas claras sobre este punto, todavía hoy insoluble para la teología católica. Además, el limbo de los niños San Agustín lo niega en absoluto, pues no admite medio entre el cielo o el infierno.

[24] Es que San Juan era teólogo, y, buscado el principio generador de toda su doctrina, se ha llegado al corazón del libro. Sin embargo, diremos que el Apocalipsis y su interpretación ha quebrantado ya muchos ingenios y sigue siendo hoy más misterio que nunca; pues si ya en tiempo de San Agustín no estaban capacitados para entender los símbolos y las figuras, hoy lo estamos menos. Porque es indudable que en tiempo del autor entendían sus expresiones.

[25] El punto en cuestión se ve planteado en la segunda Epístola de San Pedro. Y para darle solución recurre a esta conversión. Así escribe en *De Genesi ad litteram* (III 2,2): *Sed quia huius aëris humidioris, in quo aves volitant, vel tota, vel prope tota spatia compleverat, periisse qui fuerant caelos in illa epistola scribitur. Quod nescio quemadmodum possit intelligi, nisi in aquarum naturam pinguioris huius aëris qualitate conversa: alioquin non perierunt tunc isti caeli, sed sublimius erecti sunt, cum locum eorum aqua occupaverat.*

[26] Una vez más nos maravilla su confesión, sincera, digna del genio. No es racionalista, no. El busca hasta donde puede, y allí, a la puerta del laberinto, deja la antorcha de la razón y se humilla. Sin embargo, luego da unas conjeturas, pero no dice que sean auténticas y verdaderas.

[27] Así piensan San Jerónimo *(In Dan.* c.11) y Sulpicio Severo en su *Historia* l.2 c.29.

[28] Así discurren Suetonio y Tácito.

[29] En la epístola 193, escrita a fines del 418 y dirigida a Mercator, hace una larga exposición a todos los pasajes que viene explicando en este libro. A ella remitimos a nuestros lectores, para no vernos obligados a darles un conglomerado de ideas sin trabazón. Lo mismo puede verse en *De octo Dulcitii quaestionibus* q.3.

[30] Cf. *Epist.* 205,2,14 y *De oct. Dulc. quaest.* q.3.

[31] No se nos oculta que el término *desanimado* significa alicaído, sin esperanzas, derrotado; sin embargo, en su significación etimológica creemos que es la palabra más fiel a la latina y la que mejor expresa el pensamiento contenido en este punto. La conservamos en la traducción más que nada para no vernos precisados a deshacer el pareado.

[32] Este es, ni más ni menos, el sabatismo de que nos habla al final de la obra (l.22 c.30 n.5). He aquí sus maravillosas palabras: *Ibi vacabimus, et videbimus; videbimus, et amabimus; amabimus. et laudabimus. Ecce quod erit in fine sine fine.*

[33] Agustín era plenamente consciente de su misión de padre y pastor. Al sacerdote, como porción escogida del Señor, se le exige la santidad. Esta es la que le constituye en tal, no el nombre, ni la raza, ni la carne. Por tanto, pide del clérigo la consideración de su dignidad excelsa y superior a sus merecimientos, y sobre todo la santidad, porque la dignidad se le da, y la santidad ha de entregarla él a Dios.

[34] Así la Vulgata, pero la antigua, no la conocida hoy por tal nombre.

[35] Cf. c.10 y *Serm.* 241,2.

[36] Cf. l.19 c.23. Porfirio, y en general la escuela de Alejandría, sostenía con firmeza la eternidad del universo. Y a esto alude en este pasaje y en el citado.

[37] Véanse algunas, por ejemplo, en el capítulo 21 de este mismo libro XX.

[38] El Santo quiere ver en este texto de Malaquías una alusión al purgatorio y, por tanto, probar con él su existencia. Esto le hubiera solucionado muchos de sus conflictos en la interpretación de los anteriores. Pero al final del capítulo y de la exposición sacamos la impresión de que su pensamiento no queda definido, aunque sí insinuado.

[39] De todas estas cuestiones habla maravillosamente San Jerónimo, interpretando también a Isaías, en la epístola 151, dirigida a Algasia (q.2).

LIBRO XXI

Fin propio de la ciudad del diablo, o sea, suplicio eterno de los condenados y argumentos para combatir la opinión de los incrédulos.

CAPITULO I

Orden que hemos de seguir y porqué del mismo

Habiendo llegado ya por Jesucristo nuestro Señor, juez de vivos y muertos, las dos ciudades, la de Dios y la del diablo, a sus fines, debe tratarse con más esmero en este libro, con la ayuda de Dios, sobre la naturaleza del suplicio que sufrirá el demonio con todos sus secuaces. He decidido seguir este orden para hablar en el libro siguiente de la felicidad de los santos. En ambos estados el alma estará unida al cuerpo, y parece más increíble que puedan subsistir los cuerpos en tormentos eternos que en una dicha eterna, libre de todo dolor. Y así, la demostración de que esa pena no es increíble me facilitará grandemente la prueba de la inmortalidad de los cuerpos, exen-

LIBER XXI

De fine debito civitatis diaboli, supplicio scilicet damnatorum sempiterno, deque humanis contra illud incredulorum argumentis.

CAPUT I

De ordine disputationis, qua prius disserendum est de perpetuo supplicio damnatorum cum diabolo, quam de aeterna felicitate sanctorum

Cum per Iesum Christum Dominum nostrum, iudicem vivorum atque mortuorum, ad debitos fines ambae pervenerint civitates, quarum una est Dei, altera diaboli, cuiusmodi supplicium sit futurum diaboli et omnium ad eum pertinentium, in hoc libro nobis, quantum ope divina valebimus, diligentius disputandum est. Ideo autem hunc tenere ordinem malui, ut postea disseram de felicitate sanctorum, quoniam utrumque cum corporibus erit; et incredibilius videtur esse in aeternis corpora durare cruciatibus, quam sine dolore ullo in aeterna beatitudine permanere. Ac per hoc cum illam poenam non debere esse incredibilem demonstravero, adiuvabit me plurimum, ut multo facilius omni carens molestia immorta-

ta de todo dolor, en los santos. Este orden encaja perfectamente dentro de la Escritura, la cual, si es verdad que a veces comienza por la felicidad de los buenos, como aquí: *Los que obraron bien, saldrán a resucitar para la vida, y los que mal, a resucitar para ser condenados*, no lo es menos que a veces la pospone, como en este lugar: *Enviará el Hijo del hombre a sus ángeles y recogerán de su reino todos los escándalos y los arrojarán en el horno de fuego ardiendo. Allí será el llanto y el crujir de dientes. Al mismo tiempo, los justos resplandecerán como el sol en el reino de su padre.* Y en este otro: *Así irán éstos al eterno suplicio, y los justos, a la vida eterna.* Y si nos fijamos en los profetas, topamos con que siguen bien un orden, bien otro. Esto sería largo de probar, mas la razón del orden elegido ya la he dado.

CAPITULO II

¿Pueden vivir perpetuamente los cuerpos en el fuego?

¿Qué diré para convencer a los incrédulos de que los cuerpos animados y vivientes pueden no sólo no ser aniquilados con la muerte, sino subsistir eternamente en medio de las llamas? Ellos no se allanan a que nuestra prueba se funda en la potencia del Omnipotente. Nos exigen que lo probemos con ejemplos. Les respondemos que hay animales corruptibles, pues son mortales, que viven en medio del fuego, y que en las

litas corporum in sanctis futura credatur. Nec a divinis ordo iste abhorret eloquiis, ubi aliquando quidem bonorum beatitudo prius ponitur, ut est illud, *Qui bona fecerunt, in resurrectionem vitae; qui autem mala egerunt, in resurrectionem iudicii*[1]: sed aliquando et posterius, ut est, *Mittet Filius hominis Angelos suos, et colligent de regno eius omnia scandala, et mittent in caminum ignis ardentis, illic erit fletus et stridor dentium; tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris sui*[2]; et illud, *Sic ibunt isti in supplicium aeternum; iusti autem, in vitam aeternam*[3]. Et in Prophetis, quod commemorare longum est, nunc ille, nunc iste ordo, si quis inspiciat, invenitur. Sed ego istum qua causa elegerim, dixi.

CAPUT II

An possint corpora in ustione ignis esse perpetua

Quid igitur ostendam, unde convincantur increduli, posse humana corpora animata atque viventia, non solum nunquam morte dissolvi, sed in aeternorum quoque ignium durare tormentis? Nolunt enim hoc ad Omnipotentis nos referre potentiam, sed aliquo exemplo persuaderi sibi flagitant. Quibus si respondebimus, esse animalia profecto corruptibilia, quia mortalia, quae tamen in mediis ignibus vivant: nonnullum etiam genus

[1] Io. 5,29.
[2] Mt. 13,41-43.
[3] Ibid., 25,46.

fuentes de agua caliente, en las que es imposible meter la mano sin quemarse, se da cierta clase de gusanos, que no sólo viven allí, sino que no pueden vivir fuera.

Los enemigos rehusan creer esto si no podemos mostrarlo, y, si se lo presentamos o se lo probamos con testigos autorizados, porfían, con idéntica incredulidad, que esto no basta para ilustrar el punto en cuestión. Estos animales—dicen ellos—ni viven siempre, y viven sin dolor en el fuego, porque allí vegetan y no son atormentados, ya que ese elemento se conforma con su naturaleza. ¡Como si no fuera más increíble ser alimentado que ser atormentado con tales seres! Es maravilloso sentir dolor en el fuego y vivir, pero es más maravilloso vivir en el fuego y no sentir dolor. Si, pues, se cree esto último, ¿por qué no se cree lo primero? [1].

CAPITULO III

¿Es lógico decir que la muerte del cuerpo sigue al dolor corporal?

1. —No hay cuerpo alguno—replican—que pueda sentir dolor y no pueda morir.

—Y esto ¿cómo lo sabemos? Porque ¿quién puede asegurar que los demonios sienten dolor en sus cuerpos, cuando ellos confiesan que son afligidos con grandes tormentos?

Si se replica que no hay cuerpo alguno sólido y palpable, o, en una palabra, que no hay carne que pueda sentir dolor y no pueda morir, no se dice más que la apreciación del sentido corporal, dato de experiencia. Todos, en efecto, saben que la carne es mortal. Y toda la prueba se reduce a decir que lo *que no han experimentado es imposible o no existe* [2].

¿Cómo el dolor va a ser prueba de la muerte, si es más bien indicio de vida? Se puede preguntar si puede vivir siempre, pero es cierto que todo el que siente dolor vive y que todo dolor no puede darse sino en un ser viviente. Es necesario que el que siente dolor viva, y el dolor no causa necesariamente la muerte, porque no todo dolor mata nuestros cuerpos, que son mortales y que tienen que morir.

Lo que hace que el dolor mate en el mundo es que el alma está unida al cuerpo de tal suerte que no resiste grandes dolores. Ella se aleja, porque la trabazón de miembros y de potencias vitales es tan delicada, que no puede soportar la fuerza de un dolor agudo. Pero en el otro mundo el alma estará tan unida al cuerpo, que esa unión no podrá ser disuelta por el correr del tiempo ni rota por dolor alguno. Por tanto, aunque es cierto que no hay carne que pueda sufrir y no pueda morir, con todo, la carne en la otra vida será tal cual no es ahora, como la muerte será diferente de la que conocemos [3]. La muerte existirá, pero será eterna, cuando el alma no podrá ni vivir, por estar separada de Dios ni verse libre de los dolores del cuerpo por la muerte. La muerte primera echa del cuerpo al alma contra la voluntad de ésta, y la muerte segunda la retiene en el cuerpo aun contra la voluntad de ella. Una y otra tienen de común que el cuerpo hace sufrir al alma lo que ésta no quiere.

2. Reparan, no obstante, estos nuestros contradictores en

---

vermium in aquarum calidarum scaturigine reperiri, quarum fervorem nemo impune contrectat; illos autem non solum sine ulla sui laesione ibi esse, sed extra esse non posse: aut nolunt credere, si ostendere non valemus; aut si valuerimus sive oculis demonstrare res ipsas, sive per testes idoneos edocere, non satis hoc esse ad exemplum rei, de qua quaestio est, eadem infidelitate contendent: quia haec animalia nec semper vivunt, et in illis fervoribus sine doloribus vivunt, suae quippe naturae convenientibus vegetantur illis, non cruciantur elementis; quasi non incredibilius sit vegetari, quam cruciari talibus rebus. Mirabile est enim, dolere in ignibus, et tamen vivere: sed mirabilius, vivere in ignibus, nec dolere. Si autem hoc creditur, cur non et illud?

CAPUT III

An consequens sit ut corporeum dolorem sequatur carnis interitus

1. Sed nullum est, inquiunt, corpus quod dolere possit, nec possit mori. Et hoc unde scimus? Nam de corporibus quis certus est daemonum, utrum in eis doleant, quando se affligi magnis cruciatibus confitentur? Quod si respondetur, terrenum corpus solidum scilicet atque conspicuum nullum esse, atque ut uno potius nomine id explicem, nullam esse carnem quae dolere possit, morique non possit: quid aliud dicitur, nisi quod sensu corporis homines et experientia collegerunt? Nullam namque carnem nisi mortalem sciunt: et haec est eorum tota ratio, ut quod experti non sunt, nequaquam esse posse arbitrentur. Nam cuius rationis est dolorem facere mortis argumentum, cum vitae potius sit indicium? Etsi enim quaerimus, utrum semper possit vivere: certum tamen est vivere omne quod dolet, doloremque omnem nisi in re vivente esse non posse. Necesse est ergo ut vivat dolens, non est necesse ut occidat dolor: quia nec corpora ista mortalia, et utique moritura, omnis dolor occidit; et ut dolor aliquis possit occidere, illa causa est, quoniam sic est anima connexa huic corpori, ut summis doloribus cedat, atque discedat: quoniam et ipsa compago membrorum atque vitalium sic infirma est, ut eam vim quae magnum vel summum dolorem facit, non valeat sustinere. Tunc autem tali corpori anima et eo connectitur modo, ut illud vinculum sicut nulla temporis longitudine solvitur, ita nullo dolore rumpatur. Proinde etiamsi caro nunc talis nulla est, quae sensum doloris perpeti possit, mortemque non possit: erit tamen tunc talis caro, qualis nunc non est; sicut talis erit et mors, qualis nunc non est. Non enim nulla, sed sempiterna mors erit, quando nec vivere anima poterit Deum non habendo, nec doloribus corporis carere moriendo. Prima mors animam nolentem pellit e corpore, secunda mors animam nolentem tenet in corpore: ab utraque morte communiter id habetur, ut quod non vult anima, de suo corpore patiatur.

2. Attendunt autem isti contradictores nullam esse nunc carnem, quae

que ahora no existe carne alguna que pueda sufrir y no pueda morir, y no reparan en que existe algo superior que el cuerpo. El alma, que con su presencia hace vivir y gobierna el cuerpo, puede padecer y no puede morir. He aquí un ser que siente el dolor y que es inmortal. Pues eso que ahora sucede en el alma de cada hombre, eso mismo sucederá en los cuerpos de los condenados.

Si nos fijamos con más detenimiento, eso que llamamos dolor del cuerpo es más bien dolor del alma. Es privativo del alma sentir el dolor, no del cuerpo, aunque la causa del dolor proceda del cuerpo, cuando siente dolor donde el cuerpo es lastimado. Así como decimos cuerpos que sienten y cuerpos que viven, aunque procedan del alma el sentido y la vida del cuerpo, así decimos cuerpos dolientes, aunque el cuerpo no puede sentir el dolor. El alma sufre con el cuerpo en el lugar del cuerpo en que se sitúa la causa del dolor. Y sufre también sola, aunque esté en el cuerpo, cuando es una causa invisible la que la entristece, estando sano el cuerpo. Y sufre, además, sin estar en el cuerpo, pues el rico sufría en los infiernos cuando decía: *Estoy atormentado en estas llamas*. El cuerpo, en cambio, no siente el dolor sin estar animado, y animado no lo siente sin el alma. Si, pues, el dolor fuese argumento de la muerte, diciendo que es posible la muerte porque fué posible el dolor, el morir sería más propio del alma, pues es privativo de ella sentir el dolor. Ahora bien, como ella, que es más capaz de dolor, no puede morir, ¿cómo deducir que los cuerpos de los condenados morirán porque sufren agudos dolores?

dolorem pati possit, mortemque non possit; et non attendunt esse tamen aliquid tale quod corpore maius sit. Ipse quippe animus, cuius praesentia corpus vivit et regitur, et dolorem pati potest, et mori non potest. Ecce inventa res est, quae cum sensum doloris habeat, immortalis est. Hoc igitur erit tunc etiam in corporibus damnatorum, quod nunc esse scimus in animis omnium. Si autem consideremus diligentius, dolor qui dicitur corporis, magis ad animam pertinet. Animae enim est dolere, non corporis, etiam quando ei dolendi causa existit a corpore, cum in eo loco dolet, ubi laeditur corpus. Sicut ergo dicimus corpora sentientia, et corpora viventia, cum ab anima sit corpori sensus et vita; ita et corpora dicimus dolentia, cum dolor corpori nisi ab anima esse non possit. Dolet itaque anima cum corpore in eo loco eius, ubi aliquid contingit ut doleat. Dolet et sola, quamvis sit in corpore, cum aliqua causa etiam invisibili tristis est ipsa corpore incolumi. Dolet etiam non in corpore constituta: nam utique dolebat dives ille apud inferos, quando dicebat, *Crucior in hac flamma* [4]. Corpus autem nec exanime dolet, nec animatum sine anima dolet. Si ergo a dolore argumentum recte sumeretur ad mortem, ut ideo mors possit accidere, quia potuit accidere et dolor, magis ad animam pertineret mori, ad quam magis pertinet et dolere. Cum vero illa quae magis dolere potest, non possit mori, quid momenti affert cur illa corpora, quoniam futura sunt in doloribus, ideo etiam moritura esse credamus? Dixerunt quidem Platonici, ex terrenis corporibus moribundisque membris

[4] Lc. 16,24.

Verdad es que los platónicos han pensado que el temor y el deseo, el dolor y el gozo, traen su origen de los cuerpos terrenos y de los miembros mortales [4]. Así dice Virgilio: «De aquí (es decir, de los miembros mortales del cuerpo terreno) nuestros temores y nuestros deseos, nuestros dolores y nuestros gozos». Mas en el libro XIV de esta obra les hemos probado que las almas, aun las purificadas de toda mancha, conservan un deseo extraño de retornar a los cuerpos. Y donde es posible el deseo, es posible también, sin duda alguna, el dolor, porque el deseo frustrado, o que no ha logrado su intento o que, logrado, lo ha perdido, se torna en dolor. Por tanto, si el alma, que siente el dolor, sola o como principal, goza de una inmortalidad propia de ella [5], de que los cuerpos sufran no se sigue que puedan morir. Finalmente, si los cuerpos son causa de que las almas sufran, ¿por qué pueden causarles dolor y no pueden causarles la muerte sino porque no es lógico concluir que lo que causa dolor cause la muerte? ¿Por qué va a ser, pues, increíble que este fuego pueda causar dolor a los cuerpos de los condenados y no la muerte, al igual que los cuerpos causan dolor a las almas, sin obligarlas por eso a morir? Luego el dolor no es un argumento decisivo para probar la muerte futura [6].

esse animae et metuere, et cupere, et dolere, atque gaudere. Unde Virgilius, «Hinc, inquit (id est, ex moribundis terreni corporis membris), metuunt cupiuntque, dolent gaudentque» [5]. Sed convicimus eos in quarto decimo huius operis libro, habere animas secundum ipsos ab omni etiam corporis labe purgatas, diram cupiditatem, qua rursus incipiunt in corpora velle reverti [6]. Ubi autem potest esse cupiditas, profecto etiam dolor potest. Frustrata quippe cupiditas sive non perveniendo quo tendebat, sive amittendo quo pervenerat, vertitur in dolorem. Quapropter si anima, quae vel sola vel maxime dolet, habet tamen quamdam pro suo modo immortalitatem suam, non ideo mori poterunt illa corpora, quia dolebunt. Postremo si corpora faciunt, ut animae doleant, cur eis dolorem possunt, mortem vero inferre non possunt, nisi quia consequens non est, ut mortem faciat, quod dolorem facit? Cur ergo incredibile est, ita ignes illis corporibus dolorem posse inferre, non mortem, sicut ipsa corpora dolere animas faciunt, quas tamen non ideo mori cogunt? Non est ergo necessarium futurae mortis argumentum dolor.

[5] *Aeneid.* l.6 v.733

[6] Ibid., v.720-721.

CAPITULO IV

EJEMPLOS TOMADOS DE LA NATURALEZA A FAVOR DE LA TESIS

1. Si, como han escrito los más afamados naturalistas, la salamandra vive en el fuego; si ciertos montes célebres de Sicilia, que subsisten íntegros después de tantos siglos en medio de voraces llamas, son una prueba suficiente de que no todo lo que arde se consume; y si, además, el alma hace ver que no todo lo que es susceptible de dolor lo es también de muerte, ¿a qué se nos piden aún ejemplos que prueben que no es increíble que los cuerpos de los hombres condenados a un suplicio eterno conserven su alma entre las llamas, arden sin consumirse y sienten dolor sin morir? La substancia de la carne recibirá entonces esta nueva propiedad de Aquel que ha dado a otros seres propiedades tan maravillosas, que, por ser tantas, ya no nos extrañan.

¿Quién sino Dios, el Creador de todos los seres, ha dado a la carne del pavo real no corromperse después de la muerte? Esto, a primera vista, parece increíble. Pero un día, en Cartago, se nos sirvió un plato de esta ave. Tomé un poco de su pechuga, de carne ya magra, y lo mandé guardar. Al cabo de un tiempo suficiente para corromperse cualquiera otra carne cocida, se me ofreció y no ofendía aún al olfato. Un mes después lo vi en el mismo estado. Y después de un año, solamente es-

CAPUT IV

DE NATURALIBUS EXEMPLIS, QUORUM CONSIDERATIO DOCEAT POSSE INTER CRUCIATUS VIVENTIA CORPORA PERMANERE

1. Quapropter si, ut scripserunt qui naturas animalium curiosius indagarunt, salamandra in ignibus vivit; et quidam notissimi Siciliae montes, qui tanta diuturnitate temporis atque vetustate usque nunc ac deinceps flammis aestuant, atque integri perseverant, satis idonei testes sunt, non omne quod ardet absumi; et anima indicat, non omne quod dolere potest, posse etiam mori: quid adhuc a nobis rerum poscuntur exempla, quibus doceamus, non esse incredibile, ut hominum corpora sempiterno supplicio punitorum, et in igne animam non amittant, et sine detrimento ardeant, et sine interitu doleant? Habebit enim tunc istam carnis substantia qualitatem ab illo inditam, qui tam miras et varias tot rebus indidit, quas videmus, ut eas, quia multae sunt, non miremur. Quis enim nisi Deus creator omnium dedit carni pavonis mortui ne putresceret? Quod cum auditum incredibile videretur, evenit ut apud Carthaginem nobis cocta apponeretur haec avis: de cuius pectore pulparum, quantum visum est, decerptum servari iussimus: quod post dierum tantum spatium, quanto alia caro quaecumque cocta putresceret, prolatum atque oblatum, nihil nostrum offendit olfactum. Itemque repositum post dies amplius quam triginta, idem quod erat inventum est: idemque post annum, nisi quod

taba un poco más seca y más encogida [7]. ¿Quién dió a la paja ser tan fría, que conserva la nieve puesta en ella, y tan caliente, que madura las frutas verdes?

2. ¿Quién será capaz de explicar las maravillas del fuego? Todo lo que quema lo ennegrece, y él queda brillante, y cuanto lame su llama, por bello que sea su color, lo decolora y, de brasa resplandeciente, lo torna en negrísimo carbón. Este efecto no es regular en él, pues las piedras cocidas al fuego emblanquecen, y cuanto más enrojezca el fuego, tanto más blanquean ellas, aunque el blanco se ajusta a la luz como el negro a las tinieblas. Mas de que el fuego queme la leña y calcine las piedras, no se sigue que estos efectos contrarios se produzcan en elementos contrarios. Porque, si bien es cierto que las piedras y la leña son elementos diferentes, con todo, no son contrarios, como lo blanco y lo negro. Y, no obstante, el blanco es producido en las piedras, y el negro en la leña, obrando en aquéllas claridad y en ésta sombra el mismo fuego que no obraría en la piedra si no lo alimentara la leña.

¿Qué diré del carbón? ¿No es maravilla que sea tan frágil, que el menor golpe lo quiebra, y tan duro, que ni la humedad lo corrompe ni el tiempo lo destruye? Por eso, los que ponen mojones, o líneas divisorias, entierran de ordinario carbón para que sirva de prueba al litigante, sea quien fuere, que después de años se presente a defender que la piedra fijada no es el límite. ¿Quién ha podido preservar los carbones de la incorrupción en una tierra en que la madera se pudre sino el fuego, que todo lo corrompe?

3. Consideremos ahora los milagros de la cal. Sin repetir

aliquantum corpulentiae siccioris et contractioris fuit. Quis paleae dedit vel tam frigidam vim, ut obrutas nives servet; vel tam fervidam, ut poma immatura maturet?

2. De ipso igne mira quis explicet, quo quaeque adusta nigrescunt, cum ipse sit lucidus; et pene omnia quae ambit et lambit, colore pulcherrimus decolorat, atque ex pruna fulgida carbonem teterrimum reddit? Neque id quasi regulariter definitum est: nam e contrario lapides igne candente percocti, et ipsi fiunt candidi, et quamvis ille magis rubeat, illi albicent, congruit tamen luci quod album est, sicut nigrum tenebris. Cum itaque ignis in lignis ardeat, ut lapides coquat, contrarios habet non in contrariis rebus effectus. Etsi enim lapides et ligna diversa sunt; contraria tamen non sunt, sicut album et nigrum, quorum in lapidibus unum facit, alterum in lignis, clarus illos clarificans, haec obfuscans; cum in illis deficeret, nisi in istis viveret. Quid in carbonibus, nonne miranda est et tanta infirmitas, ut ictu levissimo frangantur, pressu facillimo conterantur; et tanta firmitas, ut nullo humore corrumpantur, nulla aetate vincantur, usque adeo ut eos substernere soleant, qui limites figunt, ad convincendum litigatorem, quisquis post quantalibet tempora exstiterit, fixumque lapidem limitem non esse contenderit? Quis eos in terra humida infossos, ubi ligna putrescerent, tam diu durare incorruptibiliter posse, nisi rerum ille corruptor ignis effecit?

3. Intueamur etiam miraculum calcis, excepto eo, de quo iam satis

lo que ya he dicho, que se torna blanca con el fuego, que ennegrece las demás cosas, es de notar que oculta en su intimidad un fuego procedente del fuego y, siendo piedra fría, lo conserva allí tan oculto, que el sentido no lo aprecia, pero la experiencia nos dice que, aunque no lo vemos, está allí como dormido. Por eso la llamamos cal viva, como si el fuego que oculta fuera el alma invisible de ese cuerpo visible. ¿Qué tiene, pues, de particular que se encienda cuando se apaga? Para privarla del fuego oculto, se infunde en agua o se le echa agua encima y ella hierve con agua fría, que suele enfriar lo caliente. La cal, que parece expirar al alejarse el fuego que ocultaba, aparece y después se torna tan fría por esa especie de muerte, que el agua ya no la hace arder. Entonces, en lugar de llamarla cal viva, la llamamos cal apagada.

¿Puede añadirse algo a cosa tan extraña? Sí; aún hay más. Si en lugar de agua echamos aceite, que es mejor alimento para el fuego, no hierve por más que echemos. Estoy seguro que, si esto lo leyéramos o lo oyéramos contar de alguna piedra de la India y no se pudiera hacer de hecho la experiencia, o lo tendríamos por embuste o nos sorprendería grandemente. Y estas cosas que hieren a diario nuestros ojos, se envilecen no por ser menos maravillosas, sino por ser muy corrientes, como sucede con ciertas rarezas de la India que, traídas de los confines del orbe, han cesado ya de admirarnos desde que las hemos podido admirar a placer.

4. Muchos entre nosotros tienen la piedra diamante, y sobre todo los aurífices y los lapidarios. Se cuenta que esta piedra no puede ser cortada ni con hierro, ni con fuego, ni con otra

diximus, quod igne candicat, quo alia tetra redduntur, etiam occultissime ab igne ignem concipit, eumque iam gleba tangentibus frigida tam latenter servat, ut nulli nostro sensui prorsus appareat, sed compertus experimento, etiam dum non apparet, sciatur inesse sopitus. Propter quod eam vivam calcem loquimur, velut ipse ignis latens anima sit invisibilis visibilis corporis. Iam vero quam mirum est quod cum exstinguitur, tunc accenditur? Ut enim occulto igne careat, aqua infunditur, aquave perfunditur; et cum ante sit frigida, inde fervescit, unde ferventia cuncta frigescunt. Velut exspirante ergo illa gleba discedens ignis, qui latebat, apparet, ac deinde tanquam morte sic frigida est, ut adiecta unda non sit arsura, et quam calcem vocabamus vivam, vocemus exstinctam. Quid est quod huic miraculo addi posse videatur? et tamen additur. Nam si non adhibeas aquam, sed oleum, quod magis fomes est ignis, nulla eius perfusione vel infusione fervescit. Hoc miraculum si de aliquo Indico lapide legeremus, sive audiremus, et in nostrum experimentum venire non posset, profecto aut mendacium putaremus, aut certe granditer miraremur. Quarum vero rerum ante oculos nostros quotidiana documenta versantur, non genere minus mirabili, sed ipsa assiduitate vilescunt, ita ut ex ipsa India, quae remota est pars orbis a nobis, desierimus nonnulla mirari, quae ad nos potuerunt miranda perduci.

4. Adamantem lapidem multi apud nos habent, et maxime aurifices insignitoresque gemmarum, qui lapis nec ferro, nec igni, nec alia vi ulla, perhibetur praeter hircino sanguine vinci. Sed qui eum habent atque no-

cosa, a excepción de la sangre de macho cabrío. Los que la poseen y la conocen, ¿la admiran acaso como aquellos a quienes se les muestra su virtud por primera vez? Los que no la han visto experimentalmente, quizá no lo creen o, si lo creen, lo admiran por desconocido. Hacen ellos la experiencia, y al principio les maravilla por lo insólito, pero la asiduidad les va restando insensiblemente el incentivo a su admiración.

Sabemos que el imán es un estupendo raptor del hierro. La primera vez que lo vi quedé realmente estupefacto. Veía un anillo de hierro levantado por la piedra imán, y luego, como si comunicara su fuerza al hierro, este anillo se asió a otro y lo levantó, y este otro se unió a un tercero, como el primero a la piedra. Acercaron un tercero y un cuarto, y quedaba ya colgando como una cadena de anillos trabados unos con otros, sin estar interiormente enlazados. ¿Quién no se pasmará de la virtud de esta piedra, virtud que no estaba sólo en ella, sino que pasaba de anillo en anillo y unía unos con otros con lazos invisibles? Pero es mucho más sorprendente lo que me contó mi hermano y compañero en el episcopado Severo de Milevi. Comiendo un día en casa de Batanario—decía él—, en otro tiempo conde de Africa, vió que, puesta una piedra imán debajo de un plato de plata y encima del plato un trozo de hierro, comunicó al hierro todos los movimientos que su mano imprimía al imán y le hacía ir y venir a su antojo, sin que el plato de plata recibiera impresión alguna.

He contado lo que yo mismo he visto o lo que he oído referir a una persona cuyo testimonio es para mí tan cierto como si yo viera el hecho. Ahora voy a concretarme a lo que he leído

verunt, numquid ita mirantur, ut hi quibus primum potentia eius ostenditur? Quibus autem non ostenditur, fortasse nec credunt; aut si credunt, inexperta mirantur; et si contigerit experiri, adhuc quidem mirantur insolita, sed assiduitas experiendi paulatim subtrahit admirationis incitamentum. Magnetem lapidem novimus mirabilem ferri esse raptorem: quod cumprimum vidi, vehementer inhorrui. Quippe cernebam a lapide ferreum annulum raptum atque suspensum; deinde tanquam ferro quod rapuerat, vim dedisset suam, communemque fecisset, idem annulus admotus est alteri, eumque suspendit, atque ut ille prior lapidi, sic alter annulus priori annulo cohaerebat: accessit eodem modo tertius, accessit et quartus, iamque sibi per mutua circulis nexis, non implicatorum intrinsecus, sed extrinsecus adhaerentium, quasi catena pependerat annulorum. Quis istam vim lapidis non stuperet, quae illi non solum inerat, verum etiam per tot suspensa transibat, et invisibilibus ea vinculis subligabat? Sed multo est mirabilius, quod a fratre et coepiscopo meo Severo Milevitano de isto lapide comperi. Se ipsum namque vidisse narravit, quemadmodum Bathanarius quondam Comes Africae, cum apud eum convivaretur Episcopus, eumdem protulerit lapidem et tenuerit sub argento, ferrumque super argentum posuerit; deinde sicut subter movebat manum, qua lapidem tenebat, ita ferrum desuper movebatur, atque argento medio nihilque patiente, concitatissimo cursu ac recursu infra lapis ab homine, supra ferrum rapiebatur a lapide. Dixi quod ipse conspexi, dixi quod ab alio audivi, cui tanquam ipse viderim credidi. Quid etiam de isto magnete legerim

sobre la piedra imán. Cuando se coloca diamante junto a ella no atrae al hierro, y si ya lo había atraído, lo suelta y lo deja caer. Estas piedras vienen de la India; pero, si dejamos de admirarlas porque nos son conocidas, ¿qué harán los pueblos que nos las envían, para quienes es tan fácil adquirirlas? Quizá sea para ellos tan común como lo es la cal para nosotros, que la vemos, y sin extrañarnos, hervir por la acción del agua, que apaga el fuego, y no inflamarse bajo la acción del aceite, que acrece la llama. Esto se debe a que la hallamos a cada paso.

CAPITULO V

Finitud y limitación de la razón humana

1. Y, *sin embargo, cuando hablamos a los infieles* de los milagros de Dios, pasados o futuros, que no podemos presentar a su experiencia, nos piden razón de los mismos. Y como no podemos dársela (pues exceden la capacidad de la razón humana), piensan que lo que decimos es falso. ¡Que nos den ellos razón de tantas maravillas como existen o siquiera de las que podemos ser testigos! Si confiesan que esto es imposible al hombre, deben convenir en que no hay lógica al decir que, porque no puede darse razón de una cosa, no ha existido o no existe, ya que de hecho existen cosas de las que es imposible dar razón. Sin hacer una relación exhaustiva del sinfín de hechos que la historia recoge, voy a concretarme a los actuales, cuya comprobación está en mano de cualquiera que pueda y quiera, en los lugares en que se realizan [8].

Cuentan que la sal de Agrigento, en Sicilia, se deshace en el fuego como en agua y que, en cambio, en agua crepita como al fuego. Entre los garamantes [9] hay una fuente tan fría de día, que es imposible beber de ella, y tan caliente de noche, que no se la puede tocar. En Epiro hay otra en la que, como en las demás, las antorchas encendidas se apagan; pero, no como en las demás, las apagadas se encienden. En Arcadia existe una piedra que, una vez encendida, ya no es posible apagarla, y por eso se llama asbesto [10]. En Egipto, el tronco de cierta clase de higueras no sobrenada en el agua, como los demás troncos, sino que va al fondo, y, lo que es más extraño, pasado algún tiempo en el fondo, emerge de nuevo a la superficie, aunque lo razonable sería que, empapado de agua, fuera *más pesado. En los alrededores de Sodoma se producen* ciertos frutos que parecen ya maduros; pero, palpados con el diente o con la mano, se les rompe la corteza y se deshacen en humo y ceniza. En Persia hay una piedra por nombre pirita, así llamada porque, si se la aprieta fuertemente, quema la mano, y otra llamada selenites, cuyo resplandor interior crece y decrece con la luna. Las yeguas de Capadocia son fecundadas por el viento, y sus crías no viven más de tres años. En la India, el suelo de la isla de Tilos es preferido a todos los demás, porque los árboles que crecen en él nunca pierden la hoja.

2. De estas y de otras mil maravillas que contiene la historia, y no de cosas pasadas, sino actualmente existentes, que a mí, que persigo otra finalidad en la obra, se me haría demasiado largo referir, den razón, si pueden, estos infieles que se

---

dicam. Quando iuxta eum ponitur adamas, non rapit ferrum; et si iam rapuerat, ut ei appropinquaverit, mox remittit. India mittit hos lapides: sed si eos nos cognitos iam desistimus admirari, quanto magis illi a quibus veniunt, si eos facillimos habent, sic forsitan habent ut nos calcem, quam miro modo aqua fervescentem, qua solet ignis exstingui, et oleo non fervescentem, *quo solet ignis accendi, quia in promptu nobis est,* non miramur?

CAPUT V

Quanta sint quorum ratio nequeat agnosci, et tamen eadem vera esse non sit ambiguum

1. Verumtamen homines infideles, qui cum divina vel praeterita vel futura miracula praedicamus, quae illis experienda non valemus ostendere, rationem a nobis earum flagitant rerum; quam quoniam non possumus reddere (excedunt enim vires mentis humanae), existimant falsa esse quae dicimus; ipsi de tot mirabilibus rebus, quas vel videre possumus, vel videmus, debent reddere rationem. Quod si fieri ab homine non posse perviderint, fatendum est eis, non ideo aliquid non fuisse, vel futurum non esse, quia ratio inde non potest reddi; quandoquidem sunt ista de quibus similiter non potest. Non itaque pergo per plurima quae mandata sunt litteris, non gesta atque transacta, sed in locis quibusque manentia; quo si quisquam ire voluerit et potuerit, utrum vera sint, explorabit, sed pauca commemoro. Agrigentinum Siciliae salem perhibent: cum fuerit admotus igni, velut in aqua fluescere; cum vero ipsi aquae, velut in igne crepitare. Apud Garamantas quemdam fontem tam frigidum diebus, ut non bibatur; tam fervidum noctibus, ut non tangatur. In Epiro alium fontem, in quo faces, ut in caeteris, exstinguuntur accensae; sed, non ut in caeteris, accenduntur exstinctae. Asbeston Arcadiae lapidem propterea sic vocari, quod accensus semel iam non possit exstingui. Lignum cuiusdam ficus Aegyptiae, non ut ligna caetera in aquis natare, sed mergi; et quod est mirabilius, cum in imo aliquandiu fuerit, inde ad aquae superficiem rursus emergere, quando madefactum debuit humoris pondere praegravari. Poma in terra Sodomorum gigni quidem, et ad maturitatis faciem pervenire; sed morsu pressuve tentata, in fumum ac favillam corio fatiscente vanescere. Pyritem lapidem Persicum tenentis manum, si vehementius prematur, adurere, propter quod ab igne nomen accepit. In eadem Perside gigni etiam lapidem Selenitem, cuius interiorem candorem cum luna crescere atque deficere. In Cappadocia etiam vento equas concipere, eosdemque fetus non amplius triennio vivere. Tylon Indiae insulam eo praeferri caeteris terris, quod omnis arbor quae in ea gignitur, nunquam nudatur tegmine foliorum.

2. De his atque aliis innumerabilibus mirabilibus, quae historia non factorum et transactorum, sed manentium locorum tenet, mihi autem aliud

niegan a creer a las divinas Letras pretextando que no son divinas porque contienen cosas increíbles. Y esto es lo que tratamos precisamente.

—No hay razón—dicen ellos—que haga comprender que la carne arda sin consumirse y sufra sin morir.

¡Estos grandes pensadores que son capaces de dar razón de todas las maravillas del mundo, den siquiera razón de estas pocas que he apuntado! No dudo que, si la existencia de esos hechos fuera desconocida y les dijéramos que han de suceder un día, prestarían menos fe a eso que a las penas futuras que les anunciamos. ¿Quién de ellos nos creería si, en lugar de decir que los cuerpos de los condenados vivirán y sufrirán eternamente entre llamas, dijéramos que en el mundo venidero habrá sal de tal calidad que se derretirá en fuego como en agua y crepitará en agua como en fuego? ¿Quién nos creería si dijéramos que habrá una fuente cuya agua en la frescura de la noche abrasa y en los calores del día hiela, o que habrá una piedra que quema al apretarla y otra que, encendida, ya no puede ser apagada, y demás cosas que tuve a bien referir, prescindiendo de muchas otras? Si anunciáramos estas maravillas para el siglo futuro, los incrédulos nos responderían: Si queréis que las creamos, dadnos razón de cada una en particular. Y nosotros nos veríamos obligados a confesar nuestra impotencia y la limitación de la inteligencia humana para profundizar en estas maravillas de Dios. Sin embargo, abrigamos el firme convencimiento de que el Omnipotente no hace nada sin razón, aunque el pobre intelecto humano sea incapaz de dar razón de ello. Estamos, además, convencidos de que en muchas cosas nos es

agenti ea persequi nimis longum est, reddant rationem, si possunt, infideles isti, qui nolunt divinis Litteris credere; quid aliud quam non putantes eas esse divinas, eo quod res habeant incredibiles, sicuti hoc est unde nunc agimus. Non enim admittit, inquiunt, ulla ratio, ut caro ardeat, nec absumatur; doleat, neque moriatur: ratiocinatores videlicet magni, qui de omnibus rebus quas esse mirabiles constat, possint reddere rationem. Reddant ergo de his, quae pauca posuimus, quae procul dubio si esse nescirent, et ea futura esse diceremus, multo minus crederent, quam quod nunc dicentibus nobis nolunt credere aliquando venturum. Quis enim eorum nobis crederet, si, quemadmodum dicimus futura hominum viva corpora, quae semper arsura atque dolitura, nec tamen aliquando moritura sint, ita diceremus in futuro saeculo futurum salem, quem faceret ignis velut in aqua fluescere, eumdemque faceret aqua velut in igne crepitare; aut futurum fontem, cuius aqua in refrigerio noctis sic ardeat, ut non possit tangi; in aestibus vero diei sic algeat, ut bibi non possit; aut futurum lapidem, vel eum qui suo calore manum constringentis adureret, vel eum qui undecumque accensus exstingui omnino non posset, et caetera quae praetermissis aliis innumeris commemoranda interim duxi? Haec ergo in illo saeculo, quod futurum est, si diceremus futura, nobisque increduli responderent, Si vultis ut ea credamus, de singulis reddite rationem: nos non posse confiteremur, eo quod istis et similibus Dei miris operibus infirma mortalium ratiocinatio vinceretur; fixam tamen apud nos esse rationem, non sine ratione Omnipotentem facere, unde animus humanus infir-

incierto su querer y que es certísimo que para El no es imposible nada de cuanto quisiere. Le damos fe al decirnos esto, porque no podemos creer que sea impotente o mentiroso. ¿Qué responden, empero, estos censores de la fe y delegados de la razón cuando les pedimos cuenta de las maravillas que realmente existen y que la razón no puede comprender, pues parecen contrarias a la naturaleza de los seres? Si decimos que éstas sucederán, los infieles nos pedirían también razón de ellas, como nos hacen con las penas del juicio. En conclusión, como la razón humana desfallece y faltan las palabras ante tales obras de Dios, y no por eso dejan de existir, las penas que anunciamos, no porque el hombre sea incapaz de comprenderlas, dejarán de existir [11].

CAPITULO VI

No todos los milagros son naturales

1. Quizá respondan ahora:

—Esas cosas no existen y no las creemos. Cuanto se dice y cuanto se cuenta de ellas son puras falsedades.

Y añaden un raciocinio:

—Si deben creerse esos hechos, creed vosotros, por ejemplo, lo que dicen los autores nuestros: que ha habido o hay un templo de Venus, donde se ve un candelero y en él una vela que luce al aire libre y que no la apagan ni los vientos ni las

mus rationem non potest reddere: et in multis quidem rebus incertum nobis esse quid velit; illud tamen esse certissimum, nihil eorum illi esse impossibile, quaecumque voluerit: eique nos credere praedicenti, quem neque impotentem, neque mentientem possumus credere. Hi tamen fidei reprehensores, exactoresque rationis, quid ab ista respondent, de quibus ratio reddi ab homine non potest, et tamen sunt, et ipsi rationi naturae videntur esse contraria? Quae si futura esse diceremus, similiter a nobis, sicut eorum quae futura esse dicimus, ab infidelibus ratio posceretur. Ac per hoc, cum in talibus operibus Dei deficiat ratio cordis et sermonis humani, sicut ista non ideo non sunt, sic non ideo etiam illa non erunt, quoniam ratio de utrisque ab homine non potest reddi.

CAPUT VI

Quod non omnia miracula naturalia sint, sed pleraque humano ingenio modificata, pleraque autem daemonum arte composita

1. Hic forte respondeant, Prorsus nec ista sunt, nec ista credimus, falsa de his dicta, falsa conscripta sunt; et adiiciant ratiocinantes, atque dicentes, Si talia credenda sunt, credite et vos quod in easdem litteras est relatum, fuisse vel esse quoddam Veneris fanum, atque ibi candelabrum, et in eo lucernam sub divo sic ardentem, ut eam nulla tempestas, nullus imber exstingueret, unde sicut ille lapis, ita ista λύχνος ἄσβεστος, id est, lucerna inexstinguibilis, nominata est. Quod propterea poterunt dicere,

lluvias. Por eso recibió el mismo nombre que la piedra de que hemos hablado, es decir, luz inextinguible.

Están en pleno derecho al oponernos esto para reducirnos y arrollarnos. Porque, si decimos que a esta relación no se debe fe, restamos fuerza a las maravillas referidas, y si se la concedemos, autorizamos las divinidades de los paganos [12]. Mas nosotros, como ya he apuntado en el libro XVIII, no estamos obligados a creer cuanto contiene la historia de los gentiles, cuando los mismos historiadores, como dice Varrón, no están acordes entre sí en muchos puntos, y esto casi con deliberación y adrede. Si queremos, podemos creer las cosas que no son contrarias a los libros que merecen nuestra fe, y a los cuales se la debemos. En cuanto a las maravillas de que nos servimos para intimar a los incrédulos la verdad de los sucesos futuros, nos contentamos con aquellas que podemos experimentar, y de los cuales no es difícil topar con testigos autorizados.

Este templo de Venus y esa lámpara inextinguible, lejos de dificultar nuestra marcha, nos abren grandes horizontes. Eso de la lámpara inextinguible lo catalogamos entre los milagros de la magia, tanto la ejercida por los demonios como la ejercida por los hombres bajo su influjo. Pretender negar estos milagros es ir contra la verdad de las Sagradas Letras, en las cuales creemos. Por consiguiente, o la industria humana se sirvió de la piedra asbesto para mantener esa lámpara, o esa maravilla, admirada por los hombres, es obra de la magia o de algún demonio que, bajo el nombre de Venus, se presentó en aquel lugar e hizo este prodigio ante los hombres, dándole subsistencia temporal y duradera [13]. En efecto, los demonios son atraídos para morar en ciertos lugares por medio de las criaturas de Dios, no

---

ut respondendi nobis angustias ingerant: quia si dixerimus non esse credendum, scripta illa miraculorum infirmabimus; si autem credendum esse concesserimus, confirmabimus numina paganorum. Sed nos, sicut iam in libro duodevigesimo huius operis dixi [7], non habemus necesse omnia credere quae continet historia gentium, cum et ipsi inter se historici, sicut ait Varro, quasi data opera et quasi ex industria per multa dissentiant; sed ea, si volumus, credimus quae non adversantur libris, quibus non dubitamus oportere nos credere. De his autem miraculorum locis, nobis ad ea quae futura persuadere incredulis volumus, satis illa sufficiunt, quae nos quosque possumus experiri, et eorum testes idoneos non difficile est invenire. De isto autem fano Veneris et lucerna inexstinguibili, non solum in nullas coarctamur angustias, verum etiam latitudinis nobis campus aperitur. Addimus enim ad istam lucernam inexstinguibilem, et humanarum et magicarum, id est per homines daemonicarum artium, et ipsorum per se ipsos daemonum multa miracula: quae si negare voluerimus, eidem ipsi cui credimus sacrarum Litterarum adversabimur veritati. Aut ergo in lucerna illa mechanicum aliquid de lapide asbesto ars humana molita est, aut arte magica factum est, quod homines illo mirarentur in templo, aut daemon quispiam sub nomine Veneris tanta se efficacia praesentavit, ut hoc ibi prodigium et appareret hominibus, et diutius permaneret. Illi-

[7] C.18.

por alimentos, como los animales, sino como espíritus, por ciertos signos apropiados a su gusto, como diversas clases de piedras, de maderas, de animales, de encantaciones y de ceremonias [14]. Y, para dejarse atraer de los hombres, primero los seducen con cautelosa astucia, bien inspirando el virus secreto en sus corazones, bien trabando con ellos falsas amistades. Y a algunos de ellos los hacen discípulos suyos y doctores de otros. Porque nadie puede saber, si ellos no lo enseñaran, qué apetece cada cual, qué aborrece, con qué nombre se atrae y con cuál se ve forzado. A esto se reducen, en pocas palabras, las artes mágicas y sus artífices. Se afanan sobre todo por poseer los corazones de los mortales, y esta posesión es su principal gloria, transfigurándose para ello en ángeles de luz. Existen muchas obras suyas, es verdad; pero debemos esquivarlas con tanta más cautela cuanto son más maravillosas. Además, nos sirven perfectamente para el punto que tratamos. Porque, si los inmundos demonios son tan poderosos, ¿cuánto más lo serán los ángeles? Y ¿cuánto más lo será Dios, que ha dado a los ángeles el poder obrar tales milagros?

2. Admitamos que las criaturas de Dios obran por medio de artes mecánicas esas maravillas que llaman μηχανήματα, tan sorprendentes, que los que no las conocen las creen divinas. Así vemos que una estatua de hierro suspendida, en cierto templo, por dos piedras magnéticas de igual grandor y peso, colocadas una en el techo y otra en el suelo, se mantiene en el aire. Los que ignoran el truco lo juzgaban milagro. Algo por el esti-

---

ciuntur autem daemones ad inhabitandum per creaturas, quas non ipsi, sed Deus condidit, delectabilibus pro sua diversitate diversis, non ut animalia cibis, sed ut spiritus signis, quae cuiusque delectationi congruunt, per varia genera lapidum, herbarum, lignorum, animalium, carminum, rituum. Ut autem illiciantur ab hominibus, prius eos ipsi astutissima calliditate seducunt, vel inspirando eorum cordibus virus occultum, vel etiam fallacibus amicitiis apparendo, eorumque paucos discipulos suos faciunt, plurimorumque doctores. Neque enim potuit, nisi primum ipsis docentibus, disci quid quisque illorum appetat, quid exhorreat, quo invitetur nomine, quo cogatur: unde magicae artes earumque artifices exstiterunt. Maxime autem possident corda mortalium, qua potissimum possessione gloriantur, cum se transfigurant in Angelos lucis [8]. Sunt ergo facta eorum plurima, quae quanto magis mirabilia confitemur, tanto cautius vitare debemus. Sed ad hoc unde nunc agimus, nobis etiam ipsa proficiunt. Si enim haec immundi daemones possunt, quanto potentiores sunt sancti Angeli, quanto potentior est his omnibus Deus, qui tantorum miraculorum effectores etiam ipsos Angelos fecit?

2. Quamobrem si tot et tanta mirifica, quae μηχανήματα appellant, Dei creatura utentibus humanis artibus fiunt, ut ea qui nesciunt opinentur esse divina; unde factum est, ut in quodam templo lapidibus magnetibus in solo et camera proportione magnitudinis positis, simulacrum ferreum aeris illius medio inter utrumque lapidem, ignorantibus quid sursum esset ac deorsum, quasi numinis potestate penderet; quale aliquid etiam in illa

[8] 2 Cor. 11,14.

lo, como he dicho, pudo hacer un artífice con la piedra asbesto en la lámpara de Venus. Admitamos todo esto y que las obras de los magos, llamados por nuestra Escritura hechiceros y encantadores, han podido ser realzadas de tal forma por el demonio, que un gran poeta no ha dudado en decir de una maga sobresaliente en tales artes:

> Ella me ha asegurado que tiene poder para ahuyentar de un espíritu los encantamientos, para pasar de un corazón a otro las inquietudes, detener el agua de los ríos y obligar a retroceder en su curso a las estrellas y evocar de noche a los Manes. ¡Si vieses cómo ruge bajo sus pies la tierra y cómo a su voz bajan los espíritus de las montañas!

Si esto es verdad, ¡cuánto más fáciles y hacederas serán para Dios las maravillas increíbles para los infieles, para ese Dios que ha dado esa virtud a las piedras y a los demás seres, que ha comunicado el ingenio a los hombres; que le sirve para modificar las naturalezas de mil modos admirables; que ha creado los ángeles, naturalezas más poderosas que todos los demás animales! Su poder es una maravilla que sobrepuja todas las otras, y su sabiduría, que obra, ordena y permite, no brilla menos en el uso de los seres que en la creación de los mismos [15].

---

lucerna Veneris de lapide asbesto ab artifice fieri potuisse iam diximus: si magorum opera, quos nostra Scriptura veneficos et incantatores vocat, in tantum daemones extollere potuerunt, ut congruere hominum sensibus sibi nobilis poeta videretur, de quadam femina, quae tali arte polleret, dicens:

> Haec se carminibus promittit solvere mentes,
> Quas velit, ast aliis duras immittere curas;
> Sistere aquam fluviis, et vertere sidera retro;
> Nocturnosque ciet manes: mugire videbis
> Sub pedibus terram, et descendere montibus ornos [9]:

quanto magis Deus potens est facere quae infidelibus sunt incredibilia, sed illius facilia potestati; quandoquidem ipse lapidum aliarumque vim rerum et hominum ingenia, qui ea miris utuntur modis, angelicasque naturas omnibus terrenis potentiores animantibus condidit, universa mirabilia mirabili vincente virtute, et operandi, iubendi, sinendique sapientia, utens omnibus tam mirabiliter, quam creavit?

[9] VIRGIL., *Aeneid.* l.4 v.487-491.

CAPITULO VII

LA RAZÓN SUPREMA DE LA FE EN LOS MILAGROS ES LA OMNIPOTENCIA DEL CREADOR

1. ¿Por qué, pues, no puede hacer Dios que resuciten los cuerpos de los muertos y que los de los condenados sean eternamente atormentados en el fuego? ¿El, que ha creado el cielo, la tierra, el aire, las aguas y el mundo con sus innumerables maravillas, entre las cuales la más sorprendente es el mismo mundo? Mas estos a quienes o contra quienes nos dirigimos, que creen en un Dios creador del mundo y de los dioses, por cuyo ministerio gobierna el mundo, lejos de negar, exaltan esas potencias mundanas, que obran admirables prodigios por propia cuenta o impelidas por ciertos ritos o invocaciones mágicas. Y cuando les presentan la fuerza maravillosa de otros seres que no son animales racionales ni espíritus dotados de razón, como los pocos que hemos mencionado, suelen responder: Es una fuerza de su naturaleza. En eso consiste su naturaleza. Son virtualidades naturales de los seres.

—Luego la única razón y el único porqué de que la sal de Agrigento se derrita al fuego y crepite al agua es que así es su naturaleza. Pero resulta que más bien parece que esto es un efecto contrario a la naturaleza, que dió a la sal la propiedad de disolverse no al fuego, sino al agua, y de tostarse al fuego y no al agua.

CAPUT VII

QUOD IN REBUS MIRIS SUMMA CREDENDI RATIO SIT OMNIPOTENTIA CREATORIS

1. Cur itaque facere non possit Deus, ut et resurgant corpora mortuorum, et igne aeterno crucientur corpora damnatorum, qui fecit mundum in caelo, in terra, in aere, in aquis, innumerabilibus miraculis plenum; cum sit omnibus quibus plenus est procul dubio maius et excellentius etiam ipse mundus miraculum? Sed isti cum quibus vel contra quos agimus, qui et Deum esse credunt a quo factus est mundus, et deos ab illo factos per quos ab illo administratur mundus, et miraculorum effectrices, sive spontaneorum, sive cultu et ritu quolibet imperatorum, sive etiam magicorum mundanas vel non negant, vel insuper et praedicant potestates, quando eis rerum vim mirabilem proponimus aliarum, quae nec animalia sunt rationalia, nec ulla ratione praediti spiritus, sicut sunt ea, quorum pauca commemoravimus, respondere assolent: Vis est ista naturae, natura eorum sic se habet, propriarum istae sunt efficaciae naturarum. Tota itaque ratio est, cur Agrigentinum salem flamma fluere faciat, aqua crepitare, quia haec est natura eius. At hoc esse potius contra naturam videtur, quae non igni, sed aquae dedit salem solvere; torrere autem igni, non aquae. Sed ista, inquiunt, salis huius naturalis est vis, ut his contraria patiatur. Haec igitur ratio redditur et de illo fonte Garamantico,

—Mas—dicen ellos—la propiedad natural de esa sal es producir efectos contrarios a las demás.

Esta misma razón se da de la fuente garamántica, en la que una vena está fría de día y hierve de noche, y de una y otra manera lastima a quien la toca. La misma se da de la otra fuente que está fría y apaga, como las demás, las lámparas encendidas, pero, de un modo admirable y diferente, enciende las apagadas. A la misma explicación recurren para la piedra asbesto, que, sin tener calor propio, una vez inflamada, es imposible apagarla. Y decir que así se ha su naturaleza, es la única razón que se da de los otros fenómenos insólitos por demás, cuya sola enumeración es un fastidio. ¡Explicación breve, a la verdad, y respuesta satisfactoria!

Siendo, pues, Dios el autor de todas las naturalezas, ¿por qué nuestros contrincantes, cuando rehusan creer una cosa afirmada por nosotros, bajo pretexto de que es imposible, y les respondemos que la única explicación es la voluntad del Omnipotente, no quieren darnos una razón más fuerte? Es claro que Dios no se dice omnipotente sino porque puede cuanto quiere. El es quien ha creado tantas maravillas, que no sólo las desconocidas, sino aun las conocidas, si no se vieran con los ojos o, al menos, si no hubiera testigos dignos de fe, se juzgarían imposibles. Porque sobre aquellos que no hay otros testigos que los autores que los narran, los cuales, no siendo divinamente inspirados, han podido, como todo el hombre, engañarse, es permitido a cada uno dar su opinión.

2. No quiero que se crean a la ligera los prodigios que he referido, porque yo mismo no estoy seguro de su existencia, excepción hecha de unos cuantos, de los que yo he practicado,

ubi una vena friget diebus, noctibus fervet, vi utraque molesta tangentibus. Haec et de illo alio, qui cum sit contrectantibus frigidus, et facem sicut alii fontes exstinguat accensam, dissimiliter tamen atque mirabiliter idem ipse accendit exstinctam. Haec et de lapide asbesto, qui cum ignem nullum habeat proprium, accepto tamen sic ardet alieno, ut non possit exstingui. Haec de caeteris quae piget retexere, quibus licet vis insolita contra naturam inesse videatur, alia tamen de illis non redditur ratio, nisi ut dicatur, hanc eorum esse naturam. Brevis sane ista est ratio, fateor, sufficiensque responsio. Sed cum Deus auctor sit naturarum omnium, cur nolunt fortiorem nos reddere rationem, quando aliquid velut impossibile nolunt credere, eisque redditionem rationis poscentibus respondemus, hanc esse voluntatem omnipotentis Dei; qui certe non ob aliud vocatur omnipotens, nisi quoniam quidquid vult potest; qui potuit creare tam multa, quae nisi ostenderentur, aut a credendis hodieque testibus dicerentur, profecto impossibilia putarentur, non solum quae ignotissima apud nos, verum etiam quae notissima posui. Illa enim quae apud nos praeter eos, quorum de his libros legimus, non habent testem, et ab eis conscripta sunt qui non sunt divinitus docti atque humanitus falli forte potuerunt, licet cuique sine recta reprehensione non credere.

2. Nam nec ego volo temere credi cuncta quae posui, quia nec a me ipso ita creduntur tanquam nulla de illis sit in mea cogitatione dubitatio,

y cualquiera puede fácilmente practicar, un experimento. Así la cal, que hierve en agua y queda fría en aceite; la piedra imán, que, con una especie de sorbo insensible, no mueve una paja y atrae el hierro; la carne del pavo real, inaccesible a la corrupción, de la que no escapa ni la de Platón; así la paja, tan fría que conserva la nieve y tan caliente que madura las frutas; así el fuego resplandeciente, que blanquea según su fulgor las piedras y, por el contrario, ennegrece los demás objetos. En esa línea se halla también que el aceite, por claro que sea, produce manchas negras, y la plata imprime negror en los objetos, aunque es blanca. Lo mismo sucede en el carbón, que, al hacerse con el fuego, los maderos brillantes se tornan negros; los duros frágiles, y los corruptibles, incorruptibles. Estos y otros muchos efectos que sería largo enumerar, los he observado yo personalmente, y como yo, muchas otras personas.

En cuanto a los que yo no he visto y que he leído en los libros, confieso que no he podido controlar por testigos fidedignos más que ése de la fuente en que se apagan las lámparas encendidas y se encienden las apagadas, y ése de las frutas de Sodoma—belleza por fuera y humo por dentro—. Verdad es que no he hallado nadie que haya visto esa fuente en Epiro, pero sí algunos que conocen otra semejante en Francia, no lejos de Grenoble. En cuanto a las frutas de Sodoma, no solamente las Letras dignas de fe, sino muchos lo aseguran con tal aplomo, que no puede ponerse en duda.

Respecto de las otras maravillas, fluctúo entre la afirmación y la negación. Las he referido sencillamente porque las

exceptis his quae vel ipse sum expertus, et cuivis facile est experiri; sicut de calce, quod fervet in aqua, in oleo frigida est; de magnete lapide, quod nescio qua sorbitione insensibili stipulam non moveat, et ferrum rapiat; de carne non putrescente pavonis, cum putruerit et Platonis; de palea sic frigente ut fluescere nivem non sinat, sic calente ut maturescere poma compellat; de igne fulgido, quod secundum suum fulgorem lapides coquendo candificet, et contra eumdem suum fulgorem urendo plurima obfuscet. Tale est quod et nigrae maculae offunduntur ex oleo splendido, similiter nigrae lineae de candido imprimuntur argento. De carbonibus etiam, quod accendente igne sic vertantur in contrarium, ut de lignis pulcherrimis tetri, fragiles de duris, imputribiles de putribilibus fiant. Haec ipse quaedam cum multis, quaedam cum omnibus novi, et alia plurima, quae huic libro inserere longum fuit. De his autem quae posui non experta, sed lecta praeter de fonte illo, ubi faces exstinguuntur ardentes et accenduntur exstinctae, et de pomis terrae Sodomorum forinsecus quasi maturis, intrinsecus fumeis, nec testes aliquos idoneos a quibus utrum vera essent audirem, potui reperire. Et illum quidem fontem non inveni, qui in Epiro vidisse se dicerent, sed qui in Gallia similem nossent non longe a Gratianopoli civitate. De fructibus autem Sodomitarum arborum, non tantum litterae fide dignae indicant, verum etiam tam multi se loquuntur expertos, ut hinc dubitare non possim. Caetera vero sic habeo, ut neque affirmanda, neque neganda decreverim: sed ideo etiam ipsa

leí en los historiadores de nuestros adversarios. La finalidad que perseguía era hacer ver cómo ellos creen a sus autores en cosas parecidas y sin que les den razones, y no se dignan creernos a nosotros, aunque les demos razones, cuando decimos que lo que trasciende el sentido y la experiencia es obra de la omnipotencia de Dios. ¿Puede darse razón mejor y más valedera de las cosas que se predice que hará el Omnipotente, que realmente puede hacerlas, que decir que las predichas las vemos ahora ya cumplidas? Él las hará, porque predijo que había de hacer esas cosas que se tienen por imposibles, pues prometió y ha hecho que las naciones incrédulas creyeran cosas increíbles.

CAPITULO VIII

¿QUÉ ES CONTRA LA NATURALEZA?

1. Quizá repliquen que no creen que los cuerpos humanos arderán siempre sin morir nunca, porque sabemos que la naturaleza de los cuerpos humanos se ha muy de otra manera. No puede, por tanto—añaden—, aplicarse aquí el criterio usado para enjuiciar los fenómenos extraordinarios, ni decirse: Esto es una propiedad natural. En esto radica la naturaleza de este ser. Sabemos que la naturaleza del cuerpo humano no se ha así.

A esto respondemos, con las Sagradas Letras en la mano, que el cuerpo humano, antes del pecado, tenía una constitución,

posui, quoniam apud eorum, contra quos agimus, historicos legi: ut ostenderem qualia multa, multique illorum, nulla reddita ratione, in suorum litteratorum scripta litteris credant, qui nobis credere, quando id quod eorum experientiam sensumque transgreditur, omnipotentem Deum dicimus esse facturum, nec reddita ratione dignatur. Nam quae melior et validior ratio de rebus talibus redditur, quam cum Omnipotens ea posse facere perhibetur, et facturus dicitur, quae praenuntiasse ibi legitur, ubi alia multa praenuntiavit, quae fecisse monstratur? Ipse quippe faciet, quia se facturum esse praedixit, quae impossibilia putantur, qui promisit et fecit ut ab incredulis gentibus incredibilia crederentur.

CAPUT VIII

NON ESSE CONTRA NATURAM, CUM IN ALIQUA RE, CUIUS NATURA INNOTUIT, ALIQUID AB EO QUOD ERAT NOTUM, INCIPIT ESSE DIVERSUM

1. Si autem propterea respondent, se non credere quae de humanis semper arsuris nec unquam morituris corporibus dicimus, quia humanorum corporum naturam novimus longe aliter institutam; unde nec illa ratio hinc reddi potest, quae de illis naturis mirabilibus reddebatur, ut dici possit, Vis ista naturalis est, rei huius ista natura est; quoniam scimus humanae carnis istam non esse naturam: habemus quidem quod respondeamus de Litteris sacris, hanc ipsam scilicet humanam carnem aliter institutam fuisse ante peccatum, id est, ut posset nunquam perpeti

es decir, que no podía morir, y que después del pecado tiene otra, cual aparece en las miserias de la vida presente. Según esta última, no podrá vivir perpetuamente. Lo mismo sucederá en la resurrección de los muertos; será distinta su constitución a la actual que conocemos. Mas, ya que los enemigos no creen en las Escrituras, en las que se lee cómo vivió el hombre en el paraíso y cómo estaba inmune de la necesidad de la muerte —pues, si creyeran en ellas, no trataríamos con tanto afán la pena futura de los condenados—, es preciso hacer uso de las letras de sus más doctos varones. Ello hará ver que una cosa puede manifestarse en el correr del tiempo de modo muy distinto a como se había manifestado en su naturaleza determinada.

2. Hay en los libros de Marco Varrón que llevan por título *Del origen del pueblo romano* un pasaje que textualmente dice: «En el cielo se produjo un extraño portento. Castor escribe que la brillante estrella de Venus, que Plauto llama Vesperugo, y Homero, Hésperos, fué objeto de un enorme prodigio. Cambiaba de color, de figura, de grandor y de movimiento. Este fenómeno no ha sucedido ni antes ni después. Adrasto, ciciceno, y Dión, napolitano, célebres matemáticos, dicen que esto tuvo lugar siendo rey Ogiges». Varrón, autor tan afamado, no lo llamaría portento si no le pareciera contra la naturaleza. Decimos, es cierto, que todos los portentos son contra la naturaleza; pero en realidad no lo son. ¿Cómo van a ser contrarios a la naturaleza los efectos que produce la voluntad de Dios, siendo voluntad de tal Creador la naturaleza de cada cosa creada? El portento no es, pues, contrario a la

mortem; aliter autem post peccatum, qualis in aerumna huius mortalitatis innotuit, ut perpetem vitam tenere non possit. Sic ergo aliter quam nobis nota est, instituetur in resurrectione mortuorum. Sed quoniam istis non credunt litteris, ubi legitur qualis in paradiso vixerit homo, quantumque fuerit a necessitate mortis alienus, quibus utique si crederent, non cum illis poena damnatorum, quae futura est, operosius ageremus; de litteris eorum, qui doctissimi apud illos fuerunt, aliquid proferendum est, quo appareat posse fieri, ut aliter se habeat quaeque res, quam prius in rebus innotuerat suae determinatione naturae.

2. Est in Marci Varronis libris, quorum inscriptio est, De gente populi Romani, quod eisdem verbis, quibus ibi legitur, et hic ponam: «In caelo, inquit, mirabile exstitit portentum: nam in stella Veneris nobilissima, quam Plautus Vesperuginem [10], Homerus Hesperon appellat, pulcherrimam dicens [11], Castor scribit tantum portentum exstitisse, ut mutaret colorem, magnitudinem, figuram, cursum: quod factum ita neque antea, nec postea sit. Hoc factum Ogyge rege dicebant Adrastus Cyzicenus et Dion Neapolites, mathematici nobiles». Hoc certe Varro tantus auctor portentum non appellaret, nisi esse contra naturam videretur. Omnia quippe portenta contra naturam dicimus esse: sed non sunt. Quomodo est enim contra naturam, quod Dei fit voluntate, cum voluntas tanti utique Conditoris conditae rei cuiusque natura sit? Portentum ergo fit, non

[10] *Amphitr.* act.I scen.I v.119.
[11] *Iliadis* 10 v.318.

naturaleza, sino contrario a nuestro conocimiento de la naturaleza.

¿Quién será capaz de contar la multitud de prodigios que contiene la historia de las naciones? Ahora limitémonos a nuestro punto concreto. ¿Qué hay tan regulado por el autor de la naturaleza como el ordenadísimo curso de los astros? ¿Qué hay fundado sobre leyes más fijas e inmutables? Y, sin embargo, cuando Aquel que gobierna lo creado con imperio y poder absoluto quiso, una estrella, la más sobresaliente por su grandor y por su esplendor, cambió el color, la magnitud, la figura y, lo que es más extraño, el orden y la ley de su curso. Sin duda, dió al traste con todas las tablas de los astrólogos, si existían ya, y con todos los cálculos cabalísticos del curso pasado y futuro de esos astros, tan infalibles, según ellos, que se han atrevido a aventurar que ese cambio del lucero de la mañana no se ha producido ni antes ni después. Nosotros, sin ir más lejos, leemos en los libros divinos que el sol se paró por mandato del santo Jesús Nave, prodigio concedido por petición hecha a Dios y que mantuvo su luz hasta consguir la victoria en la guerra. Y tornó atrás para asegurar al rey Ezequías quince años de vida, añadiendo Dios este prodigio a su promesa.

Los incrédulos, cuando creen estos milagros concedidos a los méritos de los santos, los atribuyen a artes mágicas. A esto alude lo que no ha mucho recordé de Virgilio sobre la magia:

> Detener el agua de los ríos y obligar a retroceder en su curso a los astros.

contra naturam, sed contra quam est nota natura. Quis autem portentorum numerat multitudinem, quae historia gentium continetur? Sed nunc in hoc uno attendamus, quod ad rem de qua agimus pertinet. Quid ita dispositum est ab auctore naturae caeli et terrae, quemadmodum cursus ordinatissimus siderum? quid tam ratis legibus fixisque firmatum? Et tamen quando ille voluit, qui summo regit imperio ac potestate quod condidit, stella prae caeteris magnitudine atque splendore notissima, colorem magnitudinem, figuram, et (quod est mirabilius) sui cursus ordinem legemque mutavit. Turbavit profecto tunc, si ulli iam fuerunt canones astrologorum, quos velut inerrabili computatione de praeteritis ac futuris astrorum motibus conscriptos habent, quos canones sequendo ausi sunt dicere hoc quod de Lucifero contigit, nec antea, nec postea contigisse. Nos autem in divinis libris legimus, etiam solem ipsum et stetisse; cum hoc a Domino Deo petivisset vir sanctus Iesus Nave, donec coeptum praelium victoria terminaret [12]; et retrorsum redisse, ut regi Ezechiae quindecim anni ad vivendum additi, hoc etiam prodigio promissioni Dei significaretur adiuncto [13]. Sed ista quoque miracula, quae meritis sunt concessa sanctorum, quando credunt isti facta, magicis artibus tribuunt. Unde illud est quod superius commemoravi dixisse Virgilium,

> Sistere aquam fluviis, et vertere sidera retro [14].

[12] Ios. 10,13
[13] Is. 38,8.
[14] *Aeneid.* 1.4 v.489.

En la misma Escritura leemos que el río detuvo su curso cuando el pueblo de Dios, al frente del cual iba el citado Jesús Nave, marchaba huyendo, y lo mismo hizo al pasar el profeta Elías y su discípulo Eliseo. Que el astro rey retrocedió en su marcha en tiempo de Ezequías, ya lo he apuntado. Sin embargo, el prodigio del lucero narrado por Varrón no vemos que se haya obrado a petición de algún hombre.

3. Cesen, pues, los infieles de cegarse por el pretendido conocimiento de la naturaleza. ¡Como si Dios no pudiera obrar cambios en las naturalezas que ellos conocen, como hombres que son! Y, a decir verdad, las cosas más ordinarias no son menos maravillosas que las otras, y fueran mucho más estupendas si acostumbraran los hombres a admirar las cosas maravillosas, no las raras [16]. Consultad la razón. ¿Quién no se admirará de que en esta multitud infinita de hombres, tan semejante por naturaleza, tenga cada uno sus facciones tan peculiares, que, si no fueran semejantes entre sí, no se distinguirían de los animales, y, a su vez, si no fueran desemejantes, no se diferenciarían unos de otros? Los que decimos que se parecen, luego nos damos cuenta de que son desemejantes. Pero es más admirable todavía considerar la desemejanza, porque parece más razonable que una naturaleza común exija la semejanza. Y, sin embargo, porque lo raro es lo maravilloso para nosotros, nunca nos admiramos más que cuando topamos con dos hombres tan semejantes que, al intentar distinguirlos, nos engañamos siempre o casi siempre.

4. Mas el caso contado por Varrón, aunque historiador de

Nam et fluvium stetisse superius, inferiusque fluxisse, cum populus Dei, ductore supra memorato Iesu Nave, viam carperet [15], et Elia propheta transeunte, ac postea discipulo eius Elisaeo id esse factum in sacris Litteris legimus [16]; et retro versum fuisse maximum sidus regnante Ezechia, modo commemoravimus. Quod vero de Lucifero Varro scripsit, non est illic dictum alicui homini petenti id fuisse concessum.

3. Non ergo de notitia naturarum caliginem sibi faciant infideles, quasi non possit in aliqua re divinitus fieri aliud, quam in eius natura per humanam suam experientiam cognoverunt: quamvis et ipsa quae in rerum natura omnibus nota sunt, non minus mira sint; essentque stupenda considerantibus cunctis, si solerent homines mirari mira nisi rara. Quis enim, consulta ratione, non videat in hominum innumerabili numerositate, et tanta naturae similitudine, valde mirabiliter sic habere singulos singulas facies, ut nisi inter se similes essent, non discerneretur species eorum ab animalibus caeteris; et rursus nisi inter se dissimiles essent, non discernerentur singuli ab hominibus caeteris? Quos ergo similes confitemur, eosdem dissimiles invenimus. Sed mirabilior est consideratio dissimilitudinis; quoniam similitudinem iustius videtur exposcere natura communis. Et tamen quoniam quae sunt rara, ipsa sunt mira, multo amplius admiramur quando duos ita similes reperimus, ut in eis discernendis aut semper, aut frequenter erremus.

4. Sed quod dixi scriptum a Varrone, licet eorum sit historicus idem-

[15] Ios. 4,18.
[16] 4 Reg. 2,8.14.

los suyos y hombre muy sabio, quizá no lo crean o les impresione menos, porque ese fenómeno fué de corta duración y la estrella tornó presto a su curso ordinario. Hay otro prodigio, aún hoy existente, que, a mi ver, debe bastar para convencerlos de que conocer bien el modo de ser y de obrar de una naturaleza no es razón para limitar a Dios su campo de acción, como si no pudiera transformar a su antojo una cosa en otra muy distinta de las conocidas por ellos. La tierra de Sodoma no ha sido siempre como es hoy. Su suelo era semejante a los demás y gozaba de la misma o de más pingüe fertilidad, ya que las divinas Escrituras lo comparan al paraíso de Dios. Este, después que el fuego del cielo lo arrasó, tiene un aspecto horroroso, debido a la prodigiosa fulígine, como atestigua la historia profana y confirman los visitantes. Sus frutos, bajo una bella apariencia, no ocultan más que ceniza y humo. Mira que no era así y ahora lo es. He aquí que el Autor de las naturalezas ha realizado en ésta un cambio tan espantoso y tan duradero, que aun subsiste después de tanto tiempo.

5. Como no fué imposible para Dios crear las naturalezas que quiso, no lo es tampoco cambiarlas a su gusto. De aquí nacen toda esa serie de milagros que se llaman monstruos, ostentos, portentos y prodigios. Si quisiera referir y recordarlos todos, apuesto que esta obra no tendría fin.

Se dice que la palabra *monstruo* deriva de *monstrando,* y se llaman así porque muestran en cierta manera el futuro. *Ostentos* deriva de *ostendendo,* y *portentos,* de *portendendo,* o sea,

que doctissimus, fortasse vere factum esse non credunt; aut quia non diu mansit talis eiusdem sideris cursus, sed reditum est ad solitum, minus isto moventur exemplo. Habent ergo aliud, quod etiam nunc possit ostendi, eisque puto debere sufficere, quo commoneantur, cum aliquid adverterint in aliqua institutione naturae, eamque sibi notissimam fecerint, non se inde Deo debere praescribere, quasi eam non possit in longe aliud, quam eis cognita est, vertere atque mutare. Terra Sodomorum non fuit utique ut nunc est: sed iacebat simili caeteris facie, eademque vel etiam uberiore fecunditate pollebat; nam Dei paradiso in divinis eloquiis comparata est [17]. Haec posteaquam tacta de caelo est, sicut illorum quoque attestatur historia, et nunc ab eis qui veniunt ad loca illa conspicitur, prodigiosa fuligine horrori est, et poma eius interiorem favillam mendaci superficie maturitatis includunt. Ecce non erat talis, et talis est. Ecce a Conditore naturarum natura eius in hanc foedissimam diversitatem mirabili mutatione conversa est: et quod post tam longum accidit tempus, tam longo tempore perseverat.

5. Sicut ergo non fuit impossibile Deo, quas voluit, instituere; sic ei non est impossibile, in quidquid voluerit, quas instituit, mutare naturas. Unde illorum quoque miraculorum multitudo silvescit, quae monstra, ostenta, portenta, prodigia nuncupantur: quae recolere et commemorare si velim, huius operis quis erit finis? Monstra sane dicta perhibent a monstrando, quod aliquid significando demonstrent; et ostenta ab ostendendo; et portenta a portendendo, id est, praeostendendo; et prodigia, quod porro

[17] Gen. 13,10.

praeostendendo, y *prodigios,* de *porro dicere,* porque predicen el porvenir. Mas consideren cómo sus adivinos, que predicen cosas verdaderas o aciertan a decir alguna verdad entre el fárrago que sueltan, se engañan, sea por sí mismos, sea por inspiración de los espíritus, que se cuidan de implicar a los hombres dignos de tal pena en las redes de una nociva curiosidad. Nosotros, empero, pensamos que estos fenómenos que parecen contra la naturaleza, y que se dice que son contra la naturaleza (como dijo el Apóstol, hablando al estilo humano, que el acebuche es injertado contra la naturaleza en la oliva y participa de su fecundidad), llamados monstruos, ostentos, portentos o prodigios, deben mostrar, significar, pronosticar o predecir lo que hará Dios, lo que prenunció que había de hacer con los cuerpos de los condenados, no impidiéndolo obstáculo ni ley alguna de la naturaleza. El cómo de esas profecías, estimo que quedó ya bastante claro en el libro anterior al espigar en las santas Escrituras, en el Nuevo y en el Viejo Testamento, no todos los testimonios que harían al caso, pero sí los suficientes.

CAPITULO IX

El infierno. Naturaleza de las penas eternas

1. La predicción de Dios, hecha por su profeta, sobre el suplicio eterno de los condenados, se cumplirá y se cumplirá exactamente. *Su gusano no morirá y su fuego no se apagará.*

dicant, id est, futura praedicant. Sed viderint eorum coniectores, quomodo ex eis sive fallantur, sive instinctu spirituum, quibus cura est tali poena dignos animos hominum noxiae curiositatis retibus implicare, etiam vera praedicant, sive multa dicendo aliquando in aliquid veritatis incurrant. Nobis tamen ista quae velut contra naturam fiunt, et contra naturam fieri dicuntur (quo more hominum locutus est et Apostolus, dicendo, contra naturam in olea insitum oleastrum factum esse participem pinguedinis oleae) [18], et monstra, ostenta, portenta, prodigia nuncupantur, hoc monstrare debent, hoc ostendere, vel praeostendere, hoc praedicere, quod facturus sit Deus, quae de corporibus hominum se praenuntiavit esse facturum, nulla impediente difficultate, nulla praescribente lege naturae. Quomodo autem praenuntiaverit, satis in libro superiore docuisse me existimo, decerpendo de Scripturis sanctis et novis et veteribus, non quidem omnia ad hoc pertinentia, sed quae sufficere huic operi iudicavi.

CAPUT IX

De gehenna, et aeternarum qualitate poenarum

1. Quod igitur de sempiterno supplicio damnatorum per suum prophetam Deus dixit fiet, omnino fiet: *Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur* [19]. Ad hoc enim vehementius commendandum,

[18] Rom. 11,17.24.
[19] Is. 66,24.

Y Jesús, para encarecer con más fuerza esta verdad, cuando manda cortar los miembros que escandalizan al hombre, designando por ellos a los hombres que cada cual ama como a sus propios miembros, dice así: *Si tu mano te es ocasión de escándalo, córtala; más te vale entrar manco en la vida eterna que tener dos manos e ir al infierno, al fuego inextinguible, en donde el gusano que los roe nunca muere y el fuego nunca se apaga.* Lo mismo dice del pie: *Y si tu pie te es ocasión de pecado, córtalo; más te vale entrar cojo en la vida eterna que tener dos pies y ser arrojado al infierno, al fuego inextinguible, donde el gusano que los roe nunca muere y el fuego nunca se apaga.* Y del ojo habla en estos términos: *Y si tu ojo te sirve de escándalo, arráncalo; mas te vale entrar tuerto en el reino de Dios que tener dos ojos y ser arrojado al fuego del infierno, donde el gusano que los roe nunca muere y el fuego jamás se apaga.* No se ruborizó de repetir en este lugar tres veces las mismas palabras. ¿A quién no hará temblar esta repetición y esta amenaza, salida con tal rigor de la boca divina?

2. Los que pretenden que el gusano y el fuego son penas del alma, no del cuerpo, dicen que los hombres, separados del reino de Dios, serán abrasados en el alma por un dolor y un arrepentimiento tardío e infructuoso. Por eso defienden que muy bien pudo servirse de la palabra *fuego* para expresar este dolor abrasador. A esto responde aquello del Apóstol: *¿Quién se escandaliza sin que yo me abrase?* Creen también que el gusano figura ese dolor. Porque está escrito

etiam Dominus Iesus, cum membra quae hominem scandalizant pro his hominibus poneret, quos ut sua membra dextra quis diligit, eaque praeciperet amputari: *Bonum est,* inquit, *tibi debilem introire in vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inexstinguibilem, ubi vermis eorum non moritur, et ignis eorum non exstinguitur.* Similiter de pede: *Bonum est tibi,* inquit, *claudum introire in vitam aeternam, quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inexstinguibilis, ubi vermis eorum non moritur, et ignis non exstinguitur.* Non aliter ait et de oculo: *Bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis, ubi vermis eorum non moritur, et ignis non exstinguitur* [20]. Non eum piguit uno loco eadem verba ter dicere: quem non terreat ista repetitio, et illius poenae comminatio tam vehemens ore divino?

2. Utrumque autem horum, ignem scilicet atque vermem, qui volunt ad animi poenas, non ad corporis pertinere, dicunt etiam uri dolore animi sero atque infructuose poenitentis eos qui fuerint a regno Dei separati: et ideo ignem pro isto dolore urente non incongrue poni potuisse contendunt, unde illud Apostoli est, *Quis scandalizatur, et ego non uror?* [21] Eumdem etiam vermem putant intelligendum esse. Nam scriptum est, inquiunt, *Sicut tinea vestimentum et vermis lignum, sic moeror excruciat cor viri* [22]. Qui vero poenas et animi et corporis in illo supplicio futuras

[20] Mc. 9,42-47.
[21] 2 Cor. 11,29.
[22] Prov. 25,20.

—dicen ellos—, *como la polilla al vestido y el gusano al madero, así el dolor atormenta el corazón del hombre.*

Quienes no dudan que las penas atormentarán tanto al alma como al cuerpo, afirman que el fuego abrasará al cuerpo y el gusano del dolor roerá en cierto modo al alma. Aunque este sentido es más creíble, pues es un auténtico absurdo pensar que allí no habrá dolor para el cuerpo o para el alma, sin embargo, yo creo más fácil que los dos atañen al cuerpo que lo contrario. Y, a mi parecer, la divina Escritura no menciona el dolor del alma porque va necesariamente implicado por el del cuerpo, aunque no se diga. Así leemos en el Antiguo Testamento: *El suplicio de la carne del impío será el fuego y el gusano.* Podía haber dicho más brevemente: El suplicio del impío. ¿Por qué añadió *de la carne del impío* sino porque los dos, el gusano y el fuego, serán el castigo de la carne? Quiso decir la pena de la carne, precisamente, porque será castigado en el hombre vivir según la carne. (Esto le llevará a la muerte segunda, que significó el Apóstol con estas palabras: *Si viviereis según la carne, moriréis.)*

Elija cada cual el sentido que le plazca: o atribuir al cuerpo el fuego y al alma el gusano, aquél propiamente y éste metafóricamente, o ambas cosas propiamente al cuerpo. Porque ya he hecho notar antes bastante que los animales pueden vivir también en el fuego, en combustión sin consunción y en dolor sin muerte, por milagro del Creador omnipotente. Quien niega que esto es imposible para El, ignora de quién procede cuanto admiramos en las naturalezas [17]. Este mismo es el Dios que hizo en el mundo los milagros pequeños y los grandes que he referido y muchísimos otros que no he mencionado, y el que

esse non dubitant, igne uri corpus, animum autem rodi quodammodo verme moeroris affirmant. Quod etsi credibilius dicitur; quia utique absurdum est, ibi dolorem aut corporis, aut animi defuturum: ego tamen facilius est ut ad corpus dicam utrumque pertinere, quam neutrum; et ideo tacitum in illis divinae Scripturae verbis animi dolorem, quoniam consequens esse intelligitur, etiamsi non dicatur, ut corpore sic dolente animus quoque sterili poenitentia crucietur. Legitur quippe et in veteribus Scripturis, *Vindicta carnis, impii, ignis et vermis* [23]. Potuit brevius dici, Vindicta impii. Cur ergo dictum est, *carnis impii,* nisi quia utrumque, id est, et ignis et vermis, poena erit carnis? Aut si vindictam carnis propterea dicere voluit, quia hoc in homine vindicabitur, quod secundum carnem vixerit (propter hoc enim veniet in mortem secundam, quam significavit Apostolus dicens, *Si enim secundum carnem vixeritis moriemini)* [24]; eligat quisque quod placet, aut ignem tribuere corpori, animo vermem: hoc proprie, illud tropice; aut utrumque proprie corpori. Iam enim satis superius disputavi, posse animalia etiam in ignibus vivere, in ustione sine consumptione, in dolore sine morte, per miraculum omnipotentissimi Creatoris: cui hoc possibile esse qui negat, a quo sit quidquid in naturis omnibus miratur ignorat. Ipse enim est Deus, qui omnia in

[23] Eccli. 7,19.
[24] Rom. 8,13.

los situó en el mundo, que es el mayor de los milagros. Escoja, pues, cada cual el sentido que le plazca: o pensar que el gusano se refiere propiamente al cuerpo o que se refiere metafóricamente al alma, por una metáfora tomada de las cosas corporales. Cuál de estos sentidos sea el verdadero, la realidad lo expresará más explícitamente cuando la ciencia de los santos será tan perfecta que no necesitarán experimentar las penas para conocerlas, sino que les bastará su sabiduría, entonces colmada. Ahora sabemos las cosas parcialmente hasta que llegue la plenitud. Nos basta de momento rechazar la opinión que sostiene que los cuerpos de los condenados no serán afectados por el fuego ni por dolor alguno.

CAPITULO X

¿PUEDE EL FUEGO DEL INFIERNO, SI ES CORPORAL, ABRASAR A LOS ESPÍRITUS MALIGNOS, ES DECIR, A LOS DEMONIOS, INCORPÓREOS?

1. Se presenta aquí una nueva cuestión: si el fuego no será incorporal, análogo al dolor del ánimo, sino corporal, abrasando por contacto y capaz de atormentar los cuerpos, ¿cómo servirá también de suplicio a los espíritus malignos? Sabemos que el mismo fuego servirá de suplicio a los hombres y a los demonios, según aquellas palabras de Cristo: *Apartaos de mí, malditos, al fuego eterno, que está aparejado*

hoc mundo magna et parva miracula quae commemoravimus, et incomparabiliter plura quae non commemoravimus, fecit, eademque ipso mundo uno atque omnium maximo miraculo inclusit. Eligat ergo unum de duobus quisque quod placet, utrum et vermem ad corpus proprie, an ad animum translato a corporalibus ad incorporalia vocabulo existimet pertinere. Quid autem horum verum sit, res ipsa expeditius indicabit, quando erit scientia tanta sanctorum, ut eis cognoscendarum illarum poenarum necessaria non sit experientia, sed ea quae tunc erit plena atque perfecta, ad hoc quoque sciendum sapientia sola sufficiat. Nunc enim ex parte scimus, donec veniat quod perfectum est [25]. Dum tamen nullo modo illa corpora talia futura esse credamus, ut nullis ab igne afficiantur doloribus.

CAPUT X

AN IGNIS GEHENNAE, SI CORPORALIS EST, POSSIT MALIGNOS SPIRITUS, ID EST DAEMONES INCORPOREOS, TACTU SUO ADURERE

1. Hic occurrit quaerere, si non erit ignis incorporalis, sicut est animi dolor, sed corporalis, tactu noxius, ut eo possint corpora cruciari; quomodo in eo erit etiam poena spirituum malignorum? Idem quippe ignis, erit supplicio scilicet hominum attributus et daemonum, dicente Christo, *Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et*

[25] 1 Cor. 13,9.

para el diablo y sus ángeles. Es así, a no ser que aluda a que los demonios tienen también, como han pensado hombres doctos, cuerpos compuestos de aire pesado y húmedo, que se hace sentir cuando sopla el viento [18]. Si este elemento no pudiera recibir ninguna impresión, no abrasaría cuando es calentado en los baños. Para que abrase es preciso que sea primero abrasado y cause la impresión que recibe. Por lo demás, si alguien afirma que los demonios no tienen cuerpo, es inútil romperse la cabeza o quemarse las cejas sobre este punto.

¿Qué nos veda decir que los espíritus incorpóreos pueden ser atormentados por un fuego corporal de un modo real, aunque maravilloso, si los espíritus de los hombres, que son ciertamente incorpóreos, pueden ser actualmente encerrados en los cuerpos y luego serán unidos a ellos con lazos insolubles? Los espíritus de los demonios, más aún, los espíritus demonios, aunque incorpóreos, si no tienen cuerpo, se unirán al fuego material para ser atormentados. No animarán el fuego de suerte que lo constituyan animal compuesto de espíritu y de cuerpo, sino, como he dicho, uniéndose a él de un modo maravilloso e inefable, recibiendo del fuego la pena, no dándole la vida. También ese otro modo según el cual los espíritus se unen a los cuerpos y los tornan animales, es del todo admirable e incomprensible para el hombre. Y eso es el hombre mismo [19].

2. Yo diría de buen grado que los espíritus arderán sin cuerpo, como ardía el rico en los infiernos cuando decía: *Estoy atormentado en esta llama*, si no tuviera al ojo esta razo-

angelis eius [26]. Nisi quia sunt quaedam sua etiam daemonibus corpora, sicut doctis hominibus visum est, ex isto aere crasso atque humido, cuius impulsus vento flante sentitur. Quod genus elementi si nihil igne perpeti posset, non ureret fervefactus in balneis. Ut enim urat, prior uritur, facitque quod patitur. Si autem quisquam nulla habere corpora daemones asseverat, non est de hac re aut laborandum operosa inquisitione, aut contentiosa disputatione certandum. Cur enim non dicamus, quamvis miris, tamen veris modis etiam spiritus incorporeos posse poena corporalis ignis affligi, si spiritus hominum, etiam ipsi profecto incorporei, et nunc potuerunt includi corporalibus membris, et tunc poterunt corporum suorum vinculis insolubiliter alligari? Adhaerebunt ergo, si eis nulla sunt corpora, spiritus daemonum, imo spiritus daemones, licet incorporei, corporeis ignibus cruciandi: non ut ignes ipsi, quibus adhaerebunt, eorum iunctura inspirentur, et animalia fiant, quae constent spiritu et corpore; sed, ut dixi, miris et ineffabilibus modis adhaerendo, accipientes ex ignibus poenam, non dantes ignibus vitam. Quia et iste alius modus, quo corporibus adhaerent spiritus, et animalia fiunt, omnino mirus est, nec comprehendi ab homine potest, et hoc ipse homo est.

2. Dicerem quidem sic arsuros sine ullo suo corpore spiritus, sicut ardebat apud inferos ille dives, quando dicebat, *Crucior in hac flamma* [27]; nisi convenienter responderi cernerem, talem fuisse illam flam-

[26] Mt. 25,41.
[27] Lc. 16,24.

nable objeción: la llama era de la misma naturaleza que los ojos que clavó en Lázaro, que la lengua que deseaba refrescar con unas gotas de agua y que el dedo de Lázaro con el que quería que se le hiciera ese servicio. Todo esto se realizaba en un lugar donde estaban las almas sin los cuerpos. La llama que le abrasaba y la gotita que pidió eran incorporales, al estilo de las cosas vistas en sueños o en éxtasis, que, aunque incorporales, se asemejan a los cuerpos. El hombre que está en ese estado, si bien es cierto que está en espíritu y no con el cuerpo, no obstante se ve entonces tan semejante a su cuerpo, que es incapaz de distinguirlos. Mas aquel infierno, llamado también estanque de fuego y azufre, será un fuego corpóreo y atormentará los cuerpos de los condenados, sean de hombres o de demonios; los sólidos de los hombres y los aéreos de los demonios; o solamente los cuerpos de los hombres con sus espíritus y los espíritus de los demonios sin cuerpos, unidos al fuego corporal para recibir la pena, no para vivificarlo. El fuego será único para los dos, como aseguró la Verdad misma.

CAPITULO XI

Exigencias de la justicia con respecto a las penas

Pero, entre estos contra quienes defendemos la Ciudad de Dios, hay quienes creen que es injusto castigar los pecados, por graves que sean, de esta corta vida, con un suplicio eterno.

mam, quales oculi quos levavit, et Lazarum vidit, qualis lingua cui humorem exiguum desideravit infundi, qualis digitus Lazari de quo id sibi fieri postulavit: ubi tamen erant sine corporibus animae. Sic ergo incorporalis et illa flamma qua exarsit, et illa guttula quam poposcit; qualia etiam sunt visa dormientium sive in ecstasi cernentium res incorporales, habentes tamen similitudinem corporum. Nam et ipse homo cum spiritu, non corpore, sit in talibus visis, ita se tamen tunc similem suo corpori videt, ut discernere omnino non possit. At vero gehenna illa, quod etiam stagnum ignis et sulphuris dictum est [28], corporeus ignis erit, et cruciabit corpora damnatorum, aut et hominum et daemonum, solida hominum, aeria daemonum; aut tantum hominum corpora cum spiritibus, daemones autem spiritus sine corporibus, haerentes sumendo poenam, non impertiendo vitam corporalibus ignibus. Unus quippe utrisque ignis erit, sicut Veritas dixit [29].

CAPUT XI

An hoc ratio iustitiae habeat, ut non sint extensiora poenarum tempora, quam fuerint peccatorum

Sic autem quidam eorum, contra quos defendimus civitatem Dei, iniustum putant, ut pro peccatis quamlibet magnis, parvo scilicet tempore

[28] Apoc. 20,9.
[29] Mt. 25,41.

¡Como si la justicia de la ley atendiera alguna vez a proporcionar el castigo con el tiempo invertido en cometer la falta! Las leyes, según Cicerón, establecen ocho géneros de penas: la multa, la prisión, el azote, el talión, la ignominia, el destierro, la muerte y la esclavitud. ¿Cuál de éstas mide su duración por la del crimen, haciendo durar el castigo cuanto duró el acto criminoso, a no ser quizá la pena del talión? [20]. Esta ordena que cada uno sufra el mal que hizo sufrir. De aquí aquella prescripción de la Ley: *Ojo por ojo y diente por diente*. Es físicamente posible que la justicia arranque el ojo al criminal en tan poco tiempo como se lo arrancó a su víctima. Mas, si la razón exige que el beso dado a la mujer ajena sea castigado con el azote, ¿no es azotado durante largo tiempo el que hizo eso en un instante? Y el dulzor de un corto deleite ¿no es castigado en este caso con un dolor duradero?

¿Qué diré de la prisión? ¿Debe acaso permanecer encarcelado el reo solamente tanto tiempo cuanto duró el acto que le mereció tal pena? De hecho vemos que es muy justo que un esclavo esté muchos años en rehenes simplemente por haber injuriado de palabra a su amo o por haberle herido de un golpe, que pasa en un pestañeo.

Y la multa, la ignominia, el destierro y la esclavitud—penas que son de ordinario irrevocables—, ¿no son en cierta manera semejantes a las penas eternas en relación con la brevedad de esta vida? No pueden ser eternas cabalmente porque ni la misma vida por ellas castigada lo es; pero los crímenes castigados con penas tan largas se cometen en muy poco tiempo.

perpetratis, poena quisque damnetur aeterna; quasi ullius id unquam iustitia legis attendat, ut tanta mora temporis quisque puniatur, quanta mora temporis unde puniretur admisit. Octo genera poenarum in legibus esse scribit Tullius, damnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exsilium, mortem, servitutem. Quid horum est quod in breve tempus pro cuiusque peccati celeritate coarctetur, ut tanta vindicetur morula, quanta deprehenditur perpetratum, nisi forte talio? id enim agit, ut hoc patiatur quisque quod fecit. Unde illud est Legis, *Oculum pro oculo, dentem pro dente* [30]. Fieri enim potest, ut tam brevi tempore quisque amittat oculum severitate vindictae, quam tulit ipse alteri improbitate peccati. Porro autem si alienae feminae osculum infixum, rationis sit verbere vindicare, nonne qui illud puncto temporis fecerit, incomparabili horarum spatio verberatur, et suavitas voluptatis exiguae diuturno dolore punitur? Quid, in vinculis numquid tam diu quisque iudicandus est esse debere, quam diu fecit unde meruit alligari; cum iustissime annosas poenas servus in compedibus pendat, qui verbo aut ictu celerrime transeunte vel lacessivit dominum, vel plagavit? Iam vero damnum, ignominia, exsilium, servitus, cum plerumque sic infliguntur, ut nulla venia ralaxentur, nonne pro huius vitae modo similia poenis videntur aeternis? Ideo quippe aeterna esse non possunt, quia nec ipsa vita, quae his plectitur, porrigitur in aeternum: et tamen peccata, quae vindicantur longissimi temporis poenis, brevissimo

[30] Ex. 21,24.

A nadie se le ocurre pensar que los tormentos de los malhechores deben ir en proporción directa con el tiempo que duró el homicidio, el adulterio, el sacrilegio y cualquier otro crimen, que no debe medirse por la longura del tiempo, sino por la mayor o menor cualidad del pecado. ¿Puede imaginarse que las leyes, al condenar a uno a muerte, hagan radicar el castigo en ese breve instante que dura la ejecución y no en apartarle para siempre de la sociedad humana? Pues lo que significa apartar a los hombres con el suplicio de la muerte primera de la ciudad mortal, eso significa apartarlo por la muerte segunda de la ciudad inmortal. Y como las leyes de esta ciudad no devuelven jamás a la sociedad al hombre condenado a sentencia capital, así las de aquélla no vuelven nunca a la vida eterna al pecador condenado a la muerte segunda.

¿Cómo, pues, son verdaderas—preguntan—estas palabras de vuestro Cristo: *Con la medida que midiereis, seréis medidos,* si un pecado temporal es castigado con una pena eterna? [21].

No reparan en que la medida de que se habla aquí no mira al tiempo, sino al mal, y quiere decir: El que obre males, que sufra también males. Aunque quizá pudiera entenderse del punto de que a la sazón hablaba el Señor, a saber, de los juicios y de las condenas. En este caso, quien juzga y condena injustamente, si es juzgado y condenado justamente, recibe la misma medida, aunque no de lo que él dió. El juzgó y es juzgado, pero el castigo que se le ha impuesto es justo, mientras el que él impuso era injusto.

---

tempore perpetrantur; nec quisquam exstitit qui censeret tam cito nocentium finienda esse tormenta, quam cito factum est vel homicidium, vel adulterium, vel sacrilegium, vel quodlibet aliud scelus, non temporis longitudine, sed iniquitatis et impietatis magnitudine metiendum. Qui vero pro aliquo grandi crimine morte mulctatur, numquid mora qua occiditur, quae perbrevis est, eius supplicium leges aestimant, et non quod eum in sempiternum auferunt de societate viventium? Quod est autem de ista civitate mortali homines supplicio primae mortis, hoc est de civitate illa immortali homines supplicio secundae mortis auferre. Sicut enim non efficiunt leges huius civitatis, ut in eam quisque revocetur occisus; sic nec illius, ut in vitam revocetur aeternam, secunda morte damnatus. Quomodo ergo verum est, inquiunt, quod ait Christus vester, *In qua mensura mensi fueritis, in ea remetietur vobis* [31], si temporale peccatum supplicio punitur aeterno? Nec attendunt, non propter aequale temporis spatium, sed propter vicissitudinem mali, id est, ut qui mala fecerit, mala patiatur, eamdem dictam fuisse mensuram. Quamvis hoc in ea re proprie possit accipi, de qua Dominus cum hoc diceret, loquebatur, id est, de iudiciis et condemnationibus. Proinde qui iudicat et condemnat iniuste, si iudicatur et condemnatur iuste, in eadem mensura recipit, quamvis non hoc quod dedit. Iudicio enim fecit, iudicio patitur: quamvis fecerit damnatione quod iniquum est, patiatur damnatione quod iustum est.

[31] Lc. 6,38.

CAPITULO XII

MAGNITUD DEL PRIMER PECADO Y SUS EFECTOS

Una pena eterna parece dura e injusta al sentido humano, porque en la miseria de esta vida mortal falta el sentido de la sabiduría pura y elevada, que capacita para sentir la enormidad del crimen cometido en la primera prevaricación. Cuanto más gozaba el hombre de Dios, mayor fué su impiedad al abandonarlo. Y quien en sí destruyó un bien que podía ser eterno, se hizo acreedor a un mal eterno. De aquí la condenación de toda la masa del género humano [22], porque el primer culpable fué castigado con toda su posteridad, que estaba en él como en su raíz. Así, nadie escapa a ese suplicio justo y debido, si no es por una misericordia y una gracia indebida. Y es tal la disposición de los hombres, que en unos aparece el valor de una gracia misericordiosa y en otros el de una justa venganza [23]. No aparecían en todos las dos cosas, porque si todos permanecieran bajo las penas de una justa condenación, no se mostraría en ninguno la gracia misericordiosa del Redentor. Y si todos fueran transferidos de las tinieblas a la luz, en ninguno aparecería la severidad del castigo. En este último apartado hay muchos más que en el otro, para darnos a entender que era debido a todos. Si se hiciera en todos venganza, nadie reprendería justamente la justicia del

---

CAPUT XII

DE MAGNITUDINE PRAEVARICATIONIS PRIMAE, OB QUAM AETERNA POENA OMNIBUS DEBEATUR, QUI EXTRA GRATIAM FUERINT SALVATORIS

Sed poena aeterna ideo dura et iniusta sensibus videtur humanis, quia in hac infirmitate moribundorum sensuum deest ille sensus altissimae purissimaeque sapientiae, quo sentiri possit quantum nefas in illa prima praevaricatione commissum sit. Quanto enim magis homo fruebatur Deo, tanto maiore impietate dereliquit Deum, et factus est malo dignus aeterno, qui hoc in se peremit bonum, quod esse posset aeternum. Hinc est universa generis humani massa damnata: quoniam qui hoc primitus admisit, cum ea quae in illo fuerat radicata sua stirpe punitus est, ut nullus ab hoc iusto debitoque supplicio, nisi misericordia et indebita gratia liberetur; atque ita dispertiatur genus humanum, ut in quibusdam demonstretur quid valeat misericors gratia, in caeteris quid iusta vindicta. Neque enim utrumque demonstraretur in omnibus: quia, si omnes remanerent in poenis iustae damnationis, in nullo appareret misericors gratia redimentis: rursum, si omnes a tenebris transferrentur in lucem, in nullo appareret severitas ultionis. In qua propterea multo plures quam in illa sunt, ut sic ostendatur quid omnibus deberetur. Quod si omnibus redderetur, iustitiam vindicantis iuste nemo reprehenderet: quia vero tam

vengador; pero, como son muchos los librados, ya hay motivo para dar infinitas gracias al divino Libertador por este don gratuito.

CAPITULO XIII

Contra la opinión que sostiene que los malos serán castigados después de la muerte para su purificación

Los platónicos, es cierto, no quieren que quede impune ningún pecado; pero estiman que todas las penas tienen un fin correctivo o de enmienda, tanto las infligidas por las leyes humanas como las sancionadas por las divinas. Y esto, bien las sufran en esta vida, bien las hayan de sufrir después de la muerte para no hacerlo aquí o no corregirse. Esto dió origen a aquella sentencia de Marón [24], cuando, después de haber hablado de los cuerpos terrenos y de los miembros destinados a la muerte, dice que las almas

> conocen el temor y el deseo, la alegría y el dolor, y no ven la claridad de los cielos, presas en sus tinieblas y en su cárcel sin ojos.

Y añade a renglón seguido:

> De ahí que en el día supremo, cuando la vida las abandone,

es decir, cuando en el día supremo les deje esta vida,

> No están—dice—completamente libres las desgraciadas del mal y de las manchas de los cuerpos. Sus vicios, endurecidos por los años, han echado raíces de profundidad asombrosa, y es necesario someter-

---

multi exinde liberantur, est unde agantur maximae gratiae gratuito muneri liberantis.

CAPUT XIII

Contra opinionem eorum qui putant criminosis supplicia post mortem causa purgationis adhiberi

Platonici quidem, quamvis impunita nulla velint esse peccata, tamen omnes poenas emendationi adhiberi putant, vel humanis inflictas legibus, vel divinis, sive in hac vita, sive post mortem, si aut parcatur hic cuique, aut ita plectatur ut hic non corrigatur. Hinc est Maronis illa sententia, ubi cum dixisset de terrenis corporibus moribundisque membris, quod animae

> Hinc metuunt cupiuntque, dolent gaudentque, nec auras
> Suspiciunt, clausae tenebris et carcere caeco:

secutus adiunxit, atque ait:

> Quin et supremo cum lumine vita reliquit;

id est, cum die novissimo reliquit eas ista vita,

> Non tamen (inquit) omne malum miseris, nec funditus omnes
> Corporeae excedunt pestes, penitusque necesse est
> Multa diu concreta modis inolescere miris.

> las a castigos para que los suplicios las limpien. Ahí tienes unas suspendidas en el aire, expuestas al soplo veloz de los vientos, y otras lavando sus manchas en el fondo de los abismos, y otras purificándose en el fuego.

Los que así piensan no reconocen después de la muerte más que penas purgatorias. Y como el agua, el aire y el fuego son elementos superiores a la tierra, sirven de medios de expiación para purificar las almas de las mancillas contraídas al contacto de la tierra. Esto lo hallan en el poeta. El aire, donde dice *expuestas al soplo de los vientos;* el agua, aquí: *en el fondo de los abismos;* y el fuego lo expresa por su nombre al decir: *otras purificándose en el fuego.*

Nosotros reconocemos ciertas penas purificatorias en esta vida mortal. Y tienen ese carácter no para aquellos cuya vida no mejora con ellas, o más bien empeora, sino para aquellos otros que se corrigen así castigados. Todas las demás penas, temporales o eternas, que la divina Providencia inflige a cada uno por ministerio de los hombres o de los ángeles, buenos o malos, tienen por objeto, bien castigar los pecados pasados o actuales, bien ejercitar y poner de relieve las virtudes. Cuando uno padece un mal por malicia o error de otro, peca ciertamente el que le causa ese mal; pero Dios, que lo permite con juicio justo, aunque oculto, no peca.

Las penas temporales, unos las sufren solamente en esta vida, otros después de la muerte, otros en esta vida y en la otra, pero antes del último y más riguroso de los juicios. No todos los que sufren penas temporales después de la muerte

---

> Ergo exercentur poenis, veterumque malorum
> Supplicia expendunt: aliae panduntur inanes
> Suspensae ad ventos, aliis sub gurgite vasto
> Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni [32].

Qui hoc opinantur, nullas poenas nisi purgatorias volunt esse post mortem, ut quoniam terris superiora sunt elementa, aqua, aer, ignis, ex aliquo istorum mundetur per expiatorias poenas, quod terrena contagione contractum est. Aer quippe accipitur in eo quod ait, *Suspensae ad ventos:* aqua in eo quod ait, *Sub gurgite vasto:* ignis autem suo nomine expressus est, cum dixit, *Aut exuritur igni.* Nos vero etiam in hac quidem mortali vita esse quasdam poenas purgatorias confitemur, non quibus affliguntur quorum vita vel non inde fit melior, vel potius inde fit peior; sed illis sunt purgatoriae, qui eis coerciti corriguntur. Caeterae omnes poenae, sive temporariae, sive sempiternae, sicut unusquisque divina providentia tractandus est, inferuntur, vel pro peccatis sive praeteritis, sive in quibus adhuc vivit ille qui plectitur, vel pro exercendis declarandisque virtutibus, per homines et angelos, seu bonos seu malos. Nam etsi quisquam mali aliquid alterius improbitate vel errore patiatur, peccat quidem homo, qui vel ignorantia, vel iniustitia cuiquam mali aliquid facit: sed non peccat Deus, qui iusto, quamvis occulto, iudicio fieri sinit. Sed temporarias poenas alii in hac vita tantum, alii post mortem, alii et nunc et tunc, verumtamen ante iudicium illud severissimum novissimumque patiuntur. Non autem omnes veniunt in sempiternas poenas, quae post illud

[32] *Aeneid.* 1.6 v.733-742.

caerán en las penas eternas después del juicio final. Ya hemos apuntado arriba que a algunos se les remitirá en el siglo futuro lo que no se les remite en éste, con el fin de que no sean castigados con el suplicio eterno [25].

CAPITULO XIV

Penas temporales de esta vida

Son rarísimos los que en esta vida no sufren en expiación de sus culpas, sino sólo después de ella. Yo he conocido algunas personas que han llegado a una vejez muy avanzada sin haber tenido la menor fiebre y que han pasado su vida en una tranquilidad perfecta. Esto no obsta para considerar la vida de los mortales como una larga pena y como tentación, según las palabras de las Sagradas Letras: *¿No es verdad que la vida del hombre sobre la tierra es tentación?* No es ya pequeña pena la ignorancia o la impericia, cuya aversión es tal que, para escapar a ella, se obliga a los niños, a costa de castigos y dolores sin cuento, a aprender las artes liberales [26]. El mismo estudio, a que se los constriñe con castigos, les es tan duro, que a veces prefieren aguantar las penas a estudiar. ¿Quién no sentirá horror, y si se le propone la disyuntiva, morir o volver a la infancia, elegirá la muerte? [27]. Esta que se abre a la luz no viendo, sino llorando, profetiza en cierto modo, sin darse cuenta, los males que la esperan. Se

iudicium sunt futurae, qui post mortem sustinent temporales. Nam quibusdam, quod in isto non remittitur, remitti in futuro saeculo [33], id est, ne futuri saeculi aeterno supplicio puniantur, iam supra diximus.

CAPUT XIV

De poenis temporalibus istius vitae, quibus subiecta est humana conditio

Rarissimi sunt autem qui nullas in hac vita, sed tantum post eam poenas luunt. Fuisse tamen aliquos, qui usque ad decrepitam senectutem ne levissimam quidem febriculam senserint, quietamque duxerint vitam, ipsi et novimus et audivimus: quamquam vita ipsa mortalium tota poena sit, quia tota tentatio est, sicut sacrae Litterae personant, ubi scriptum est, *Numquid non tentatio est vita humana super terram?* [34] Non enim parva poena est ipsa insipientia, vel imperitia, quae usque adeo fugienda merito iudicatur, ut per poenas doloribus plenas pueri cogantur quaeque artificia vel litteras discere: ipsumque discere, ad quod poenis adiguntur, tam poenale est eis, ut nonnunquam ipsas poenas per quas compelluntur discere, malint ferre, quam discere. Quis autem non exhorreat, et mori eligat, si ei proponatur, aut mors perpetienda, aut rursus infantia? Quae

[33] Mt. 12,32.
[34] Iob 7,1, sec. LXX.

cuenta que el único que se ha reído al nacer fué Zoroastro; pero su monstruosa risa no le auguró ningún bien. Pasa por el inventor de las artes mágicas, que, no obstante, no le sirvieron nada para defender la vana felicidad de la presente vida contra sus enemigos. Porque fué vencido por Nino, rey de los asirios, siendo él rey de los bactrianos [28].

Escrito está: *Un yugo pesado abruma a los hijos de Adán desde el día que salen del vientre materno hasta el día del entierro en el seno de la madre común.* Esta tara es tan inevitable, que los mismos niños librados por el bautismo del pecado original—visco que los detenía—están expuestos a un sinnúmero de males, hasta padecer a veces las incursiones de los espíritus malos. Lejos de nosotros pensar que estos sufrimientos les sean obstáculo si terminan la vida en esa edad por agravarse el sufrimiento y separarse el alma del cuerpo [29].

CAPITULO XV

La gracia de Dios y sus efectos

Sin embargo, el pesado yugo impuesto a los hijos de Adán, desde el día de su nacimiento hasta el día de su entierro en el seno de la madre común, entraña otro mal asombroso. Nos enseña a ser sobrios y a comprender que esta vida penal es una secuela del pecado nefando cometido en el paraíso y que

quidem quod non a risu, sed a fletu orditur hanc lucem, quid malorum ingressa sit, nesciens prophetat quodammodo. Solum, quando natus est, ferunt risisse Zoroastrem, nec ei boni aliquid monstrosus risus ille portendit. Nam magicarum artium fuisse perhibetur inventor: quae quidem illi nec ad praesentis vitae vanam felicitatem contra suos inimicos prodesse potuerunt. A Nino quippe rege Assyriorum, cum esset ipse Bactrianorum, bello superatus est. Prorsus quod scriptum est, *Grave iugum super filios Adam, a die exitus de ventre matris eorum, usque in diem sepulturae in matrem omnium* [35], usque adeo impleri necesse est, ut ipsi parvuli per lavacrum regenerationis ab originalis peccati, quo solo tenebantur, vinculo iam soluti, mala multa patientes, nonnulli et incursus spirituum malignorum aliquando patiantur. Quae quidem passio absit ut eis obsit, si hanc vitam in illa aetate, etiam ipsa passione ingravescente et animam de corpore excludente, finierint.

CAPUT XV

Quod omne opus gratiae Dei eruentis nos de profunditate veteris mali, ad futuri saeculi pertineat novitatem

Verumtamen in gravi iugo quod positum est super filios Adam, a die exitus de ventre matris eorum, usque in diem sepulturae in matrem omnium, etiam hoc malum mirabile reperitur, ut sobrii simus, atque intelli-

[35] Eccli. 40,1.

todo lo que se nos promete en el Nuevo Testamento atañe únicamente a la nueva heredad del siglo futuro. Una vez aceptada aquí esa prenda, lograremos a su tiempo el trueque de la misma. Ahora caminemos en esperanza y, adelantando de día en día, mortifiquemos por el espíritu las obras de la carne. Porque *el Señor conoce quiénes son de El,* y *todos los que son conducidos por el Espíritu de Dios, ésos son hijos de Dios,* pero por gracia, no por naturaleza. Por naturaleza sólo hay un Hijo de Dios, que, por su bondad, se hizo por nosotros hijo del hombre, a fin de que nosotros, hijos del hombre por naturaleza, nos tornáramos en hijos de Dios por gracia por su mediación. El, siempre inmutable, vistió nuestra naturaleza para salvarnos, y asido a su divinidad, se hizo particionero de nuestra debilidad con el fin de que nosotros, cambiados en mejores, perdamos lo que tenemos de pecadores y de mortales, participando de su inmortalidad y de su justicia, y conservemos lo bueno que ha hecho en nuestra naturaleza, en la plenitud de su bondad.

Como caímos por el pecado de un solo hombre en una miseria tan deplorable, así arribaremos por la gracia de un solo hombre, que a la vez es Dios, a la posesión de nuestro bien soberano. Y nadie debe confiar que pasó del primer estado al segundo hasta que arribe al puerto en que no habrá ya tentación y logre la paz que persigue a través de los combates que la carne libra contra el espíritu, y el espíritu contra la carne. Una guerra semejante no tendría lugar si el hombre, usando del libre albedrío, se hubiera conservado en la rectitud

gamus hanc vitam de peccato illo nimis nefario, quod in paradiso perpetratum est, factam nobis esse poenalem, totumque quod nobiscum agitur per Testamentum novum, non pertinere nisi ad novi saeculi haereditatem novam, ut hic pignore accepto, illud cuius hoc pignus est suo tempore consequamur: nunc autem ambulemus in spe, et proficientes de die in diem, spiritu facta carnis mortificemus [36]. *Novit* enim *Dominus qui sunt eius* [37]; et, *Quotquot Spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei* [38], sed gratia, non natura. Unicus enim natura Dei Filius, propter nos misericordia factus est filius hominis, ut nos natura filii hominis, filii Dei per illum gratia fieremus. Manens quippe ille immutabilis, naturam nostram, in qua nos susciperet, suscepit a nobis; et tenax divinitatis suae, nostrae infirmitatis particeps factus est; ut nos in melius commutati, quod peccatores mortalesque sumus, eius immortalis et iusti participatione amittamus, et quod in natura nostra bonum fecit, impletum summo bono in eius naturae bonitate servemus. Sicut enim per unum hominem peccantem [39] in hoc tam grave malum devenimus: ita per unum hominem eumdemque Deum iustificantem ad illud bonum tam sublime veniemus. Nec quisquam se debet ab isto ad illum transisse confidere, nisi cum ibi fuerit, ubi tentatio nulla erit; nisi pacem tenuerit, quam belli huius, in quo caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem [40], multis et variis certaminibus quaerit. Hoc autem bellum nunquam ullum esset, si natura humana

[36] Rom. 8,13.
[37] 2 Tim. 2,19
[38] Rom. 8,14.
[39] Ibid., 5,12.
[40] Gal. 5,17

en que fué creado. Ahora el hombre feliz que se negó a tener paz con Dios lucha infeliz consigo mismo, y, siendo este mal miserable, es mejor que su vida precedente. Mejor es combatir los vicios que dejarse dominar sin ningún choque. Mejor es, digo, la guerra con la esperanza de la vida eterna que el cautiverio sin esperanza de libertad. Verdad es que ansiamos vernos también libres de esta guerra y nos abrasamos en el fuego del amor divino por conseguir esa paz ordenadísima que trae consigo la estabilidad y el sometimiento de lo inferior a lo superior. Mas, aunque—lo que Dios no permita—no esperáramos tamaño bien, deberíamos siempre preferir el combate, aunque sea duro, a ceder a los vicios y a arrojarnos en sus brazos.

CAPITULO XVI

Las leyes de la gracia y las edades de los hombres regenerados

Es tal la misericordia de Dios para con los vasos de misericordia destinados a la gloria, que tanto en la primera como en la segunda edad del hombre, o sea en la infancia y en la puericia, la una entregada sin resistencia a la carne; y la otra, en la que la razón, aún no consciente de esta lucha, está casi por completo sometida a todas las inclinaciones viciosas y, aunque ya capaz de habla—lo cual induce a creer que pasó la infancia—, no es todavía capaz de preceptos, quien recibiere

per liberum arbitrium in rectitudine, in qua facta est, perstitisset. Nunc vero quae pacem felix cum Deo habere noluit, secum pugnat infelix, et cum sit hoc malum miserabile, melius est tamen quam priora vitae huius. Melius confligitur quippe cum vitiis, quam cum sine ulla conflictione dominantur. Melius est, inquam, bellum cum spe aeternae pacis, quam sine ulla liberationis cogitatione captivitas. Cupimus quidem etiam hoc bello carere, et ad capessendam ordinatissimam pacem, ubi firmissima stabilitate potioribus inferiora subdantur, igne divini amoris accendimur. Sed si, quod absit, illius tanti boni spes nulla esset, malle debuimus in huius conflictationis molestia remanere, quam vitiis in nos dominationem non eis resistendo permittere.

CAPUT XVI

Sub quibus gratiae legibus omnes regeneratorum habeantur aetates

Verum tanta est Dei misericordia in vasa misericordiae quae praeparavit in gloriam, ut etiam prima hominis aetas, id est, infantia quae sine ullo renisu subiacet carni, et secunda quae pueritia nuncupatur, ubi nondum ratio suscepit hanc pugnam, et fere sub omnibus vitiosis delectationibus iacet, quia licet iam fari valeat, et ideo infantiam transisse videatur, nondum in ea est praecepti capax infirmitas mentis; si sacramenta Mediatoris acceperit, etiamsi hanc in eis annis vitam finiat, translata scilicet

los sacramentos del Mediador, es decir, quien fuere transferido de la potestad de las tinieblas al reino de Cristo, aunque termine su vida en esos años, no sólo no sufrirá penas eternas, sino ni purificatorias siquiera. Porque basta la sola regeneración espiritual para invalidar después de la muerte el débito que la generación carnal había contraído con la muerte [30]. Y en llegando a la edad capaz de preceptos y de leyes, debe comenzar la guerra contra los vicios y pelear bravamente por miedo a caer en pecados dignos de condenación. Si la costumbre de victoria aún no los ha robustecido, cederán y serán vencidos con más facilidad; pero, si la costumbre va dándoles vuelo y triunfos, entonces la victoria es más difícil y trabajosa [31]. La victoria verdadera y auténtica la da únicamente el amor a la verdadera justicia, que radica en la fe en Cristo. Porque, si la ley manda sin que el espíritu venga en su ayuda, la prohibición que ella hace del pecado no sirve más que para aumentar el deseo y añadir el reato de la prevaricación. A veces, es verdad, hay vicios manifiestos que son superados por otros vicios ocultos tenidos por virtudes, en las cuales reina la soberbia y una vanidad ruinosa de agradarse a sí mismo [32]. Los vicios deben considerarse vencidos solamente cuando lo son por el amor de Dios, que no da sino el mismo Dios y únicamente por el Mediador entre Dios y los hombres, el hombre Jesucristo, que se hizo partícipe de nuestra mortalidad para hacernos participeros de su divinidad [33].

Pero se cuentan con los dedos los hombres tan dichosos que hayan pasado su adolescencia sin cometer algún pecado mortal, sin caer en algún exceso, en algún crimen o en algún error impío y hayan reprimido con gran liberalidad de espí-

a potestate tenebrarum in regnum Christi, non solum poenis non praeparetur aeternis, sed ne ulla quidem post mortem purgatoria tormenta patiatur. Sufficit enim sola spiritualis regeneratio, ne post mortem obsit quod carnalis generatio cum morte contraxit. Cum autem ventum fuerit ad aetatem, quae praeceptum iam capit, et subdi potest legis imperio, suscipiendum est bellum contra vitia, et gerendum acriter, ne ad damnabilia peccata perducat. Et si quidem nondum victoriarum consuetudine roborata sunt, facilius vincuntur et cedunt: si autem vincere atque imperare consueverunt, laboriosa difficultate superantur. Neque id fit veraciter atque sinceriter, nisi verae delectatione iustitiae: haec est autem in fide Christi. Nam si lex iubens adsit, et spiritus iuvans desit per ipsam prohibitionem desiderio crescente atque vincente peccati, etiam reatus praevaricationis accedit. Nonnunquam sane apertissima vitia aliis vitiis vincuntur occultis, quae putantur esse virtutes, in quibus regnat superbia et quaedam sibi placendi altitudo ruinosa. Tunc itaque victa vitia deputanda sunt, cum Dei amore vincuntur, quem nisi Deus ipse non donat, nec aliter nisi per Mediatorem Dei et hominum hominem Iesum Christum, qui factus est particeps mortalitatis nostrae, ut nos participes faceret divinitatis suae. Paucissimi autem sunt tantae felicitatis, ut ab ipsa ineunte adolescentia nulla damnabilia peccata committant, vel in flagitiis, vel in facinoribus, vel in nefariae cuiusquam impietatis errore, sed magna spiritus

ritu cuanto les haya sugerido delectación carnal. La mayor parte, después de recibido el precepto de la ley, lo han violado y, dejándose arrastrar por la impetuosa corriente de los vicios, han recurrido luego a la gracia adyuvante, que los torna, con una penitencia más amarga y una lucha más brava, vencedores. Sometiendo así su espíritu a Dios, se les somete la carne. Quien desee esquivar las penas eternas, sea no sólo bautizado, sino también justificado en Cristo, pasando así de la tiranía del diablo a la libertad de Cristo.

No se crea que las penas del purgatorio no serán anteriores al último y tremendo juicio de Dios. No debe negarse, empero, que el fuego no será, según la diversidad de méritos malos, para unos más ligero y para otros más pesado, bien varíe su fuerza y ardor según la pena merecida, bien arda igual, pero no todos sientan igual su molestia.

CAPITULO XVII

Primera opinión sobre la no eternidad de las penas

Estoy en que debo enjuiciar y discutir pacíficamente con aquellos de entre los nuestros que, por espíritu de misericordia, no quieren creer que las penas serán eternas. Unos hacen esta gracia a todos los hombres que el Juez justísimo juzgará dignos de tal suplicio, y otros solamente a algunos. Y sostienen que ésos serán librados tras un espacio de tiempo más o

largitate opprimant, quidquid eis posset carnali delectatione dominari. Plurimi vero praecepto legis accepto, cum prius victi fuerint praevalentibus vitiis et praevaricatores eius effecti, tunc ad gratiam confugiunt adiuvantem, qua fiant et amarius poenitendo, et vehementius pugnando, prius Deo subdita, atque ita carni praeposita mente victores. Quisquis igitur cupit poenas evadere sempiternas, non solum baptizetur, verum etiam iustificetur in Christo, ac sic vere transeat a diabolo ad Christum. Purgatorias autem poenas nullas futuras opinetur, nisi ante illud ultimum tremendumque iudicium. Nequaquam tamen negandum est, etiam ipsum aeternum ignem pro diversitate meritorum quamvis malorum aliis leviorem, aliis futurum esse graviorem, sive ipsius vis atque ardor pro poena digna cuiusque varietur, sive ipse aequaliter ardeat, sed non aequali molestia sentiatur.

CAPUT XVII

De his qui putant nullorum hominum poenas in aeternum esse mansuras

Nunc iam cum misericordibus nostris agendum esse video, et pacifice disputandum, qui vel omnibus illis hominibus, quos iustissimus Iudex dignos gehennae supplicio iudicabit, vel quibusdam eorum nolunt credere poenam sempiternam futuram, sed post certi temporis metas pro cuiusque peccati quantitate longioris sive brevioris eos inde existimant liberandos.

menos largo, según la cantidad y la calidad del pecado. El más indulgente en este punto fué Orígenes. Abriga la creencia de que el diablo y sus ángeles, después de suplicios más duros y más duraderos, según sus méritos, serán librados de sus tormentos y asociados a los ángeles santos [34]. Mas la Iglesia lo ha condenado justamente [35] por este y por otros errores, entre los cuales citaré solamente la alternativa continua, eterna y a períodos fijos, a que somete a las almas. En esto fracasó su aparente misericordia, pues hace sufrir a los santos verdaderas miserias para pagar sus penas, asignándoles una falsa felicidad que no les asegura el goce del bien eterno y verdadero, o sea, cierto y sin temor.

El error humano y lleno de misericordia de aquellos que restringen esa alternativa de felicidad eterna y miserias temporales a los condenados y a cuantos más tarde o más temprano serán librados, se ha muy de diverso modo. Si esta opinión es tenida por buena y por verdadera por ser indulgente, será tanto más verdadera y mejor cuanto más indulgente sea. ¡Extiendan, pues, y hagan subir esa fuente de misericordia hasta los ángeles condenados, siquiera para libertarlos después de muchos siglos de tormentos! ¿Por qué mana para toda la naturaleza humana y en llegando a la angélica se agosta? No se atreven a ir más lejos y extender su misericordia hasta el diablo. Si alguien se atreve, vence en bondad, es cierto, a éstos; pero su error es tanto más disforme y más opuesto a la palabra de Dios, cuanto parece un sentir más compasivo.

Qua in re misericordior profecto fuit Origenes, qui et ipsum diabolum atque angelos eius post graviora pro meritis et diuturniora supplicia ex illis cruciatibus eruendos atque sociandos sanctis Angelis credidit. Sed illum et propter hoc, et propter alia nonnulla, et maxime propter alternantes sine cessatione beatitudines et miserias, et statutis saeculorum intervallis ab istis ad illas, atque ab illis ad istas itus ac reditus interminabiles, non immerito reprobavit Ecclesia: quin et hoc quod misericors videbatur amisit, faciendo sanctis veras miserias quibus poenas luerent, et falsas beatitudines in quibus verum ac securum, hoc est, sine timore certum sempiterni boni gaudium non haberent. Longe autem aliter istorum misericordia humano errat affectu, qui hominum illo iudicio damnatorum miserias temporales, omnium vero qui vel citius vel tardius liberantur, aeternam felicitatem putant. Quae sententia si propterea bona et vera quia misericors est, tanto erit melior et verior quanto misericordior fuerit. Extendatur ergo ac profundatur fons huius misericordiae usque ad damnatos angelos, saltem post multa atque prolixa quantumlibet saecula liberandos. Cur usque ad universam naturam manat humanam, et cum ad angelicam ventum fuerit, mox arescit? Non audent tamen se ulterius miserando porrigere, et ad liberationem ipsius quoque diaboli pervenire. Verum si aliquis audet, vincit nempe istos, et tamen tanto invenitur errare deformius, et contra recta Dei verba perversius, quanto sibi videtur sentire clementius.

CAPITULO XVIII

Segunda opinión sobre el mismo punto

1. Hay otros, como he podido comprobar personalmente en mis coloquios, que, bajo pretexto de respeto a las santas Escrituras, merecen ser censurados en sus costumbres, pues que en provecho propio hacen a Dios mucho más indulgente que los anteriores. Confiesan que los pecadores y los infieles merecen ser castigados, según la predicción divina, que es verdadera; pero que, cuando llegue el juicio, la misericordia se aumentará notablemente. Dios, todo bondad, los perdonará —dicen ellos—por las súplicas e intercesión de sus santos. Pues si oraban por ellos cuando los perseguían como enemigos, ¿cuánto más lo harán cuando vivan postrados, humildes y suplicantes? No debe creerse—añaden—que los santos van a perder sus entrañas de misericordia cuando su santidad sea colmada y perfectísima, de suerte que ellos, que oraban por sus enemigos cuando aún tenían pecados, no oren por sus devotos cuando comenzaren a no tener pecado alguno. ¿O es que Dios no escuchará la oración pura de estos hijos suyos, cuya santidad alcanzó ya el cenit?

Los defensores de que los infieles e impíos serán atormentados largo tiempo y luego se verán libres de todos los males, alegan en su favor este testimonio del Salmo: *¿Se olvidará*

CAPUT XVIII

De his qui novissimo iudicio, propter intercessiones sanctorum, neminem hominum putant esse damnandum

1. Sunt etiam, quales in collocutionibus nostris ipse sum expertus, qui cum venerari videantur Scripturas sanctas, moribus improbandi sunt; et agendo causam suam, multo maiorem quam isti misericordiam Deo tribuunt erga humanum genus. Dicunt enim de malis et infidelibus hominibus divinitus quidem verum praedictum esse, quod digni sunt poena: sed cum ad iudicium ventum fuerit, misericordiam esse superaturam. Donabit enim eos, inquiunt, misericors Deus precibus et intercessionibus sanctorum suorum. Si enim orabant pro illis, quando eos patiebantur inimicos, quanto magis quando videbunt humiles supplicesque prostratos? Neque enim credendum est, aiunt, tunc amissuros sanctos viscera misericordiae, cum fuerint plenissimae ac perfectissimae sanctitatis, ut qui tunc orabant pro inimicis suis, quando et ipsi sine peccato non erant, tunc non orent pro supplicibus suis, quando nullum coeperint habere peccatum. Aut vero Deus tunc eos non exaudiet tot et tales filios suos, quando in tanta eorum sanctitate nullum inveniet orationis impedimentum? Testimonium vero Psalmi, et illi quidem qui permittunt infideles atque impios homines saltem longo tempore cruciari, et postea de malis omnibus erui,

Dios de su clemencia o detendrá su ira el curso de su misericordia? Estos otros sostienen que este pasaje favorece mucho más su pinión. La ira de Dios—dicen ellos—quiere que todos los indignos de la beatitud eterna sean castigados con un suplicio eterno por su juicio. Y para permitir que sufran algo, por breve que sea, su ira detendrá el curso de sus misericordias. El Salmo niega por eso que lo haya de hacer. Porque no dice: «¿Detendrá su ira largo tiempo el curso de sus misericordias?», sino que expresa que no lo detendrá [36].

2. Estos pretenden con ese sentir que la conminación del juicio de Dios, aunque no condene a nadie, no es falsa, como no podemos decir que fué falsa la amenaza hecha a Nínive sobre la destrucción de la ciudad. Y esto a pesar de que su predicción incondicionada no se realizó. El profeta no dice: «Nínive será destruída si no hace penitencia y se corrige», sino que anunció la futura destrucción de la ciudad sin añadir condición alguna. Esta amenaza la consideran veraz porque Dios les predijo un castigo del que realmente eran dignos, aunque no lo sufrieran. Si, pues, perdonó a los que hicieron penitencia —añaden—, es cierto que no ignoraba que la harían, y, sin embargo, predijo absoluta y categóricamente la destrucción de todos. Esto era así—prosiguen—en la verdad de su justicia, pero no lo era en razón de su misericordia, porque su ira no detuvo su curso y perdonó la pena conminada contra los pecadores. Si perdonó entonces—agregan—, aunque debió contristar a su santo profeta, ¿cuánto más perdonará cuando todos los santos intercederán para que perdone a los suplicantes más miserables aún?

sed magis isti pro se dicunt esse, ubi legitur: *Numquid obliviscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua miserationes suas?* [41] Ira eius est, inquiunt, ut omnes indigni beatitudine sempiterna, ipso iudicante puniantur supplicio sempiterno. Sed si vel longum, vel prorsus ullum esse permiserit, profecto ut possit hoc fieri, continebit in ira sua miserationes suas, quod eum Psalmus dicit non esse facturum. Non enim ait, Numquid diu continebit in ira sua miserationes suas? sed quod prorsus non continebit, ostendit.

2. Sic ergo isti volunt iudicii Dei comminationem non esse mendacem, quamvis sit neminem damnaturus, quemadmodum eius comminationem, qua dixit eversurum se esse Niniven civitatem [42], mendacem non possumus dicere; et tamen non factum est, inquiunt, quod sine ulla conditione praedixit. Non enim ait, Ninive evertetur, si non egerint poenitentiam, seque correxerint: sed hoc non addito praenuntiavit futuram eversionem illius civitatis. Quam comminationem propterea veracem putant, quia hoc praedixit Deus quod vere digni erant pati, quamvis hoc non esset ipse facturus. Nam etsi poenitentibus pepercit, inquiunt, utique illos poenitentiam non ignorabat acturos, et tamen absolute ac definite eorum eversionem futuram esse praedixit. Hoc ergo erat, inquiunt, in veritate severitatis, quia id erant digni; sed in ratione miserationis non erat,

[41] Ps. 76,10.
[42] Ion. 3,4.

Cuanto sospechan en sus corazones, piensan que las divinas Escrituras lo callaron con el fin de que muchos se corrijan por temor a esas penas largas o eternas y haya quienes puedan orar por aquellos que no se corrijan. Mas no creen que lo calla de un modo absoluto la Palabra divina. Pues ¿a qué se aplican—dicen ellos—estas palabras del Salmo: *¡Qué grande y abundante es, Señor, la dulzura que tienes reservada para los que te temen!?* ¿No quiere esto darnos a entender que esta inmensa dulzura de la misericordia de Dios fué escondida a los hombres para infundirles temor? Y añaden aquello del Apóstol: *El hecho es que Dios permitió que todas las gentes quedasen envueltas en la incredulidad para ejercitar su misericordia con todos.* Aquí se dice que no condenará a nadie.

Los seguidores de esta opinión no la extienden a la liberación o condenación del diablo y sus ángeles. Son tocados de compasión humana sólo para con los hombres, y sobre todo abogan por sus fueros, prometiendo al género humano, como por una misericordia general de Dios, una impunidad falsa con miras a sus rotas costumbres. Esta es la razón de que quienes prometan tal impunidad también al príncipe de los demonios y a sus satélites, sobrepujarán a éstos en el encarecimiento de la misericordia de Dios.

quam non continuit in ira sua, ut ab ea poena supplicibus parceret, quam fuerat contumacibus comminatus. Si ergo tunc pepercit, aiunt, quando sanctum suum Prophetam fuerat parcendo contristaturus, quanto magis tunc miserabilius supplicantibus parcet, quando ut parcat omnes sancti eius orabunt? Sed hoc quod ipsi suis cordibus suspicantur, ideo putant Scripturas tacuisse divinas, ut multi se corrigant, vel prolixarum vel aeternarum timore poenarum, et sint qui possint orare pro eis, qui se non correxerint: nec tamen opinantur omni modo id eloquia divina tacuisse. Nam quo pertinet, inquiunt, quod scriptum est, *Quam multa multitudo dulcedinis tuae, Domine, quam abscondisti metuentibus te!* [43] nisi ut intelligamus propter timorem fuisse absconditam misericordiae divinae tam multam secretamque dulcedinem? Addunt etiam propterea dixisse Apostolum, *Conclusit enim Deus omnes in infidelitate, ut omnium misereatur* [44], quo significaret, quod ab illo nemo damnabitur. Nec isti tamen qui hoc sentiunt, hanc opinionem suam usque ad liberationem vel nullam damnationem diaboli atque angelorum eius extendunt. Humana quippe circa solos homines moventur misericordia, et causam maxime agunt suam, per generalem in genus humanum quasi Dei miserationem impunitatem falsam suis perditis moribus pollicentes: ac per hoc superabunt eos in praedicanda Dei misericordia, qui hanc impunitatem etiam principi daemonum et eius satellitibus pollicentur.

[43] Ps. 30,20.
[44] Rom. 11,32.

CAPITULO XIX

Tercera opinión

Hay otros que prometen la liberación del suplicio eterno solamente a los regenerados por el bautismo que participan del cuerpo de Cristo, sea cual sea su vida anterior y cualquiera la herejía o impiedad en que hayan caído. Y se fundan en aquellas palabras de Jesús: *Este es el pan que desciende del cielo, a fin de que quien comiere de él no muera. Yo soy el pan vivo que descendió del cielo. Quien comiere de este pan vivirá eternamente.* Es preciso, por consiguiente—concluyen ellos—, que éstos se vean libres de la muerte eterna y pasen algún día a la vida eterna.

CAPITULO XX

Cuarta opinión

Algunos otros hacen esta promesa no a todos los que han recibido el bautismo y participado del sacramento del cuerpo de Cristo, sino a solos los católicos, aunque vivan perdidamente. Estos han sido constituídos en el cuerpo de Cristo por haber comido su cuerpo, no sólo en sacramento, sino también en realidad. Así dice el Apóstol: *Muchos somos un solo pan, un solo cuerpo.* Según esto, los católicos, aunque hayan caído en la herejía o en la idolatría de los gentiles, por el simple hecho de haber recibido el bautismo de Cristo y de haber comido su cuerpo en el cuerpo de Cristo, es decir, en la Iglesia católica, no morirán eternamente, sino que gozarán algún día de la vida eterna. Y su impiedad, por grande que fuere, no cuenta para la eternidad, sino para la duración y calidad de las penas.

CAPUT XIX

De his qui impunitatem omnium peccatorum promittunt etiam haereticis, propter participationem corporis Christi

Item sunt alii, ab aeterno supplicio liberationem, nec ipsis saltem omnibus hominibus promittentes, sed tantummodo Christi Baptismate ablutis, qui participes fiunt corporis eius, quomodolibet vixerint, in quacumque haeresi vel impietate fuerint, propter illud quod ait Iesus: *Hic est panis qui de caelo descendit, ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur. Ego sum panis vivus, qui de caelo descendi: si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum*[45]. Ab aeterna ergo morte, inquiunt, necesse est istos erui, et ad vitam aeternam quandocumque perduci.

CAPUT XX

De his qui non omnibus, sed iis tantum qui apud Catholicos sunt renati, etiamsi postea in multa crimina erroresque proruperint, indulgentiam pollicentur

Item sunt qui hoc nec omnibus habentibus Baptismatis Christi et eius corporis sacramentum, sed solis Catholicis, quamvis male viventibus pollicentur; quia non solo sacramento, sed re ipsa manducaverunt corpus Christi, in ipso eius corpore constituti, de quo dicit Apostolus, *Unus panis, unum corpus multi sumus*[46]: ut etiamsi postea in aliquam haeresim vel etiam in gentilium idololatriam lapsi fuerint, tantum quia in corpore Christi, id est in Ecclesia catholica, sumpserunt Baptismum Christi et manducaverunt corpus Christi, non moriantur in aeternum, sed vitam quandoque consequantur aeternam; atque illa omnis impietas quanto maior fuerit, non eis valeat ad aeternitatem, sed ad diuturnitatem magnitudinemque poenarum.

[45] Io. 6,50-52.

CAPITULO XXI

Quinta opinión

Hay otros que, considerando estas palabras: *El que perseverare hasta el fin, se salvará,* prometen la salvación a los que perseveren en la Iglesia, aunque vivan rotamente en ella. Dicen que se salvarán por la prueba del fuego y por los méritos del fundamento, del que dice el Apóstol: *Nadie puede poner otro fundamento que el que ya ha sido puesto, el cual es Jesucristo. Si sobre tal fundamento pone alguno materiales de oro, plata, piedras preciosas o maderas, heno y hojarasca, sepa que la obra de cada uno ha de manifestarse. El día del Señor la descubrirá, pues se ha de manifestar por medio del fuego, y el fuego ha de mostrar cuál sea la obra de cada uno. Si la obra*

CAPUT XXI

De his qui eos qui permanent in catholica fide, etiamsi pessime vixerint, et ob hoc uri meruerint, tamen propter fidei fundamentum salvandos esse definiunt

Sunt autem qui propter id quod scriptum est, *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*[47]: non nisi in Ecclesia catholica perseverantibus, quamvis in ea male viventibus, hoc promittunt, per ignem videlicet salvandis merito fundamenti, de quo ait Apostolus, *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si quis autem aedificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fenum, stipulam, uniuscuiusque opus manifestabitur. Dies enim declarabit; quoniam in igne revelabitur, et uniuscuiusque opus*

[46] 1 Cor. 10,17.
[47] Mt. 24,13.

de uno sobrepuesta subsistiere, recibirá la paga. Si la obra de otro se quemare, será suyo el daño. No obstante, él no dejará de salvarse, si bien como por el fuego. Admiten que un cristiano católico, sea como sea la vida que lleva, tiene por fundamento a Cristo y que este fundamento falta a toda herejía separada de la unidad de su cuerpo. Y por eso estiman que, en virtud de ese fundamento, el cristiano católico, aunque lleve una vida rota, como quien pone sobre este fundamento maderas, heno y hojarasca, se salvará por la prueba del fuego, es decir, después de unas penas pasajeras, será librado del fuego que atormentará a los malos en el último juicio [37].

CAPITULO XXII

Sexta y última opinión

He topado también con otros convencidos de que el suplicio eterno está destinado únicamente a aquellos que descuidan redimir sus pecados por las limosnas, según aquello del apóstol Santiago: *Aguarda un juicio sin misericordia al que no usó de misericordia.* Luego el que usó—deducen ellos—, aunque no mejore sus costumbres, y lleve entre limosnas una vida perdida y desarreglada, será juzgado con misericordia. Y o no será castigado con la condenación, o después de un tiempo breve o largo será librado de la misma. Por eso—añaden—el Juez de

quale sit, ignis probabit. Si cuius opus permanserit quod superaedificavit, mercedem accipiet: si cuius opus autem arserit, damnum patietur; ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem [48]. Dicunt ergo cuiuslibet vitae catholicum Christianum Christum habere in fundamento, quod fundamentum nulla haeresis habet a corporis eius unitate praecisa. Et ideo propter hoc fundamentum, etiamsi malae vitae fuerit catholicus Christianus, velut qui superaedificaverit ligna, fenum, stipulam, putant eum salvum fieri per ignem, id est, post poenas ignis illius liberari, quo igne in ultimo iudicio punientur mali.

CAPUT XXII

De his qui putant ea crimina, quae inter eleemosynarum opera committuntur, ad damnationis iudicium non vocari

Comperi etiam quosdam putare eos tantummodo arsuros illius aeternitate supplicii, qui pro peccatis suis facere dignas eleemosynas negligunt, iuxta illud apostoli Iacobi: *Iudicium autem sine misericordia illi qui non fecit misericordiam* [49]. Qui ergo fecerit, inquiunt, quamvis mores in melius non mutaverit, sed inter ipsas suas eleemosynas nefarie ac nequiter vixerit, iudicium illi cum misericordia futurum est, ut aut nulla damnatione plectatur, aut post aliquod tempus sive parvum, sive prolixum, ab illa damna-

[48] 1 Cor. 3,11-15.
[49] Iac. 2,13.

vivos y muertos no quiso recordar más que las limosnas hechas u omitidas, tanto a los de la derecha, a quienes dará la vida eterna, como a los de la izquierda, a quienes condenará al suplicio eterno. A esto alude, según ellos, la petición diaria de la oración dominical: *Perdónanos nuestras deudas, así como nosotros perdonamos a nuestros deudores.* Hacer limosna es perdonar las ofensas al que falta contra uno. El Señor mismo puso esto tan de relieve, que llegó a decir: *Si perdonáis a los hombres sus faltas, también vuestro Padre celestial os perdonará vuestras faltas. Pero, si vosotros no perdonáis a los hombres, tampoco vuestro Padre, que está en los cielos, os perdonará a vosotros.* A este género de limosna se refieren también las palabras citadas del apóstol Santiago: quien no haga misericordia será juzgado sin misericordia.

El Señor no ha distinguido—agregan—entre pecados graves y leves, sino que se limitó a decir: *Vuestro Padre os perdonará vuestros pecados si vosotros perdonáis a los hombres.* Así, por perdida que sea la vida de un pecador hasta la muerte, estiman que sus pecados, cualesquiera y cuantosquiera que sean, le serán perdonados a diario en virtud de esa oración recitada diariamente, si se acordare de perdonar de corazón las ofensas a quien le pida perdón.

Una vez que haya respondido a todos estos pareceres, con la ayuda de Dios, daré fin a este libro.

tione liberetur. Ideo Iudicem ipsum vivorum atque mortuorum noluisse existimant aliud commemorare se esse dicturum, sive dextris quibus est vitam daturus aeternam, sive sinistris quos aeterno supplicio damnaturus [50], nisi eleemosynas sive factas, sive non factas. Ad hoc pertinere aiunt et in oratione Dominica quotidianam postulationem: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* [51]. Quisquis enim illi qui in eum peccavit, dimittit ignoscendo peccatum, procul dubio eleemosynam facit. Quam rem Dominus sic ipse commendavit, ut diceret: *Si enim dimiseritis peccata hominibus, dimittet vobis et Pater vester peccata vestra: si autem non dimiseritis hominibus, neque Pater vester qui in caelis est, dimittet vobis* [52]. Ergo et ad hoc genus eleemosynarum pertinet quod ait apostolus Iacobus, iudicium futurum sine misericordia ei qui non fecit misericordiam. Nec dixit Dominus, inquiunt, magna vel parva; sed, *Dimittet vobis Pater vester peccata vestra, si et vos dimiseritis hominibus.* Ac per hoc putant etiam eis qui perdite vixerint, donec claudant diem vitae huius extremum, per hanc orationem, qualiacumque et quantacumque fuerint, omnia quotidie peccata dimitti, sicut ipsa quotidie frequentatur oratio, si hoc tantummodo custodire meminerint, ut quando ab eis veniam petunt, qui eos peccato qualicumque laeserunt, ex corde dimittant. Cum ad haec omnia, Deo donante, respondero, liber iste claudendus est.

[50] Mt. 25,33sqq.
[51] Ibid., 6,12.
[52] Ibid., 14.15.

CAPITULO XXIII

Contra la primera opinión

Primeramente conviene preguntar y conocer por qué la Iglesia no puede allanarse a la opinión de esos hombres que prometen al diablo la purificación o el perdón, después, es cierto, de penas enormes y duraderas. Hay muchos santos versados en el Antiguo y en el Nuevo Testamento que no han envidiado la purificación y la beatitud del reino de los cielos a los ángeles tras tantos y tales suplicios. Más bien han visto que no pueden apearse o restar valor a la sentencia divina que el Señor declaró que había de pronunciar el día del juicio: *Apartaos de mí, malditos, al fuego eterno, que está aparejado para el diablo y sus ángeles.* Esto evidencia que el diablo y sus ángeles arderán en el fuego eterno. Y lo mismo sucede con esto del Apocalipsis: *Y el diablo, que los traía engañados, fué precipitado en el estanque de fuego y azufre, donde también lo fueron la bestia y el falso profeta, y serán atormentados día y noche por los siglos de los siglos.* La Escritura decía antes *eternamente* y ahora *por los siglos de los siglos.* Estas expresiones significan corrientemente en la Escritura una duración sin fin.

No puede, por tanto, hallarse otra causa, ni más justa ni más evidente, de por qué la verdadera piedad mantiene la

CAPUT XXIII

Contra opinionem eorum qui dicunt, nec diaboli, nec hominum malorum perpetua futura supplicia

Ac primum quaeri oportet atque cognosci, cur Ecclesia ferre nequiverit hominum disputationem, diabolo etiam post maximas et diuturnissimas poenas, purgationem vel indulgentiam pollicentem. Neque enim tot sancti et sacris veteribus ac novis Litteris eruditi, mundationem et regni caelorum beatitudinem post qualiacumque et quantacumque supplicia, qualibuscumque et quantiscumque angelis inviderunt: sed potius viderunt divinam vacuari vel infirmari non posse sententiam, quam se Dominus praenuntiavit in iudicio prolaturum atque dicturum, *Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius* [53]. Sic quippe ostendit aeterno igne diabolum et angelos eius arsuros. Et quod scriptum est in Apocalypsi, *Diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis et sulphuris, quo et bestia et pseudopropheta; et cruciabuntur die ac nocte in saecula saeculorum* [54]. Quod ibi dictum est, *aeternum;* hic dictum est, *in saecula saeculorum:* quibus verbis nihil Scriptura divina significare consuevit, nisi quod finem non habet temporis. Quamobrem prorsus nec alia causa, nec iustior atque manifestior inveniri potest,

[53] Mt. 25,41.
[54] Apoc. 20,9.10.

creencia firme e inmutable de que el diablo y sus ángeles no retornarán a la justicia y a la vida de los santos que ésta: que la Escritura, que no engaña a nadie, dice que Dios no les perdonó. Y de esta suerte fueron luego por El precondenados y recluídos en las cárceles de la calígine infernal para reservarlos hasta el juicio final y castigarlos entonces entregándolos al poder del fuego eterno, que los atormentará por los siglos de los siglos.

Si ello es así, ¿cómo pretender que todos los hombres o algunos de ellos serán librados de la eternidad de estas penas después de un largo padecer, sin que se enerve la fe, que nos mueve a creer que el suplicio de los demonios será eterno? En efecto, si entre los que oigan: *Apartaos de mí, malditos, al fuego eterno, que está aparejado para el diablo y sus ángeles,* hay algunos o todos que no permanecerán allí siempre, ¿qué razón hay para creer que el diablo y sus ángeles permanecerán allí eternamente? ¿Es que la sentencia que Dios pronunciará contra los ángeles malos y contra los hombres malos será verdadera para los ángeles y falsa para los hombres? Sí; será así si las conjeturas de los hombres prevalecen sobre la palabra de Dios.

Mas, como esto es absurdo, los que quieran librarse del suplicio eterno no deben perder el tiempo argumentando contra Dios, sino aprovecharlo cumpliendo sus mandamientos. Además, ¿qué es eso de entender por suplicio eterno un fuego temporal, aunque duradero, y por vida eterna una vida sin fin, cuando Cristo en el mismo pasaje, y sin distinción alguna,

cur verissima pietate teneatur fixum et immobile, nullum regressum ad iustitiam vitamque sanctorum diabolum et angelos eius habituros, nisi quia Scriptura, quae neminem fallit, dicit eis Deum non pepercisse [55], et sic ab illo esse interim praedamnatos, ut carceribus caliginis inferi retrusi traderentur servandi, atque ultimo iudicio puniendi, quando eos aeternus ignis accipiet, ubi cruciabuntur in saecula saeculorum. Quod si ita est, quomodo ab huius aeternitate poenae, vel universi, vel quidam homines post quantumlibet temporis subtrahentur, ac non statim enervabitur fides, qua creditur sempiternum daemonum futurum esse supplicium? Si enim quibus dicetur, *Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius* [56], vel universi vel aliqui eorum non semper ibi erunt; quid causae est cur diabolus et angeli eius semper ibi futuri esse credantur? an forte Dei sententia, quae in malos et angelos et homines proferetur, in angelos vera erit, in homines falsa? Ita plane hoc erit, si non quod Deus dixit, sed quod suspicantur homines plus valebit. Quod fieri quia non potest, non argumentari adversus Deum, sed divino potius, dum tempus est, debent parere praecepto, qui sempiterno cupiunt carere supplicio. Deinde quale est aeternum supplicium pro igne diuturni temporis existimare, et vitam aeternam credere sine fine, cum Christus eodem ipso loco, in una eademque sententia dixerit utrumque complexus, *Sic ibunt isti in supplicium aeternum; iusti autem, in vitam aeternam?* [57] Si

[55] 2 Petr. 2,4.
[56] Mt. 25,41.
[57] Ibid., 46.

dijo: *Así irán éstos al eterno suplicio, y los justos a la vida eterna?* Si los dos destinos son eternos, se debe entender: o que los dos serán duraderos, pero finibles, o que los dos serán perpetuos y sin fin. La correlación en el texto es perfecta: de una parte, el suplicio eterno, y de la otra, la vida eterna. Decir que la misma expresión significa en vida eterna que no tendrá fin, y en suplicio eterno que tendrá fin, es un absurdo mayúsculo. En conclusión, puesto que la vida eterna de los santos no tendrá fin, el suplicio eterno de quien lo merezca tampoco lo tendrá.

CAPITULO XXIV

Contra la segunda opinión

1. Este razonamiento vale también contra aquellos que, con miras egoístas, se afanan, bajo capa de mayor misericordia, en ir contra las palabras de Dios. Según ellos, las citadas palabras son verdaderas no porque los hombres hayan de sufrir de hecho las penas que se les conminan, sino porque merecen sufrirlas. Dios—dicen ellos—les perdonará por la intercesión de sus santos, que, orando entonces por sus enemigos, tanto más cuanto son más santos, su oración será más eficaz y más digna de ser escuchada por Dios, pues ya no tienen pecado alguno.

Mas ¿por qué, si sus plegarias son tan eficaces, debido a su perfectísima santidad y a su pureza, no rogarán también por los ángeles para quienes está preparado el suplicio eterno, a fin de que Dios mitigue su sentencia y la revoque, sacándolos de ese fuego? ¿O es que habrá alguno tan atrevido que vaya más allá y afirme que los santos ángeles se unirán a los hombres santos, que entonces serán semejantes a los ángeles de Dios y rogarán en unión por los ángeles y por los hombres condenados, con el fin de que no padezcan por misericordia lo que merecen padecer por justicia? Esto ningún católico lo ha dicho ni lo dirá jamás. De otra suerte, no hay razón que justifique el que la Iglesia no ore al presente por el diablo y por sus ángeles, ella que recibió del Maestro divino el mandato de orar por sus enemigos. La misma causa que impide ahora a la Iglesia rogar por los ángeles malos, que los sabe sus enemigos, esa misma le impedirá entonces en el juicio final rogar por los hombres destinados al fuego eterno, aunque esté en el cenit de la santidad. Ahora ruega por los hombres que son sus enemigos, porque todavía es tiempo de penitencia fructuosa. ¿Qué pide a Dios por ellos sino *que los traiga a penitencia*—como dice el Apóstol—*y que se desenreden de los lazos del diablo, que dispone de ellos a su antojo?* Si la Iglesia conociera con certeza quiénes están predestinados, aunque aun vivan, a ir con el diablo al fuego eterno, no rogaría por ellos, como no ora por él. Pero, como no está cierta de nadie, ora por todos sus enemigos, estos de aquí abajo, y, sin embargo, no es escuchada por todos. Es escuchada solamente por aquellos que, aunque son sus enemigos, están predestinados a hacerse hijos de la Iglesia por medio de

---

utrumque aeternum, profecto aut utrumque cum fine diuturnum, aut utrumque sine fine perpetuum debet intelligi. Par pari enim relata sunt, hinc supplicium aeternum, inde vita aeterna. Dicere autem in hoc uno eodemque sensu, Vita aeterna sine fine erit, supplicium aeternum finem habebit, multum absurdum est. Unde, quia vita aeterna sanctorum sine fine erit, supplicium quoque aeternum quibus erit, finem procul dubio non habebit.

CAPUT XXIV

Contra eorum sensum, qui in iudicio Dei omnibus reis propter sanctorum preces putant esse parcendum

1. Hoc autem et adversus eos valet, qui suas agentes causas contra Dei venire verba, velut misericordia maiore conantur; ut ideo videlicet vera sint, quia ea quae dixit homines esse passuros, pati digni sunt, non quia passuri sunt. Donabit enim eos, inquiunt, precibus sanctorum suorum, etiam tunc tanto magis orantium pro inimicis suis, quanto sunt utique sanctiores, eorumque efficacior est oratio, et exauditione Dei dignior, iam nullum habentium omnino peccatum. Cur ergo eadem perfectissima sanctitate, et cuncta impetrare valentibus mundissimis et misericordissimis precibus, etiam pro angelis non orabunt, quibus paratus est ignis aeternus, ut Deus sententiam suam mitiget, et reflectat in melius, eosque ab illo igne faciat alienos? An erit forsitan quisquam, qui et hoc futurum esse praesumat, affirmans etiam sanctos Angelos simul cum sanctis hominibus, qui tunc aequales erunt Angelis Dei, pro damnandis et angelis et hominibus oraturos, ut misericordia non patiantur, quod veritate merentur pati? Quod nemo sanae fidei dixit, nemo dicturus est. Alioqui nulla causa est, cur non etiam nunc pro diabolo et angelis eius oret Ecclesia, quam Magister Deus pro inimicis suis iussit orare. Haec igitur causa, qua fit ut nunc Ecclesia non oret pro malis angelis, quos suos esse novit inimicos, eadem ipsa causa est, qua fiet ut in illo tunc iudicio etiam pro hominibus aeterno igne cruciandis, quamvis perfecta sit sanctitate, non oret. Nunc enim propterea pro eis orat, quos in genere humano habet inimicos, quia tempus est poenitentiae fructuosae. Nam quid maxime pro eis orat, nisi *ut det illis Deus*, sicut dicit Apostolus, *poenitentiam, et resipiscant de diaboli laqueis, a quo captivi tenentur secundum ipsius voluntatem?* [58] Denique si de aliquibus ita certa esset, ut qui sint illi, etiam nosset, qui licet adhuc in hac vita sint constituti, tamen praedestinati sunt in aeternum ignem ire cum diabolo; tam pro eis non oraret, quam nec pro ipso. Sed quia de nullo certa est, orat pro omnibus duntaxat hominibus inimicis suis in hoc corpore constitutis: nec tamen pro omnibus exauditur. Pro his enim solis exauditur, qui, etsi adversantur Ecclesiae, ita sunt tamen praedestinati, ut pro eis exaudiatur Ecclesia, et filii efficiantur Ecclesiae. Si qui autem usque ad mortem habebunt cor impoenitens, nec ex

[58] 2 Tim. 2,25.26.

sus plegarias. Y si algunos se obstinan hasta la muerte en su impenitencia y no se convierten de enemigos en hijos, ¿ruega acaso por ellos la Iglesia, es decir, ruega por las almas de tales difuntos? Y ¿por qué así, sino porque se ha alistado en el partido del diablo, ese que durante esta vida no se pasó a Cristo? [38].

2. Hay, pues, la misma razón—repito—para no orar entonces por los hombres destinados al fuego eterno que para no orar, ni ahora ni entonces, por los ángeles malos. Y esa misma se hace extensiva a no orar entonces por los difuntos infieles e impíos, aunque se ore por todos en general. La oración de la Iglesia o de algunos santos es oída para ciertos difuntos, pero sólo para aquellos que, regenerados en Cristo, no vivieron tan mal que se los juzgara indignos de tal misericordia, ni tan bien que no necesitaran de la misma. También después de la resurrección de los muertos habrá algunos a quienes Dios les hará misericordia y no los enviará al fuego eterno, a condición de que hayan sufrido las penas que sufren las almas de los difuntos. Porque no sería verdadero decir de algunos que no se les perdonó en esta vida ni en la otra, si no hubiera otros a quienes se les perdona, si no en esta vida, sí en la otra.

El Juez de vivos y muertos dijo: *Venid, benditos de mi Padre, a poseer el reino que os está preparado desde la creación del mundo*. Y a otros, por el contrario: *Apartaos de mí, malditos, al fuego eterno, que está aparejado para el diablo y sus ángeles*. Y también: *Irán éstos al suplicio eterno, y los*

inimicis convertentur in filios, numquid iam pro eis, id est, pro talium defunctorum spiritibus, orat Ecclesia? Quid ita, nisi quia iam in parte diaboli computatur qui, dum esset in corpore, non est translatus in Christum?

2. Eadem itaque causa est, cur non oretur tunc pro hominibus aeterno igne puniendis quae causa est, ut neque nunc, neque tunc oretur pro angelis malis: quae itidem causa est, ut quamvis pro hominibus, tamen iam nec nunc oretur pro infidelibus impiisque defunctis. Nam pro defunctis quibusdam, vel ipsius Ecclesiae, vel quorumdam piorum exauditur oratio: sed pro his quorum in Christo regeneratorum nec usque adeo vita in corpore male gesta est, ut tali misericordia iudicentur digni non esse, nec usque adeo bene, ut talem misericordiam reperiantur necessariam non habere. Sicut etiam facta resurrectione mortuorum non deerunt quibus post poenas, quas patiuntur spiritus mortuorum, impertiatur misericordia, ut in ignem non mittantur aeternum. Neque enim de quibusdam veraciter diceretur, quod non eis remittatur neque in hoc saeculo, neque in futuro [59], nisi essent quibus, etsi non in isto, tamen remittetur in futuro. Sed cum dictum fuerit a Iudice vivorum atque mortuorum, *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi:* et aliis e contrario, *Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo, et angelis eius;* et, *Ibunt isti in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam* [60]: nimiae praesumptionis est dicere, cuiquam

[59] Mt. 12,32.
[60] Ibid., 25,34.41.46.

justos, a la vida eterna. Y es excesiva presunción creer que el suplicio no será eterno para algunos de aquellos que Dios envió al suplicio eterno. Esto sería persuadir con tal presunción a desesperar o a dudar de la vida eterna.

3. Nadie explique, pues, el salmo que canta: *¿Se olvidará Dios de su clemencia, o su ira detendrá el curso de sus misericordias?*, dando margen a opinar que la sentencia de Dios es verdadera en relación con los buenos y falsa en orden a los malos, o verdadera con los hombres buenos y con los ángeles malos y falsa con los hombres malos. Las palabras del salmo hacen referencia a los vasos de misericordia y a los hijos de la promesa, entre los cuales se contaba el profeta. En habiendo dicho: *¿Se olvidará Dios de su clemencia, o su ira detendrá el curso de sus misericordias?*, añadió en seguida: *Entonces dije: Ahora comienzo. Esta mudanza proviene de la diestra del Altísimo*. Esto último es, sin duda, una explicación al interrogante: *¿Detendrá acaso su ira el curso de sus misericordias?* Esta vida mortal, en la que el hombre se ha asemejado a la vanidad y sus días pasan como la sombra, es efecto de la ira divina. Y, sin embargo, a despecho de esta ira, Dios no se olvida de mostrar su misericordia, haciendo salir el sol sobre buenos y malos y llover sobre justos y pecadores. Su ira no contiene el curso de su misericordia, sobre todo en el cambio expresado con estas palabras: *Ahora comienzo. Esta mudanza es efecto de la mano del Altísimo*. En esta vida, tan llena de penas, Dios cambia en mejores los vasos de misericordia, aunque su ira no deja de existir en medio de esta miserable

eorum aeternum supplicium non futurum, quos Deus ituros in supplicium dixit aeternum, ut per huius praesumptionis persuasionem facere, ut de ipsa quoque vita vel desperetur vel dubitetur aeterna.

3. Nemo itaque sic intelligat Psalmum canentem, *Numquid obliviscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua miserationes suas?* [61] ut opinetur de hominibus bonis veram, de malis falsam, aut de bonis hominibus et malis angelis veram, de malis autem hominibus falsam Dei esse sententiam. Hoc enim quod ait Psalmus, ad vasa misericordiae pertinet, et ad filios promissionis, quorum erat unus etiam ipse Propheta; qui cum dixisset, *Numquid obliviscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua miserationes suas?* continuo subiecit, *Et dixi, Nunc coepi, haec est immutatio dexterae Excelsi* [62]. Exposuit profecto quid dixerit, *Numquid continebit in ira sua miserationes suas?* Ira enim Dei est etiam ista vita mortalis, ubi homo vanitati similis factus est, et dies eius velut umbra praetereunt [63]. In qua tamen ira non obliviscitur misereri Deus, faciendo solem suum oriri super bonos et malos, et pluendo super iustos et iniustos; ac sic non continet in ira sua miserationes suas [64]: maximeque in eo quod expressit hic Psalmus, dicendo, *Nunc coepi, haec est immutatio dexterae Excelsi;* quoniam in hac ipsa aerumnosissima vita, quae ira Dei est, vasa misericordiae mutat in melius, quamvis adhuc in huius corruptionis miseria maneat ira eius, quia nec in ipsa ira sua continet miserationes suas. Cum ergo isto modo compleatur divini illius cantici veritas, non est eam

[61] Ps. 76,10.
[62] Ibid., 11.
[63] Ps. 143,4.
[64] Mt. 5,45.

corrupción, pues que ni su ira contiene el río de su bondad. Cumpliéndose de ese modo la verdad de aquel divino cántico, no hay necesidad de extender el sentido al castigo eterno de aquellos que no pertenecen a la Ciudad de Dios.

Pero los que pretenden extender esta sentencia también a los tormentos de los impíos, al menos interprétenla de tal suerte que permaneciendo sobre ellos la ira de Dios, que se ha pronunciado en juicio eterno, no detenga el curso de sus misericordias. Y hagan consistir este torrente de bondad no en preservar a los condenados de las penas que merecen o en librarlos de ellas algún día, sino en aligerarlas y suavizarlas un poco. Darán así margen a la ira de Dios y a que su ira no detenga el curso de sus misericordias. Nótese que de que no rechace este sentir no se sigue que lo apruebe.

4. A los que ven una amenaza y no un juicio certero en estas palabras: *Apartaos de mí, malditos, al fuego eterno;* y en estas otras: *Serán atormentados por los siglos de los siglos;* y también: *Su gusano no morirá y su fuego no se apagará;* y en otros textos por el estilo, no soy yo, sino es la misma divina Escritura la que los redarguye y refuta planísima y plenísimamente. Los ninivitas hicieron penitencia en esta vida, y, por tanto, penitencia fructuosa, sembrando en este campo en que Dios quiso que se sembrase con lágrimas lo que después se cosechará con alegría. Y, con todo, ¿quién negará que se cumplió la predicción del Señor, so pena de no considerar bastante cómo Dios destruye a los pecadores no sólo cuando está airado, sino también cuando está apiadado? Los

necesse etiam illic intelligi, ubi non pertinentes ad civitatem Dei sempiterno supplicio punientur. Sed quibus placet istam sententiam usque ad illa impiorum tormenta protendere, saltem sic intelligant, ut, manente in eis ira Dei, quae in aeterno est pronuntiata supplicio, non contineat Deus in hac ira sua miserationes suas, et faciat eos non tanta quanta digni sunt poenarum atrocitate cruciari; non ut eas poenas vel nunquam subeant, vel aliquando finiant, sed ut eas mitiores quam merita sunt eorum leviores que patiantur. Sic enim et ira Dei manebit, et in ipsa ira sua miserationes suas non continebit. Quod quidem non ideo confirmo, quoniam non resisto.

4. Caeterum eos qui putant minaciter potius quam veraciter dictum, *Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum;* et, *Ibunt isti in supplicium aeternum*[65]; et, *Cruciabuntur in saecula saeculorum*[66], et, *Vermis eorum non morietur, et ignis non exstinguetur*[67], et caetera huiusmodi, non tam ego, quam ipsa Scriptura divina planissime atque plenissime redarguit ac refellit. Ninivitae quippe in hac vita egerunt poenitentiam[68]; et ideo fructuosam, velut in hoc agro seminantes, in quo Deus voluit cum lacrymis seminari, quod postea cum laetitia meteretur[69]: et tamen quis negabit, quod Dominus praedixit, in eis fuisse completum, nisi parum advertat, quemadmodum peccatores Deus non solum iratus, verum etiam

[65] Mt. 25,41.46.
[66] Apoc. 20,10.
[67] Is. 66,24.
[68] Ion. 3,7.
[69] Ps. 125,6.

pecadores son destruídos de dos modos: o como los habitantes de Sodoma, castigando a los hombres por sus pecados, o como los ninivitas, destruyendo los pecados de los hombres por la penitencia. Lo que Dios había anunciado se cumplió. La Nínive mala fué destruída y fué edificada la buena—cosa que no era—. Aunque erguidas las murallas y las casas, la ciudad fué derribada en sus rotas costumbres [39]. Y así, aunque el profeta se había de contristar porque no sucedió lo que los ninivitas esperaban por la profecía, sucedió lo que Dios había predicho, porque conocía que esta predicción se cumpliría en un sentido más favorable.

5. Y a fin de que estos misericordiosos en torcido comprendan cuál es el alcance de estas palabras: *¡Qué grande y abundante es, Señor, la dulzura que escondiste a los que te temen!,* lean lo que sigue: *Y la has consumado en los que esperan en ti.* ¿Qué significa: *La escondiste a los que te temen y la has consumado en los que esperan en ti,* sino: La justicia de Dios no es dulce para aquellos que por temor a las penas quieren constituir su justicia fundada en la ley, porque la desconocen? Y, como la desconocen, no la han gustado. Esperan en sí mismos, no en El, y por eso la abundancia de la dulzura de Dios se les esconde. Temen, es verdad, a Dios; pero con aquel temor servil que no va acompañado de caridad, porque la caridad perfecta expulsa el temor. Dios consuma su dulzura en los que esperan en El, inspirándoles su caridad para que con temor casto, no con ese que echa fuera el amor, sino con el que permanece eternamente, se gloríen únicamente en el Señor.

miseratus evertat? Evertuntur enim peccatores duobus modis, aut sicut Sodomitae, ut pro peccatis suis ipsi homines puniantur, aut sicut Ninivitae, ut ipsa hominum peccata poenitendo destruantur. Factum est ergo quod praedixit Deus: eversa est Ninive quae mala erat, et bona aedificata est quae non erat. Stantibus enim moenibus atque domibus, eversa est civitas in perditis moribus. Ac sic quamvis Propheta fuerit contristatus, quia non est factum quod illi homines timuerunt illo prophetante venturum[70]: factum est tamen quod fuerat Deo praesciente praedictum; quoniam noverat qui praedixit, quomodo in melius esset implendum.

5. Ut autem noverint isti in perversum misericordes quo pertineat quod scriptum est, *Quam multa multitudo dulcedinis tuae, Domine, quam abscondisti timentibus te!* legant quod sequitur, *perfecisti autem sperantibus in te*[71]. Quid est, *Abscondisti timentibus, perfecisti sperantibus,* nisi quia illis qui timore poenarum suam volunt iustitiam constituere quae in lege est, non est iustitia Dei dulcis[72], quia nesciunt eam? Non enim gustaverunt eam. In se namque sperant, non in ipso: et ideo eis absconditur multitudo dulcedinis Dei; quoniam timent quidem Deum, sed illo timore servili, qui non est in charitate, quia perfecta charitas foras mittit timorem[73]. Ideo sperantibus in eum perficit dulcedinem suam, inspirando eis charitatem suam, ut timore casto, non quem charitas foras

[70] Ion. 4,1-3.
[71] Ps. 30,20.
[72] Rom 10,3.
[73] 1 Io. 4,18.

La justicia de Dios es Cristo, que nos ha sido dado por Dios, como dice el Apóstol, *para ser nuestra sabiduría, nuestra justicia, nuestra santificación y nuestra redención, a fin de que, como está escrito, el que se gloríe, se gloríe en el Señor.* Esta justicia de Dios, que es un don de la gracia, no un efecto de los méritos, la desconocen los que ansían constituir su justicia. Por eso no se someten a la justicia de Dios, que es Cristo. En esta justicia se halla precisamente la gran abundancia de la dulzura de Dios. De ella y por ella se dice en el Salmo: *¡Gustad y ved cuán dulce es el Señor!* En este peregrinaje la gustamos no hasta la saciedad, y por eso estamos más hambrientos y más sedientos de ella, para saturarnos después, cuando la veamos como es y se cumpla lo que está escrito: *Seré saciado cuando se manifieste tu gloria.* Así consuma Cristo la abundancia de su dulzura en los que esperan en El.

Luego, si Dios esconde a los que le temen la abundancia de su dulzura en el sentido en que nuestros adversarios la entienden, es decir, con el fin de que los impíos, desconociéndola y por temor a ser condenados, vivan rectamente, pudiendo así haber fieles que oren por los que viven sin frenos morales, ¿cómo la consumará en los que esperan en El, supuesto que, como éstos sueñan, por esta dulzura no se condenará a aquellos que no esperan en El? ¡Búsquese, pues, la dulzura que Dios perfecciona en los que esperan en El y no la que se imaginan que perfeccionará en los que le desprecian y blasfeman! En vano el hombre busca en la otra vida lo que ha descuidado adquirir en ésta.

mittit, sed permanente in saeculum saeculi [74], cum glorientur, in Domino glorientur. Iustitia quippe Dei Christus est, *qui factus est nobis,* sicut dicit Apostolus, *sapientia a Deo, et iustitia; et sanctificatio, et redemptio: ut quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in Domino glorietur* [75]. Hanc Dei iustitiam, quam donat gratia sine meritis, nesciunt illi qui suam iustitiam volunt constituere, et ideo iustitiae Dei, quod Christus est, non sunt subiecti [76]. In qua iustitia est multa multitudo dulcedinis Dei, propter quam dicitur in Psalmo, *Gustate, et videte quam dulcis est Dominus* [77]. Et hanc quidem in hac peregrinatione gustantes, non ad satietatem sumentes, esurimus eam potius ac sitimus, ut ea postea saturemur, cum videbimus eum sicuti est [78], et implebitur quod scriptum est, *Saturabor, cum manifestabitur gloria tua* [79]. Ita perficit Christus multam multitudinem dulcedinis suae sperantibus in eum. Porro autem si eam, quam illi putant, dulcedinem suam Deus abscondit timentibus eum qua non est impios damnaturus, ut hoc nescientes et damnari timentes recte vivant, ac sic possint esse qui orent pro non recte viventibus; quomodo eam perficit sperantibus in eum, quandoquidem, sicut somniant, per hanc dulcedinem non damnaturus est eos, qui non sperant in eum? Illa igitur eius dulcedo quaeratur quam perficit sperantibus in eum, non quam perficere putatur contemnentibus et blasphemantibus eum. Frustra itaque homo post hoc corpus inquirit, quod in hoc corpore sibi comparare neglexit.

[74] Ps. 18,10.
[75] 1 Cor. 1,30 et 31.
[76] Rom. 10,3.
[77] Ps. 33,9.
[78] 1 Io. 3,2.
[79] Ps. 16,15

6. Aquel dicho del Apóstol: *El hecho es que Dios permitió que todas las gentes quedaran envueltas en la infidelidad para ejercitar su misericordia con todos,* no quiere decir que Dios no condenará a nadie. El contexto nos aclara el sentido. San Pablo se dirigía a los gentiles ya creyentes y les dice a propósito de los judíos, que se convertirían luego: *Así como vosotros en otro tiempo no creíais en Dios y al presente habéis alcanzado misericordia con ocasión de la incredulidad de aquéllos, así también éstos al presente no han creído en vuestra misericordia, a fin de obtenerla también ellos algún día.* Y a continuación añade las palabras que inducen a error a éstos: *El hecho es que Dios permitió que todas las gentes quedaran envueltas en la infidelidad, para ejercitar su misericordia con todos.* ¿Quiénes son todos sino esos de que hablaba, es decir, vosotros y ellos? Dios ha dejado, pues, caer en la infidelidad a todos los gentiles y a todos los judíos que previó y predestinó a ser conformes con la imagen de su Hijo. Así, arrepentidos con amarga penitencia de su infidelidad y convertidos a la dulzura de la misericordia de Dios, clamarán con el Salmista: *¡Qué grande y abundante es, Señor, la dulzura que escondiste a los que te temen y consumaste en los que esperan,* no en sí mismos, sino *en ti!* Tendrá misericordia de todos los vasos de misericordia. ¿Qué significa de todos? Tanto de los gentiles que predestinó, llamó, justificó y glorificó, como de los judíos. Y de todos estos hombres, no de todos los hombres, no condenará a nadie.

6. Illud quoque apostolicum, *Conclusit enim Deus omnes in infidelitate, ut omnium misereatur:* non ideo dictum est; quod neminem sit damnaturus: sed superius apparet unde sit dictum. Nam cum de Iudaeis postea credituris Apostolus loqueretur ad Gentes, ad quas utique iam credentes conscribebat epistolas: *Sicut enim vos,* inquit, *aliquando non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis illorum incredulitate; sic et hi nunc non crediderunt in vestra misericordia, ut et ipsi misericordiam consequantur* [80]. Deinde subiecit, unde isti sibi errando blandiuntur, atque ait, *Conclusit enim Deus omnes in infidelitate, ut omnium misereatur.* Quos omnes, nisi de quibus loquebatur, tanquam dicens, et vos et illos? Deus ergo et Gentiles et Iudaeos, quos praescivit et praedestinavit conformes imaginis Filii sui [81], omnes in infidelitate conclusit: ut de amaritudine infidelitatis suae poenitendo confusi, et ad dulcedinem misericordiae Dei credendo conversi, clamarent illud in Psalmo, *Quam multa multitudo dulcedinis tuae, Domine, quam abscondisti timentibus te, perfecisti autem sperantibus,* non in se, sed *in te!* Omnium itaque miseretur vasorum misericordiae. Quid est, omnium? Et eorum scilicet quos ex Gentibus, et eorum quos ex Iudaeis praedestinavit, vocavit, iustificavit, glorificavit; non omnium hominum, sed istorum omnium neminem damnaturus.

[80] Rom. 11,31.32.
[81] Ibid., 8,29.

CAPITULO XXV

¿QUÉ DECIR DE LA TERCERA Y DE LA CUARTA OPINIÓN?

1. Respondamos ahora a aquellos que no prometen la liberación del fuego eterno no solamente al diablo y a sus ángeles, ni a todos los hombres, sino sólo a aquellos que hayan recibido el bautismo y participado del cuerpo y de la sangre de Cristo, vivan como vivan en cualquier herejía o impiedad en que han caído [40]. El Apóstol los contradice al decir: *Las obras de la carne son bien fáciles de conocer. Tales son la fornicación, la deshonestidad, la lujuria, la idolatría, las hechicerías, las enemistades, los pleitos, los celos, las animosidades, las herejías, las disensiones, las envidias, las embriagueces, las glotonerías y cosas semejantes. Sobre ellas os prevengo, como os tengo dicho, que los que tales cosas hacen no alcanzarán el reino de los cielos.* Estas palabras del Apóstol son falsas si los tales han de poseer el reino de Dios, librados, aunque sea después de largo tiempo, de sus tormentos. Mas como no son falsas, síguese que no poseerán el reino de los cielos. Y si no entrarán jamás en posesión de ese reino, estarán sometidos a un eterno suplicio, porque entre el reino de Dios y el suplicio no hay término medio.

2. Es preciso, por ende, estudiar cómo debe entenderse lo

CAPUT XXV

AN HI QUI INTER HAERETICOS BAPTIZATI SUNT, ET DETERIORES POSTEA MALE VIVENDO FACTI SUNT, VEL HI QUI APUD CATHOLICOS RENATI AD HAERESES AUT SCHISMATA TRANSIERUNT, VEL HI QUI A CATHOLICIS APUD QUOS RENATI SUNT, NON RECEDENTES, CRIMINOSE VIVERE PERSTITERUNT, POSSINT PRIVILEGIO SACRAMENTORUM REMISSIONEM AETERNI SPERARE SUPPLICII

1. Sed iam respondeamus etiam illis, qui non solum diabolo et angelis eius, sicut nec isti, sed ne ipsis quidem omnibus hominibus liberationem ab aeterno igne promittunt; verum eis tantum qui Christi Baptismate abluti et corporis eius et sanguinis participes facti sunt, quomodolibet vixerint, in quacumque haeresi vel impietate fuerint. Sed contradicit eis Apostolus, dicens: *Manifesta autem sunt opera carnis, quae sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitiae, contentiones, aemulationes, animositates, dissensiones, haereses, invidiae, ebrietates, comessationes, et his similia: quae praedico vobis, sicut praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt* [82]. Haec profecto apostolica falsa est sententia, si tales post quantalibet tempora liberati regnum Dei possidebunt. Sed quoniam falsa non est, profecto regnum Dei non possidebunt. Et si in regni Dei possessione nunquam erunt, aeterno supplicio tenebuntur: quoniam non est locus medius, ubi non sit in supplicio, qui illo non fuerit constitutus in regno.

2. Quamobrem quod ait Dominus Iesus, *Hic est panis qui de caelo*

[82] Gal. 5,19-21.

que dice Nuestro Señor: *Este es el pan que descendió del cielo, a fin de que quien comiere de él no muera. Yo soy el pan vivo que descendió del cielo. Quien comiere de él vivirá eternamente.* Los adversarios a quienes luego responderemos refutan la opinión de los presentes. Son aquellos que prometen la liberación no a todos los que hayan recibido el sacramento del bautismo y el del cuerpo de Cristo, sino solamente a los católicos, aunque vivan mal. Porque—así discurren—han comido el cuerpo de Cristo, no sólo en sacramento, sino también en realidad, y se han constituído en el mismo cuerpo. De este cuerpo dice el Apóstol: *Muchos somos un solo pan, un solo cuerpo.* Solamente, pues, el que se conserva en la unidad del cuerpo de Cristo, de ese cuerpo cuyos fieles acostumbran a recibir el sacramento del altar, o sea, el miembro de la Iglesia, es el que verdaderamente debe decirse que come el cuerpo de Cristo y bebe su sangre. Por ende, los herejes y los cismáticos, apartados de la unidad de este cuerpo, pueden recibir ese sacramento, pero sin fruto y—lo que es más—con daño personal para ser condenados con más gravedad y no ser, aunque tarde, librados. No están arrollados en ese lazo de paz representado por este sacramento.

3. Por otra parte, éstos, que están en lo cierto al decir que no come el cuerpo de Cristo el que no está en el cuerpo de Cristo, han errado al prometer la liberación de las penas eternas a aquellos que salen de la unidad de este cuerpo y se adhieren o a la herejía o a la superstición de los gentiles. En primer término deben considerar lo intolerable que es y lo

descendit, ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur. Ego sum panis vivus, qui de caelo descendi; si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum [83], quomodo sit accipiendum, merito quaeritur. Et ab istis quidem quibus nunc respondemus, hunc intellectum auferunt illi quibus deinde respondendum est: hi sunt autem qui hanc liberationem, nec omnibus habentibus sacramentum Baptismatis et corporis Christi, sed solis Catholicis, quamvis male viventibus, pollicentur: quia non solo, inquiunt, sacramento, sed re ipsa manducaverunt corpus Christi, in ipso scilicet eius corpore constituti: de quo corpore ait Apostolus, *Unus panis, unum corpus multi sumus* [84]. Qui ergo est in eius corporis unitate, id est, in Christianorum compage membrorum, cuius corporis sacramentum fideles communicantes de altari sumere consueverunt, ipse vere dicendus est manducare corpus Christi, et bibere sanguinem Christi. Ac per hoc haeretici et schismatici ab huius unitate corporis separati possunt idem percipere sacramentum, sed non sibi utile, imo vero etiam noxium, quo iudicentur gravius, quam vel tardius liberentur. Non sunt quippe in eo vinculo pacis, quod illo exprimitur sacramento.

3. Sed rursus etiam isti qui recte intelligunt, non dicendum esse eum manducare corpus Christi, qui in corpore non est Christi, non recte promittunt eis qui vel in haeresim, vel etiam in gentilium superstitionem, ex illius corporis unitate labuntur, liberationem quandoque ab aeterni igne

[83] Io. 6,50-52.
[84] I Cor. 10,17.

ajeno a la sana doctrina pensar que muchos o casi todos los que han fundado herejías impías, saliendo de la Iglesia católica y haciéndose heresiarcas, queden mejor acomodados que aquellos otros que nunca fueron católicos y cayeron en sus trampas. Si el bautismo que recibieron en la Iglesia católica y el sacramento del cuerpo de Cristo, que participaron en el verdadero cuerpo de Cristo, libran a los heresiarcas del suplicio eterno, reparen en que es peor el desertor de la fe y hecho de desertor, opugnador de la misma que aquel que no desertó de la fe, pues no la abrazó nunca.

En segundo lugar, el Apóstol ataja esta opinión cuando, después de haber enumerado las obras de la carne, predice, con la misma Verdad, que *los que tales cosas hacen no poseerán el reino de los cielos.*

4. De donde se sigue que no deben estar seguros en sus costumbres, estragadas y condenables, quienes perseveran en la comunión de la Iglesia católica hasta el fin, atendiendo a estas palabras: *El que perseverare hasta el fin se salvará.* Por su mala vida abandonan la justicia de vida, que es Cristo, sea practicando la fornicación, sea manchando su cuerpo con otras impurezas, que ni el mismo San Pablo quiso nombrar; sea dejándose arrastrar por la lujuria; sea, en fin, haciendo alguna de las obras de las que dice: *Los que tales cosas hacen no poseerán el reino de los cielos.* Luego, si los que hacen tales cosas no podrán entrar en el reino de los cielos, irán inevitablemente al fuego eterno. No debe decirse que, perseverando en el desorden hasta el fin de su vida, han perseverado en Cristo hasta el fin, porque perseverar en Cristo es perseverar en su fe. Y *esta fe,* según la definición del Apóstol, *obra por la caridad.* Y *la caridad,* como dice en otra parte, *no obra mal.*

No debe tampoco decirse que éstos comen el cuerpo de Cristo, ya que ni deben ser contados entre los miembros de Cristo. Porque—y conste que omito otras razones—no pueden ser a la vez miembros de Cristo y de una meretriz.

Finalmente, al decir Cristo: *El que come mi carne y bebe mi sangre permanece en mí y yo en él,* nos muestra qué es comer su cuerpo y beber su sangre en verdad y no sólo en sacramento. Es, sencillamente, permanecer en Cristo para que El permanezca en el comulgante. Como si dijera: El que no permanece en mí y en quien yo no permanezco, no diga o estime que come mi cuerpo y bebe mi sangre. Ahora bien, no permanecen en Cristo quienes no son miembros suyos. Y no son miembros de Cristo quienes se hacen miembros de una meretriz, a no ser que renuncien al mal por la penitencia y tornen al bien por la reconciliación.

---

supplicii. Primum, quia debent attendere, quam sit intolerabile atque a sana doctrina nimis devium, ut multi ac pene omnes, qui haereses impias condiderunt exeuntes de catholica Ecclesia, et facti sunt haeresiarchae, meliores habeant causas, quam hi qui nunquam fuerunt catholici, cum in eorum laqueos incidissent; si illos haeresiarchas hoc facit liberari a supplicio sempiterno, quod in catholica Ecclesia baptizati sunt, et sacramentum corporis Christi in vero Christi corpore primitus acceperunt: cum peior utique sit desertor fidei et ex desertore oppugnator eius effectus, quam ille qui non deseruit quam nunquam tenuit. Deinde quia et his occurrit Apostolus eadem verba proferens, et enumeratis illis carnis operibus eadem veritate praedicens, *Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt* [85].

4. Unde nec illi in perditis et damnabilibus moribus debent esse securi, qui usque in finem quidem velut in communione Ecclesiae catholicae perseverant, intuentes quod dictum est, *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* [86]: et per vitae iniquitatem, ipsam vitae iustitiam, quod eis Christus est, deserunt, sive fornicando, sive alias immunditias flagitiorum, quas nec Apostolus exprimere voluit, in suo corpore perpetrando, sive turpitudine luxuriae diffluendo, sive aliquid aliud eorum agendo de quibus ait, *Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt.* Ac per hoc quicumque agunt talia, nisi in sempiterno supplicio non erunt, quia in Dei regno esse non poterunt. In his enim perseverando usque in huius vitae finem, non utique dicendi sunt in Christo perseverasse usque in finem: quia in Christo perseverare, est in eius fide perseverare. Quae *fides,* ut eam definit idem apostolus, *per dilectionem operatur* [87]. *Dilectio* autem, sicut ipse alibi dicit, *malum non operatur* [88]. Nec isti ergo dicendi sunt manducare corpus Christi; quoniam nec in membris computandi sunt Christi. Ut enim alia taceam, non possunt simul esse et membra Christi, et membra meretricis [89]. Denique ipse dicens, *Qui manducat carnem meam, et bibit sanguinem meum, in me manet, et ego in eo* [90]; ostendit quid sit non sacramento tenus, sed re vera corpus Christi manducare, et eius sanguinem bibere: hoc est enim in Christo manere, ut in illo maneat et Christus. Sic enim hoc dixit, tanquam diceret, Qui non in me manet, et in quo ego non maneo, non se dicat aut existimet manducare corpus meum, aut bibere sanguinem meum. Non itaque manent in Christo, qui non sunt membra eius. Non sunt autem membra Christi, qui se faciunt membra meretricis, nisi malum illud poenitendo esse destiterint, et ad hoc bonum reconciliatione redierint.

[85] Gal. 5,21.
[86] Mt. 10,22
[87] Gal. 5,6.
[88] I Cor. 13,4; Rom. 13,10.
[89] I Cor. 6,15.
[90] Io. 6,57.

CAPITULO XXVI

¿QUÉ ES TENER A CRISTO POR FUNDAMENTO Y QUÉ DECIR DE LA OPINIÓN QUINTA?

1. Los cristianos católicos—dicen—tienen a Cristo por fundamento, de cuya unidad no se han separado, aunque hayan edificado sobre ese fundamento una vida desordenada, como maderas, heno y hojarasca. La verdadera fe, que hace que Cristo sea su fundamento, aunque con daño, pues serán abrasadas las *cosas que fueron edificadas sobre él, podrá librarlos algún* día de la perpetuidad del fuego. Responda a esto brevemente el apóstol Santiago: *Si uno dice que tiene fe y carece de obras, ¿le podrá salvar la fe?*

Y ¿quién es—insisten—aquel de quien dice el Apóstol: *No dejará de salvarse, si bien como por el fuego?*

Busquemos a una quién es ése. Damos por descartado que no es ese de quien habla Santiago. Lo contrario sería poner frente a frente a dos apóstoles, pues que uno dice: «Aunque uno tuviere malas obras, la fe le salvará por el fuego»; y el otro: «Si no tiene obras, ¿le salvará la fe?» [41].

2. Sabremos quién puede salvarse por el fuego si conocemos primero qué es tener a Cristo por fundamento. Para averiguarlo lo antes posible consideremos la imagen y caigamos en la cuenta de que, en un edificio, el fundamento es lo primero. Quienquiera, pues, que tenga de tal suerte a Cristo en el corazón, que ni anteponga a El las cosas terrenas y temporales ni aquellas cuyo uso le está permitido, éste tiene por fundamento a Cristo. Mas, si prefiere a El esas cosas, aunque parezca tener la fe de Cristo, no tiene a Cristo por fundamento, ya que lo pospone. ¿Cuánto menos lo tendrá aquel que, despreciando los mandamientos saludables, obra ilícitamente no anteponiendo a Cristo, sino posponiéndolo, subestimando sus mandatos o permisiones y prefiriendo, contra ellos, satisfacer sus pasiones? Así, cuando un cristiano ama una meretriz y, uniéndose a ella, se hace un solo cuerpo con ella, ya no tiene a Cristo por fundamento. En cambio, cuando uno ama a su esposa y lo hace según Cristo, ¿quién duda que tiene a Cristo por fundamento? Si la ama según este siglo, carnalmente a través de la morbosidad de las concupiscencias, como los gentiles, que desconocen a Dios, el Apóstol aun en este caso lo permite por condescendencia, o mejor, es Cristo por medio del Apóstol. Aun en este caso puede tener a Cristo por fundamento. Porque, si no antepone a El su afección y su placer, aunque edifica sobre él maderas, heno y hojarasca, tiene a Cristo por fundamento, y se salvará por el fuego. El fuego de la tribulación quemará esas delicias y esos amores, que no son condenables debido al matrimonio. A este fuego pertenecen las orfandades y las demás calamidades que privan de esos goces. Por eso esa edificación será perjudicial para el que edificó, porque no tendrá lo que sobreedificó, y será atormentado con la pérdida de las cosas

CAPUT XXVI

QUID SIT IN FUNDAMENTO HABERE CHRISTUM, ET QUIBUS SPONDEATUR SALUS QUASI PER IGNIS USTURAM

1. Sed habent, inquiunt, Christiani catholici in fundamento Christum, a cuius unitate non recesserunt, tametsi huic fundamento superaedificaverunt quamlibet pessimam vitam, velut ligna, fenum, stipulam [91]: recta itaque fides, per quam Christus est fundamentum, quamvis cum damno, quoniam illa quae superaedificata sunt exurentur, tamen poterit eos quandoque ab illius ignis perpetuitate salvare. Respondeat eis breviter apostolus Iacobus: *Si quis dicat se fidem habere, opera autem non habeat, numquid poterit fides salvare eum?* [92] Et quis est, inquiunt, de quo dicit apostolus Paulus, *Ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem?* [93] Simul quis iste sit, inquiramus: hunc tamen non esse, certissimum est, ne duorum Apostolorum sententias mittamus in rixam, si unus dicit, *Etiamsi mala opera quis habuerit, salvabit eum fides per ignem;* alius autem, Si opera non habeat, numquid poterit fides salvare eum?

2. Inveniemus ergo quis possit salvari per ignem, si prius invenerimus quid sit habere in fundamento Christum. Quod ut de ipsa similitudine quantocius advertamus: Nihil in aedificio praeponitur fundamento; quisquis itaque sic habet in corde Christum, ut ei terrena et temporalia nec ea quae licita sunt atque concessa praeponat, fundamentum habet Christum. Si autem praeponit, etsi videatur habere fidem Christi, non est tamen in eo fundamentum Christus, cui talia praeponuntur: quanto magis, si salutaria praecepta contemnens committat illicita, non praeposuisse *Christum, sed postposuisse convincitur, quem posthabuit imperantem sive* concedentem, dum contra eius imperata sive concessa suam per flagitia delegit explere libidinem? Si quis itaque christianus diligit meretricem, eique adhaerens unum corpus efficitur [94], iam in fundamento non habet Christum. Si quis autem diligit uxorem suam, si secundum Christum [95], quis ei dubitet in fundamento esse Christum? Si vero secundum hoc saeculum, si carnaliter, si in morbo concupiscentiarum, sicut et gentes quae ignorant Deum [96], etiam hoc secundum veniam concedit Apostolus, imo per Apostolum Christus. Potest ergo et iste habere in fundamento Christum. Si enim ei nihil talis affectionis voluptatisque praeponat, quamvis superaedificet ligna, fenum, stipulam, Christus est fundamentum, propter hoc salvus erit per ignem. Delicias quippe huiusmodi amoresque terrenos, propter coniugalem quidem copulam non damnabiles, tribulationis ignis exuret: ad quem ignem pertinent et orbitates, et quaecumque calamitates quae auferunt haec. Ac per hoc ei qui aedificavit, erit aedificatio ista damnosa; quia non habebit quod superaedificavit, et eorum

[91] I Cor. 3,11.12
[92] Iac. 2,14.
[93] I Cor. 3,15.

[94] Ibid., 6,16.
[95] Eph. 5,25.
[96] I Thess. 4,5.

cuyo goce le encantaba. Mas será salvado por el fuego, por los méritos del fundamento, porque, si un perseguidor le propusiera la disyuntiva Cristo o lo otro, no antepondría lo otro a Cristo.

Ved en las palabras del Apóstol al hombre que edifica sobre el fundamento plata, oro y piedras preciosas. *El que no tiene mujer*—dice él—*piensa en las cosas que son de Dios y en cómo agradar al Señor*. Ved ahora al otro que edifica madera, heno y hojarasca: *Y el que está casado piensa en las cosas del mundo y en cómo agradar a la mujer. Se verá cuál es la obra de cada uno, porque el día la descubrirá*, el día de la tribulación, sí, *puesto que será manifestado por el fuego*. Llama fuego a la tribulación misma, como se lee en otra parte: *El horno prueba las vasijas de tierra, y la tribulación a los hombres justos*. Y también: *El fuego descubrirá cuál es la obra de cada uno. Si la obra de uno sobrepuesta permaneciere* (y permanecen los pensamientos sobre Dios y el cuidado de agradarle), *recibirá la recompensa*, es decir, recibirá el fruto de sus pensamientos. Empero, *si la obra de otro se quemare, será suyo el daño*, porque no tendrá lo que había amado. *No obstante, no dejará de salvarse*, pues la tribulación no le separó de ese fundamento, *si bien como por el fuego*, ya que no perderá sin dolor urente lo que poseyó con amor atrayente. He aquí descubierto un fuego que no daña, a mi parecer, a ninguno de los hombres de que hemos hablado, sino que enriquece a uno, damnifica a otro y prueba a los dos.

3. Entendamos, si se quiere, en este lugar, aquel fuego del que dirá el Señor a los de la izquierda: *Apartaos de mí,*

amissione cruciabitur, quibus fruendo utique laetabatur. Sed per hunc ignem salvus erit merito fundamenti, quia etsi utrum id, an Christum habere mallet, a persecutore proponeretur, illud Christo non praeponeretur. Vide in Apostoli verbis hominem aedificantem super fundamentum aurum, argentum, lapides pretiosos: *Qui sine uxore est*, inquit, *cogitat quae sunt Dei, quomodo placeat Deo*. Vide alium aedificantem ligna, fenum, stipulam: *Qui autem matrimonio iunctus est*, inquit, *cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat uxori* [97]. *Uniuscuiusque opus manifestabitur: dies enim declarabit*; dies utique tribulationis: *quoniam in igne*, inquit, *revelabitur* [98]. Eamdem tribulationem ignem vocat, sicut alibi legitur, *Vasa figuli probat fornax, et homines iustos tentatio tribulationis* [99]. Et. *Uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus permanserit* (permanet enim quod quisque cogitat quae sunt Dei, quomodo placeat Deo), *quod superaedificavit, mercedem accipiet*: id est, unde cogitavit, hoc sumet. *Si cuius autem opus arserit, damnum patietur*: quoniam quod dilexerat, non habebit. *Ipse autem salvus erit*; quia nulla eum tribulatio ab illius fundamenti stabilitate movit: *sic tamen quasi per ignem* [100]. Quod enim sine illiciente amore non habuit, sine urente dolore non perdit. Ecce, quantum mihi videtur, inventus est ignis, qui nullum eorum damnet, sed unum ditet, alterum damnificet, ambos probet.

3. Si autem ignem illum isto loco voluerimus accipere, de quo Domi-

[97] I Cor. 7,32.33.
[98] Ibid., 3,13.
[99] Eccli. 27,6.
[100] I Cor. 3,13-15.

malditos, al fuego eterno, de forma que incluyamos en él a estos que edifican sobre el fundamento madera, heno y hojarasca. Mas pensemos que éstos se verán libres de ese fuego, después de atormentados algún tiempo por sus pecados, por los méritos de ese fundamento. ¿Qué debemos pensar de los de la derecha, a quienes se dirá: *Venid, benditos de mi Padre, a poseer el reino que os está preparado*, sino que son aquellos que edificaron sobre el fundamento oro, plata y piedras preciosas? Si, pues, el fuego de que habla el Apóstol al decir: *si bien como por el fuego*, lo entendemos de este modo, deben ser arrojados a él unos y otros, es decir, los de la derecha y los de la izquierda. Y unos y otros deben ser probados por el fuego del que se dijo: *El día descubrirá la obra de cada uno, puesto que será manifestado por el fuego, y el fuego probará cuál sea la obra de cada uno*. Si los dos serán probados por el fuego, a fin de que el uno, si sus obras permanecen, es decir, no fueren consumidas por el fuego, reciba el galardón, y el otro, si sus obras ardieren, reciba su castigo, sin duda ese fuego no es eterno. Sólo los de la izquierda serán enviados al fuego eterno para su suprema y eterna condenación. Este fuego de que habla el Apóstol prueba a los de la derecha. Pero los prueba de tal manera que no quema el edificio de unos y quema el de los otros. No quema el edificio de aquellos que han puesto a Cristo por fundamento del mismo. Y así se salvarán todos, puesto que han colocado a Cristo por fundamento y lo han amado con un amor grande. Y si se salvarán, estarán ciertamente a la derecha y

nus dicet sinistris, *Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum* [101]: ut in eis etiam isti esse credantur, qui aedificant super fundamentum ligna, fenum, stipulam, eosque ex illo igne post tempus pro malis meritis impertitum liberet boni meritum fundamenti: quid arbitrabimur dextros quibus dicetur, *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum* [102], nisi eos qui aedificaverunt super fundamentum aurum, argentum, lapides pretiosos? Sed in illum ignem, de quo dictum est, *sic tamen quasi per ignem*, si hoc modo est intelligendus, utrique mittendi sunt, et dextri scilicet, et sinistri. Illo quippe igne utrique probandi sunt, de quo dictum est, *Dies enim declarabit, quoniam in igne revelabitur, et uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit* [103]. Si ergo utrumque probabit ignis, ut si cuius opus permanserit, id est, non fuerit igne consumptum, quod superaedificavit, mercedem accipiat: si cuius autem opus arserit, damnum patiatur: profecto non est ipse aeternus ille ignis. In illum enim soli sinistri novissima et perpetua damnatione mittentur, iste autem dextros probat. Sed alios eorum sic probat, ut aedificium quod super Christum fundamentum ab eis invenerit esse constructum, non exurat atque consumat: alios autem aliter, id est, ut quod superaedificaverunt, ardeat, damnumque inde patiantur: salvi fiant autem, quoniam Christum in fundamento stabiliter positum praecellenti charitate tenuerunt. Si autem salvi fient, profecto et ad dexteram stabunt, et cum caeteris audient, *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum*: non ad sinistram, ubi illi

[101] Mt. 25,41.
[102] Ibid., 34
[103] I Cor. 3,13.

oirán con los demás estas palabras: *Venid, benditos de mi Padre, a poseer el reino que os está preparado*. Y no a la izquierda, donde estarán los que no se han de salvar, que a su vez oirán: *Apartaos de mí, malditos, al fuego eterno*. Ninguno de éstos se librará del fuego, porque irán todos al suplicio eterno, donde su gusano no morirá y el fuego no se apagará. Allí serán atormentados día y noche por los siglos de los siglos.

4. Si se dice que el espacio de tiempo que mediará entre la muerte y ese día que, después de la resurrección de los cuerpos, será el último día de la remuneración y de la condenación, las almas estarán expuestas al ardor de un fuego que no sentirán aquellos que no hayan tenido en esta vida costumbres y afecciones carnales dignas de consumir su madera, su heno y su paja; y que quienes han construído un edificio semejante, sentirán el fuego de una tribulación transitoria que abrase, sea allí sólo, sea aquí y allí, sea aquí para que no sea allí, los pecados innumerables, aunque veniales. A esto no me opongo, porque quizá sea verdadero. La muerte del cuerpo, que es engendro del primer pecado, y que cada uno sufrirá a su tiempo, puede formar parte de esa tribulación. Las persecuciones de la Iglesia, que han coronado a sus mártires y que padecen todos los cristianos, son como un fuego que prueba los diferentes edificios, que consume unos con sus edificadores, si no encuentra en ellos a Cristo por fundamento, y quema otros sin tocar a sus autores, si lo encuentra. Estos se salvarán, aunque después del castigo. A otros no los consume, porque los halla dignos

erunt, qui salvi non erunt, et ideo audient, *Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum*. Nemo quippe ab illo igne salvabitur, quia in supplicium aeternum ibunt illi omnes [104], ubi vermis eorum non morietur, et ignis non exstinguetur [105], quo cruciabuntur die ac nocte in saecula saeculorum [106].

4. Post istius sane corporis mortem, donec ad illum veniatur, qui post resurrectionem corporum futurus est damnationis et remunerationis ultimus dies, si hoc temporis intervallo spiritus defunctorum eiusmodi ignem dicuntur perpeti, quem non sentiant illi qui non habuerunt tales mores et amores in huius corporis vita, ut eorum ligna, fenum, stipula consumatur; alii vero sentiant qui eiusmodi secum aedificia portaverunt, sive ibi tantum, sive et hic et ibi, sive ideo hic ut non ibi, saecularia, quamvis a damnatione venialia concremantem ignem transitoriae tribulationis inveniant, non redarguo, quia forsitan verum est. Potest quippe ad istam tribulationem pertinere etiam ipsa mors carnis, quae de peccati primi perpetratione concepta est, ut secundum cuiusque aedificium tempus quod eam sequitur ab unoquoque sentiatur. Persecutiones quoque quibus martyres coronati sunt, et quas patiuntur quicumque Christiani, probant utraque aedificia velut ignis, et alia consumunt cum ipsis aedificatoribus, si Christum in eis non inveniunt fundamentum; alia sine ipsis, si inveniunt, quia, licet cum damno, salvi erunt ipsi: alia vero non consumunt, quia talia reperiunt quae maneant in aeternum. Erit etiam in fine saeculi tri-

104 Mt. 25,46.
105 Is. 66,24
106 Apoc. 20,10.

de permanecer eternamente. Habrá también hacia el fin del mundo, en tiempo del anticristo, una persecución sin precedente en la historia. ¡Cuántos edificios de oro o de heno se levantarán entonces sobre el óptimo fundamento, que es Jesucristo, para que el fuego pruebe a los dos, infiriendo a unos gozo y a otros daño, pero sin perder ni a unos ni a otros a causa de la estabilidad de ese fundamento!

Mas quienquiera que antepone, no digo la mujer, de la que se sirve para el deleite carnal, sino las otras personas que no ama por ese fin y las ama carnalmente a usanza humana, no tiene a Cristo por fundamento. Este no se salvará por el fuego, y no se salvará porque no podrá estar con el Salvador, que, hablando palmariamente sobre este punto, dice: *Quien ama al padre o a la madre más que a mí, no es digno de mí. Y quien ama al hijo o a la hija más que a mí, no es tampoco digno de mí*. El que ama carnalmente a estos parientes, anteponiéndolos a Cristo, nuestro Señor, y preferiría perderlos a ellos a perder a Cristo si se le pone en esta prueba, se salvará por el fuego. De su pérdida sólo es preciso que queme el dolor cuanto había unido el amor. Por tanto, el amar según Cristo al padre, a la madre, a los hijos o a las hijas, y ayudarles a conseguir su reino y a unirse a El, o amarlos porque son miembros de Cristo, tal amor no es un edificio de madera, de heno y paja, para ser consumido, sino de oro, plata y piedras preciosas. ¿Cómo podría amar más que a Cristo a aquellos que ama por Cristo? [42].

bulatio tempore Antichristi, qualis nunquam antea fuit. Quam multa erunt tunc aedificia, sive aurea, sive fenea super optimum fundamentum, quod est Christus Iesus, ut ignis ille probet utraque, et de aliis gaudium, de aliis inferat damnum; neutros tamen perdat in quibus haec inveniet, propter stabile fundamentum. Quicumque autem, non dico uxorem, cuius etiam commixtione carnis ad carnalem utitur voluptatem, sed ipsa quae ab huiusmodi delectationibus aliena sunt nomina pietatis, humano more carnaliter diligendo Christo anteponit, non eum habet in fundamento, et ideo non per ignem salvus erit, sed salvus non erit, quia esse cum Salvatore non poterit, qui de hac re apertissime loquens ait, *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus: et qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus* [107]. Verum qui has necessitudines sic amat carnaliter, ut tamen eas Christo Domino non praeponat, malitque ipsis carere quam Christo, si ad hunc fuerit articulum tentationis adductus, per ignem salvus erit: quia ex earum amissione tantum necesse est urat dolor, quantum haeserat amor. Porro qui patrem, matrem, filios, filias secundum Christum dilexerit, ut ad eius regnum obtinendum eique cohaerendum illis consulat, vel hoc in eis diligat, quod membra sunt Christi, absit ut ista dilectio reperiatur in lignis, feno et stipula consumenda, sed prorsus aedificio aureo, argenteo, gemmeo deputabitur. Quomodo autem potest eos plus amare quam Christum quos amat utique propter Christum.

107 Mt. 10,37

CAPITULO XXVII

Contra la sexta opinión

1. No queda por responder más que a quienes sostienen que sólo arderán en el fuego eterno los que descuiden hacer limosnas por sus pecados, según aquellas palabras del apóstol Santiago: *Aguarda un juicio sin misericordia al que no usó de misericordia.* Luego el que la practica—concluyen—, aunque no haya enderezado sus disolutas costumbres y viva nefaria y pecadoramente en medio de sus limosnas, será juzgado con misericordia. Y o no será condenado o después de algún tiempo será librado de la última condenación. Creen que la separación que hará Cristo entre los de la derecha y los de la izquierda, para enviar a unos al reino eterno y a otros al eterno suplicio, se fundará únicamente en el cuidado o descuido de la limosna. Se apoyan, además, en la oración dominical, y dicen que los pecados cometidos a diario, por enormes que sean, pueden ser perdonados por las limosnas. Como no hay día—prosiguen—en que los cristianos no reciten esta oración, así no hay pecado, por cotidiano que sea, que no se perdone por ella, a condición de que cuando decimos: *Perdónanos nuestras deudas,* procuremos poner en práctica lo que sigue: *así como nosotros perdonamos a nuestros deudores.* El Señor—agregan—no dice:

CAPUT XXVII

Contra eorum persuasionem qui putant sibi non obfutura peccata, in quibus, cum eleemosynas facerent, perstiterunt

1. Restat eis respondere, qui dicunt aeterno igne illos tantummodo arsuros, qui pro peccatis suis facere dignas eleemosynas negligunt, propter illud quod ait apostolus Iacobus: *Iudicium autem sine misericordia illi qui non fecit misericordiam* [108]. Qui ergo fecit, inquiunt, quamvis non correxerit perditos mores, sed nefarie ac nequiter inter ipsas suas eleemosynas vixerit, cum misericordia illi futurum est iudicium, ut aut non damnetur omnino, aut post aliquod tempus a damnatione novissima liberetur. Nec ob aliud existimant Christum de solo dilectu atque neglectu eleemosynarum discretionem inter dexteros et sinistros esse facturum, quorum alios in regnum, alios in supplicium mittat aeternum. Ut autem quotidiana sibi opinentur, quae facere omnino non cessant, qualiacumque et quantacumque sint, per eleemosynas dimitti posse peccata, orationem quam docuit ipse Dominus, et suffragatricem sibi adhibere conantur, et testem. Sicut enim nullus est, inquiunt, dies, quo a Christianis haec oratio non dicatur: ita nullum est quotidianum qualecumque peccatum, quod per illam non dimittatur, cum dicimus, *Dimitte nobis debita nostra;* si quod sequitur facere curemus, *sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* [109]. Non enim ait Dominus, inquiunt, Si dimiseritis peccata hominibus, di-

[108] Iac. 2,13.
[109] Mt. 6,12.

Si perdonareis los pecados a los hombres, vuestro Padre os perdonará los pecados leves que cometiereis a diario, sino: *Os perdonará vuestros pecados.* Presumen que los pecados, sean del número y de la calidad que sean, aunque los cometan a diario y mueran sin haber renunciado a ellos, la limosna de un perdón no negado puede perdonarlos.

2. Está bien que reparen en que deben hacerse limosnas dignas por los pecados. Si dijeran que todos los pecados, tanto graves como leves, y todas las costumbres criminosas serán remitidos por toda suerte de limosnas, caerían en la cuenta de que dicen una cosa absurda y ridícula. En efecto, se verían obligados a confesar que un hombre muy rico, por ejemplo, con invertir a diario diez pesetillas en limosnas, podría redimir los homicidios, los adulterios y demás acciones nefarias. Si decir esto es un absurdo mayúsculo y una locura sin calificativo, resta saber cuáles son las limosnas dignas por los pecados, de las cuales decía el precursor de Cristo: *Haced frutos dignos de penitencia.* Sin duda no se hallará que sean dignas las limosnas de aquellos que sepultan su vida hasta la muerte cometiendo crímenes a diario [43]. Lo primero, porque derrochan muchas más riquezas en quitar la hacienda ajena y dando de ésta un poquito a los pobres piensan que alimentan a Cristo, creyendo que le compran con ella la licencia para sus desvaríos, o más bien que se la compran a diario y cometen con ella tamaños desafueros. Aunque por un solo pecado distribuyeran todo su haber a los miembros necesitados de Cristo, si no

mittet vobis Pater vester quotidiana parva peccata vestra; sed, *dimittet vobis,* inquit, *peccata vestra* [110]. Qualiacumque ergo vel quantacumque sint, etiamsi quotidie perpetrentur, nec ab eis vita discedant in melius commutata, per eleemosynam veniae non negatae remittit sibi posse praesumunt.

2. Sed bene, quod isti dignas pro peccatis commonent eleemosynas esse faciendas: quoniam si dicerent qualescumque eleemosynas pro peccatis et quotidianis et magnis et quantacumque scelerum consuetudine misericordiam posse impetrare divinam, ut ea quotidiana remissio sequeretur, viderent rem se dicere absurdam atque ridiculam. Sic enim cogerentur fateri fieri posse, ut opulentissimus homo decem nummulis diurnis in eleemosynas impensis, homicidia, et adulteria, et nefaria quaeque facta redimeret. Quod si absurdissimum et insanissimum est dicere: profecto si quaeratur, quae dignae sint pro peccatis eleemosynae, de quibus etiam Christi praecursor ille dicebat, *Facite ergo fructus dignos poenitentiae* [111]; procul dubio non invenientur eas facere, qui vitam suam usque ad mortem quotidianorum criminum perpetratione confodiunt. Primum, quia in auferendis rebus alienis longe plura diripiunt, ex quibus perexigua pauperibus largiendo, Christum se ad hoc pascere existimant, ut licentiam malefactorum ab illo se emisse, vel quotidie potius emere credentes, securi damnabilia tanta committant. Qui si pro uno scelere omnia sua distribuerent indigentibus membris Christi, nisi desisterent a talibus factis, habendo

[110] Ibid., 14.
[111] Mt. 3,8.

renuncian a sus truhanerías, teniendo esa caridad que no obra mal, tal liberalidad les sería inútil.

El que hace por sus pecados limosnas dignas, comience primero a hacerlas por sí mismo. Es indigno no hacerse a sí mismo la caridad que se hace al prójimo, oyendo al Señor que dice: *Amarás al prójimo como a ti mismo.* Y también: *Apiádate de tu alma agradando a Dios.* Quien no hace a su alma la limosna de agradar a Dios, ¿cómo puede decir que hace limosnas dignas por sus pecados? A este fin está también escrito: *Quien es malo para consigo mismo, ¿para quién será bueno?* Las limosnas, pues, ayudan a las oraciones. Mas debe pararse mientes en esto: *Hijo, ¿has pecado? Para que no vuelvas a pecar más, haz oración por las culpas pasadas, a fin de que te sean perdonadas.* Las limosnas deben hacerse exclusivamente para que seamos escuchados cuando pedimos perdón por los pecados pasados, no para que, perseverando en ellos, creamos que hemos obtenido licencia para obrar mal.

3. El Señor predijo que había de imputar a los de la derecha las limosnas realizadas y a los de la izquierda las no hechas, para mostrar con ello el valor de la limosna en orden a borrar los pecados cometidos, no en orden a cometerlos sin cesar impunemente. No debe creerse que quienes rehusan mejorar su vida amoral hacen limosnas verdaderas. También esto: *Siempre que dejasteis de hacerlo con alguno de mis pequeñuelos, dejasteis de hacerlo conmigo,* muestra que no las hacen, aunque ellos crean que sí. Si dan a un cristiano pobre pan por ser cristiano, no se negarán a sí mismos el pan de justicia que

charitatem, quae non agit perperam [112], aliquid eis prodesse non posset. Qui ergo dignas pro suis peccatis eleemosynas facit, prius eas facere incipiat a se ipso. Indignum est enim, ut in se non faciat qui facit in proximum, cum audiat dicentem Dominum, *Diliges proximum tuum tanquam te ipsum* [113]. Itemque audiat, *Miserere tuae animae placens Deo* [114]. Hanc eleemosynam, id est, ut Deo placeat, non faciens animae suae, quomodo dignas pro peccatis suis eleemosynas facere dicendus est? Ad hoc enim illud scriptum est: *Qui sibi malignus est, cui bonus erit?* [115] Orationes quippe adiuvant eleemosynae. Et utique intuendum est quod legimus: *Fili, peccasti, ne adiicias iterum, et de praeteritis deprecare, ut tibi dimittantur* [116]. Propter hoc ergo eleemosynae faciendae sunt, ut cum de praeteritis peccatis deprecamur, exaudiamur, non ut in eis perseverantes, licentiam malefaciendi nos per eleemosynas comparare credamus.

3. Ideo autem Dominus et dextris eleemosynas ab eis factas, et sinistris non factas se imputaturum esse praedixit, ut hinc ostenderet quantum valeant eleemosynae ad priora delenda, non ad perpetua impune committenda peccata. Tales autem eleemosynas non dicendi sunt facere qui vitam nolunt a consuetudine scelerum in melius commutare. Quia et in hoc quod ait, *Quando uni ex minimis meis non fecistis, mihi non fecistis* [117]; ostendit eos non facere etiam quando se facere existimant. Si enim Christiano esurienti panem tanquam Christiano darent, profecto sibi

[112] I Cor. 13,4.
[113] Mt. 22,39.
[114] Eccli. 30,24.
[115] Ibid., 14,5.
[116] Ibid., 21,1.
[117] Mt. 25,45.

es Cristo, porque Dios atiende no a quién se da, sino con qué intención se da [44]. Quien ama a Cristo en un cristiano, le da limosna con el mismo espíritu con que se acerca a Cristo, no con ese espíritu que le induce a apartarse sin castigo de Cristo. Tanto más se aleja uno de Cristo cuanto más ama lo que reprueba Cristo [45]. En efecto, ¿qué le aprovecha ser bautizado, si no es justificado? ¿No es verdad acaso que quien dijo: *El que no renaciere del agua y del Espíritu Santo no entrará en el reino de los cielos*, ese mismo dijo: *Si no es más colmada vuestra justicia que la de los escribas y fariseos, no entraréis en el reino de los cielos?* ¿Por qué son tantos los que corren a bautizarse por temor a lo primero y son tan pocos los que procuran justificarse por temor a lo segundo? Así como no llama *idiota* a su hermano quien, cuando le injuria, está enojado no con su hermano, sino con su pecado, pues de otra suerte sería reo del infierno de fuego, así el que alarga una limosna a un cristiano, no la alarga a un cristiano si no ama en él a Cristo, y no ama a Cristo si rehusa justificarse en Cristo. Aprovecharía muy poco a aquel que llama *idiota* a su hermano, injuriándolo injustamente y sin pensar en su corrección, el hacer limosna para obtener el perdón si no añade también el remedio de la reconciliación. Está propuesto en el mismo lugar así: *Por tanto, si, al tiempo de presentar tu ofrenda en el altar, allí te acuerdas de que tu hermano tiene alguna queja contra ti, deja allí mismo tu ofrenda ante el altar y ve primero a reconciliarte con tu hermano y luego vuelve a presentar tu ofrenda.* Del mis-

panem iustitiae, quod ipse Christus est, non negarent: quoniam Deus, non cui detur, sed quo animo detur, attendit. Qui ergo Christum diligit in Christiano, hoc animo ei porrigit eleemosynam quo accedit ad Christum, non quo vult recedere impunitus a Christo. Tanto enim magis quisque deserit Christum, quanto magis diligit quod improbat Christus. Nam quid cuiquam prodest, quod baptizatur, si non iustificatur? Nonne qui dixit, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non intrabit in regnum Dei* [118]; ipse etiam dixit, *Nisi abundaverit iustitia vestra super Scribarum et Pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum?* [119] Cur illud timendo multi currunt baptizari, et hoc non timendo non multi curant iustificari? Sicut ergo non dicit fratri suo, *Fatue*, qui cum hoc dicit, non ipsi fraternitati, sed peccato eius infensus est, alioquin reus erit gehennae ignis [120]: ita e contrario, qui porrigit eleemosynam Christiano, non Christiano porrigit, qui non in eo diligit Christum; non autem diligit Christum, qui iustificari recusat in Christo. Et quemadmodum si quis praeoccupatus fuerit hoc delicto, ut fratri suo dicat, *Fatue*, id est, non eius peccatum volens auferre convicietur iniuste: parum est illi ad hoc redimendum eleemosynas facere, nisi etiam quod ibi sequitur remedium reconciliationis adiungat. Ibi enim sequitur: *Si ergo offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ad altare, et vade, prius reconciliare fratri tuo, et tunc veniens offeres munus tuum* [121]. Ita parum est eleemo-

[118] Io. 3,5.
[119] Mt. 5,20.
[120] Ibid., 22.
[121] Ibid., 23.24.

mo modo, aprovecharía muy poco hacer grandes limosnas por los pecados permaneciendo en las costumbres pecaminosas.

4. La oración cotidiana, enseñada por el Señor—de aquí su nombre de dominical—, borra los pecados de cada día cuando se dice a diario: *Perdónanos nuestras deudas*, y lo que sigue no se dice solamente, sino que se pone en práctica: *así como nosotros perdonamos a nuestros deudores*. Se recita la oración porque se cometen pecados, no para que se cometan porque se recita. El Salvador ha querido enseñarnos con esta oración que, por más justamente que vivamos en la noche feble de esta vida, no nos faltarán pecados por los que tendremos necesidad de orar y de perdonar a quienes nos ofendan, para que nos perdone Dios a nosotros. El Señor no dice: *Si perdonareis a los hombres sus pecados, os perdonará también vuestro Padre vuestros pecados*, con el fin de que, confiados en esta oración, cometiéramos seguros a diario crímenes, sea en virtud de la autoridad que nos pone al amparo de los hombres, sea por astucia, engañando a los mismos hombres. Quería que aprendiéramos a no pensar que estamos sin pecados aunque estemos exentos de crímenes. Así lo advirtió Dios a los sacerdotes de la antigua Ley, mandándoles ofrecer primero sacrificios por sus pecados y luego por los del pueblo.

Las palabras de nuestro gran Señor y Maestro merecen una consideración más detallada. El no dice: Si perdonareis a los hombres sus pecados, también vuestro Padre os perdonará a vosotros cualesquiera pecados, sino *vuestros pecados*. Nótese que estaba enseñando la oración de cada día y hablaba a discípulos justificados. ¿Qué significa *vuestros pecados* sino los

synas quantaslibet facere pro quocumque scelere, et in consuetudine scelerum permanere.

4. Oratio vero quotidiana, quam docuit ipse Dominus, unde et Dominica nominatur, delet quidem quotidiana peccata, cum quotidie dicitur, *Dimitte nobis debita nostra;* atque id quod sequitur non solum dicitur, sed etiam fit, *sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* [122]: sed quia fiunt peccata, ideo dicitur; non ut ideo fiant, quia dicitur. Per hanc enim nobis voluit Salvator ostendere, quantumlibet iuste in huius vitae caligine atque infirmitate vivamus, non nobis deesse peccata pro quibus dimittendis debeamus orare, et eis qui in nos peccant, ut et nobis ignoscatur, ignoscere. Non itaque propterea Dominus ait, *Si dimiseritis peccata hominibus, dimittet vobis et Pater vester peccata vestra* [123], ut de hac oratione confisi, securi quotidiana scelera faceremus, vel potentia qua non timeremus hominum leges, vel astutia qua ipsos homines falleremus: sed ut per illam disceremus, non putare nos esse sine peccatis, etiamsi a criminibus essemus immunes: sicut etiam Legis veteris sacerdotes hoc ipsum Deus de sacrificiis admonuit, quae iussit eos primum pro suis, deinde pro populi offerre peccatis [124]. Nam et ipsa verba tanti Magistri et Domini nostri vigilanter intuenda sunt. Non enim ait, Si dimiseritis peccata hominibus, et Pater vester dimittet vobis qualiacumque peccata: sed ait, *peccata*

[122] Ibid., 6,12.
[123] Ibid., 14.
[124] Lev. 16,6; Hebr. 7,27.

pecados de los que no estáis exentos ni siquiera vosotros, que estáis justificados y santificados? Los que buscan en esta oración un pretexto para cometer todos los días crímenes, pretenden que el Señor significó los pecados graves, porque no dijo: Os perdonaré los leves, sino *vuestros pecados*. Nosotros, al contrario, considerando a quiénes se dirigía y oyendo decir *vuestros pecados*, no debemos entender esas palabras más que de los leves, porque sus discípulos no tenían ya otros. No obstante, los mismos graves, de los que es preciso apartarse por una sincera conversión, no se perdonan por la oración si no se pone en práctica lo que en ella se dice: *así como nosotros perdonamos a nuestros deudores*. Si, pues, las faltas, aunque sean leves, de las que no están libres ni los santos, no se remiten de otro modo, ¡cuánto menos los enviscados en crímenes enormes, aunque dejen de cometerlos, conseguirán el perdón si fueren inexorables para perdonar las faltas que otro cometiere contra ellos, diciendo el Señor: *Si no perdonáis a los hombres, tampoco vuestro Padre os perdonará!* A eso aluden las palabras de Santiago: *Será juzgado sin misericordia el que no use de misericordia*. Se debe traer a la memoria el ejemplo del siervo deudor, a quien su amo perdonó diez mil talentos y que después le obligó a pagarlos porque no se apiadó de un consiervo que le debía cien denarios. A los hijos de la promesa y vasos de misericordia se aplican las palabras siguientes del mismo apóstol: *La misericordia sobrepuja la justicia*. Los justos que han vivido en tal

vestra. Quotidianam quippe orationem docebat, et iustificatis utique discipulis loquebatur. Quid est ergo, *peccata vestra*, nisi peccata sine quibus nec vos eritis, qui iustificati et sanctificati estis? Ubi ergo illi, qui per hanc orationem occasionem perpetrandorum quotidie scelerum quaerunt, dicunt Dominum significasse etiam magna peccata, quoniam non dixit, Dimittet vobis parva, sed *peccata vestra:* ibi nos considerantes qualibus loquebatur, et audientes dictum, *peccata vestra*, nihil aliud debemus existimare quam parva, quoniam talium iam non erant magna. Verumtamen nec ipsa magna, a quibus omnino mutatis in melius moribus recedendum est, dimittuntur orantibus, nisi fiat quod ibi dicitur, *sicut et nos dimittimus debitoribus nostris*. Si enim minima peccata, sine quibus non est etiam vita iustorum, aliter non remittuntur: quanto magis multis et magnis criminibus involuti, etiamsi ea perpetrare iam desinant, nullam indulgentiam consequuntur, si ad remittendum aliis quod in eos quisque peccaverit, inexorabiles fuerint, cum dicat Dominus, *Si autem non dimiseritis hominibus, neque Pater vester dimittet vobis?* [125] Ad hoc enim valet quod etiam Iacobus apostolus ait, iudicium futurum sine misericordia illi qui non fecit misericordiam [126]. Venire quippe debet in mentem etiam servus ille, cui debitori dominus eius relaxavit decem millia talentorum; quae postea iussit ut redderet, quia ipse non misertus est conservi sui, qui ei debebat centum denarios [127]. In his ergo qui filii sunt promissionis et vasa misericordiae, valet quod ait idem apostolus, consequenter adiungens, *Superexsultat autem misericordia iudicio* [128]. Quoniam et illi iusti qui tanta sanctitate vixerunt, ut alios quoque recipiant in tabernacula aeterna, qui-

[125] Mt. 6,15.
[126] Iac. 2,13.
[127] Mt. 18,23sqq.
[128] Iac. 2,13.

santidad que reciben en los tabernáculos eternos a aquellos cuya amistad granjean por riqueza de iniquidad, han llegado a ese estado por la misericordia de Aquel que justifica al impío, que da el premio según la gracia y no según los méritos. En el número de éstos se cuenta el Apóstol, que dice: *He conseguido la misericordia para ser fiel.*

5. En cambio, aquellos que son recibidos en los tabernáculos eternos es preciso confesar que no han vivido en tal pureza de costumbres que les sea suficiente su vida para verse libres sin el sufragio de los santos. Por eso en ellos la misericordia aventaja en mucho a la justicia. No obstante, no debe creerse que un malvado que no haya virado su vida en un sentido mejor o más tolerable, será recibido en los tabernáculos eternos por haberse granjeado la amistad de los santos por la riqueza de iniquidad, es decir, con el dinero o con los bienes adquiridos por medios malos. O quizá, aunque con medios buenos, con falsas riquezas, aun cuando la iniquidad las juzgue verdaderas porque desconoce las auténticas riquezas, que enriquecen a aquellos que reciben a otros en los tabernáculos eternos. Hay cierto género de vida que ni es tan mala que la largueza en las limosnas le sea inútil para ganar el reino de los cielos, pues la pobreza de los santos se sustenta con ella y los torna amigos que los recibirán en las eternas moradas; ni tan buena que les baste para adquirir tamaña felicidad si no consiguen la misericordia.

(Y, dicho sea entre paréntesis, siempre me ha extrañado hallar en Virgilio la sentencia del Señor que reza: *Granjeaos amigos con las riquezas manantial de iniquidad, para que os*

bus amici facti sunt de mammona iniquitatis [129], ut tales essent, misericordia liberati sunt ab eo qui iustificat impium, imputans mercedem secundum gratiam, non secundum debitum. In eorum quippe numero est Apostolus, qui dicit: *Misericordiam consecutus sum, ut fidelis essem* [130].

5. Illi autem qui recipiuntur a talibus in tabernacula aeterna, fatendum est quod non sint his moribus praediti, ut eis liberandis sine suffragio sanctorum sua possit vita sufficere, ac per hoc multo amplius in eis superexsultat misericordia iudicio. Nec tamen ideo putandus est quisquam sceleratissimus nequaquam vita vel bona vel tolerabiliore mutatus, recipi in tabernacula aeterna, quoniam obsecutus est sanctis de mammona iniquitatis, id est, de pecunia, vel divitiis, quae male fuerant acquisitae: aut etiamsi bene, non tamen veris, sed quas iniquitas putat esse divitias, quoniam nescit quae sint verae divitiae, quibus illi abundant, qui et alios recipiunt in aeterna tabernacula. Est itaque quidam vitae modus, nec tam malae, ut his qui eam vivunt, nihil prosit ad capessendum regnum caelorum largitas eleemosynarum, quibus etiam iustorum sustentatur inopia, et fiunt amici qui in tabernacula aeterna suscipiant; nec tam bonae, ut ad tantam beatitudinem adipiscendam eis ipsa sufficiat, nisi eorum meritis quos amicos fecerint, misericordiam consequantur. (Mirari autem soleo etiam apud Virgilium istam Domini reperiri sententiam, ubi ait: *Facite*

[129] Lc. 16,9.
[130] 1 Cor. 7,25.

reciban en las moradas eternas. Muy similar a ésta es aquella otra: *El que hospeda a un profeta en atención a que es profeta, recibirá premio de profeta, y el que hospeda a un justo en atención a que es justo, tendrá galardón de justo.* Describiendo el poeta los campos Elíseos—lugar en que los paganos creen que habitan las almas de los bienaventurados—sitúa en ellos no sólo a los que han merecido llegar a esas moradas por méritos propios, sino también a

> los que, beneficiando a otros, perpetuaron su memoria entre los hombres.

Es decir, a aquellos que merecieron por otros y, mereciendo para ellos, hicieron que se acordaran de ellos. Es como si dijera—cosa corriente en boca de un cristiano cuando se encomienda humilde a uno de los santos—: «Acuérdate de mí», y busca grabar su nombre en la memoria mereciendo.)

Si ahora preguntamos por ese género de vida y por esos pecados que cierran la entrada en el reino de los cielos, y de los cuales se obtiene el perdón por los méritos de los santos amigos, nos situamos en una cuestión muy difícil y muy arriesgada. Por cierto que yo, procurando hasta ahora esforzarme en su investigación, nada he conseguido. Quizá esté escondida por temor a que el afán de progreso mengüe el cuidado de evitar los pecados. Si conociéramos cuáles o qué delitos son esos en pro de los cuales, sin un avance hacia la vida mejor, debe buscarse y esperarse la intercesión de los santos, la desidia humana se envolvería segura de ellos y no cuidaría de desenredarse de

vobis amicos de mammona iniquitatis, ut et ipsi recipiant vos in tabernacula aeterna [131]. Cuius est et illa simillima, *Qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet, et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet* [132]. Nam cum Elysios campos poeta ille describeret, ubi putant habitare animas beatorum, non solum ibi posuit eos, qui propriis meritis ad illas sedes pervenire potuerunt, sed adiecit, atque ait,

> Quique sui memores alios fecere merendo [133];

id est, qui promeruerunt alios, eosque sui memores promerendo fecerunt. Prorsus tanquam eis dicerent, quod frequentatur ore Christiano, cum se cuique sanctorum humilis quisque commendat, et dicit, Memor mei esto: atque ut id esse possit, promerendo efficit.) Sed quis iste sit modus, et quae sint ipsa peccata, quae ita impediunt perventionem ad regnum Dei, ut tamen sanctorum amicorum meritis impetrent indulgentiam, difficillimum est invenire, periculosissimum definire. Ego certe usque ad hoc tempus cum inde satagerem, ad eorum indaginem pervenire non potui. Et fortassis propterea latent, ne studium proficiendi ad omnia peccata cavenda pigrescat. Quoniam si scirentur quae vel qualia sint delicta, pro quibus etiam permanentibus nec profectu vitae melioris absumptis intercessio sit inquirenda et speranda iustorum, eis secura se obvolveret huma-

[131] Lc. 16,9.
[132] Mt. 10,41.
[133] *Aeneid.* l.6 v.664

tal visco con la ayuda de alguna virtud. Buscaría únicamente verse libre por los méritos de los otros, cuya amistad se ha granjeado con la riqueza de iniquidad y dando limosnas. En cambio, mientras desconocemos ese género de pecado venial, aunque exista, aplicamos el afán de una mejora en la vida, instando con más vigilancia en la oración, y no desdeñamos granjearnos la amistad de los santos con la riqueza de iniquidad.

6. Esta liberación, que se obtiene o por sus oraciones o por la intercesión de los santos, motiva el no ser enviados al fuego eterno, no el salir de él, después del tiempo que sea, una vez enviados a él. Los mismos que piensan que lo que está escrito de la tierra buena que da su fruto en abundancia, una treinta, otra sesenta y otra ciento, debe entenderse de los santos, que, según la diversidad de sus méritos, unos rendirán treinta, otros sesenta y otros ciento, suelen creer que esto sucederá el día del juicio y no después.

Cuéntase que una persona, viendo que los hombres se prometían con esta opinión una perversa impunidad, pues de este modo, al parecer, todos pueden ser salvados, respondió con mucho acierto que cada uno debe vivir bien para lograr con su vida ser del número de los que han de interceder por la liberación de los demás. Y añadió: No vayan a ser tan pocos los intercesores, que, colmando presto cada cual su número, uno treinta, otro sesenta y otro ciento, queden muchos sin poder ser librados de las penas y se hallen entre éstos los que pusieron con vanísima temeridad su esperanza en fruto ajeno.

Baste, pues, haber respondido a estos que, no despreciando

na segnities, nec evolvi talibus implicamentis ullius virtutis expeditione curaret, sed tantummodo quaereret aliorum meritis liberari, quos amicos sibi de mammona iniquitatis eleemosynarum largitione fecisset. Nunc vero dum venialis iniquitatis, etiamsi perseveret, ignoratur modus, profecto et studium in meliora proficiendi orationi instando vigilantius adhibetur, et faciendi de mammona iniquitatis sanctos amicos cura non spernitur.

6. Verum ista liberatio quae fit sive suis quibusque orationibus, sive intercedentibus sanctis, id agit ut in ignem quisque non mittatur aeternum: non ut cum fuerit missus, post quantumcumque tempus inde eruatur. Nam et illi qui putant sic intelligendum esse, quod scriptum est, afferre terram bonam uberem fructum, aliam tricenum, aliam sexagenum, aliam centenum [134]: ut sancti pro suorum diversitate meritorum, alii tricenos homines liberent, alii sexagenos, alii centenos: hoc in die iudicii futurum suspicari solent, non post iudicium. Qua opinione quidam cum videret homines impunitatem sibi perversissime pollicentes, eo quod omnes isto modo ad liberationem pertinere posse videantur, elegantissime respondisse perhibetur, bene potius esse vivendum, ut inter eos quisque reperiatur, qui pro aliis intercessuri sunt liberandis; ne tam pauci sint, ut cito ad numerum suum vel tricenum, vel sexagenum, vel centenum unoquoque eorum perveniente, multi remaneant qui erui iam de poenis illorum intercessione non possint, et in eis inveniatur quisquis sibi spem fructus alieni temeritate vanissima pollicetur. Haec me respondisse illis suffecerit, qui sacrarum Litterarum, quas communes habemus, auctoritatem non spernunt, sed eas male intelligendo, non quod illae loquuntur, sed hoc potius putant futurum esse quod ipsi volunt. Hac itaque responsione reddita, librum, sicut promisimus, terminamus.

[134] Mt. 13,8.

la autoridad de las Sagradas Letras, que nos son comunes, sino entendiéndolas torcidamente, descubren en ellas no el sentido que tienen, sino el que ellos quieren [46]. Y, hecho esto, pongamos fin a este libro, como hemos prometido.

NOTAS AL LIBRO XXI

1. Recolamus etiam hoc loco illud quod de Romuli credita divinitate Tullius admiratur. Verba eius ut scripta sunt, inseram: «Magis est, inquit, in Romulo admirandum, quod caeteri qui dii ex hominibus facti esse dicuntur, minus eruditis hominum saeculis fuerunt, ut fingendi proclivior esset ratio, cum imperiti facile ad credendum impellerentur. Romuli autem aetatem minus his sexcentis annis iam inveteratis litteris atque doctrinis, omnique illo antiquo ex inculta hominum vita errore sublato fuisse cernimus». Et paulo post de eodem Romulo ita loquitur, quod ad hunc pertinet sensum: «Ex quo intelligi potest, inquit, permultis annis ante Homerum fuisse, quam Romulum, ut iam doctis hominibus ac temporibus ipsis eruditis ad fingendum vix quidquam esset loci. Antiquitas enim recepit fabulas, fictas etiam nonnunquam incondite: haec aetas autem iam exculta praesertim eludens omne quod fieri non potest respuit» [17].

[17] *De Republica* l.1 c.10

aquí que uno de los hombres más sabios y más elocuentes del mundo de entonces, M. Tulio Cicerón, se maravilla de que se haya creído en la divinidad de Rómulo, porque el siglo en que surgió era ya un siglo de luces, y éstos no admiten las fábulas.

Y ¿quién creyó que Rómulo era dios sino Roma, pequeña y en mantillas todavía? Los descendientes se vieron obligados a conservar la tradición de sus mayores, y después de haber mamado esta superstición con la leche de la madre que iba creciendo y ensanchando su imperio, la expandieron entre los pueblos dominados. Así, todas las naciones vencidas, sin dar fe a la divinidad de Rómulo, no dejaban de proclamarle dios por temor a ofender a la ciudad dominadora, a Roma, engañada también, si no por amor del error, al menos por error de su amor. ¡Cuán diferente es nuestra fe en la divinidad de Cristo! El es el fundador de la Ciudad celestial y eterna; pero ella no le creyó Dios porque la fundó, sino más bien mereció ser fundada porque creyó en El. Roma, ya fundada y dedicada, levantó un templo y en él rindió culto a su fundador como a dios; y la nueva Jerusalén, para ser construída y dedicada, puso por fundamento de su fe a su Fundador, a Cristo Dios. La primera, por amor a Rómulo, le creyó dios, y la segunda porque Cristo era Dios, lo amó. Al igual que en aquélla precedió algo que la indujo a creer una perfección falsa en el amado, en ésta precedió algo a su fe que la movió a amar con fe recta y no temerariamente una verdad y no una falsedad.

Sin contar los innumerables milagros que persuadieron la divinidad de Cristo, le han precedido las profecías divinas, tan

Unus e numero doctissimorum hominum, idemque eloquentissimus omnium M. Tullius Cicero, propterea dicit divinitatem Romuli mirabiliter creditam, quod erudita iam tempora fuerunt, quae falsitatem non reciperent fabularum. Quis autem Romulum deum nisi Roma credidit, atque id parva et incipiens? Tum deinde posteris servare fuerat necesse quod acceperant a maioribus, ut cum ista superstitione in lacte quodammodo matris ebibita cresceret civitas, atque ad tam magnum perveniret imperium, ut ex eius fastigio velut ex altiore quodam loco alias quoque gentes, quibus dominaretur, hac sua opinione perfunderet; ut non quidem crederent, sed tamen dicerent deum Romulum, ne civitatem, cui serviebant, de conditore eius offenderent, aliter eum nominando quam Roma; quae id non amore quidem huius erroris, sed tamen amoris errore crediderat. Christus autem quanquam sit caelestis et sempiternae conditor civitatis, non tamen eum, quoniam ab illo condita est, Deum credidit: sed ideo potius est condenda, quia credidit. Roma conditorem suum iam constructa et dedicata tanquam deum coluit in templo: haec autem Ierusalem conditorem suum Deum Christum, ut construi posset et dedicari, posuit in fidei fundamento. Illa illum amando esse deum credidit, ista istum Deum esse credendo amavit. Sicut ergo praecessit unde amaret illa, et de amato iam libenter etiam falsum bonum crederet; ita praecessit unde ista crederet, ut recta fide, non temere quod falsum, sed quod verum erat amaret. Exceptis enim tot et tantis miraculis, quae persuaserunt Deum esse Christum, prophetiae quoque divinae fide dignissimae praecesserunt,

dignas de fe, cuyo cumplimiento no lo esperamos, como los patriarcas, sino que lo vemos ya verificado. No es así de Rómulo. Se oye o se lee que fundó a Roma y que reinó en ella, pero no hay profecía alguna anterior sobre él. Empero, que ha sido recibido entre los dioses, la historia lo acepta como una creencia, no lo prueba como un hecho. No hay milagros que prueben la realidad del mismo. Se habla de una loba que lo alimentó, junto con su hermano, como de un gran portento. Y ¿qué significa esto para probar que es dios? Si es verdad que esa loba fué auténtica y no una cortesana, el caso fué común a los dos hermanos, y, sin embargo, el otro no es tenido por dios. Además, ¿a quién se ha prohibido decir que Rómulo, Hércules u otros personajes semejantes eran dioses? Y ¿quién ha preferido morir a ocultar su fe? ¿Rendiría culto divino alguna nación a Rómulo si no se viera constreñida a ello por miedo al nombre romano? Y ¿quién podría contar cuántos han preferido perder la vida en manos de la fiereza y de la crueldad a negar la divinidad de Cristo?

Así, el miedo fundado de incurrir en una ligera indignación de los romanos constreñía a algunos pueblos sometidos a su derecho a rendir culto a Rómulo como a dios. En cambio, el miedo, no de incurrir en una leve ofensa, sino en los más variados y horribles suplicios y hasta en la muerte, temida más que ningún otro, no ha podido impedir que, por toda la tierra, un inmenso número de mártires no sólo creyera en la divinidad de Cristo, sino que lo confesara públicamente. La Ciudad de Cristo, aún peregrina en la tierra, pero ya con un gran escuadrón de pueblos, no luchó contra sus impíos perse-

quae in illo, non sicut a patribus adhuc creduntur implendae, sed iam demonstrantur impletae. De Romulo autem quia condidit Romam, in eaque regnavit, auditur, legiturve quod factum est, non quod ante fuerat prophetatum; sed quod sit receptus in deos, creditum tenent litterae, non factum docent. Nullis quippe rerum mirabilium signis id ei vere provenisse monstratur. Lupa quippe illa nutrix, quod videtur quasi magnum exstitisse portentum, quale aut quantum est ad demonstrandum deum? Certe enim etsi non meretrix lupa fuit illa, sed bestia, cum commune fuerit ambobus, frater tamen eius non habetur deus. Quis autem prohibitus est, aut Romulum, aut Herculem, aut alios tales homines deos dicere, et mori maluit, quam non dicere? Aut vero aliqua gentium coleret inter deos suos Romulum, nisi Romani nominis metus cogeret? Quis porro numeret, quam multi quantalibet saevitia crudelitatis occidi, quam Christum Deum negare maluerunt? Proinde metus quamlibet levis indignationis, quae ab animis Romanorum, si non fieret, posse putabatur existere, compellebat aliquas civitates positas sub iure Romano tanquam deum colere Romulum: a Christo autem Deo non solum colendo, verum etiam confitendo, tantam per orbem terrae martyrum multitudinem metus revocare non potuit, non levis offensionis animorum, sed immensarum variarumque poenarum, et ipsius mortis, quae plus caeteris formidatur. Neque tunc civitas Christi, quamvis adhuc peregrinaretur in terris, et haberet tamen magnorum agmina populorum, adversus impios persecutores suos

guidores por su subsistencia temporal, sino que, al contrario, no resistió para lograr la eterna. Los cristianos eran cargados de cadenas, encarcelados, azotados, atormentados, quemados, despedazados, hechos trizas, y, sin embargo, su número aumentaba. Su ideal no era luchar por la salud, sino despreciar la salud por amor del Salvador [11].

2. No se me oculta que Cicerón, en el libro III *Sobre la república*, si no me engaño, sostiene que un estado bien organizado no emprende jamás la guerra si no es o por conservar su fidelidad o su subsistencia. Qué entiende por salud o subsistencia, lo explica en otro pasaje. Dice así: «Los particulares se hurtan a veces por una muerte pronta a la pobreza, al destierro, a la prisión, a los azotes y a otras penas a las que no son insensibles ni los hombres más rudos. Pero la muerte, que parece librar de toda pena a los particulares, es una pena para la ciudad que debe ser constituída con miras de eterna. Así, pues, la muerte no es natural a una república como lo es a un individuo, para quien a veces no sólo es necesaria, sino además deseable. Cuando una ciudad se extingue, desaparece y se aniquila, es (si cabe la comparación, guardada la proporción) una imagen de la ruina y destrucción del mundo entero». Cicerón habla así porque piensa, con los platónicos, que el mundo no ha de perecer. Está, pues, fuera de duda que, según él, un estado debe declarar la guerra por su salud, es decir, para que subsista eternamente aquí abajo, como él dice, aunque los individuos que lo componen mueran y nazcan en sucesión continua, como los árboles de hoja perenne, el olivo, el laurel y otros, siempre la conservan fresca, cayendo unas y brotando otras. La muerte, según él, no es una pena para los particulares, pues que con frecuencia los libra de otras penas; pero lo es para la ciudad.

pro temporali salute pugnavit; sed potius ut obtineret aeternam, non repugnavit. Ligabantur, includebantur, caedebantur, torquebantur, urebantur, laniabantur, trucidabantur, et multiplicabantur. Non erat eis pro salute pugnare, nisi salutem pro Salvatore contemnere.

2. Scio in libro Ciceronis tertio, nisi fallor, de Republica, disputari, nullum bellum suscipi a civitate optima, nisi aut pro fide, aut pro salute. Quid autem dicat pro salute, vel intelligi quam salutem velit, alio loco demonstrans, «Sed his poenis, inquit, quas etiam stultissimi sentiunt, egestate, exsilio, vinculis, verberibus, elabuntur saepe privati, oblata mortis celeritate. Civitatibus autem mors ipsa poena est, quae videtur a poena singulos vindicare. Debet enim constituta sic esse civitas, ut aeterna sit. Itaque nullus interitus est reipublicae naturalis, ut hominis, in quo mors non modo necessaria est, verum etiam optanda persaepe. Civitas autem cum tollitur, deletur, exstinguitur: simile est quodammodo (ut parva magnis conferamus) ac si omnis hic mundus intereat et concidat». Hoc ideo dixit Cicero, quia mundum non interiturum cum Platonicis sentit. Constat ergo eum pro ea salute bellum voluisse suscipi a civitate, qua fit ut maneat hic civitas, sicut dicit, aeterna, quamvis morientibus et nascentibus singulis; sicut perennis est opacitas oleae vel lauri, atque huiusmodi

Ahora se pregunta, y con razón, si obraron rectamente los saguntinos cuando prefirieron que su ciudad pereciera a quebrantar la fidelidad que debían a la república romana. Los ciudadanos de la república terrena alaban su decisión y su obrar. Pero no veo cómo puedan seguir esta máxima de que no debe emprenderse la guerra, si no es por la fidelidad o por la salud. Cicerón no dice cuál de las dos debe elegirse en caso de que concurran con el mismo riesgo ambas, no pudiendo mantener una sin perder la otra. Este es el caso. Si los saguntinos elegían la salud, debían traicionar su fidelidad, y si conservaban la fidelidad, debían perder su subsistencia, como en realidad sucedió.

En cambio, la subsistencia de la Ciudad de Dios no se ha así. Se conserva, o por mejor decir, se conquista con la fe y por la fe, y, perdida la fe, nadie puede arribar a sus playas. Este pensamiento de un corazón firme y generoso es el que ha hecho tantos mártires cuales no ha tenido ni podido tener Rómulo, que no ha tenido ni uno solo por confesar su divinidad.

CAPITULO VII

La fe del mundo en Cristo fué obra del poder divino, no de la persuasión humana

Se me antoja ridículo recordar la falsa divinidad de Rómulo al hablar de Cristo. Rómulo existió casi seiscientos años antes que Cicerón [12], y su época, según dicen, era ya tan instruída y culta, que rechazaba todo lo imposible. Si así era entonces, ¡cuánto más en tiempos de Cicerón, y sobre todo más tarde, bajo el reinado de Augusto y de Tiberio—épocas de civilización más avanzada—, la razón no podría aguantar la resurrección de Cristo en su carne y su ascensión al cielo como cosas de todo punto imposibles! Se burlarían de esta creencia y no la admitirían ni escucharían si la divinidad verdadera o la verdad divina y una infinidad de milagros incontestables no hubiesen demostrado que eso es posible y que de hecho se realizó. He aquí por qué, a despecho de las más numerosas y enconadas persecuciones, se ha creído fidelísimamente y se ha predicado con intrepidez la resurrección y la inmortalidad de la carne, que han precedido en Cristo y se realizarán allá en el siglo futuro en todos los hombres. He aquí por qué esta creencia ha sido sembrada en todo el orbe para pulular y lozanear con más vitalidad, fecundada por la sangre de los mártires. Se leían las predicciones de los profetas y a éstas se añadían los portentos y los milagros. Se ha visto que era una verdad nueva para la costumbre, pero no contraria a la razón. Y un día, el orbe que la perseguía con furor la abrazaba con la fe [13].

caeterarum arborum, singulorum lapsu ortuque filiorum. Mors, quippe, ut dicit, non hominum singulorum sed universae poena est civitatis, quae a poena plerumque singulos vindicat. Unde merito quaeritur, utrum recte fecerint Saguntini, quando universam suam civitatem interire maluerunt, quam fidem frangere, qua cum ipsa Romana republica tenebantur: in quo suo facta laudantur ab hominibus terrenae reipublicae civibus. Sed quomodo huic disputationi possent obedire, non video, ubi dicitur nullum suscipiendum esse bellum, nisi aut pro fide, aut pro salute: nec dicitur, si in unum simul periculum ita duo ista concurrerint, ut teneri alterum sine alterius amissione non possit, quid sit potius eligendum. Profecto enim Saguntini si salutem eligerent, fides eis fuerat deseranda: si fides tenenda, amittenda utique salus, sicut et factum est. Salus autem civitatis Dei talis est, ut cum fide ac per fidem teneri, vel potius acquiri possit; fide autem perdita, ad eam quisque venire non possit. Quae cogitatio firmissimi ac patientissimi cordis, tot ac tantos martyres fecit, qualem ne unum quidem habuit, vel habere potuit, quando est deus creditus Romulus.

CAPUT VII

Quod ut mundus in Christum crederet, virtutis fuerit divinae, non persuasionis humanae

Sed valde ridiculum est, de Romuli falsa divinitate, cum de Christo loquimur, facere mentionem. Verumtamen cum sexcentis ferme annis ante Ciceronem Romulus fuerit, atque illa aetas iam fuisse doctrinis dicatur exculta, ut quod fieri non potest, omne respueret: quanto magis post sexcentos annos ipsius tempore Ciceronis, maximeque postea sub Augusto atque Tiberio, eruditioribus utique temporibus, resurrectionem carnis Christi atque in caelum ascensionem, tanquam id quod fieri non potest, mens humana ferre non posset, eludensque ab auribus cordibusque respueret, nisi eam fieri potuisse, atque factam esse divinitas ipsius veritatis, vel divinitatis veritas, et contestantia miraculorum signa monstrarent; ut terrentibus et contradicentibus tam multis tamque magnis persecutionibus, praecedens in Christo, deinde ad novum saeculum in caeteris secutura resurrectio atque immortalitas carnis et fidelissime crederetur, et praedicaretur intrepide, et per orbem terrae pullulatura fecundius cum martyrum sanguine sereretur. Legebantur enim praeconia praecedentia Prophetarum, concurrebant ostenta virtutum, et persuadebatur veritas nova consuetudini, non contraria rationi, donec orbis terrae qui persequebatur furore, sequeretur fide.

CAPITULO VIII

Los milagros de entonces y los de ahora

1. ¿Por qué—replican—esos milagros que, según vosotros, se hacían entonces, no se hacen ahora? Podría decir

CAPUT VIII

De miraculis quae ut mundus in Christum crederet facta sunt, et fieri mundo credente non desinunt

1. Cur, inquiunt, nunc illa miracula, quae praedicatis facta esse, non fiunt? Possem quidem dicere, necessaria fuisse priusquam crederet mun-

que fueron necesarios antes de que el mundo creyera, para que creyera el mundo. Hoy el que pida todavía milagros para creer se convierte él en un gran milagro, pues no cree creyendo ya todo el mundo. Mas hablar así parece hacer dudar de la realidad de los milagros de entonces. ¿De dónde o a qué se debe que se publique por todas partes con tanta fe que Cristo ascendió al cielo con su carne? ¿A qué se debe que en siglos de luces, en que se rechaza todo lo imposible, al parecer el mundo ha creído, sin milagros, cosas maravillosamente increíbles? ¿Prefieren decir que fueron creíbles y por eso creídas? ¿Por qué entonces no las creen ellos? Nuestro dilema es breve: o las cosas increíbles que se realizaban, y que todos veían, han persuadido una cosa increíble que nadie veía, o era tan creíble que no necesitaba de milagros para ser creída. Esta respuesta es muy apropiada para contestar a los más vanidosos.

No se puede negar que se obraron muchos milagros para afirmar este grande y saludable milagro: que Cristo resucitó y subió al cielo con su carne. Están consignados en las veracísimas Letras, que recogen la realidad del milagro y la verdad que intimaban. Los milagros se han manifestado para dar fe, y la fe que han dado los manifestó con mayor claridad Se leen a los pueblos para que los crean, pero no se les leyeran si no los creyeran ya [14]. También ahora se hacen milagros en su nombre, sea por sus sacramentos, sea por las oraciones o las reliquias de los santos; pero no se extiende su fama y su gloria como la de aquéllos. El canon de las sagradas Letras, que convenía estar fijado, hace que aquellos milagros se propaguen por todas partes y prendan en la memoria de todos los pueblos. Al contrario, éstos no son conocidos más que en los lugares en que se realizan, y apenas los conoce la ciudad entera. Con frecuencia en las ciudades, sobre todo si son grandes, los conocen unos pocos, y los demás los ignoran. Añadid que los fieles que los cuentan a los fieles de otras regiones no llevan avalada su autoridad por un reconocimiento que no deja lugar a duda.

2. El milagro se obró en Milán, estando yo allí. Un ciego recobró la vista. Y éste llegó a conocimiento de muchos. La ciudad es populosa, y entonces estaba allí el emperador. El milagro tuvo lugar en presencia de un inmenso gentío que concurría a venerar los cuerpos de los mártires Gervasio y Protasio. Estos cuerpos, que estaban enterrados y eran casi desconocidos, fueron descubiertos en sueños al obispo Ambrosio. Allí, aquel ciego, disipadas las tinieblas de sus ojos, vió la luz [15].

3. ¿Quién, a excepción de un reducido número, ha oído hablar en Cartago de la curación de Inocencio, en otro tiempo abogado de la Prefectura, curación que yo he presenciado? El era hombre piadoso, y como él, toda su casa. En ella nos había hospedado a mi hermano Alipio y a mí, que veníamos de allende el mar, sin ser aún clérigos, pero ya sirviendo a Dios. Morábamos entonces junto a él. Los médicos le trataban ciertas fístulas, numerosas por cierto y salidas en la parte posterior e ínfima del cuerpo. Ya se las habían sajado y habían aplicado todas las medicinas que su arte les brindaba. La operación había sido muy dolorosa y muy larga. Los médicos, por inadvertencia, habían dejado una fístula que estaba tan

---

dus, ad hoc ut crederet mundus. Quisquis adhuc prodigia ut credat inquirit, magnum est ipse prodigium, qui mundo credente non credit. Verum hoc ideo dicunt, ut nec tunc illa miracula facta fuisse credantur. Unde ergo tanta fide Christus usquequaque cantatur in caelum cum carne sublatus? unde temporibus eruditis, et omne quod fieri non potest respuentibus, sine ullis miraculis nimium mirabiliter incredibilia credidit mundus? An forte credibilia fuisse, et ideo credita esse dicturi sunt? Cur ergo ipsi non credunt? Brevis est igitur nostra complexio: Aut incredibilis rei, quae non videbatur, alia incredibilia, quae tamen fiebant et videbantur, fecerunt fidem; aut certe res ita credibilis, ut nullis quibus persuaderetur miraculis indigeret, istorum nimiam redarguit infidelitatem. Hoc ad refellendos vanissimos dixerim. Nam facta esse multa miracula, quae attestarentur illi uni grandi salubrique miraculo, quo Christus in caelum cum carne in qua resurrexit, ascendit, negare non possumus. In eisdem quippe veracissimis Libris cuncta conscripta sunt, et quae facta sunt, et propter quod credendum facta sunt. Haec, ut fidem facerent, innotuerunt; haec per fidem, quam fecerunt, multo clarius innotescunt. Leguntur quippe in populis, ut credantur; nec in populis tamen nisi credita legerentur. Nam etiam nunc fiunt miracula in eius nomine, sive per sacramenta eius, sive per orationes vel memorias sanctorum eius; sed non eadem claritate illustrantur, ut tanta quanta illa gloria diffamentur. Canon quippe sacrarum Litterarum, quem definitum esse oportebat, illa facit ubique recitari, et memoriae cunctorum inhaerere populorum: haec autem ubicumque fiunt, ibi sciuntur vix a tota ipsa civitate vel quocumque commanentium loco. Nam plerumque etiam ibi paucissimi sciunt, ignorantibus caeteris, maxime si magna sit civitas; et quando alibi aliisque narrantur, non tanta ea commendat auctoritas, ut sine difficultate vel dubitatione credantur, quamvis Christianis fidelibus a fidelibus indicentur.

2. Miraculum quod Mediolani factum est, cum illic essemus, quando illuminatus est caecus, ad multorum notitiam potuit pervenire, quia et grandis est civitas, et ibi erat tunc Imperator, et immenso populo teste res gesta est, concurrente ad corpora martyrum Protasii et Gervasii: quae cum laterent, et penitus nescirentur, episcopo Ambrosio, per somnium revelata reperta sunt; ubi caecus ille depulsis veteribus tenebris diem vidit.

3. Apud Carthaginem autem quis novit, praeter admodum paucissimos, salutem, quae facta est Innocentio ex advocato vicariae praefecturae, ubi nos interfuimus, et oculis aspeximus nostris? Venientes enim de transmarinis, me et fratrem meum Alypium, nondum quidem clericos, sed iam Deo servientes, ut erat cum tota domo sua religiosissimus, ipse susceperat, et apud eum tunc habitabamus. Curabatur a medicis: fistulas, quas numerosas atque perplexas habuit in posteriore atque ima corporis parte, iam secuerant ei, et artis suae caetera medicamentis agebant. Passus autem fuerat in sectione illa et diuturnos et acerbos dolores. Sed unus inter multos sinus fefellerat medicos, atque ita latuerat, ut eum non tangerent,

oculta que, como no la vieron, no le aplicaron el bisturí. Así, mientras que curaban y cuidaban todas las fístulas abiertas, la otra tornaba inútiles todas sus curas. El enfermo desconfiaba ya de la dilación y temía enormemente una nueva incisión. Este era el pronóstico que le había dado otro médico doméstico suyo, a quien no habían permitido los otros asistir a la operación ni como simple testigo y a quien su amo, en un acceso de cólera, había expulsado y recibía con dificultad.

El enfermo, entonces, gritó: ¡Qué! ¿Vais a sajar otra vez? ¿Va a cumplirse el pronóstico de aquel a quien no quisisteis ni de testigo?

Ellos comenzaron a burlarse de la ignorancia de su compañero y a calmar al enfermo con buenas palabras y bellas promesas. Pasaron aún otros muchos días, y todas las tentativas se veían frustradas. Los médicos persistían en su promesa de curar la hemorragia, no con el bisturí, sino con medicamentos. Llamaron a otro médico, ya de edad avanzada y perito en el arte, por nombre Ammonio. Examinado el lugar dolorido, dió el mismo juicio que los otros. El enfermo, creyéndose ya fuera de peligro, guiado por la autoridad de éste, se mofaba del médico doméstico suyo con alegre hilaridad y del pronóstico de una nueva operación.

¿Qué más? Después de muchos días, inútilmente transcurridos, cansados y confusos, vinieron a confesar que sólo había una solución: el bisturí. El enfermo, atónito, pálido y turbado, perdió hasta el habla. Vuelto en sí y recobrada el habla, los mandó retirar y no volver más por allí. Tras mucho llorar e impelido por la necesidad, echó mano del último recurso.

quem ferro aperire debuerant. Denique sanatis omnibus quae aperta curabant, iste remanserat solus, cui frustra impendebatur labor. Quas moras ille suspectas habens, multumque formidans ne iterum secaretur, quod ei praedixerat alius medicus domesticus eius, quem non admiserant illi, ut saltem videret, cum primum sectus est, quomodo id facerent, iratusque illum domo abiecerat, vixque receperat, erupit, atque ait: Iterum me secturi estis? Ad illius, quem noluistis esse praesentem, verba venturus sum? Irridere illi medicum imperitum, metumque hominis bonis verbis promissionibusque lenire. Praeterierunt et alii dies plurimi, nihilque proficiebat omne quod fiebat. Medici tamen in sua pollicitatione persistebant, non se illum sinum ferro, sed medicamentis esse clausuros. Adhibuerunt et alium grandaevum iam medicum, satisque in illa arte laudatum (adhuc enim vivebat) Ammonium, qui loco inspecto, idem quod illi ex eorum diligentia peritiaque promisit. Cuius ille factus auctoritate securus, domestico suo medico, qui futuram praedixerat aliam sectionem faceta hilaritate, velut iam salvus, illusit. Quid plura? Tot dies postea inaniter consumpti transierunt, ut fessi atque confusi faterentur eum nisi ferro nullo modo posse sanari. Expavit, expalluit nimio timore turbatus: atque ubi se collegit, farique potuit, abire illos iussit, et ad se amplius non accedere, nec aliud occurrit fatigato lacrymis et illa iam necessitate constricto, nisi ut adhiberet Alexandrinum quemdam, qui tunc chirurgus mirabilis habebatur, ut ipse faceret quod ab illis fieri nolebat iratus. Sed posteaquam venit ille, laboremque illorum in cicatricibus sicut artifex vidit, boni viri functus

Llamó a un tal Alejandrino, célebre cirujano de entonces, para que él hiciera lo que no había permitido hacer a los otros. Vino, y después de haber admirado, por las cicatrices, la habilidad de los otros que le habían tratado, consciente de su oficio de hombre de bien, le aconsejó que tornara a llamar a los primeros para que gozaran del fruto de sus esfuerzos. Y añadió que no había más solución que una nueva incisión, pero que no estaba conforme con sus costumbres quitar la palma de una cura tan avanzada a hombres cuyo saber, pericia y diligencia admiraba en las cicatrices. El enfermo se reconcilió con sus médicos, y le plugo que, con asistencia del mismo Alejandrino, abrieran aquella fístula con el bisturí, fístula que, según el sentir unánime de estos médicos, era incurable. La operación se aplazó para el día siguiente.

En habiendo marchado ellos, el enfermo se sumió en una tristeza tan profunda, que toda su casa se llenó de dolor, y el llanto como por un difunto apenas lo podíamos contener nosotros. Lo visitaban diariamente santos varones, como Saturnino, de feliz memoria, a la sazón obispo de Uzala; el presbítero Geloso y los diáconos de la iglesia de Cartago. Entre ellos estaba—y es el único sobreviviente—Aurelio, obispo digno de nombre y de honor, con quien, considerando las maravillosas obras de Dios, he conversado muchas veces sobre el caso, y lo recuerda perfectamente. El solía visitar al enfermo por la tarde. Y le rogó, con lágrimas en los ojos, que a la mañana siguiente se dignara asistir a sus funerales más que a sus sufrimientos. Las incisiones precedentes le habían causado tal miedo, que no dudaba que moriría en manos de los médicos.

officio, persuasit homini ut illi potius qui in eo tantum laboraverant, quantum ipse inspiciens mirabatur, curationis suae fine fruerentur, adiiciens quod revera nisi sectus esset, salvus esse non posset; sed valde abhorrere a suis moribus, ut hominibus quorum artificiosissimam operam, industriam, diligentiam admirans in cicatricibus eius videret, propter exiguum quod remansit, palmam tanti laboris auferret. Redditi sunt animo eius, et placuit ut eodem Alexandrino assistente ipsi sinum illum ferro, qui iam consensu omnium aliter insanabilis putabatur, aperirent. Quae res dilata est in consequentem diem. Sed cum abiissent illi, ex moerore nimio domini tantus est in domo illa exortus dolor, ut tanquam funeris planctus vix comprimeretur a nobis. Visitabant eum quotidie sancti viri, episcopus tunc Uzalensis, beatae memoriae Saturninus, et presbyter Gelosus, ac diaconi Carthaginensis Ecclesiae: in quibus erat, et ex quibus solus est nunc in rebus humanis, iam episcopus cum honore a nobis debito nominandus Aurelius, cum quo recordantes mirabilia opera Dei, de hac re saepe collocuti sumus, eumque valde meminisse, quod commemoramus, invenimus. Qui cum eum, sicut solebant, vespere visitarent, rogavit eos miserabilibus lacrymis, ut mane dignarentur esse praesentes suo funeri potius quam dolori. Tantus enim eum metus ex prioribus invaserat poenis, ut se inter medicorum manus non dubitaret esse moriturum. Consolati sunt eum illi, et hortati ut in Deo fideret, eiusque voluntatem viriliter ferret. Inde ad orationem ingressi sumus: ubi nobis ex more genua figentibus, atque incumbentibus terrae, ille se ita proiecit, tanquam fuisset

Le consolaron y le exhortaron a que confiara en Dios y a que aceptara virilmente su voluntad. En seguida nos pusimos en oración, y, estando nosotros arrodillados como de costumbre y postrados en tierra, él se arrojó con tal impetuosidad, que parecía como si alguno le hubiera bruscamente tirado, y comenzó a orar también. ¿Quién podrá explicar con palabras de qué modo, con qué afecto, con qué unción, con qué río de lágrimas, con qué gemidos y sollozos, que le sacudían todo su ser y casi le ahogaban el espíritu, oraba? Yo no sé si los demás oraban y si todo esto no los distraía. Sólo sé que yo no podía orar. Solamente dije en mi corazón: Señor, si no escuchas estas plegarias, ¿qué plegarias de tus siervos escucharás? Me parecía que no podía añadirse ya nada, sino expirar orando. Nos levantamos y, recibida la bendición del obispo, marchamos, rogándonos él que viniésemos por la mañana, exhortándole ellos a que tuviese buen ánimo. Brilló el día, ese día tan temido. Se presentaron los siervos de Dios, como habían prometido. Entraron los médicos, aprestaron todo lo que pedía aquella hora, sacando los temibles instrumentos ante el estupor de todos los presentes. Los más autorizados de los circunstantes consuelan al enfermo y le dan ánimos, mientras que se le coloca sobre el lecho en la postura más cómoda para sajar. Sueltan las vendas, descubren la herida y el médico examina. Busca y rebusca la fístula que había de sajar. Ausculta, toca, usa de todos los medios a su alcance. Por fin halló una cicatriz muy cerrada. Mis palabras son febles para expresar la alegría, la alabanza y la acción de gracias que brotó de la boca de todos, entre gozosas lágrimas, al Dios misericordioso y omnipotente. La escena se presta más para una meditación que para un discurso.

aliquo graviter impellente prostratus et coepit orare: quibus modis, quo affectu, quo motu animi, quo fluvio lacrymarum, quibus gemitibus atque singultibus succutientibus omnia membra eius et pene intercludentibus spiritum, quis ullis explicet verbis? Utrum orarent alii, nec in haec eorum averteretur intentio, nesciebam. Ego tamen prorsus orare non poteram: hoc tantummodo breviter in corde meo dixi, Domine, quas tuorum preces exaudis, si has non exaudis? Nihil enim mihi videbatur addi iam posse, nisi ut exspiraret orando. Surreximus, et accepta ab Episcopo benedictione discessimus; rogante illo ut mane adessent, illis ut aequo animo esset hortantibus. Illuxit dies qui metuebatur, aderant servi Dei, sicut se adfuturos esse promiserant: ingressi sunt medici, parantur omnia quae hora illa poscebat, tremenda ferramenta proferuntur, attonitis suspensisque omnibus. Eis autem quorum erat maior auctoritas, defectum animi eius consolando erigentibus, ad manus secturi membra in lectulo componuntur, solvuntur nodi ligamentorum, nudatur locus, inspicit medicus, et secandum illum sinum armatus atque intentus inquirit. Scrutatur oculis, digitisque contrectat; tentat denique modis omnibus: invenit firmissimam cicatricem. Iam illa laetitia et laus atque gratiarum actio misericordi et omnipotenti Deo, quae fusa est ore omnium lacrymantibus gaudiis, non est committenda meis verbis: cogitetur potius, quam dicatur.

3. En Cartago mismo, Inocencia, mujer muy piadosa y distinguida dama de la ciudad, tenía en el pecho un cáncer, enfermedad, según la ciencia médica, incurable. Suele cortarse y separarse del cuerpo el miembro afectado, o, con el fin de alargar un poquito más la vida de ese hombre, que más tarde o más temprano ha de morir, según opinión de Hipócrates, debe omitirse toda cura. Un médico sabio y muy familiar en aquella casa le había dicho esto, y la dama se encomendó a solo Dios orando. Próxima ya la Pascua, fué advertida en sueños que la primera mujer que topase en la parte que mira al baptisterio [16] le hiciese la señal de la cruz sobre el miembro dolorido. Hízolo, y al instante recobró la salud. El médico que le había aconsejado no aplicar ningún remedio si quería vivir un poco más, auscultándola después y viéndola sanísima, le preguntaba con insistencia qué había aplicado. Deseaba, como puede verse, conocer el remedio que Hipócrates mismo había desconocido. Ella le contó lo sucedido, y él lo oyó con una voz y un rostro despectivos; tanto, que la mujer temía que profiriera palabras injuriosas contra Cristo. Cuentan que el médico respondió con religiosa educación: «¡Pensaba que me ibas a decir algo maravilloso!» Y ella, ya molesta, repuso: «¿Qué maravilla es que Cristo haya curado un cáncer, Él, que resucitó a un muerto de cuatro días?»

En oyendo que oí yo esto, sin poder consentir que permaneciera oculto un milagro tan notable obrado en aquella ciudad y en pro de una persona distinguida, pensé en echarla una buena reprimenda y hasta en reñirla. Ella me respondió

3. In eadem Carthagine Innocentia, religiosissima femina, de primariis ipsius civitatis, in mamilla cancrum habebat: rem, sicut medici dicunt, nullis medicamentis sanabilem. Aut ergo praecidi solet, et a corpore separari membrum ubi nascitur; aut, ut aliquanto homo diutius vivat, tamen inde morte quamlibet tardius adfutura, secundum Hippocratis, ut ferunt, sententiam [18] omnis est omittenda curatio. Hoc illa a perito medico et suae domui familiarissimo acceperat, et ad solum Deum se orando converterat. Admonetur in somnis appropinquante Pascha, ut in parte feminarum observanti ad baptisterium, quaecumque illi baptizata primitus occurrisset, signaret ei locum signo Christi: fecit, et confestim sanitas consecuta est. Medicus sane qui ei dixerat, ut nihil curationis adhiberet, si paulo diutius vellet vivere, cum inspexisset eam postea, et sanissimam comperisset, quam prius habere illud malum tali inspectione cognoverat, quaesivit ab ea vehementer quid adhibuisset: cupiens, quantum intelligi datur, nosse medicamentum, quo Hippocratis definitio vinceretur. Cumque ab ea quid factum esset audisset, voce velut contemnentis et vultu, ita ut illa metueret ne aliquod contumeliosum verbum proferret in Christum, religiosa urbanitate respondisse fertur: Putabam, inquit, magnum aliquid te mihi fuisse dicturam. Atque illa iam exhorrescente, mox addidit: Quid grande fecit Christus sanare cancrum, qui quatriduanum mortuum suscitavit? [19] Hoc ego cum audissem, et vehementer stomacharer, in illa civi-

[18] *Aphorism.* sect.6 aph.38.
[19] Io. 11.

que no lo había callado. Entonces yo pregunté a unas matronas muy amigas suyas, que quizá estaban entonces con ella, si sabían este caso. Me contestaron que lo desconocían en absoluto. —¡Mira cómo lo publicas—le repliqué—, que ni tus amigas íntimas se han enterado! Y luego hice que lo contara, pues me había referido el caso con mucha brevedad, y que lo hiciera con pelos y señales y en el orden en que había sucedido. Las damas, al oírlo, se maravillaron grandemente y glorificaron a Dios.

4. ¿Quién conoce el caso acaecido en la misma ciudad a un médico que padecía podagra? Ya había dado su nombre para el bautismo. Y la noche que precedió a su bautismo vió en sueños a unos muchachos negros y de grandes crines [17], que él tuvo por demonios, y que le prohibieron bautizarse ese año. El no les obedecía, y ellos, pisándole los pies, le hacían padecer dolores más agudos que nunca. El, no obstante, se bautizó, a despecho de ellos, y en el acto del bautismo quedó libre no sólo de sus extraordinarios dolores, sino también de la podagra, sin que en adelante se haya resentido, a pesar de que ha vivido largos años. Nosotros lo hemos conocido, y con nosotros un reducido número de hermanos, a quienes ha podido llegar el rumor.

5. Un antiguo actor escénico de Curube [18], con el bautismo fué curado de una parálisis y de una hernia. Y salió de la fuente de la regeneración libre de ambas molestias, como si no hubiera tenido ningún mal en el cuerpo. ¿Quién conoce este milagro fuera de Curube y de rarísimos otros que

tate atque in illa persona, non utique obscura, factum tam ingens miraculum sic latere, hinc eam et admonendam et pene obiurgandam putavi. Quae cum mihi respondisset non se inde tacuisse, quaesivi ab eis, quas forte tunc matronas amicissimas secum habebat, utrum hoc antea scissent. Responderunt se omnino nescisse. Ecce, inquam, quomodo non taces, ut nec istae audiant, quae tibi tanta familiaritate iunguntur. Et quia breviter ab ea quaesiveram, feci ut illis audientibus multumque mirantibus et glorificantibus Deum, totum ex ordine, quemadmodum gestum fuerit, indicaret.

4. Medicum quemdam podagrum in eadem urbe, qui cum dedisset nomen ad Baptismum, et pridie quam baptizaretur, in somnis a pueris nigris cirratis, quos intelligebat daemones, baptizari eodem anno prohibitus fuisset, eisque non obtemperans, etiam conculcantibus pedes eius in dolorem acerrimum, qualem nunquam expertus est, isset, magisque eos vincens lavacro regenerationis, ut voverat, ablui non distulisset, in Baptismate ipso non solum dolore, quo ultra solitum cruciabatur, verum etiam podagra caruisse, nec amplius, cum diu postea vixisset, pedes doluisse quis novit? Nos tamen novimus, et paucissimi fratres ad quos id potuit pervenire.

5. Ex mimo quidam Curubitanus, non solum a paralysi, verum etiam ab informi pondere genitalium, cum baptizaretur, salvus effectus est; et liberatus utraque molestia, tanquam mali nihil habuisset in corpore, de fonte regenerationis ascendit. Quis hoc praeter Curubim novit, et praeter rarissimos aliquos qui hoc ubicumque audire potuerunt? Nos autem cum

lo hayan podido oír? Nos, al tener noticia del caso, hicimos venir a Cartago a ese hombre por orden del santo obispo Aurelio, a pesar de que los informes nos los habían dado personas de cuya fidelidad no podíamos dudar.

6. Hay en nuestra vecindad un varón de familia tribunicia, llamado Hesperio. Posee en el término de Fusala una quinta, conocida con el nombre de Zubedi. Habiendo visto que en su casa los espíritus malignos atormentaban a sus siervos y a sus animales, rogó a nuestros sacerdotes, en ausencia mía, que se dirigiera allí alguno de ellos para ahuyentarlos con sus oraciones. Fué uno, ofreció allí el sacrificio del cuerpo de Cristo con las más fervientes oraciones para que cesara la vejación. Y al instante cesó por la misericordia de Dios. Hesperio había recibido de un amigo suyo un poco de tierra santa traída de Jerusalén, donde Cristo fué sepultado y resucitó al tercer día. La había suspendido en su cuarto para ponerse a salvo de las incursiones demoníacas. Cuando su casa fué purificada, preguntó qué haría de aquella tierra, que no quería, por reverencia, guardar más en su cuarto. Sucedió al azar que un buen día mi colega Maximino, entonces obispo de la iglesia de Siniti [19], y yo nos hallábamos en las cercanías. Hesperio nos rogó que fuéramos a visitarle, y fuimos. Nos contó lo sucedido y nos pidió enterrar esa tierra en un lugar en que los cristianos se reunieran para tener oración y celebrar los misterios de Dios. Nosotros consentimos en ello, y así se hizo. Había allí un joven campesino paralítico. Oído esto, pidió a sus padres que le llevaran sin dilación a aquel lugar santo. Una vez allí, oró, y al momento se alejó de allí por sus propios pies, perfectamente curado.

hoc comperissemus, iubente sancto episcopo Aurelio, etiam ut veniret Carthaginem fecimus: quamvis a talibus prius audierimus, de quorum fide dubitare non possemus.

6. Vir tribunitius Hesperius apud nos est; habet in territorio Fussalensi fundum Zubedi appellatum: ubi cum afflictione animalium et servorum suorum domum suam spirituum malignorum vim noxiam perpeti comperisset, rogavit nostros, me absente, presbyteros, ut aliquis eorum illo pergeret, cuius orationibus cederent. Perrexit unus, obtulit ibi sacrificium corporis Christi, orans quantum potuit, ut cessaret illa vexatio: Deo protinus miserante cessavit. Acceperat autem ab amico suo terram sanctam de Ierosolymis allatam, ubi sepultus Christus die tertio resurrexit; eamque suspenderat in cubiculo suo, ne quid mali etiam ipse pateretur. At ubi domus eius ab illa infestatione purgata est, quid de illa terra fieret, cogitabat; quam diutius in cubiculo suo reverentiae causa habere nolebat. Forte accidit, ut ego et collega tunc meus episcopus Sinitensis ecclesiae Maximinus, in proximo essemus: ut veniremus rogavit, et venimus. Cumque nobis omnia retulisset, etiam hoc petivit, ut infoderetur alicubi, atque ibi orationum locus fieret, ubi etiam possent Christiani ad celebranda quae Dei sunt congregari. Non restitimus: factum est. Erat ibi iuvenis paralyticus rusticanus: hoc audito petivit a parentibus suis, ut illum ad eum locum sanctum non cunctanter afferrent. Quo cum fuisset allatus, oravit, atque inde continuo pedibus suis salvus abscessit.

7. Victoriana [20] es el nombre de una quinta que dista menos de treinta millas de Hipona la Real. Allí hay una memoria de los mártires de Milán Protasio y Gervasio. A ella se personó un adolescente que, estando a mediodía y en pleno verano bañando su caballo en el río, fué poseído por un demonio. Estaba allí tendido, próximo a la muerte o muy semejante a un muerto. La señora del lugar, al caer de la tarde, entró, como de costumbre, con sus criadas y algunas religiosas a cantar los himnos vespertinos y a hacer sus oraciones. Entonan los himnos y sigue el canto. El demonio, como herido por esa voz y no pudiendo o no atreviéndose a mover el altar, lo asía con una conmoción terrible, como si estuviera atado o clavado a él. Luego, rogando con grandes lamentos que le perdonasen, confesaba dónde, cuándo y cómo había entrado en el adolescente. Por fin, prometiendo que saldría de allí, nombraba cada uno de los miembros y amenazaba que al salir los cortaría. Y entre esas palabras salió del joven. Mas un ojo del desdichado pendía de la mejilla, preso por una tenue vena, como de su raíz interior, y la pupila antes negra se tornó toda blanca. Al ver esto los circunstantes (pues habían acudido otros al oír las voces y se habían postrado también en oración por él), aunque gozosos por ver al joven en su sano juicio, se dolían por la pérdida del ojo y se decían que era preciso buscar al médico. En esto, el marido de su hermana, que lo había llevado allí, dijo: Poderoso es Dios, que ahuyentó al demonio por las oraciones de los santos, para devolverle la vista [21]. Luego colocó como pudo el ojo en su sitio y lo ató con el pañuelo [22]. Así lo mantuvo durante siete días. Al cabo de

---

7. Victoriana dicitur villa, ab Hippone-Regio minus triginta millibus abest. Memoria martyrum ibi est Mediolanensium Protasii et Gervasii. Portatus est eo quidam adolescens, qui cum die medio tempore aestatis equum ablueret in fluminis gurgite, daemonem incurrit. Ibi cum iaceret vel morti proximus, vel simillimus mortuo, ad vespertinos illuc hymnos et orationes cum ancillis suis et quibusdam sanctimonialibus ex more domina possessionis intravit; atque hymnos cantare coeperunt. Qua voce ille quasi percussus, excussus est: et cum terribili fremitu altare apprehensum movere non audens sive non valens, tanquam eo fuerit alligatus, aut affixus, tenebat: et cum grandi eiulatu parci sibi rogans, confitebatur ubi adolescentem, et quando, et quomodo invaserit. Postremo se exiturum esse denuntians, membra eius singula nominabat, quae se amputaturum exiens minabatur: atque inter haec verba discessit ab homine. Sed oculus eius in maxillam fusus, tenui venula ab interiore quasi radice pendebat, totumque eius medium, quod nigellum fuerat, albicaverat. Quo viso qui aderant (concurrerant autem etiam alii vocibus eius acciti, et se omnes in orationem pro illo straverant), quamvis eum sana mente stare gauderent, rursus tamen propter oculum eius contristati, medicum quaerendum esse dicebant. Ibi maritus sororis eius, qui eum illo detulerat, Potens est, inquit, Deus, sanctorum orationibus, qui fugavit daemonem, lumen reddere. Tunc, sicut potuit, oculum lapsum atque pendentem, loco suo revocatum ligavit orario: nec nisi post septem dies putavit esse solvendum.

ellos lo halló perfectamente curado. En el mismo lugar fueron curados otros, cuya enumeración sería larga.

8. Yo conozco una señorita de Hipona que, habiéndose frotado con el aceite en que el sacerdote que oraba por ella había mezclado sus lágrimas, fué al instante librada del diablo. Sé, además, que lo mismo acaeció a un muchacho la primera vez que un obispo, sin haberlo visto, oró por él.

9. Había en Hipona un viejo llamado Florencio, hombre pobre y piadoso, que vivía de su oficio de sastre. Perdió el vestido que le cubría y, no teniendo con qué comprarse otro, corrió a orar a la tumba de los Veinte Mártires, muy célebre entre nosotros [23], y les pidió que lo vistiesen. Le oyeron unos mozos burlones que estaban allí por casualidad, y al retirarse le seguían riéndose de él, como si hubiera pedido a los mártires cincuenta folles [24] para comprar un traje. Pero él, continuando su camino, vió un gran pez que se revolvía sobre la ribera. Lo pescó con la ayuda de los mozalbetes y lo vendió por trescientos folles a un cocinero por nombre Catoso, buen cristiano, contándole lo que había pasado. Se disponía a comprar con ese dinero lana para que su esposa le hiciera, como pudiera, algo con que vestirse. Mas el cocinero, al abrir el pez, halló en su interior un anillo de oro y, movido a compasión y con piadoso temor, lo devolvió al hombre, diciéndole: ¡Mira cómo te han vestido los Veinte Mártires!

10. Llevando el obispo Prevecto, junto a los baños de Tibilis [25], las reliquias del gloriosísimo mártir San Esteban, salió a su encuentro y le acompañó un gran concurso de gente. Una mujer ciega de los alrededores pidió que la llevaran al

---

Quod cum fecisset, sanissimum invenit. Sanati sunt illic et alii, de quibus dicere longum est.

8. Hipponensem quamdam virginem scio, cum se oleo perunxisset, cui pro illa orans presbyter instillaverat lacrymas suas, mox a daemonio fuisse sanatam. Scio etiam episcopum semel pro adolescente, quem non vidit, orasse, illumque illico daemone caruisse.

9. Erat quidam senex Florentius Hipponensis noster, homo religiosus et pauper; sartoris se arte pascebat, casulam perdiderat, et unde sibi emeret non habebat: ad Viginti Martyres, quorum memoria apud nos est celeberrima, clara voce, ut vestiretur, oravit. Audierunt eum adolescentes, qui forte aderant, irrisores; eumque discedentem exagitantes prosequebantur; quasi a Martyribus quinquagenos folles, unde vestimentum emeret, petivisset. At ille tacitus ambulans, eiectum grandem piscem palpitantem vidit in littore, eumque illis faventibus atque adiuvantibus apprehendit, et cuidam coquo Catoso nomine, bene christiano, ad coquinam conditariam, indicans quid gestum sit, trecentis follibus vendidit, lanam comparare inde disponens, ut uxor eius quomodo posset, ei quo indueretur, efficeret. Sed coquus concidens piscem, annulum aureum in ventriculo eius invenit, moxque miseratione flexus, et religione perterritus, homini eum reddidit, dicens, Ecce quemodo Viginti Martyres te vestierunt.

10. Ad Aquas Tibilitanas episcopo afferente Praeiecto reliquias martyris gloriosissimi Stephani, ad eius memoriam veniebat magnae multitudinis concursus et occursus. Ibi caeca mulier, ut ad episcopum portantem

obispo que traía las reliquias. Dió unas flores que llevaba. Las recibió, las acercó a los ojos, y al instante recobró la vista y, con admiración de los presentes, antecedía a la procesión saltando de gozo. Tomó luego el camino y no buscó más al lazarillo.

11. Lucilo, obispo de Siniti, villa cercana a Hipona, llevaba en procesión las reliquias del mismo mártir, acompañado del pueblo en masa. Una fístula que le hacía sufrir mucho y ya de tiempo atrás y que aguardaba la mano de un médico familiar suyo, que la había de sajar, fué curada al instante al contacto de la sagrada reliquia. En adelante no volvió a brotar en su cuerpo.

12. Eucario, sacerdote natural de España, que habita en Calama, padecía desde antiguo el mal de piedra. Y fué curado por la reliquia del mismo mártir, llevada allí por su obispo Posidio [26]. El mismo sacerdote, otra vez presa de una enfermedad que le dejó tan abatido que ya le habían atado los pulgares, resucitó con la gracia del dicho mártir. Llevaron la túnica del sacerdote para tocar la reliquia, la pusieron sobre el cuerpo del yacente y al instante volvió a la vida.

13. Había allí un hombre llamado Marcial, el más distinguido en su orden, ya entrado en años y muy enemigo de la religión cristiana. Verdad es que tenía una hija cristiana y su yerno había sido bautizado el mismo año. Estos, viéndolo postrado en su lecho enfermo, le rogaron con abundantes lágrimas que se hiciera cristiano. El lo rechazó de plano y los apartó de su lado con túrbida indignación. A su yerno se le ocurrió ir a la memoria de San Esteban y orar allí con todas sus fuerzas

duceretur, oravit: flores quos ferebat dedit; recepit, oculis admovit, protinus vidit. Stupentibus qui aderant, praeibat exsultans, viam carpens, et viae ducem ulterius non requirens.

11. Memorati memoriam martyris, quae posita est in castello Sinitensi, quod Hipponensi coloniae vicinum est, eiusdem loci Lucillus episcopus, populo praecedente atque sequente portabat. Fistula, cuius molestia iam diu laboraverat, et familiarissimi sui medici, qui eam secaret, opperiebatur manus, illius piae sarcinae vectatione repente sanata est: nam deinceps eam in suo corpore non invenit.

12. Eucharius est presbyter ex Hispania, Calamae habitat, veteri morbo calculi laborabat; per memoriam supradicti martyris, quam Possidius illo advexit episcopus, salvus factus est. Idem ipse postea morbo alio praevalescente, mortuus sic iacebat, ut ei iam pollices ligarentur: opitulatione memorati martyris, cum de memoria eius reportata fuisset et super iacentis corpus missa ipsius presbyteri tunica, suscitatus est.

13. Fuit ibi vir in ordine suo primarius, nomine Martialis, aevo iam gravis, et multum a religione abhorrens christiana. Habebat sane fidelem filiam, et generum eodem anno baptizatum. Qui cum eum aegrotantem multis et magnis lacrymis rogarent, ut christianus fieret, prorsus abnuit, eosque a se turbida indignatione submovit. Visum est genero eius, ut iret ad memoriam sancti Stephani, et illic pro eo quantum posset oraret, ut Deus illi daret mentem bonam, qua credere non differret in Christum. Fecit

para que Dios le concediera la gracia de la conversión y no difiriera creer en Cristo. Oró en inmensas lágrimas y con un afecto de piedad sinceramente ardiente. Después, al marchar, tomó unas flores del altar que le ofrecieron y, como era ya de noche, se las puso sobre la cabeza al enfermo. El se fué a dormir. Y hete aquí que antes del amanecer clama que vayan corriendo a llamar al obispo, que quizá estaba a la sazón conmigo en Hipona. Se le contestó que estaba ausente, y pidió que vinieran los sacerdotes. Vinieron, dijo que creía, y entre la admiración y el gozo de todos fué bautizado. Su fervor fué tal, que en su vida no cayó nunca de su boca esta plegaria: «Cristo, recibe mi espíritu», sin saber que éstas fueron las últimas palabras del bienaventurado San Esteban cuando fué lapidado por los judíos. Y éstas fueron también sus últimas palabras, pues no mucho después murió.

14. En el mismo lugar fueron curados por el mismo mártir dos gotosos, uno ciudadano y otro extranjero. El ciudadano sanó del todo y el extranjero tuvo una revelación que le mostró el remedio que debía aplicar cuando sintiese el dolor. Aplicaba ese remedio, y el dolor se calmaba al instante.

15. Auduro es el nombre de un predio en el que hay una iglesia y en ella una memoria al mártir San Esteban. Un día unos bueyes desmandados, que llevaban un carro, atropellaron con la rueda a un niño pequeñito que jugaba en la era y le mataron. Su madre, tomándolo en brazos, lo colocó en la misma memoria, y el chico no sólo recobró la vida, sino que apareció completamente ileso.

16. De una religiosa que vivía en una heredad vecina que se llama Caspaliana, estando gravemente enferma y desahuciada

hoc ingenti gemitu et fletu, et sinceriter ardente pietatis affectu: deinde abscedens, aliquid de altari florum, quod occurrit tulit; eique, cum iam nox esset, ad caput posuit; tum dormitum est. Et ecce ante diluculum clamat, ut ad episcopum curreretur, qui mecum forte tunc erat apud Hipponem. Cum ergo audisset eum absentem, venire presbyteros postulavit. Venerunt, credere se dixit, admirantibus atque gaudentibus omnibus, baptizatus est. Hoc, quamdiu vixit, in ore habebat: Christe, accipe spiritum meum: cum haec verba beatissimi Stephani, quando lapidatus est a Iudaeis, ultima fuisse [20] nesciret; quae huic quoque ultima fuerunt: nam non multo post etiam ipse defunctus est.

14. Sanati sunt illic per eumdem martyrem etiam podagri duo, unus civis, peregrinus unus; sed civis omni modo: peregrinus autem per revelationem quid adhiberet quando doleret, audivit; et cum hoc fecerit, dolor continuo conquiescit.

15. Audurus nomen est fundi, ubi ecclesia est, et in ea memoria Stephani martyris. Puerum quemdam parvulum, cum in area luderet, exorbitantes boves qui vehiculum trahebant, rota obtriverunt, et confestim palpitavit expirans. Hunc mater arreptum ad eamdem memoriam posuit; et non solum revixit, verum etiam illaesus apparuit.

16. Sanctimonialis quaedam in vicina possessione, quae Caspaliana di-

[20] Act. 7,58.

de los médicos, fué llevado su vestido a la misma memoria. La religiosa murió antes de llegar el vestido tocado. No obstante, sus padres cubrieron el cadáver con ese vestido, y recobró el espíritu, y quedó curada.

17. En Hipona, un tal Baso, sirio de nación, oraba en la memoria del mismo mártir por una hija suya enferma de peligro. Había llevado con él el vestido de la chica. De pronto llegaron corriendo de casa los criados con la nueva de que había muerto. Pero, como él estaba en oración, sus amigos los detuvieron y les prohibieron anunciárselo, por miedo a que llorara por las calles. Regresó a casa, y, cuando no se oía en ella más que lamentos, puso sobre su hija el vestido que llevaba, y ésta tornó a la vida.

18. Aquí mismo, entre nosotros, murió el hijo de un cobrador, de Ireneo. Mientras se preparaban ya con gemidos y lágrimas los funerales, uno de los amigos del padre sugirió la idea de ungir el cuerpo del hijo con el aceite del mismo mártir. Se hizo, y el niño resucitó.

19. El antiguo tribuno Eleusino colocó a un hijo suyo, muerto de enfermedad, sobre la memoria del mártir sita en un arrabal en que él vivía. Después de haber orado y vertido muchas lágrimas por él, lo levantó vivo.

20. ¿Qué haré? La promesa de dar fin a esta obra me urge y no me permite citar aquí todos los milagros que conozco. No dudo que muchos de los nuestros, cuando lean esto, se quejarán de que he pasado por alto muchos milagros que conocen como yo. Desde ahora les pido que me excusen y que consideren que

---

citur, cum aegritudine laboraret, ac desperaretur, ad eamdem memoriam tunica eius allata est: quae antequam revocaretur, illa defuncta est. Hac tamen tunica operuerunt cadaver eius parentes, et recepto spiritu salva facta est.

17. Apud Hipponem Bassus quidam Syrus ad memoriam eiusdem martyris orabat pro aegrotante et periclitante filia, eoque secum vestem eius attulerat: cum ecce pueri de domo cucurrerunt, qui ei mortuam nuntiarent. Sed cum, orante illo, ab amicis eius exciperentur, prohibuerunt eos illi dicere, ne per publicum plangeret. Qui cum domum redisset iam suorum eiulatibus personantem, et vestem filiae quam ferebat, super eam proiecisset, reddita est vitae.

18. Rursus ibidem apud nos Irenaei, cuiusdam collectarii filius, aegritudine exstinctus est. Cumque corpus iaceret exanime, atque a lugentibus et lamentantibus exsequiae pararentur, amicorum eius quidam inter aliorum consolantium verba suggessit, ut eiusdem martyris oleo corpus perungeretur. Factum est, et revixit.

19. Itemque apud nos vir tribunitius Eleusinus super memoriam Martyris, quae in suburbano eius est, aegritudine exanimatum posuit infantulum filium: et post orationem, quam cum multis lacrymis ibi fudit, viventem levavit.

20. Quid faciam? Urget huius operis implendi promissio, ut non hic possim omnia commemorare quae scio: et procul dubio plerique nostrorum, cum haec legent, dolebunt me tam multa praetermisisse, quae utique

requieren una obra larga, y yo en ésta me veo constreñido a silenciarlos. Si quisiera referir solamente, por omitir otros, los milagros de curaciones obradas por el glorioso mártir San Esteban en Calama y aquí en Hipona, llenaría muchos volúmenes. Y todavía no sería capaz de recogerlos todos, sino solamente aquellos de los que se han escrito sus relaciones para leerlas al pueblo. Tomé esta decisión al ver que también en nuestros días son corrientes milagros semejantes a los antiguos y que no deben pasar inadvertidos.

No hace aún dos años que las reliquias de ese mártir están en Hipona la Real [27]. Y si bien de muchos de los milagros allí realizados no se ha hecho relación, se cuentan ya casi setenta cuando yo escribí esto. En Calama, donde las reliquias están desde mucho antes y donde las relaciones son más frecuentes, el número asciende incomparablemente.

21. Sabemos además que en Uzala, colonia vecina a Utica, se han obrado muchas maravillas por intercesión de este mártir. Su obispo Evodio llevó allí sus reliquias mucho antes de traerlas a Hipona. Mas en ese país no existe, o mejor no existía, porque quizá ahora ya existe la costumbre de escribir las relaciones. No hace mucho, estando yo allí, a una dama bien acomodada, Petronia, milagrosamente curada en otro tiempo de una enfermedad grave que había agotado todos los recursos de los médicos, la exhortamos, con el visto bueno del obispo del lugar, a hacer una relación para poder leerla al pueblo. Y obedeció obedientísimamente [28]. En la relación puso un dato que no puedo silenciar aquí, aunque me fuerza a acelerar el paso

---

mecum sciunt. Quos iam nunc, ut ignoscant, rogo; et cogitent quam prolixi laboris sit facere, quod me hic non facere suscepti operis necessitas cogit. Si enim miracula sanitatum, ut alia taceam, ea tantummodo velim scribere, quae per hunc martyrem, id est, gloriosissimum Stephanum, facta sunt in colonia Calamensi, et in nostra, plurimi conficiendi sunt libri: nec tamen omnia colligi poterunt, sed tantum de quibus libelli dati sunt, qui recitarentur in populis. Id namque fieri voluimus, cum videremus antiquis similia divinarum signa virtutum etiam nostris temporibus frequentari; et ea non debere multorum notitiae deperire. Nondum est autem biennium, ex quo apud Hipponem Regium coepit esse ista memoria, et multis, quod nobis certissimum est, non datis libellis, de iis quae mirabiliter facta sunt, illi ipsi qui dati sunt ad septuaginta ferme numerum pervenerant, quando ista conscripsi. Calamae vero, ubi et ipsa memoria prius esse coepit, et crebrius dantur, incomparabili multitudine superant.

21. Uzali etiam, quae colonia Uticae vicina est, multa praeclara per eumdem Martyrem facta cognovimus: cuius ibi memoria longe prius quam apud nos, ab episcopo Evodio constituta est. Sed libellorum dandorum ibi consuetudo non est, vel potius non fuit: nam fortasse nunc esse iam coepit. Cum enim nuper illic essemus, Petroniam, clarissimam feminam, quae ibi mirabiliter ex magno atque diuturno, in quo medicorum adiutoria cuncta defecerant, languore sanata est, hortati sumus volente supradicto loci episcopo, ut libellum daret, qui recitaretur in populo; et obedientissime paruit. In quo posuit etiam, quod hic reticere non possum,

el fin de la obra. Decía que un judío la persuadió a que llevara al descubierto un cíngulo de pelo con un anillo que tenía bajo el engaste una piedra hallada en los riñones de un buey. La señora ceñida con ese aparente cíngulo venía a la iglesia del santo mártir. Pero un día marchó de Cartago a vivir en una quinta situada al borde del río Bagrada [29], y, al levantarse para emprender el viaje, vió, entre admiraciones, el anillo a sus pies. Tentó su cintura para ver si estaba ceñida, y, hallándose bien ceñida, creyó que el anillo se había roto y saltado. Lo examinó, lo encontró perfectamente entero y tomó este prodigio como prenda de su futura curación. Soltó su cinturón y lo arrojó con el anillo al río.

No creen este milagro los que no creen que nuestro Señor Jesucristo nació sin romper la integridad virginal de su madre y se presentó ante sus discípulos a puertas cerradas. Infórmense al menos del hecho referido, y si lo hallan verdadero, créanlo. Es una dama muy ilustre, de recio abolengo, casada con un hombre de pro, y mora en Cartago. La ciudad es grande, y la persona, conocida, circunstancias que no permiten ocultar el hecho a los inquisidores. El mártir, al menos, por cuya intercesión se obró este milagro, creyó en el Hijo de la Virgen siempre virgen, creyó en Aquel que se personó ante sus discípulos a puertas cerradas. En una palabra, ya que todo lo que venimos diciendo se encamina a esto, creyó en Aquel que subió al cielo con la carne en que había resucitado. Y el secreto de que se obren por su intercesión tales maravillas es que entregó su vida por la fe.

Se realizan, pues, aún hoy muchos milagros, y los realiza el

---

quamvis ad ea quae hoc opus urgent, festinare compellar. A quodam Iudaeo dixit sibi fuisse persuasum, ut annulum capillatio cingulo insereret, quod sub omni veste ad nuda corporis cingeretur: qui annulus haberet sub gemma lapidem in renibus inventum bovis. Hoc alligata quasi remedio ad sancti Martyris limina veniebat. Sed profecta a Carthagine, cum in confinio fluminis Bagradae in sua possessione mansisset, surgens ut iter perageret, ante pedes suos illum iacentem annulum vidit, et capillatiam zonam qua fuerat alligatus, mirata tentavit. Quam cum omnino suis nodis firmissimis, sicut fuerat, comperisset, adstrictam, crepuisse atque exsiluisse annulum suspicata est: qui etiam ipse cum integerrimus fuisset inventus, futurae salutis quodammodo pignus de tanto miraculo se accepisse praesumpsit, atque illud vinculum solvens, simul cum eodem annulo, proiecit in flumen. Non credunt hoc, qui etiam Dominum Iesum per integra virginalia matris enixum, et ad discipulos ostiis clausis ingressum fuisse non credunt: sed hoc certe quaerant, et, si verum invenerint, illa credant. Clarissima femina est, nobiliter nata, nobiliter nupta, Carthagini habitat: ampla civitas, ampla persona rem quaerentes latere non sinit. Martyr certe ipse, quo impetrante illa sanata est, in Filium permanentis virginis credidit, in eum qui ostiis clausis ad discipulos ingressus est, credidit: postremo, propter quod omnia ista dicuntur a nobis, in eum qui ascendit in caelum cum carne, in qua resurrexerat, credidit; et ideo per eum tanta fiunt, quia pro ista fide animam posuit. Fiunt ergo etiam

mismo Dios que hizo los que leemos y por las personas que quiere y como quiere. Pero estos últimos no son tan conocidos ni su lectura frecuente golpea como guija la memoria para que se impriman en ella. Porque aun donde se tiene la diligencia, que ha comenzado a tomar cuerpo entre nosotros, de que las relaciones hechas por los agraciados se lean al pueblo, los presentes las oyen una vez, pero muchos están ausentes. Y las personas que las oyen, apenas las retienen en la memoria unos días y apenas hay alguna que cuente lo oído a quien no asistió a la lectura.

22. Ha sucedido entre nosotros un milagro no mayor que los referidos, pero tan conocido, que creo que no hay persona alguna en Hipona que no lo haya visto o que no haya oído hablar de él, y que jamás se borrará de su memoria. Diez hermanos (siete varones y tres hembras), oriundos de Cesarea de Capadocia y de condición no humilde, habiendo sido recientemente maldecidos por su madre por una injuria que le habían hecho después de la muerte del padre, fueron castigados con una pena consistente en un horrible temblor de miembros. No pudiendo soportar las miradas de sus paisanos, se fueron cada uno por su sitio, en vagabundeo por casi todo el Imperio romano. Dos de ellos llegaron a nuestra ciudad, un hermano y una hermana, Pablo y Paladia, conocidos ya en otros muchos lugares por la publicidad de su miseria. Llegaron unos quince días antes de la Pascua. Visitaban a diario la iglesia y en ella la memoria del gloriosísimo San Esteban, rogando a Dios que se apiadara y les devolviese la salud. Allí y doquiera que iban se atraían las miradas del pueblo. Los que los habían visto en otra parte y

---

nunc multa miracula, eodem Deo faciente per quos vult, et quemadmodum vult, qui et illa quae legimus fecit: sed ista nec similiter innotescunt, neque, ut non excidant animo, quasi glarea memoriae, crebra lectione tunduntur. Nam et ubi diligentia est, quae nunc apud nos esse coepit, ut libelli eorum qui beneficia percipiunt, recitentur in populo, semel hoc audiunt qui adsunt, pluresque non adsunt, ut nec illi qui adfuerunt, post aliquot dies, quod audierunt, mente retineant, et vix quisquam reperiatur illorum, qui ei quem non adfuisse cognoverit, indicet quod audivit.

22. Unum est apud nos factum, non maius quam illa quae dixi, sed tam clarum atque illustre miraculum, ut nullum arbitrer esse Hipponensium, qui hoc non vel viderit, vel didicerit, nullum qui oblivisci ulla ratione potuerit. Decem quidam fratres (quorum septem sunt mares, tres feminae) de Caesarea Cappadociae suorum civium non ignobiles, maledicto matris recenti, patris eorum obitu destitutae, quae iniuriam sibi ab eis factam acerbissime tulit, tali poena sunt divinitus coerciti, ut horribiliter quaterentur omnes tremore membrorum: in qua foedissima specie oculos suorum civium non ferentes, quaquaversum cuique ire visum est, toto pene vagabantur orbe Romano. Ex his etiam ad nos venerunt duo, frater et soror, Paulus et Palladia, multis aliis locis miseria diffamante iam cogniti. Venerunt autem ante Pascha ferme dies quindecim, ecclesiam quotidie, et in ea memoriam gloriosissimi Stephani frequentabant, orantes ut iam sibi placaretur Deus, et salutem pristinam redderet. Et illic, et quacum-

conocían la causa de su temblor lo contaban a los demás a su modo. Llegó la Pascua, y el domingo por la mañana, cuando ya un gran gentío llenaba la iglesia, el joven, asido a las verjas del lugar santo donde estaban las reliquias del mártir, orando, cayó de golpe y quedó tendido como si durmiera. Mas no temblaba, como solía hacer durante el sueño. El accidente infundía a unos dolor y a otros temor. Unos querían levantarlo, pero otros se lo prohibían, diciendo que era mejor esperar el desenlace. Y he aquí que el joven se levantó sin temblor, porque había curado y estaba perfectamente, mirando a los curiosos. ¿Quién no alabó a Dios entonces? Una oleada de voces, clamores y enhorabuenas llenó las naves de la iglesia. Corren hacia mí, que estaba ya dispuesto para salir. Venían unos tras otros, contando el último lo mismo que había contado el primero. Yo, alborozado y dando interiormente gracias a Dios, vi llegar entre la multitud al agraciado. Se postró a mis pies, y yo le abracé y le levanté. Nos dirigimos al pueblo. Estaba la iglesia de bote en bote. Resonaban las voces de júbilo y solamente se oían de aquí y de allá estas palabras: «¡Gracias a Dios! ¡Bendito sea Dios!» Saludé al pueblo y se oyó un nuevo clamor aún más ferviente. Por fin, ya en silencio, se leyeron las lecciones de la divina Escritura. Al llegar al pasaje de mi sermón dirigí unas palabras según el tiempo y la grandeza de aquella alegría, pues preferí que gustasen la elocuencia de Dios en una obra tan grandiosa a que escuchasen mis palabras. El hombre comió con Nos y nos contó al detalle toda la historia de su desgracia y la de su madre y hermanos.

que ibant, convertebant in se civitatis aspectum. Nonnulli qui eos alibi viderant, causamque tremoris eorum noverant, aliis, ut cuique poterant, indicabant. Venit et Pascha, atque ipso die dominico mane, cum iam frequens populus praesens esset, et loci sancti cancellos, ubi martyrium erat, idem iuvenis orans teneret, repente prostratus est, et dormienti simillimus iacuit: non tamen tremens, sicut etiam per somnum solebat. Stupentibus qui aderant, atque aliis paventibus, aliis dolentibus, cum eum quidam vellent erigere, nonnulli prohibuerunt, et potius exitum exspectandum esse dixerunt. Et ecce surrexit, et non tremebat, quoniam sanatus erat, et stabat incolumis, intuens intuentes. Quis ergo se tenuit a laudibus Dei? Clamantium gratulantiumque vocibus ecclesia usquequaque completa est. Inde ad me curritur, ubi sedebam iam processurus: irruit alter quisque post alterum, omnis posterior quasi novum, quod alius prior dixerat, nuntiantes: meque gaudente et apud me gratias Deo agente, ingreditur etiam ipse cum pluribus, inclinatur ad genua mea, erigitur ad osculum meum. Procedimus ad populum, plena erat ecclesia, personabat vocibus gaudiorum, Deo gratias! Deo laudes! nemine tacente, hinc atque inde clamantium. Salutavi populum, et rursus eadem ferventiore voce clamabant. Facto tandem silentio, Scripturarum divinarum sunt lecta solemnia. Ubi autem ventum est ad mei sermonis locum, dixi pauca pro tempore et pro illius iucunditate laetitiae. Magis enim eos in opere divino quamdam Dei eloquentiam, non audire, sed considerare permisi. Nobiscum homo prandit, et diligenter nobis omnem suae ac maternae fra-

Al día siguiente, después del sermón, prometí al pueblo leerle la relación del suceso [30]. Al tercer día, después del domingo de Pascua, al hacer la lectura prometida [31], hice colocar al hermano y a la hermana sobre las gradas del púlpito [32] desde donde yo solía hablar. Todo el pueblo los miraba atentamente, uno en una actitud tranquila, y la otra, temblequeando de pies a cabeza. Y quienes no los habían visto, veían en la hermana lo que había hecho en el hermano la divina misericordia. Veían qué debía agradecerse en él y qué se debía pedir para ella. Y cuando terminó la lectura de la relación, los mandé retirar de la vista del pueblo.

Había comenzado yo a hacer algunas reflexiones sobre esa historia, cuando he aquí que entre mis palabras se oyen nuevas voces de júbilo, procedentes de la memoria del mártir. Se volvieron allí los oyentes y se iban acercando en masa. La joven había descendido de las gradas y se había ido a orar al mártir. Apenas hubo tocado las rejas, cayó como en un sueño y se levantó sana. Mientras preguntábamos qué había pasado y a qué se debía ese alegre griterío, entraron con ella en la basílica, llevándola curada de la tumba del mártir. Entonces una explosión de júbilo brotó de la boca de hombres y mujeres, y sus voces —mitad gozo, mitad lágrimas— se prolongaron indefinidamente [33]. Fué conducida al lugar donde poco antes había estado temblando; y los que antes se habían compadecido de ella, ahora saltaban de gozo al verla. Alababan a Dios porque aún no habían orado por ella y ya había oído sus plegarias. Grita-

ternaeque calamitatis indicavit historiam. Sequenti itaque die, post sermonem redditum, narrationis eius libellum in crastinum populo recitandum promisi [21]. Quod cum ex dominico Paschae die tertio fieret in gradibus exedrae, in qua de superiore loquebar loco, feci stare ambos fratres, cum eorum legeretur libellus [22]. Intuebatur populus universus sexus utriusque, unum stantem sine deformi motu, alteram membris omnibus contrementem. Et qui ipsum non viderant, quid in eo divinae misericordiae factum esset, in eius sorore cernebant. Videbant enim quid in eo gratulandum, quid pro illa esset orandum. Inter haec recitato eorum libello, de conspectu populi abire eos praecepi; et de tota ipsa causa aliquanto diligentius coeperam disputare, cum ecce, me disputante, voces aliae de memoria Martyris novae gratulationis audiuntur. Conversi sunt eo qui me audiebant, coeperuntque concurrere. Illa enim ubi de gradibus descendit, in quibus steterat, ad sanctum Martyrem orare perrexerat. Quae mox ut cancellos attigit, collapsa similiter velut in somnum, sana surrexit. Dum ergo requireremus quid factum fuerit, unde iste strepitus laetus exstiterit, ingressi sunt cum illa in basilicam, ubi eramus, adducentes eam sanam de Martyris loco. Tum vero tantus ab utroque sexu admirationis clamor exortus est, ut vox continuata cum lacrymis non videretur posse finiri [23]. Perducta est ad eum locum, ubi paulo ante steterat tremens. Exsultabant eam similem fratri, cui doluerant remansisse dissimilem: et nondum fusas preces suas pro illa, iam tamen praeviam voluntatem tam cito exauditam

[21] *Serm.* 321.
[22] *Serm.* 322.
[23] Cf. *Serm.* 323.

ban en alabanza de Dios no palabras, sino voces sin sentido, tan fuertes, que apenas nuestros oídos podían aguantarlas. ¿Qué había en los corazones de este pueblo tan jubiloso sino la fe de Cristo, por la que San Esteban había derramado su sangre?

CAPITULO IX

LOS MILAGROS DE LOS MÁRTIRES DAN TESTIMONIO DE SU FE

¿De qué dan fe estos milagros sino de la fe que predica a Cristo resucitado y subido al cielo en cuerpo y alma? Los mártires han sido los mártires, es decir, los testigos de esta verdad. Y por ella han soportado un mundo hostil y cruel, y lo han vencido no resistiendo, sino muriendo. En pro de esta fe murieron los que tuvieron la dicha de conseguir esta gracia del Señor, por cuyo nombre fueron matados. En pro de esta fe precedió su admirable paciencia y siguió en estos milagros tan grande potencia. Porque, si no es verdad que la resurrección fué manifestada primeramente en Cristo y debe efectuarse en todos los hombres tal como lo ha anunciado Cristo y lo han predicho los profetas, por quienes fué anunciado Cristo, ¿por qué los muertos martirizados por la fe que predica la resurrección tienen tanto poder? En efecto, sea que Dios obre esos milagros según el modo maravilloso que tiene el eterno de obrar en los efectos temporales, sea que los obre por sus ministros; y, en este último caso, sea que emplee en unos como ministros

esse cernebant. Exsultabant in Dei laudem voce sine verbis, tanto sonitu, quantum aures nostrae ferre vix possent. Quid erat in cordibus exsultantium, nisi fides Christi, pro qua Stephani sanguis effusus est?

CAPUT IX

QUOD UNIVERSA MIRACULA, QUAE PER MARTYRES IN CHRISTI NOMINE FIUNT, EI FIDEI TESTIMONIUM FERANT, QUA IN CHRISTUM MARTYRES CREDIDERUNT

Cui, nisi huic fidei attestantur ista miracula, in qua praedicatur Christus resurrexisse in carne, et in caelum ascendisse cum carne? Quia et ipsi martyres huius fidei martyres, id est, huius fidei testes fuerunt, huic fidei testimonium perhibentes mundum inimicissimum et crudelissimum pertulerunt; eumque, non repugnando, sed moriendo vicerunt. Pro ista fide mortui sunt, qui haec a Domino impetrare possunt, propter cuius nomen occisi sunt. Pro hac fide praecessit eorum mira patientia, ut in his miraculis tanta ista potentia sequeretur. Nam si carnis in aeternum resurrectio vel non praevenit in Christo, vel non ventura est, sicut praenuntiatur a Christo, vel sicut praenuntiata est a Prophetis, a quibus praenuntiatus est Christus; cur et mortui tanta possunt, qui pro ea fide, qua haec resurrectio praedicatur, occisi sunt? Sive enim Deus ipse per se ipsum miro modo, quo res temporales operatur aeternus, sive per suos ministros ista faciat; et eadem ipsa quae per ministros facit, sive quaedam faciat etiam per Martyrum spiritus, sicut per homines adhuc in cor-

a los espíritus de los mártires, como a hombres aún con cuerpos, o en todos a los ángeles, a quienes manda invisible, inmutable e incorporalmente, interponiendo los mártires solamente sus preces, no su operación; sea que los obre de cualquiera otra manera incomprensible para los mortales, lo cierto es que siempre dan testimonio de la fe que predica la resurrección eterna de la carne.

CAPITULO X

SUPERIORIDAD DEL CULTO DE LOS MÁRTIRES SOBRE EL DE LOS DEMONIOS

Quizá aquí los adversarios repliquen que sus dioses han hecho también maravillas. Bien. Ya es algo comparar a sus dioses con nuestros hombres muertos. ¿Dirán que también ellos tienen dioses hechos de hombres muertos, como Hércules, como Rómulo y otros muchos que creen elevados al rango de dioses? Para nosotros, nuestros mártires no son dioses, porque sabemos que nuestro Dios y el de los mártires es uno y el mismo. Y, sin embargo, los milagros que los paganos pretenden que fueron obrados por los templos de sus dioses no son comparables a los que se hacen por las memorias de nuestros mártires. Mas, si algunos parecen del mismo orden, nuestros mártires superan a sus dioses, como Moisés venció a los magos del Faraón. Aquéllos

pore constitutos; sive omnia ista per Angelos, quibus invisibiliter, immutabiliter, et incorporaliter imperat, operetur; ut quae per Martyres fieri dicuntur, eis orantibus tantum et impetrantibus, non etiam operantibus fiant; sive alia istis, alia illis modis, qui nullo modo comprehendi a mortalibus possunt: ei tamen attestantur haec fidei, in qua carnis in aeternum resurrectio praedicatur.

CAPUT X

QUANTO DIGNIUS HONORENTUR MARTYRES, QUI IDEO MULTA MIRA OBTINENT, UT DEUS VERUS COLATUR, QUAM DAEMONES, QUI OB HOC QUAEDAM FACIUNT, UT IPSI DII ESSE CREDANTUR

Hic forte dicturi sunt, etiam deos suos aliqua mira fecisse. Bene, si iam incipiunt deos suos nostris mortuis hominibus comparare. An dicent etiam se habere deos ex hominibus mortuis, sicut Herculem, sicut Romulum, sicut alios multos, quos in deorum numerum receptos opinantur? Sed nobis martyres non sunt dii: quia unum eumdemque Deum et nostrum scimus et martyrum. Nec tamen miraculis, quae per Memorias nostrorum martyrum fiunt, ullo modo comparanda sunt miracula, quae facta per templa perhibentur illorum. Verum si qua similia videntur, sicut a Moyse magi Pharaonis [24], sic eorum dii victi sunt a martyribus nostris. Fecerunt autem illa daemones eo fastu impurae superbiae, quo eorum dii esse vo-

[24] Ex. 8.

los hicieron los demonios con la arrogancia de su impura soberbia, que les indujo a querer ser sus dioses; en cambio, los mártires hacen éstos, o mejor, Dios, por la oración y ayuda de ellos, con el fin de extender más y más la fe que nos mueve a creer no que los mártires son nuestros dioses, sino que su Dios es el mismo que el nuestro. Finalmente, los paganos edificaron templos a sus dioses, les erigieron altares, les instituyeron sacerdotes y les ofrecieron sacrificios; nosotros, empero, no elevamos a nuestros mártires templos como a dioses, sino memorias como a hombres muertos, cuyos espíritus viven delante de Dios. No erigimos altares a los mártires para ofrecerles sacrificios, sino al Dios único, Dios de los mártires y nuestro. En ese sacrificio son nombrados en su lugar y en su orden como hombres de Dios que vencieron al mundo confesando su nada. El sacerdote que ofrece el sacrificio no los invoca, porque lo ofrece a Dios y no a ellos, aunque lo ofrezca en sus memorias. Es sacerdote de Dios, no de los mártires. El sacrificio es el cuerpo de Cristo, que no se ofrece a los mártires, porque también ellos son ese cuerpo. ¿A quiénes se debe creer más cuando hacen milagros, a aquellos que ansían que los agraciados con el milagro los tengan por dioses o a aquellos que hacen sus milagros para que se crea en Dios y, por tanto, en Cristo? ¿A aquellos que quisieron que se les consagraran sus propias torpezas o a aquellos que no quieren que se les consagren ni sus alabanzas, sino que anhelan que sus auténticos loores redunden en gloria de Aquel en quien se les alaba? En el Señor son alabadas sus almas.

Creamos, pues, a los que dicen verdad y hacen maravillas,

---

fuerunt: faciunt autem ista martyres, vel potius Deus aut orantibus aut cooperantibus eis, ut fides illa proficiat, qua eos, non deos esse nostros, sed unum Deum habere nobiscum credamus. Denique illi talibus diis suis et templa aedificaverunt, et statuerunt aras, et sacerdotes instituerunt, et sacrificia fecerunt: nos autem martyribus nostris non templa sicut diis, sed Memorias sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum vivunt spiritus, fabricamus; nec ibi erigimus altaria, in quibus sacrificemus martyribus, sed uni Deo et martyrum et nostro: ad quod sacrificium, sicut homines Dei, qui mundum in eius confessione vicerunt, suo loco et ordine nominantur; non tamen a sacerdote, qui sacrificat, invocantur. Deo quippe, non ipsis sacrificat, quamvis in Memoria sacrificet eorum: quia Dei sacerdos est, non illorum. Ipsum vero sacrificium corpus est Christi, quod non offertur ipsis, quia hoc sunt et ipsi. Quibus igitur potius credendum est miracula facientibus? eisne qui se ipsos volunt haberi deos ab his quibus ea faciunt; an eis qui, ut in Deum credatur, quod et Christus est, faciunt quidquid mirabile faciunt? eisne qui sacra sua etiam crimina sua esse voluerunt; an eis qui nec laudes suas volunt esse sacra sua, sed totum quod veraciter laudantur, ad eius gloriam proficere in quo laudantur? In Domino quippe laudantur animae eorum [25]. Credamus ergo eis et vera dicentibus, et mira facientibus. Dicendo enim vera, passi sunt, ut possent facere mira. In eis veris est praecipuum, quod Christus resur-

[25] Ps. 33,3

ya que por decir la verdad han sufrido y alcanzado el hacer maravillas. Entre estas verdades, la principal es que Cristo resucitó de entre los muertos y que deja ver en su carne la inmortalidad de la resurrección, que nos prometió para el principio del nuevo siglo o para el fin de éste.

CAPITULO XI

Contra los argumentos de los platónicos en que fundan la negación de la resurrección de los cuerpos

1. Los racionalistas, cuyos pensamientos y vanidad conoce el Señor, argumentan contra esta gracia de Dios basados en los pesos de los elementos. Platón, su maestro, les enseñó que los dos elementos del mundo mayores y más alejados uno del otro están unidos y enlazados por otros dos intermedios, el aire y el agua. Y por eso—dicen—, como la tierra en progresión ascendente es el primero, el agua el segundo, el tercero el aire y el cuarto el cielo, un cuerpo terreno no puede estar en el cielo. Cada elemento está arancelado por sus pesos propios, y así conserva su equilibrio y lugar. He aquí los argumentos que la presuntuosa y vana debilidad de los hombres opone a la omnipotencia de Dios.

¿Qué hacen, pues, tantos cuerpos terrenos en el aire, siendo el aire el tercer elemento desde la tierra? ¡Quizá se diga que el que dió a los cuerpos terrenos de las aves, por la ligereza en plumas y alas, volar por el aire, no puede dar a los hombres,

---

rexit a mortuis, et immortalitatem resurrectionis in sua carne primus ostendit, quam nobis adfuturam, vel in principio novi saeculi, vel in huius fine promisit.

CAPUT XI

Contra Platonicos, qui de naturalibus elementorum ponderibus argumentantur terrenum corpus in caelo esse non posse

1. Contra quod magnum Dei donum ratiocinatores isti, quorum cogitationes novit Dominus quoniam vanae sunt [26], de ponderibus elementorum argumentantur: quoniam scilicet magistro Platone didicerunt, mundi duo corpora maxima atque postrema duobus mediis, aere scilicet et aqua, esse copulata atque coniuncta. Ac per hoc, inquiunt, quoniam terra abhinc sursum versus est prima, secunda aqua super terram, tertius aer super aquam, quartum super aera caelum; non potest esse terrenum corpus in caelo. Momentis enim propriis, ut ordinem suum teneant, singula elementa librantur. Ecce qualibus argumentis omnipotentiae Dei humana contradicit infirmitas, quam possidet vanitas. Quid ergo faciunt in aere terrena tot corpora, cum a terra sit aer tertius? Nisi forte, qui per plumarum et pennarum levitatem donavit avium terrenis corporibus ut portentur in aere, immortalibus factis corporibus hominum non poterit

[26] Ps. 93,11

una vez inmortales, virtud y capacidad para morar en el cielo más elevado! Los animales terrenos que no pueden volar, como son, entre otros, los hombres, debían vivir bajo la tierra, como los peces, que son animales acuáticos y viven bajo el agua. ¿Por qué, pues, un animal terreno no toma su vida siquiera del segundo elemento, que es el agua, y no del tercero? ¿Por qué perteneciendo a la tierra, si se le obliga a vivir en el segundo elemento, en el agua, se ahoga, y, en cambio, vive en el tercero? ¿Hay acaso aquí un error en el orden de los elementos, o más bien está el fallo no en la naturaleza de las cosas, sino en los argumentos de éstos? Omito decir lo que ya apunté en el libro XIII: que hay muchos cuerpos terrenos pesados, como el plomo, a los que el arte puede dar una forma que les permita flotar sobre el agua. Y ¿se niega al Artífice omnipotente el poder dar al cuerpo humano una cualidad que lo eleve y lo retenga en el cielo?

2. Estos filósofos no hallan ya nada que oponer a mis consideraciones anteriores, aun ponderando el pretendido orden de los elementos. Porque, si la tierra ocupa el primer puesto, el agua el segundo, el aire el tercero, y el cuarto el cielo, sobre todos ellos está la naturaleza del alma. El mismo Aristóteles dice que es el quinto cuerpo, y Platón niega que sea cuerpo. Si fuera el quinto, ciertamente sería superior a los demás; pero, no siendo cuerpo, sobrepuja con mucho a todos. ¿Qué hace, pues, en un cuerpo terreno? ¿Qué hace el ser más sutil, más ligero y más activo que todos en esta masa tan grosera, tan

---

donare virtutem, qua etiam in summo caelo valeant habitare. Animalia quoque ipsa terrena, quae volare non possunt, in quibus et homines sunt, sicut sub aqua pisces, quae sunt aquarum animalia, ita sub terra vivere debuerunt. Cur ergo non saltem de secundo, id est, de aquis, sed de elemento tertio terrenum animal carpit hanc vitam? quare cum pertineat ad terram, in secundo, quod super terram est, elemento vivere si cogatur, continuo suffocatur, et ut vivat, vivit in tertio? an errat hic ordo elementorum, vel potius non in natura rerum, sed in istorum argumentationibus deficit? Omitto dicere, quod iam in tertio decimo libro dixi [27], quam multa gravia terrena sint corpora, sicut plumbum, et formam tamen ab artifice accipiant, qua natare valeant super aquam: et ut accipiat qualitatem corpus humanum, qua ferri in caelum, et esse possit in caelo, omnipotenti Artifici contradicitur?

2. Iam vero contra illud quod dixi superius, etiam istum considerantes atque tractantes elementorum ordinem, quo confidunt, non inveniunt omnino quod dicant. Sic est enim hinc sursum versus terra prima, aqua secunda, tertius aer, quartum caelum, ut super omnia sit animae natura. Nam et Aristoteles quintum corpus eam dixit esse, et Plato nullum. Si quintum esset, certe superius esset caeteris: cum vero nullum est, multo magis superat omnia. In terreno ergo quid facit corpore? in hac mole quid agit subtilior omnibus? in hoc pondere quid agit levior omnibus? in hac tarditate quid agit celerior omnibus? Itane per huius tam excellentis naturae meritum non poterit effici, ut corpus eius levetur in cae-

[27] C.18.

pesada y tan inerte? ¿No podrá una naturaleza tan excelente elevar su cuerpo al cielo? Y si ahora los cuerpos terrenos tienen la virtud de retener las almas aquí abajo, las almas ¿no podrán un día levantar a su altura los cuerpos terrenos?

3. Si pasamos a los milagros de sus dioses que oponen a los de nuestros mártires, ¿no se hallará que los hacen por nosotros y en provecho nuestro? Entre los grandes milagros de sus dioses merece contarse, sin duda, el referido por Varrón de una virgen vestal que, acusada falsamente de haber violado su voto de castidad, llenó un cedazo con agua del Tíber y lo llevó a sus jueces sin derramar ni una sola gota. ¿Quién sostenía el peso del agua sobre el cedazo? ¿Quién impidió que cayera el agua por los agujeros? Responderán: Algún dios o algún demonio. Si un dios, ¿es mayor que el Dios que hizo el mundo? Y si un demonio, ¿es más poderoso que el ángel que sirve a Dios, creador del mundo? Si, pues, un dios inferior, ángel o demonio, pudo sostener el peso del húmedo elemento, de suerte que parecía que el agua había cambiado de naturaleza, ¿por ventura el Dios todopoderoso, que creó todos los elementos, no podrá quitar al cuerpo terreno su pesantez para que habite el cuerpo, ya vivificado, donde quiera el espíritu que lo vivifica?

4. Además, si el aire es medio entre el fuego y el agua, ¿a qué se debe que con frecuencia lo hallemos entre agua y agua o entre el agua y la tierra? ¿Qué son las nubes acuosas, según ellos, entre las cuales y la tierra se halla el aire? ¿Por qué peso—pregunto—y por qué orden de elementos los

---

lum, et cum valeat nunc natura corporum terrenorum deprimere animas deorsum, aliquando et animae levare sursum terrena corpora non valebunt?

3. Iam si ad eorum miracula veniamus, quae facta a diis suis opponunt Martyribus nostris, nonne etiam ipsa pro nobis facere, et nobis reperientur omnino proficere? Nam inter magna miracula deorum suorum, profecto magnum illud est, quod Varro commemorat, Vestalem virginem, cum periclitaretur falsa suspicione de stupro, cribrum implesse aqua de Tiberi, et ad suos iudices nulla eius parte stillante portasse. Quis aquae pondus supra cribrum tenuit? quis tot cavernis patentibus nihil inde in terram cadere permisit? Responsuri sunt, Aliquis deus, aut aliquis daemon. Si deus, numquid maior est Deo qui fecit hunc mundum? Si daemon, numquid potentior est Angelo, qui Deo servit, a quo factus est mundus? Si ergo deus minor, vel angelus, vel daemon potuit pondus humidi elementi sic suspendere, ut aquarum videatur mutata fuisse natura: itane Deus omnipotens, qui omnia ipse creavit elementa, terreno corpori grave pondus auferre non poterit, ut in eodem elemento habitet vivificatum corpus, in quo voluerit vivificans spiritus?

4. Deinde cum aera medium ponant inter ignem desuper et aquam subter, quid est quod eum inter aquam et aquam, et inter aquam et terram saepe invenimus? Quid enim volunt esse aquosas nubes, inter quas et maria aer medius reperitur? Quonam, quaeso, elementorum pondere atque ordine efficitur, ut torrentes violentissimi atque undosissimi, antequam sub aere in terris currant, super aera in nubibus pendeant? Cur

torrentes de agua muy impetuosos y abundantes penden en las nubes, sobre el aire, antes de correr bajo el aire, sobre la tierra? En fin, ¿por qué el aire está entre lo sumo del cielo y lo desnudo de la tierra, en todas las partes del mundo, si su lugar propio es el medio entre el cielo y el agua, como el del agua es el medio entre él y la tierra?

5. En una palabra, si el orden de los elementos pide, como dice Platón, que los dos extremos, el fuego y la tierra, estén unidos por los dos medios, por el aire y el agua, y que el fuego ocupe el lugar más alto del cielo, y la tierra el más bajo del mundo, como fundamento de él, por lo cual la tierra no puede estar en el cielo, ¿por qué está el fuego en la tierra? Según este sistema, estos dos elementos, la tierra y el fuego, el inferior y el superior, debieran ocupar sus lugares propios, de suerte que, como el inferior no puede estar en el superior, así el superior no pudiera estar en el inferior. Y como piensan que no hay o no habrá partícula alguna de tierra en el cielo, así no debíamos ver en la tierra porción ninguna de fuego. Sin embargo, vemos que el fuego no solamente está en la tierra, sino que está también bajo ella y lo vomitan los picos de los montes. Además, vemos que los hombres emplean el fuego en la tierra y le vemos nacer de la tierra, puesto que nace de las maderas y de las piedras, que son, sin duda, cuerpos terrenos.

Mas ese fuego—dicen ellos—es tranquilo, puro, inofensivo, eterno, y este otro es turbulento, tarado, corruptible y corruptor.

—¡Y, no obstante, no corrompe los montes y las cavernas de la tierra donde arde continuamente! Concedamos que este fuego sea diferente de aquél, a fin de que nos sirva para

---

denique aer est medius inter summa caeli, et nuda terrarum, quaquaversum orbis extenditur, si locus eius inter caelum et aquas, sicut aquarum inter ipsum et terras est constitutus?

5. Postremo si ita est elementorum ordo dispositus, ut secundum Platonem duobus mediis, id est aere et aqua, duo extrema, id est ignis et terra, iungantur, caelique obtineat ille summi locum, haec autem imi, velut *fundaminis mundi, et ideo in caelo* esse non potest terra; cur est ipse ignis in terra? Secundum hanc quippe rationem ita ista duo elementa in locis propriis, imo ac summo, terra et ignis esse debuerunt, ut quemadmodum nolunt in summo esse posse quod imi est, ita nec in imo posset esse quod summi est. Sicut ergo nullam putant vel esse vel futuram esse terrae particulam in caelo, ita nullam particulam videre debuimus ignis in terra. Nunc vero non solum in terris, verum etiam sub terris ita est, ut eum eructent vertices montium; praeter quod in usibus hominum et esse ignem in terra, et eum nasci videmus ex terra: quandoquidem et de lignis et de lapidibus nascitur, quae sunt corpora sine dubitatione terrena. Sed ille, inquiunt, ignis est tranquillus, purus, innoxius, sempiternus: iste autem turbidus, fumeus, corruptibilis atque corruptor. Nec tamen corrumpit montes, in quibus iugiter aestuat, cavernasque terrarum. Verum esto, sit illi iste dissimilis, ut terrenis habitationibus congruat: cur ergo nolunt

nuestras necesidades. ¿Por qué no quieren que creamos que la naturaleza de los cuerpos terrenos, tornada algún día incorruptible, pueda ponerse en armonía con la del cielo, como ahora el fuego corruptor lo está con la tierra? Estos argumentos, fundados en el orden y en el peso de los elementos, no sirven para demostrar que es imposible al Omnipotente modificar nuestros cuerpos de tal forma que puedan habitar en el cielo.

CAPITULO XII

CONTRA LAS CALUMNIAS BURLESCAS DE LOS INFIELES

1. Suelen también presentar una cuestión sin sentido y sarcástica contra nuestra fe en la resurrección de la carne. La pregunta es ésta: ¿Resucitarán los fetos abortivos? Y como el Señor dice: *En verdad os digo que no perecerá ni un solo cabello de vuestra cabeza,* añaden: ¿Serán en todos iguales la estatura y la robustez, o los cuerpos serán de diferente grandor? En el primer caso, ¿de dónde tomarán los seres abortados, supuesto que resuciten, lo que les faltaba al nacer? Y si no resucitarán, porque no nacieron realmente, sino que fueron expelidos, presentan la misma dificultad en los niños muertos antes de su desarrollo total.

No podemos decir que no resucitarán esos seres que han sido no sólo generados, sino también regenerados.

Además preguntan de qué estatura será esa igualdad. Porque, si han de tener todos la altura y la grosura de aquellos que han sido en vida los más altos y robustos y si cada uno

---

ut credamus naturam corporum terrenorum aliquando incorruptibilem factam caelo convenientem futuram, sicut nunc ignis corruptibilis his convenit terris? Nihil igitur afferunt ex ponderibus atque ordine elementorum, unde omnipotenti Deo, quominus faciat corpora nostra talia, ut etiam in caelo possint habitare, praescribant.

CAPUT XII

CONTRA CALUMNIAS INFIDELIUM, QUIBUS CHRISTIANOS DE CREDITA CARNIS RESURRECTIONE IRRIDENT

1. Sed scrupulosissime quaerere, et fidem qua credimus resurrecturam carnem, ita quaerendo, assolent irridere, Utrum fetus abortivi resurgant? Et quoniam Dominus ait, *Amen dico vobis, capillus capitis vestri non peribit*[28]: utrum statura et robur aequalia futura sint omnibus, an diversae corporum quantitates? Si enim aequalitas corporum erit, unde habebunt quod hic non habuerunt in mole corporis illi abortivi, si resurgent et ipsi? Aut si non resurgent, quia nec nati sunt, sed effusi, eamdem quaestionem de parvulis versant, unde illis mensura corporis, quam nunc defuisse videmus, accedat, cum in hac aetate moriuntur. Neque enim dicturi sumus, eos non resurrecturos, qui non solum generationis, verum etiam regenerationis capaces sunt. Deinde interrogant, quem modum ipsa

[28] Lc. 21,18

recibirá lo que aquí tuvo, ¿de dónde cobrarán aquéllos lo que les falta para esa talla?

Y si, como dice el Apóstol, hemos de lograr todos la *medida de la plenitud de la edad de Cristo;* y si, según esto otro: *Dios ha predestinado para hacer conformes a la imagen de su Hijo,* se entiende que el cuerpo de Cristo será la talla y la medida de todos los cuerpos humanos en su reino, es preciso —dicen ellos—rebajar a muchos su altura y escuadrarles su grosor. En este caso, ¿cómo se cumplirán estas palabras: *No perecerá ni un solo cabello de vuestra cabeza* si perecerá parte de la masa corporal?

Por lo que hace a los cabellos, puede también preguntarse si recobraremos cuantos han caído a manos del peluquero. Pero, en este caso, ¿quién no se horrorizará de tal deformidad? Esto mismo, siendo consecuentes, debe aplicarse a las uñas. ¿Dónde quedará el decoro y la belleza, que debe tener sus derechos más en la inmortalidad que en la corrupción? Y si todo esto no lo recobrarán los resucitados, perecerá, y ¿cómo pretender que no perecerá ni un solo cabello de la cabeza? Las mismas dificultades presentan sobre la flaqueza y la gordura. Si todos los resucitados serán iguales, no habrá unos flaotros se les quitará. Luego, a unos se les añadirá algo y a otros se les quitará. Por consiguiente, no recibirá cada uno lo que tuvo, sino que unos ganarán lo que no tenían y otros perderán lo que tenían [34].

2. No menor polvareda levantan, fundados en las corrupciones y descomposiciones de los cuerpos muertos, de los cuales parte se desvanece en polvo, parte se evapora en aire. Unos son comidos por las bestias, y otros consumidos por el fuego, y otros perecen en un naufragio o, de otro modo, en el agua, y se corrompen y se licuan. Ellos no creen que todo esto pueda ser reunido y reintegrado al cuerpo.

Apelan también a ciertas fealdades o defectos, sean de nacimiento o adquiridos. En este punto alegan los partos monstruosos, y preguntan con aire irónico si los cuerpos contrahechos resucitarán en su deformidad. Si respondemos que desaparecerá todo eso en el cuerpo resucitado, creen que nuestra respuesta pueden contradecirla mostrando las cicatrices y las llagas de nuestro Señor, pues predicamos que resucitó con ellas.

Entre todas estas cuestiones plantean una, la más difícil, en estos términos: ¿A quién volverá la carne de un hombre que se ha convertido en substancia de otro que lo devoró acosado por el hambre? Esa carne fué asimilada y convertida en la carne de aquel que vive a sus expensas y ha llenado con ella los vacíos debidos en él a su debilidad. Con el fin de poner en ridículo la fe en la resurrección, preguntan si tornará al primer hombre que la poseyó o al que la asimiló. Y así, o permiten al alma humana, como Platón, verdaderas infelicidades y falsas felicidades en alternativa constante, o confiesan con Porfirio que, después de diversas revoluciones a través de los cuerpos, terminarán algún día las miserias y no tornarán más a ellas; pero no tomando un cuerpo inmortal, sino huyendo todo cuerpo.

---

aequalitas habitura sit. Si enim tam magni et tam longi erunt omnes, quam fuerunt quicumque hic fuerunt maximi atque longissimi, non solum de parvulis, sed de plurimis quaerunt, unde illis accessurum sit, quod hic defuit, si hoc quisque recipiet, quod hic habuit. Si autem, quod ait Apostolus, occursuros nos omnes *in mensuram aetatis plenitudinis Christi*[29]; et illud alterum, *Quos praedestinavit conformes imaginis Filii sui*[30], sic intelligendum est, ut statura et modus Christi corporis omnium qui in regno eius erunt, humanorum corporum sit futurus: Multis erit, inquiunt, de magnitudine et longitudine corporis detrahendum: et ubi iam erit, *Capillus capitis vestri non peribit*, si de ipsa corporis quantitate tam multum peribit? Quamvis et de ipsis capillis possit inquiri, utrum redeat quidquid tondentibus decidit. Quod si rediturum est, quis non exhorreat illam deformitatem? Nam hoc et de unguibus videtur necessario secuturum, ut redeat tam multum quod corporis curatura desecuit. Et ubi erit decus? quod certe maius, quam in ista esse corruptione potuit, in illa iam immortalitate esse debebit. Si autem non redibit, ergo peribit: quomodo ergo, inquiunt, capillus capitis non peribit? De macie quoque vel pinguedine similiter disputant. Nam si aequales omnes erunt; non utique alii macri, alii pingues erunt. Accedet ergo aliis aliquid, aliis minuetur. Ac per hoc, non quod erat recipiendum, sed alicubi addendum est, quod non fuit; et alicubi perdendum, quod fuit.

2. De ipsis etiam corruptionibus et dilapsionibus corporum mortuorum, cum aliud vertatur in pulverem, in auras aliud exhaletur; sint quos bestiae, sint quos ignis absumat; naufragio vel quibuscumque aquis ita quidam pereant, ut eorum carnes in humorem putredo dissolvat; non mediocriter permoventur, atque omnia ista recolligi in carnem et redintegrari posse non credunt. Consectantur etiam quasque foeditates et vitia, sive accedant, sive nascantur: ubi et monstrosos partus cum horrore atque irrisione commemorant, et requirunt quaenam cuiusque deformitatis resurrectio sit futura. Si enim nihil tale redire in corpus hominis dixerimus, responsionem nostram de locis vulnerum, cum quibus Dominum Christum resurrexisse praedicamus, se confutaturos esse praesumunt. Sed inter haec omnia quaestio difficillima illa proponitur, in cuius carnem reditura sit caro, qua corpus alterius, vescentis humana viscera fame compellente, nutritur. In carnem quippe conversa est eius, qui talibus vixit alimentis; et ea quae macies ostenderat detrimenta, supplevit. Utrum ergo illi redeat homini cuius caro prius fuit, an illi potius cuius postea facta est, ad hoc percontantur, ut fidem resurrectionis illudant: ac sic animae humanae, aut alternantes, sicut Plato, veras infelicitates falsasque promittant beatitudines; aut post multas itidem per diversa corpora revolutiones, aliquando tamen eam, sicut Porphyrius, finire miserias, et ad eas nunquam redire fateantur; non tamen corpus habendo immortale, sed corpus omne fugiendo.

[29] Eph. 4,13.
[30] Rom. 8,29.

CAPITULO XIII

RESPUESTA A LA DIFICULTAD DE LOS FETOS ABORTIVOS

Voy a responder, prestando la misericordia de Dios ayuda a mis esfuerzos, a las objeciones que he puesto en boca de mis adversarios. No me atrevo a afirmar, pero tampoco a negar, que los fetos abortivos que hayan vivido en el útero materno y hayan muerto allí han de resucitar. Sin embargo, no veo por qué, si no se les excluye del número de los muertos, ha de excluírselos de la resurrección. Porque una de dos: o no resucitarán todos los muertos y habrá almas humanas que permanecerán eternamente sin cuerpos, como las que han vivido en el útero materno; o, si todas las almas humanas tomarán, para resucitar, los cuerpos que hayan tenido, de cualquier lugar en que lo hayan dejado, no hallo razón para excluir de la resurrección a los niños que han muerto en el útero materno. A cualquier sentir que se atenga cada cual, lo que dijésemos de los infantes ya nacidos, eso mismo debe aplicarse a los fetos si resucitaren [35].

CAPUT XIII

AN ABORTIVI NON PERTINEANT AD RESURRECTIONEM, SI PERTINENT AD NUMERUM MORTUORUM

Ad haec ergo quae ab eorum parte contraria, me dirigente, mihi videntur opposita, misericordia Dei meis nisibus opem ferente, respondeam. Abortivos fetus, qui, cum iam vixissent in utero, ibi sunt mortui, resurrecturos ut affirmare, ita negare non audeo: quamvis non videam quomodo ad eos non pertineat resurrectio mortuorum, si non eximuntur de numero mortuorum. Aut enim non omnes mortui resurgent, et erunt aliquae humanae animae sine corporibus in aeternum, quae corpora humana, quamvis intra viscera materna, gestarunt: aut si omnes animae humanae recipient resurgentia sua corpora, quae habuerunt ubicumque viventia, et morientia reliquerunt, non invenio quemadmodum dicam ad resurrectionem non pertinere mortuorum, quoscumque mortuos etiam in uteris matrum. Sed utrumlibet de his quisque sentiat, quod de iam natis infantibus dixerimus, hoc etiam de illis intelligendum est, si resurgent.

CAPITULO XIV

¿QUÉ DECIR SOBRE LA RESURRECCIÓN DE LOS INFANTES?

¿Qué diremos de los infantes sino que resucitarán, y no en la pequeñez de cuerpo en que murieron? Recibirán en un instante, por la omnipotencia de Dios, el crecimiento que alcanzarían con el tiempo. Las palabras del Señor: *No perecerá ni un solo cabello de vuestra cabeza,* afirman que no se perderá nada de lo que se tenga, pero no niegan que pueda recibirse lo que no se tenía. Al niño que muere le falta el desarrollo completo. Al niño perfecto le falta ciertamente la perfección del tamaño corporal y no lo logrará hasta que llegue al término de su crecimiento. Esta perfección la poseemos todos desde que somos concebidos, pero la poseemos en potencia, no de hecho [36], al igual que todos los miembros están latentes en el semen aunque falten aún muchos a los recién nacidos, como son los dientes y otros por el estilo. En esta razón, impresa en la materia corporal, parece estar ya, en cierto modo, incoado, por decirlo así, lo que aún no existe, o por mejor decir, lo que está oculto, pero existirá, o mejor, aparecerá a su tiempo. En ella, el niño, que será un día grande o pequeño, es ya pequeño o grande. Según esa razón, sin duda en la resurrección del cuerpo no tememos perder nada, porque, aunque resucitemos todos iguales y con talla de gigantes, los mayores no per-

CAPUT XIV

AN INFANTES IN EA SINT RESURRECTURI HABITUDINE CORPORIS, QUAM HABITURI ERANT AETATIS ACCESSU

Quid ergo de infantibus dicturi sumus, nisi quia non in ea resurrecturi sunt corporis exiguitate, qua mortui; sed quod eis tardius accessurum erat tempore, hoc sunt illo Dei opere miro atque celerrimo recepturi? In sententia quippe Domini, ubi ait, *Capillus capitis vestri non peribit* [31], dictum est non defuturum esse quod fuit, non autem negatum est adfuturum esse quod defuit. Defuit autem infanti mortuo perfecta quantitas sui corporis: perfecto quippe infanti deest utique perfectio magnitudinis corporalis; quae cum accesserit, iam statura longior esse non possit. Hunc perfectionis modum sic habent omnes, ut cum illo concipiantur atque nascantur; sed habent in ratione, non in mole: sicut ipsa iam membra omnia sunt latenter in semine, cum etiam natis nonnulla adhuc desint, sicut dentes, ac si quid eiusmodi. In qua ratione uniuscuiusque materiae indita corporali, iam quodammodo, ut ita dicam, liciatum esse videtur, quod nondum est, imo quod latet, sed accessu temporis erit, vel potius apparebit. In hac ergo infans iam brevis aut longus est, qui brevis longusve futurus est. Secundum hanc rationem profecto in resurrectione corporis detrimenta corporis non timemus: quia, etsi aequalitas futura esset omnium, ita ut omnes

[31] Lc. 21,18.

derán nada ni se reducirán, porque eso iría contra la sentencia de Cristo, que dijo que no había de perecer ni un solo cabello de la cabeza. En cuanto a los otros, ¿cómo podría faltar a la omnipotencia del Creador, que hizo todas las cosas de la nada, materia para añadir, como artífice maravilloso, lo que viera ser necesario?

CAPITULO XV

¿SERÁN TODOS LOS CUERPOS RESUCITADOS DE LA TALLA DEL CUERPO DEL SALVADOR?

Una cosa es cierta: que Cristo resucitó con la misma estatura que tenía al morir, y no está permitido decir que, en llegando el tiempo de la resurrección universal, tomará, para igualarse a los más altos, un tamaño que no tenía cuando se apareció a sus discípulos en la forma en que lo habían conocido. Si decimos, por el contrario, que los cuerpos mayores han de reducirse a la talla del cuerpo del Señor, habrá que quitar a muchos parte de su cuerpo, contra la promesa de que no perecerá ni un solo cabello. Resta, pues, decir que cada cual recibirá su talla, la que tuvo, o en la juventud, aunque haya muerto viejo, o la que había de tener si le arrebató una muerte prematura. En cuanto a las palabras del Apóstol sobre la medida de la edad perfecta de Cristo, es preciso decir que o tienen otro motivo, cual sería que la medida perfecta de la cabeza mística halla su complemento en la perfección de sus miembros, de todo el pueblo cristiano; o, si las entendemos de la resurrección de los muertos, hay que creer que los cuerpos no resucitarán ni sobre ni bajo la forma juvenil, sino en la edad y en la robustez a que sabemos que llegó Cristo. Los más sabios de los paganos han fijado la perfección de la juventud hacia los treinta años. Después el hombre va en declive y avanza hacia la vejez, edad ya grave. A este tenor, el Apóstol no dijo: A la medida del cuerpo, o: A la medida de la estatura, sino: *A la medida de la edad perfecta de Cristo.*

usque ad giganteas magnitudines pervenirent, ne illi qui maximi fuerunt, minus haberent aliquid in statura, quod eis contra sententiam Christi periret, qui dixit, nec capillum capitis esse periturum; Creatori utique qui creavit cuncta de nihilo, quomodo deesse posset, unde adderet quod addendum esse mirus artifex nosset?

CAPUT XV

AN AD DOMINICI CORPORIS MODUM OMNIUM MORTUORUM RESURRECTURA SINT CORPORA

Sed utique Christus in ea mensura corporis, in qua est mortuus, resurrexit, nec fas est dicere, cum resurrectionis omnium tempus venerit, accessuram corpori eius eam magnitudinem, quam non habuit, quando in ea discipulis, in qua illis erat notus, apparuit, ut longissimis fieri possit aequalis. Si autem dixerimus ad Dominici corporis modum etiam quorumque maiora corpora redigenda, peribit de multorum corporibus plurimum, cum ipse nec capillum periturum esse promiserit. Restat ergo, ut suam recipiat quisque mensuram, quam vel habuit in iuventute, etiamsi senex est mortuus; vel fuerat habiturus, si est ante defunctus. Atque illud quod commemoravit Apostolus de mensura aetatis plenitudinis Christi [32], aut propter aliud intelligamus dictum esse, id est, ut illi capiti in populis Christianis accedente omnium perfectione membrorum aetatis eius mensura compleatur; aut, si hoc de resurrectione corporum dictum est, sic accipiamus dictum, ut nec ultra, nec infra iuvenilem formam resurgant corpora mortuorum; sed in eius aetate et robore, usque ad quam Christum hic pervenisse cognovimus. Circa triginta quippe annos definierunt esse etiam saeculi huius doctissimi homines iuventutem: quae cum fuerit spatio proprio terminata, inde iam hominem in detrimenta vergere gravioris ac senilis aetatis. Et ideo non esse dictum, In mensuram corporis; vel, In mensuram staturae: sed, *in mensuram aetatis plenitudinis Christi.*

[32] Eph. 4,13.

CAPITULO XVI

¿CÓMO DEBE ENTENDERSE LA CONFORMACIÓN DE LOS SANTOS CON LA IMAGEN DEL HIJO DE DIOS?

Cuando habla de *los predestinados a hacerse conformes a la imagen del Hijo de Dios,* puede entenderse del hombre interior. Por eso en otro lugar nos dice: *No queráis conformaros con este siglo, antes bien reformaos por la renovación de vuestro espíritu.* En cuanto nos reformamos para no conformarnos con este siglo, en tanto nos conformamos con el Hijo de Dios.

Pueden entenderse también esas palabras en el sentido de que, como él se hace conforme con nosotros por la mortalidad, así nosotros nos hagamos conformes a El por la inmortalidad. Esto dice también relación con la resurrección de los muertos.

CAPUT XVI

QUALIS INTELLIGENDA SIT SANCTORUM CONFORMATIO AD IMAGINEM FILII DEI

Illud etiam quod ait, *praedestinatos conformes imaginis Filii Dei* [33], potest et secundum interiorem hominem intelligi. Unde nobis alio loco dicit, *Nolite conformari huic saeculo, sed reformamini in novitate mentis vestrae* [34]. Ubi ergo reformamur, ne conformemur huic saeculo, ibi conformamur Dei Filio. Potest et sic accipi, ut, quemadmodum ille nobis mortalitate, ita nos illi efficiamur immortalitate conformes: quod quidem et ad ipsam resurrectionem corporum pertinet. Si autem etiam in his verbis, qua forma resurrectura sint corpora sumus admoniti; sicut illa

[33] Rom. 8,29.
[34] Ibid., 12,2.

Mas, si en estas palabras se nos dice la forma en que han de resucitar los cuerpos, esta conformación como la medida de que he hablado debe entenderse en edad, no en talla. Cada cual resucitará como era o había de ser en su juventud. Y en cuanto a la forma, importará poco que sea la de un niño o la de un viejo, pues allí ni el espíritu ni el cuerpo estarán ya sujetos a flaqueza alguna. De aquí que, si alguien sostiene que cada uno resucitará en la misma talla corporal que tenía cuando murió, no se debe luchar contra él en una laboriosa discusión.

CAPITULO XVII

¿Resucitarán las mujeres en su sexo propio?

Algunos, basados en estos dos testimonios: *Hasta que arribemos todos al estado de un varón perfecto, a la medida de la edad perfecta de Cristo,* y: *Conformes a la imagen del Hijo de Dios,* han concluído que las mujeres no resucitarán en su sexo, sino en el del hombre [37]. Dios hizo sólo al varón del barro, y a la mujer la formó del varón. Tengo para mí que la verdad está de parte de quienes creen que resucitarán los dos sexos. Allí no habrá ya la libido, que es la causa de la confusión. En efecto, antes de pecar el varón y la mujer estaban desnudos y no se avergonzaban el uno del otro. Entonces los vicios quedarán suprimidos de los cuerpos, pero la naturaleza de éstos subsistirá. Ahora bien, el sexo femenino no es en la mujer vicio,

mensura, ita et ista conformatio, non quantitatis intelligenda est, sed aetatis. Resurgent itaque omnes tam magni corpore, quam vel erant, vel futuri erant in iuvenili aetate, quamvis nihil oberit, etiamsi erit infantilis vel senilis corporis forma, ubi nec mentis, nec ipsius corporis ulla remanebit infirmitas. Unde etiam si quis in eo corporis modo, in quo defunctus est, resurrecturum unumquemque contendit, non est cum illo laboriosa contradictione pugnandum.

CAPUT XVII

An in suo sexu resuscitanda atque mansura sint corpora feminarum

Nonnulli propter hoc quod dictum est, *Donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi* [35]; et, *conformes imaginis Filii Dei;* nec in sexu femineo resurrecturas feminas credunt, sed in virili omnes aiunt; quoniam Deus solum virum fecit ex limo, feminam ex viro. Sed mihi melius sapere videntur, qui utrumque sexum resurrecturum esse non dubitant. Non enim libido ibi erit, quae confusionis est causa. Nam priusquam peccassent, nudi erant, et non confundebantur vir et femina. Corporibus ergo illis vitia detrahentur, natura servabitur. Non est autem vitium sexus femineus: sed natura: quae tunc quidem et a concubitu et a partu immunis erit: erunt tamen membra

[35] Eph. 4,13.

sino naturaleza. Además, entonces no habrá ni comercio carnal ni parto. Los miembros de la mujer serán aptos no para el uso antiguo, sino para la nueva belleza, que no excitará la concupiscencia del que mire, sino que glorificará la sabiduría y la clemencia de Dios, que hizo lo que no existía y libró de la corrupción lo que hizo. Al principio del género humano convenía que la mujer fuera formada de una costilla del varón dormido, pues esto era un símbolo profético de Cristo y de la Iglesia. El sueño de Adán significaba la muerte de Cristo [38], cuyo costado fué atravesado por la lanza sobre la cruz después de haber expirado, y manó de él sangre y agua, que son figura de los sacramentos, con que se edifica la Iglesia. La Escritura usó esta palabra. No dice: Formó o fingió, sino: *La edificó en mujer.* Por eso el Apóstol llama a la Iglesia edificio del cuerpo de Cristo.

La mujer es, por consiguiente, criatura de Dios como el varón; pero fué hecha del varón para encarecer la unidad, y fué hecha de ese modo para figurar, como queda dicho, a Cristo y a la Iglesia. El que creó a los dos sexos, a los dos los restablecerá. Además, Jesús mismo, preguntado por los saduceos, que negaban la resurrección, a cuál de los siete hermanos pertenecía la mujer que los había tenido a todos por marido, pues cada uno había querido, según el mandato de la Ley, perpetuar la posteridad de su hermano, dice: *Andáis errados por no entender las Escrituras ni el poder de Dios.* Y en una ocasión tan propicia para decir que era una pregunta sin sentido, porque la mujer no sería ya mujer, sino varón, no dijo eso, sino que añadió: *En la resurrección ni se enmaridarán ni*

feminea, non accommodata usui veteri, sed decori novo, quo non alliciatur aspicientis concupiscentia, quae nulla erit, sed Dei laudetur sapientia atque clementia, qui et quod non erat fecit, et liberavit a corruptione quod fecit. Ut enim in exordio generis humani de latere viri dormientis costa detracta femina fieret, Christum et Ecclesiam tali facto iam tunc prophetari oportebat. Sopor quippe ille viri [36], mors erat Christi, cuius exanimis in cruce pendentis latus lancea perforatum est, atque inde sanguis et aqua profluxit [37]: quae sacramenta esse novimus, quibus aedificatur Ecclesia. Nam hoc etiam verbo Scriptura usa est, ubi non legitur, Formavit, aut Finxit; sed, *Aedificavit eam in mulierem* [38]: unde et Apostolus aedificationem dicit corporis Christi [39], quod est Ecclesia. Creatura est ergo Dei femina, sicut vir: sed ut de viro fieret, unitas commendata; ut autem illo modo fieret, Christus, ut dictum est, et Ecclesia figurata est. Qui ergo utrumque sexum instituit, utrumque restituet. Denique et ipse Iesus interrogatus a Sadducaeis, qui negabant resurrectionem, cuius septem fratrum erit uxor, quam singuli habuerunt, dum quisque eorum vellet defuncti semen, sicut Lex praeceperat, excitare: *Erratis,* inquit, *nescientes Scripturas, neque virtutem Dei* [40]. Et cum locus esset, ut diceret, De qua enim me interrogatis, vir erit etiam ipsa, non mulier; non hoc dixit: sed dixit,

[36] Gen. 2,21.
[37] Io. 19,34.
[38] Gen. 2,22.
[39] Eph. 4,12.
[40] Mt. 22,29.

se desposarán, sino que serán como los ángeles de Dios en el cielo. Serán iguales a los ángeles, es cierto; pero por la inmortalidad y la felicidad, no por la carne ni por la resurrección, ya que los ángeles no tuvieron necesidad de ellas, pues no pudieron morir. El Señor negó que hubiera nupcias en la resurrección, no que hubiera mujeres. Y lo negó en tal coyuntura, que hubiera resuelto la cuestión de un plumazo con negar la existencia del sexo femenino, si conocía que no lo había. Más aún, confirmó la existencia de los dos sexos, al decir: *No se enmaridarán,* lo cual atañe a las mujeres, *ni se desposarán,* que respecta a los varones. Por consiguiente, tanto las que suelen enmaridarse como los que se desposan estarán en la resurrección, pero allí no habrá tales contratos.

CAPITULO XVIII

Cristo, el varón perfecto, y la Iglesia, su cuerpo

Para comprender lo que dice el Apóstol, que todos arribaremos a la edad del hombre perfecto, debemos considerar el contexto todo y la circunstancia. Suena así: *El que descendió, ese mismo es el que ascendió sobre todos los cielos para dar cumplimiento a todas las cosas. Y así, ese mismo ha constituído a unos apóstoles; a otros, profetas; a otros, evangelistas; a otros, pastores y doctores. A fin de que trabajen en la perfección de los santos en las funciones de su ministerio, en la edificación del cuerpo de Cristo. Hasta que arribemos todos a la unidad de una misma fe y de un mismo conocimiento del Hijo de Dios, al estado de un varón perfecto, a la medida de la edad perfecta de Cristo. De manera que ya no seamos niños fluctuantes ni nos dejemos llevar aquí y allá de todos los vientos de opiniones por la malignidad de los hombres, que engañan con astucia para introducir el error. Antes bien, siguiendo la verdad con caridad, en todo vayamos creciendo en Cristo, que es nuestra cabeza y de quien todo el cuerpo, trabado y conexo entre sí, recibe, por todos los vasos y conductos de comunicación, según la medida correspondiente a cada miembro, el aumento propio del cuerpo para su perfección mediante la caridad.* He aquí cuál es el hombre perfecto: la cabeza y el cuerpo, compuesto de todos los miembros, que recibirán la perfección a su tiempo. Cada día se van juntando a este cuerpo nuevos elementos mientras se edifica la Iglesia, a la que se dice: *Vosotros sois el cuerpo de Cristo y sus miembros.* Y en otra parte: *Por su cuerpo, que es la Iglesia.* Y asimismo: *Aunque muchos somos un solo pan, un solo cuerpo.* Del edificio de este cuerpo se dijo aquí: *A fin de que trabajen en la perfección de los santos, en las funciones de su ministerio, en la edificación del cuerpo de Cristo.* Luego añade el pasaje que nos ocupa: *Hasta que arribemos todos a la unidad de fe y al conocimiento del Hijo de Dios, al estado del hombre perfecto, a la medida de la edad perfecta de Cristo,* etc. Y al fin muestra de qué cuerpo debe entenderse esa medida, con estas palabras: *En todo vayamos creciendo en Cristo, que es la cabeza y de quien todo el cuerpo, trabado y conexo entre sí, recibe, según la medida y la capacidad de cada miembro, el desarrollo que le*

In resurrectione enim neque nubent, neque uxores ducent, sed sunt sicut Angeli Dei in caelo [41]. Aequales utique Angelis immortalitate ac felicitate, non carne: sicut nec resurrectione, qua non indiguerunt Angeli: quoniam nec mori potuerunt. Nuptias ergo Dominus futuras negavit esse in resurrectione, non feminas: et ibi negavit, ubi talis quaestio vertebatur, ut eam negato sexu muliebri celeriore facilitate dissolveret, si eum ibi praenosceret non futurum: imo etiam futurum esse firmavit dicendo, *Non nubent,* quod ad feminas pertinet; *neque uxores ducent,* quod ad viros. Erunt ergo, quae vel nubere hic solent, vel ducere uxores: sed ibi hoc non facient.

CAPUT XVIII

De viro perfecto, id est Christo, et corpore eius, id est Ecclesia, quae est ipsius plenitudo

Proinde quod ait Apostolus, occursuros nos omnes in virum perfectum, totius ipsius circumstantiam lectionis considerare debemus, quae ita se habet: *Qui descendit,* inquit, *ipse est et qui ascendit super omnes caelos, ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, quosdam vero Evangelistas, quosdam autem pastores et doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionem Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi: ut ultra non simus parvuli, iactati et circumlati omni vento doctrinae, in illusione hominum, in astutia ad machinationem erroris: veritatem autem facientes in charitate augeamur in illo per omnia, qui est caput Christus; ex quo totum corpus connexum, et compactum per omnem tactum subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscuiusque partis, incrementum corporis facit in aedificationem sui, in charitate* [42]. Ecce qui est vir perfectus, caput et corpus, quod constat omnibus membris, quae suo tempore complebuntur. Quotidie tamen eidem corpori accedunt, dum aedificatur Ecclesia, cui dicitur, *Vos autem estis corpus Christi, et membra* [43]. Et alibi, *Pro corpore,* inquit, *eius, quod est Ecclesia* [44]. Itemque alibi, *Unus panis, unum corpus multi sumus* [45]. De cuius corporis aedificatione et hic dictum est, *Ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi,* ac deinde subiectum unde nunc agimus, *Donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionem Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi,* et caetera; donec eadem mensura in corpore intelligenda esset, ostenderet, dicens: *Augeamur in illo per omnia, qui est caput Christus; ex quo totum corpus connexum, et compactum per omnem tactum subministrationis, secundum*

41 Ibid., 30.
42 Eph. 4,10-16.
43 1 Cor. 12,27.
44 Col. 1,24.
45 1 Cor. 10,17.

conviene. Luego, como hay una medida de cada parte, hay también una medida de todo el cuerpo, compuesto de todas esas partes. Y ésa es la medida de la plenitud de que se dijo: *A la medida de la plenitud de la edad de Cristo*. Esta plenitud la nombró también en aquel lugar en que, hablando de Cristo, dice: *Y le ha constituído sobre todas las cosas cabeza de la Iglesia, que es su cuerpo y su plenitud, el que consuma todo en todas las cosas*. Pero, si este pasaje debiera referirse a la forma de resurrección, ¿qué nos impediría aplicar a la mujer lo que se dice del varón, en cuyo caso se habría puesto varón en lugar de hombre? Así, en un salmo se dice: *Dichoso el varón que teme al Señor*. Y en él están, indudablemente, incluídas las mujeres que le temen.

CAPITULO XIX

En la resurrección se embellecerán todas las fealdades

1. ¿Qué responderé ahora a las objeciones fundadas en los cabellos y en las uñas? Una vez sentado que no perecerá nada de nuestro cuerpo, con el fin de que no haya en él nada deforme, se comprenderá también fácilmente que lo que constituía una monstruosa deformidad no se añadirá en aquellas partes en que tal adición afee la belleza de los miembros. Se hace, por ejemplo, un vaso de arcilla y luego se le quiere fundir para hacerlo de nuevo, y no es necesario que, al fundirlo, la arcilla

operationem in mensuram uniuscuiusque partis. Sicut est ergo mensura uniuscuiusque partis; ita totius corporis, quod omnibus suis partibus constat, est utique mensura plenitudinis, de qua dictum est: *In mensuram aetatis plenitudinis Christi*. Quam plenitudinem etiam illo commemoravit loco, ubi ait de Christo: *Et ipsum dedit caput super omnia Ecclesiae, quae est corpus eius, plenitudo eius, qui omnia in omnibus impletur*[46]. Verum si hoc ad resurrectionis formam, in qua erit unusquisque, referendum esset; quid nos impediret nominato viro intelligere et feminam, ut virum pro homine positum acciperemus? Sicut in eo quod dictum est, *Beatus vir qui timet Dominum*[47]: utique ibi sunt et feminae, quae timent Dominum.

CAPUT XIX

Quod omnia corporis vitia, quae in hac vita humano contraria sunt decori, in resurrectione non sint futura, ubi manente naturali substantia, in unam pulchritudinem et qualitas concurret et quantitas

1. Quid iam respondeam de capillis atque unguibus? Semel quippe intellecto ita nihil periturum esse de corpore, ut deforme nihil sit in corpore, simul intelligitur ea quae deformem factura fuerant enormitatem, massae ipsi accessura esse, non locis in quibus membrorum forma turpetur. Velut si de limo vas fieret, quod rursus in eumdem limum redactum totum de toto iterum fieret, non esset necesse ut illa pars limi,

[46] Eph. 1,22 et 23.
[47] Ps. 111,1

que había estado en el asa vuelva al asa, o la que formaba el fondo torne de nuevo a formarlo, con tal de que toda torne a todo él, es decir, toda la arcilla a todo el vaso, sin perder ni una pequeña parte de ella. Si, pues, los cabellos y las uñas, tantas veces cortados, no pueden tornar a su lugar sin producir una fealdad, no tornarán. Y, sin embargo, no serán aniquilados, pues serán cambiados en la misma carne a que pertenecían, a fin de conservar la armonía de las partes y mantener allí cada parte en su lugar propio.

No se me oculta que estas palabras del Señor: *No perecerá ni un solo cabello de vuestra cabeza*, pueden entenderse con más propiedad del número de cabellos que de su largura. En este sentido dice en otra parte: *Todos los cabellos de vuestra cabeza están contados*. Esto no quiere decir que yo piense que algún cuerpo perderá algo de lo que naturalmente tenía. Quiero solamente hacer ver que lo deforme (que muestra la condición penal de los mortales) será restituído de tal modo a su substancia, que, conservada la integridad, desaparecerá la deformidad. Si un artista puede fundir una estatua mal hecha y darle nueva forma y si puede mezclar y combinar lo deforme y poco conforme con el arte, sin apartarlo del todo, evitando la fealdad y conservando la cantidad, ¿qué debe pensarse del Artífice todopoderoso? ¿No podrá suprimir y separar de los cuerpos humanos sus deformidades naturales o monstruosas, que son una tara de esta vida miserable, pero que no están a tono con la

quae in ansa fuerat, ad ansam rediret, aut quae fundum fecerat, ipsa rursus faceret fundum; dum tamen totum reverteretur in totum, id est, totus ille limus in totum vas nulla sui perdita parte remearet. Quapropter si capilli toties tonsi unguesve desecti ad loca sua deformiter redeunt, non redibunt: nec tamen cuique resurgenti peribunt, quia in eamdem carnem, ut quemcumque ibi locum corporis teneant, servata partium congruentia, materiae mutabilitate vertentur. Quamvis quod ait Dominus, *Capillus capitis vestri non peribit*[48], non de longitudine, sed de numero capillorum dictum multo aptius possit intelligi. Unde et alibi dicit, *Capilli capitis vestri numerati sunt omnes*[49]. Neque hoc ideo dixerim, quod aliquid existimem corpori cuiquam periturum, quod naturaliter inerat; sed quod deforme natum fuerat (non utique ob aliud, nisi ut hinc quoque ostenderetur, quam sit poenalis conditio ista mortalium), sic esse rediturum, ut servata integritate substantiae, deformitas pereat. Si enim statuam potest artifex homo, quam propter aliquam causam deformem fecerat, conflare, et pulcherrimam reddere, ita ut nihil inde substantiae, sed sola deformitas pereat, ac si quid in illa figura priore indecenter exstabat, nec parilitate partium congruebat, non de toto, unde fecerat, amputare atque separare, sed ita conspergere universo atque miscere, ut nec foeditatem faciat, nec minuat quantitatem; quid de omnipotente Artifice sentiendum est? Ergone non poterit quasque deformitates humanorum corporum, non modo usitatas, verum etiam raras atque monstrosas, quae huic miserae vitae congruunt, abhorrent autem ab illa futura felicitate sanctorum, sic auferre ac perdere, ut quascumque earum faciunt, etsi naturalia,

[48] Lc. 21,18.
[49] Lc. 12,7.

futura felicidad de los santos, como esos apéndices naturales, pero indecorosos, de nuestro cuerpo, sin disminuir en nada su substancia?

2. Por consiguiente, no debe temerse por los flacos o por los gordos que sean allí cuales, si pudiesen, no quisieran serlo ni aquí. La hermosura del cuerpo es la armonía de sus partes con cierta suavidad de color [39]. Donde no hay armonía de partes hay algo que ofende, o porque es malo, o porque es poco, o porque es demasiado. Esta deformidad que resulta de la desproporción de las partes del cuerpo desaparecerá cuando el Creador, por los medios que El conoce, suplirá la deficiencia o quitará lo superfluo y enderezará lo malo.

¿Cuánta será la suavidad del color, donde los justos resplandecerán como el sol en el reino de su Padre? Es de creer que Cristo escondiera a los ojos de sus discípulos la claridad de su cuerpo cuando se les apareció después de la resurrección. La débil mirada humana, que debía fijar su atención en Cristo resucitado, no la soportaría. Por esta misma razón dejó tocar las cicatrices de sus llagas, comió y bebió con ellos no por necesidad, sino por posibilidad. El estado en que no se ve un objeto presente viendo otros objetos igualmente presentes, como sucedió a los discípulos, que no veían la claridad de Cristo y veían otras cosas, se llama en griego ἀορασία, palabra que los latinos han traducido en el Génesis por *caecitas* (ceguera), a falta de otra equivalente. Esta ceguera la padecieron los sodomitas cuando buscaban las puertas del varón justo y no daban con ellas.

---

tamen indecora excrementa substantiae corporalis, nulla eius diminutione tollantur?

2. Ac per hoc non est macris pinguibusve metuendum, ne ibi etiam tales sint, quales, si possent, nec hic esse voluissent. Omnis enim corporis pulchritudo est partium congruentia cum quadam coloris suavitate. Ubi autem non est partium congruentia, aut ideo quid offendit, quia pravum est, aut ideo quia parum, aut ideo quia nimium. Proinde nulla erit deformitas, quam facit incongruentia partium, ubi et quae prava sunt corrigentur; et quod minus est quam decet, unde Creator novit, inde supplebitur; et quod plus est quam decet, materiae servata integritate, detrahetur. Coloris porro suavitas quanta erit, ubi iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris sui? [50] Quae claritas in Christi corpore, cum resurrexit, ab oculis discipulorum potius abscondita fuisse, quam defuisse credenda est. Non enim eam ferret humanus atque infirmus aspectus, quando ille a suis ita deberet attendi, ut posset agnosci. Quo pertinuit etiam, ut contrectantibus ostenderet suorum vulnerum cicatrices; ut etiam cibum potumque sumeret, non alimentorum indigentia, sed ea qua et hoc poterat potestate. Cum autem aliquid non videtur, quamvis adsit, a quibus alia, quae pariter adsunt, videntur, sicut illam claritatem dicimus adfuisse non visam, a quibus alia videbantur, ἀορασία graece dicitur: quod nostri interpretes latine dicere non valentes, in libro Geneseos caecitatem interpretati sunt. Hanc enim passi sunt Sodomitae, quando quaerebant ostium iusti viri, nec poterant invenire [51]. Quae si caecitas fuisset, qua fit ut nihil possit videri, non ostium quo ingrederentur, sed duces itineris a quibus inde abducerentur, inquirerent.

[50] Mt. 13,43.
[51] Gen. 19,11.

En efecto, si hubiera sido una verdadera ceguera, como es la que impide ver, no buscaran la puerta de entrada, sino guías o lazarillos para salir de allí [40].

3. No sé cómo, pero es cierto que nuestro afecto hacia los bienaventurados mártires nos hace desear ver en el cielo las cicatrices de las llagas recibidas en sus cuerpos por el nombre de Cristo. Y quizá las veamos. Eso no será deformidad en sus cuerpos, sino una marca de honor. Brillará cierta belleza en sus cuerpos, pero no de los cuerpos, sino de la gloria. No debe creerse tampoco que los miembros que fueren cortados a los mártires les faltarán en la resurrección de los muertos, pues a ellos se dijo: *No perecerá ni un solo cabello de vuestra cabeza.* Mas, si exige la belleza que en el nuevo siglo se vean las marcas gloriosas de los mártires grabadas en su carne inmortal, es de creer que los miembros que hayan sido heridos o mutilados conservarán las cicatrices, y los perdidos no dejarán de recibirlos. Si es verdad que los defectos de nuestro cuerpo no aparecerán en la otra vida, también lo es que las marcas de la virtud no deben ser consideradas como defectos.

CAPITULO XX

¿Cómo se efectuará la resurrección de los cuerpos?

1. Lejos, pues, de nosotros pensar que la omnipotencia del Creador no puede reunir, para resucitar los cuerpos y tornarlos a la vida, todas las partes que hayan sido devoradas por las bestias, o consumidas por el fuego, o deshechas en polvo y ce-

---

3. [XX.] Nescio quo autem modo sic afficimur amore martyrum beatorum, ut velimus in illo regno in eorum corporibus videre vulnerum cicatrices, quae pro Christi nomine pertulerunt: et fortasse videbimus. Non enim deformitas in eis, sed dignitas erit, et quaedam, quamvis in corpore, non corporis, sed virtutis pulchritudo fulgebit. Nec ideo tamen si aliqua martyribus amputata et ablata sunt membra, sine ipsis membris erunt in resurrectione mortuorum, quibus dictum est, *Capillus capitis vestri non peribit.* Sed si hoc decebit in illo novo saeculo, ut indicia gloriosorum vulnerum in illa immortali carne cernantur, ubi membra, ut praeciderentur, percussa vel secta sunt, ibi cicatrices, sed tamen eisdem membris redditis, non perditis, apparebunt. Quamvis itaque omnia quae acciderunt corpori vitia, tunc non erunt; non sunt tamen deputanda vel appellanda vitia virtutis indicia.

CAPUT XX

Quod in resurrectione mortuorum natura corporum quibuslibet modis dissipatorum in integrum undecumque revocanda sit

1. Absit autem ut ad resuscitanda corpora vitaeque reddenda non possit omnipotentia Creatoris omnia revocare, quae vel bestiae, vel ignis absumpsit, vel in pulverem cineremve collapsum, vel in humorem solu-

niza, o disueltas en agua, o disipadas en aire. Lejos de nosotros pensar que haya algo tan oculto y tan alejado de nuestros sentidos en el ser de la naturaleza, que pueda escapar al conocimiento y al poder del Creador. Cicerón, cuya autoridad es máxima para nuestros adversarios, queriendo definir a Dios a su modo, dice: *Es un espíritu independiente y libre, ajeno a toda compañía, que conoce y mueve todas las cosas y que está dotado de un movimiento eterno.* Y se inspira en los grandes filósofos. Para emplear su lenguaje, ¿puede pasar algo inadvertido al que lo conoce todo o escapar jamás al que lo mueve todo?

2. Esto me lleva como de la mano a solucionar la cuestión siguiente, que parece la más difícil de todas: Cuando la carne de un hombre muerto se ha convertido en carne de otro viviente, ¿a cuál de los dos pertenecerá en la resurrección? Supongamos que un desgraciado, presa del hambre y forzado por ella, come de la carne de un hombre muerto—extremo al que, según la historia, se ha llegado alguna vez y del que nuestros desdichados tiempos presentan más de un ejemplo [41]—, ¿puede sostenerse con algún fundamento que fué toda esa substancia eliminada por los conductos inferiores y que no fué asimilada parte, siendo así que la debilidad que existía y no existe está indicando asaz las pérdidas reparadas por aquellos alimentos?

Ya he propuesto más arriba algunos puntos para la solución de esta dificultad. Todas las carnes que el hombre ha consumido han sido evaporadas en el aire, y hemos reconocido que el Dios omnipotente puede reunir todo lo desvanecido. Esa carne será, pues, devuelta a aquel en que comenzó a ser carne humana, puesto que el otro la tenía como prestada, y, como mone-

tum, vel in auras est exhalatum. Absit ut sinus ullus secretumque naturae ita recipiat aliquid subtractum sensibus nostris, ut omnium Creatoris aut lateat cognitionem, aut effugiat potestatem. Deum certe volens, sicut poterat, definire. Cicero tantus auctor ipsorum, «Mens quaedam, inquit, est soluta et libera, secreta ab omni concretione mortali, omnia sentiens et movens, ipsaque praedita motu sempiterno» [52]. Hoc autem reperit in doctrinis magnorum philosophorum. Ut igitur secundum ipsos loquar, quomodo aliquid vel latet omnia sentientem, vel irrevocabiliter fugit omnia moventem?

2. Unde iam etiam quaestio illa solvenda est, quae difficilior videtur caeteris: ubi quaeritur, cum caro mortui hominis etiam alterius fit viventis caro, cui potius eorum in resurrectione reddatur. Si enim quispiam confectus fame atque compulsus vescatur cadaveribus hominum, quod malum aliquoties accidisse, et vetus testatur historia, et nostrorum temporum infelicia experimenta docuerunt; num quisquam veridica ratione contendet, totum digestum fuisse per imos meatus, nihil inde in eius carnem mutatum atque conversum, cum ipsa macies quae fuit et non est, satis indicet quae illis escis detrimenta suppleta sint? Iam itaque aliqua paulo ante praemisi, quae ad istum quoque nodum solvendum valere debebunt. Quidquid enim carnium exhausit fames, utique in auras est exhalatum: unde diximus omnipotentem Deum posse revocare quod fugit. Red-

[52] *Tuscul.* l.1 c.27.

da ajena, debe restituirla a su dueño. La suya, de que el hambre le había despojado, le será devuelta por Aquel que puede juntar a su antojo la desaparecida. Y, dado caso que fuera aniquilada y no quedaran ni rastros en los ocultos senos de la naturaleza, el Omnipotente la repararía de cualquier modo. Mas, habiendo declarado la Verdad que *no perecerá ni un solo cabello de vuestra cabeza*, es absurdo pensar que, no pudiendo perecer un cabello del hombre, hayan podido perecer tantas carnes devoradas o consumidas por el hambre.

3. Ponderadas y examinadas todas estas cuestiones según nuestra capacidad, llegamos a la conclusión de que los cuerpos en la resurrección tendrán la misma talla que tenían en su juventud o en la razón seminal de la misma, con la belleza y la proporción de todos sus miembros. Con el fin de conservar la proporción, es lógico que, si se hubiera substraído algo a algún monstruoso apéndice, se distribuya por todo el cuerpo para que no perezca ni eso y se mantenga en todo la armonía de las partes. Así, no es absurdo creer que de eso pueda añadirse algo a la talla del cuerpo al distribuir a todas las partes del cuerpo, por causa de la belleza, ese abultamiento que en una sola sería una deformidad. Y si alguno sostiene que cada uno resucitará en la misma estatura que tenía al morir, no se le debe resistir con ardimiento, con tal de que excluya toda deformidad, toda debilidad, toda pesadez, toda corrupción y todo aquello que sea contrario a la hermosura de ese reino en el que los hijos de la resurrección y de la promesa serán iguales a los ángeles de Dios, si no por cuerpo ni por edad, sí por la felicidad.

detur ergo caro illa homini, in quo esse caro humana primitus coepit. Ab illo quippe altero tanquam mutuo sumpta deputanda est: quae sicut aes alienum, ei redhibenda est, unde sumpta est. Sua vero illi, quem fames exinanierat, ab eo qui potest etiam exhalata revocare, reddetur. Quamvis etsi omnibus perisset modis, nec ulla eius materies in ullis naturae latebris remansisset, unde vellet, eam repararet Omnipotens. Sed propter sententiam Veritatis, qua dictum est, *Capillus capitis vestri non peribit;* absurdum est ut putemus, cum capillus hominis perire non possit, tantas carnes fame depastas atque consumptas perire potuisse.

3. Quibus omnibus pro nostro modulo consideratis atque tractatis, haec summa conficitur, ut in resurrectione carnis in aeternum eas mensuras habeat corporum magnitudo, quas habebat perficiendae sive perfectae cuiusque indita corpori ratio iuventutis, in membrorum quoque omnium modulis congruo decore servato. Quod decus ut servetur, si aliquid demptum fuerit indecenti alicui granditati in parte aliqua constitutae, quod per totum spargatur, ut neque id pereat, et congruentia partium ubique teneatur, non est absurdum, ut aliquid inde etiam staturae corporis addi posse credamus; cum omnibus partibus, ut decorem custodiant, id distribuitur, quod si enormiter in una esset, utique non deceret. Aut si contenditur in ea quemque statura corporis resurrecturum esse, in qua defunctus est, non pugnaciter resistendum est; tantum absit omnis deformitas, omnis infirmitas, omnis tarditas, omnisque corruptio, et si quid aliud illud non decet regnum, in quo resurrectionis et promissionis filii aequales erunt Angelis Dei, si non corpore, non aetate, certe felicitate.

CAPITULO XXI

Novedad del cuerpo espiritual resucitado

Todo cuanto perdieron los cuerpos vivos o los cadáveres después de la muerte les será restituído juntamente con lo que dejaron en el sepulcro. Y resucitará trocado de la vetustez del cuerpo animal en la novedad del cuerpo espiritual, revestido de incorrupción y de inmortalidad. Mas, aunque, o por algún accidente grave o por la crueldad de los enemigos, un cuerpo haya sido reducido todo a polvo y disipado en aire o en agua, no se hallara de él ni una partícula, no puede ser substraído a la omnipotencia del Creador y no perecerá ni un solo cabello de su cabeza. La carne espiritual estará sometida al espíritu; pero será carne no espíritu, al igual que el espíritu carnal estuvo sometido a la carne siendo espíritu, no carne. La experiencia de esto la tenemos en la deformidad de nuestra pena. No eran carnales según la carne, sino según el espíritu, aquellos a quienes se dirigía el Apóstol en estos términos: *No he podido hablaros como a hombres espirituales, sino como a carnales.* El hombre espiritual en esta vida es carnal todavía según el cuerpo y ve en sus miembros una ley que resiste a la ley de su espíritu. Será también espiritual según el cuerpo cuando la carne haya resucitado, cumpliéndose estas palabras del Apóstol: *Se siembra un cuerpo animal y resucitará un cuerpo espiritual.*

¿Cuáles y cuántas serán las perfecciones del cuerpo espiritual? Como aún no tenemos experiencia de ello, temo ser temerario en mis palabras. Sin embargo, puesto que la gloria de Dios exige que no se oculte el gozo de nuestra esperanza, y puesto que el Salmista, desde lo íntimo del corazón, ardiendo en llamas de amor, escribió: *Señor, yo he amado el decoro de tu casa,* rastrearé, con la ayuda de Dios y según mis posibilidades, las gracias que hace a los buenos y a los malos en esta misérrima vida y la grandeza de aquella de la que no podemos hablar dignamente porque no la hemos probado. Omito el tiempo en que Dios creó al hombre recto, paso por alto la vida feliz de los dos cónyuges en las delicias del paraíso, pues que fué tan breve, que ni sus hijos tuvieron la dicha de gustarla. Hablo solamente de esta condición miserable que conocemos y en la cual vivimos, que está expuesta a tentaciones sin cuento, o mejor, a una sola tentación continuada, por más progresos que hagamos. ¿Quién podrá explicar los signos de bondad que Dios muestra al género humano?

CAPUT XXI

De novitate corporis spiritualis, in quam sanctorum caro mutabitur

Restituetur ergo et quidquid de corporibus vivis, vel post mortem de cadaveribus periit, et simul cum eo quod in sepulcris remansit, in spiritualis corporis novitatem ex animalis corporis vetustate mutatum resurget, incorruptione atque immortalitate vestitum. Sed etsi vel casu aliquo gravi vel inimicorum immanitate totum penitus conteratur in pulverem, atque in auras vel in aquas dispersum quantum fieri potest, nusquam esse sinatur omnino, nullo modo subtrahi poterit omnipotentiae Creatoris, sed capillus in eo capitis non peribit. Erit ergo spiritui subdita caro spiritualis, sed tamen caro, non spiritus: sicut carni subditus fuit spiritus ipse carnalis, sed tamen spiritus, non caro. Cuius rei habemus experimentum in nostrae poenae deformitate. Non enim secundum carnem, sed utique secundum spiritum carnales erant, quibus ait Apostolus: *Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus* [53]. Et homo spiritualis sic in hac vita dicitur, ut tamen corpore adhuc carnalis sit, et videat aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis suae [54]: erit autem etiam corpore spiritualis, cum eadem caro sic resurrexerit, ut fiat quod scriptum est, *Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale* [55]. Quae sit autem, et quam magna spiritualis corporis gratia, quoniam nondum venit in experimentum, vereor ne temerarium sit omne quod de illa profertur eloquium. Verumtamen quia spei nostrae gaudium propter Dei laudem non est tacendum, et de intimis ardentis sancti amoris medullis dictum est, *Domine, dilexi decorem domus tuae* [56]: de donis eius quae in hac aerumnosissima vita bonis malisque largitur, ipso adiuvante, coniiciamus, ut possumus, quantum sit illud, quod nondum experti, utique digne eloqui non valemus. Omitto enim quando fecit hominem rectum; omitto vitam illam duorum coniugum in paradisi fecunditate felicem, quoniam tam brevis fuit, ut ad nascentium sensum nec ipsa pervenerit: in hac quam novimus, in qua adhuc sumus, cuius tentationes, imo quam totam tentationem, quamdiu in ea sumus, quantumlibet proficiamus, perpeti non desinimus, quae sint indicia circa genus humanum bonitatis Dei, quis poterit explicare?

[53] I Cor. 3,1.
[54] Rom. 7,23.

CAPITULO XXII

Miserias y males que siguieron a la primera prevaricación

1. Esta vida, si merece tal nombre, tan llena de males, es testigo de que toda la raza humana fué condenada en su primer origen. ¿Qué otra cosa indica esta profunda ignorancia en que

CAPUT XXII

De miseriis ac malis, quibus humanum genus merito primae praevaricationis obnoxium est, et a quibus nemo nisi per Christi gratiam liberatur

1. Nam quod ad primam originem pertinet, omnem mortalium progeniem fuisse damnatam, haec ipsa vita, si vita dicenda est, tot et tantis

[55] I Cor. 15,42.
[56] Ps. 25,8.

nacen implicados todos los hijos de Adán, principio de todos los errores y de la que el hombre no puede librarse sin el trabajo, el dolor y el temor? ¿Qué significan tantas afecciones vanas y nocivas, de donde nacen las mordaces preocupaciones, las inquietudes, las tristezas, los temores, los falsos goces, las discordias, los altercados, las guerras, las traiciones, los enojos, las enemistades, los engaños, las adulaciones, el fraude, el robo, la rapiña, la perfidia, la soberbia, la ambición, la envidia, los homicidios, los parricidios, la crueldad, la inhumanidad, la maldad, la lujuria, la petulancia, la desvergüenza, la deshonestidad, las fornicaciones, los adulterios, los incestos y tantos otros estupros y pecados contra la naturaleza de uno y otro sexo, que sólo el citarlos causa horror; los sacrilegios, las herejías, las blasfemias, los perjurios, las opresiones de inocentes, calumnias, circunvenciones, prevaricaciones, falsos testimonios, juicios injustos, violencias, latrocinios y otros males semejantes que no afloran ahora al pensamiento, pero que sitian y cercan la vida de los hombres? [42]. Verdad es que estos crímenes son obras de los malos, pero proceden todos de la raíz de la ignorancia y del amor perverso con que nace todo hijo de Adán. ¿Quién ignora, en efecto, con qué ignorancia de la verdad, manifiesta ya en los infantes, y con cuántas cupididades, que se van desarrollando en la niñez, viene el hombre a este mundo? Si se le permitiera vivir a su antojo y hacer cuanto le pluguiere, vendría a dar en todos o en muchos de los crímenes mencionados y en otros no recordados.

2. Mas, por un consejo de la divina Providencia, que no abandona del todo a los condenados y que, a despecho de su

malis plena testatur. Quid enim aliud indicat horrenda quaedam profunditas ignorantiae, ex qua omnis error existit, qui omnes filios Adam tenebroso quodam sinu suscipit, ut homo ab illo liberari sine labore, dolore, timore non possit? Quid amor ipse tot rerum vanarum atque noxiarum, et ex hoc mordaces curae, perturbationes, moerores, formidines, insana gaudia, discordiae, lites, bella, insidiae, iracundiae, inimicitiae, fallacia, adulatio, fraus, furtum, rapina, perfidia, superbia, ambitio, invidentia, homicidia, parricidia, crudelitas, saevitia, nequitia, luxuria, petulantia, impudentia, impudicitia, fornicationes, adulteria, incesta, et contra naturam utriusque sexus tot stupra atque immunditiae, quas turpe est etiam dicere, sacrilegia, haereses, blasphemiae, periuria, oppressiones innocentium, calumniae, circumventiones, praevaricationes, falsa testimonia, iniqua iudicia, violentiae, latrocinia, et quidquid talium malorum in mentem non venit, et tamen de vita ista hominum non recedit? Verum haec hominum sunt malorum, ab illa tamen erroris et perversi amoris radice venientia, cum qua omnis filius Adam nascitur. Nam quis ignorat cum quanta ignorantia veritatis, quae iam in infantibus manifesta est; et cum quanta abundantia vanae cupiditatis, quae in pueris incipit apparere, homo veniat in hanc vitam, ita ut si dimittatur vivere ut velit, et facere quidquid velit, in haec facinora et flagitia quae commemoravi, et quae commemorare non potui, vel cuncta vel multa perveniat?

2. Sed divina gubernatione non omni modo deserente damnatos, et

ira, no detiene el curso de su misericordia, la ley y la instrucción velan en los sentidos de los hombres contra estas tinieblas y se oponen a estos ímpetus. Es una acción inestimable, pero que no se efectúa sin trabajos y dolores. ¿Qué pretenden las mil amenazas que se hacen a los niños para retraerlos de sus vanidades? ¿Qué los pedagogos, qué los maestros, qué las férulas, qué las varas, qué las correas, qué la disciplina, de la que la santa Escritura dice que debe usarse con el hijo amado por temor a que crezca indómito y, una vez endurecido, apenas pueda o quizá ya no pueda ser corregido? ¿Qué persiguen todas estas penas sino destruir la ignorancia y refrenar la mala cupididad, taras con que venimos al mundo? ¿A qué se debe que cuanto recordamos con trabajo lo olvidamos sin él; cuanto aprendemos con trabajo, lo ignoramos sin él; que nos cueste tanto ser diligentes y tan poco ser perezosos? ¿No denota esto claramente a qué es proclive e inclinada la naturaleza, viciada por sus propios pasos, y de cuánta ayuda necesita para verse libre de todo esto? La desidia, la flojedad, la pereza y la negligencia son vicios que huyen el trabajo. El mismo trabajo, por útil que sea, es una pena.

3. Amén de las penas de la infancia, sin las que no puede aprenderse lo que quieren los padres, que es raro que deseen algo útil [43], ¿quién será capaz de expresar y quién susceptible de comprender la infinidad y la enormidad de las penas a que está sujeto el género humano, y que son patrimonio, no de la malicia y de la maldad de los buenos, sino de la triste condición humana? ¿Cuánta es la aprehensión y el dolor que

Deo non continente in ira sua miserationes suas [57], in ipsis sensibus generis humani prohibitio et eruditio contra istas, cum quibus nascimur, tenebras vigilant, et contra hos impetus opponuntur, plenae tamen etiam ipsae laborum et dolorum. Quid enim sibi volunt multimodae formidines, quae cohibendis parvulorum vanitatibus adhibentur? quid paedagogi, quid magistri, quid ferulae, quid lora, quid virgae, quid disciplina illa qua Scriptura sancta dicit dilecti filii latera esse tundenda, ne crescat indomitus, domarique iam durus aut vix possit, aut fortasse nec possit? [58] Quid agitur his poenis omnibus, nisi ut debelletur imperitia, et prava cupiditas infrenetur, cum quibus malis in hoc saeculum venimus? Quid est enim, quod cum labore meminimus, sine labore obliviscimur; cum labore discimus, sine labore nescimus; cum labore strenui, sine labore inertes sumus? Nonne hinc apparet in quid velut pondere suo proclivis et prona sit vitiosa natura, et quanta ope, ut hinc liberetur, indigeat? Desidia, segnities, pigritia, negligentia, vitia sunt utique quibus labor fugitur, cum labor ipse, etiam qui est utilis, poena sit.

3. Sed praeter pueriles poenas, sine quibus disci non potest quod maiores volunt, qui vix aliquid utiliter volunt, quot et quantis poenis genus agitetur humanum, quae non ad malitiam nequitiamque iniquorum, sed ad conditionem pertinent miseriamque communem, quis ullo sermone digerit, quis ulla cogitatione comprehendit? Quantus est metus, quanta

[57] Ps. 76,10.
[58] Eccli. 30,12.

nos causan las orfandades y los duelos, los daños y las condenas, los engaños y las mentiras de los hombres, las falsas sospechas, los crímenes con violencia y las bellaquerías ajenas? [44]. De éstas proceden el pillaje y el cautiverio, las prisiones y las cárceles, los destierros y los tormentos, la mutilación, el rapto y la brutalidad y otros mil actos horrendos por el estilo. ¿Qué diré ante la multitud de accidentes que se temen del exterior sin tomar parte en ellos? A éstos pertenecen el calor, el frío, las tormentas, las lluvias, las inundaciones, los rayos, los truenos, el granizo, los terremotos, los resquebrajamientos de la tierra, los derrumbamientos de casas, los tropiezos, el escaparse las caballerías, los venenos de las frutas, de las aguas, del aire y de los animales. Entre éstos se cuentan también las mordeduras mortales o molestas de las fieras, la rabia de un perro rabioso, ese animal tan apacible y tan amigo del hombre, que a veces se hace más temible y fiero que los leones y los dragones y hace al hombre que muerde más temible para sus padres, esposa e hijos que la fiera más feroz.

¿Qué males sufren los navegantes y cuáles los que viajan a pie? ¿Quién puede viajar sin exponerse a algún accidente imprevisto? Un hombre muy sano, un día, al volver de la plaza, cayó, se rompió una pierna, y esa herida le valió la muerte. ¿Hay postura más segura, al parecer, que estar sentado? El sacerdote Helí cayó de su asiento y se mató.

¿Qué accidentes no temen los labradores, mejor diría, todos los hombres, tanto de parte del cielo y de la tierra como de los animales nocivos? Cuando han recogido y entrojado su cosecha, entonces creen ya asegurado el año. Pero yo sé y conozco que en cierta ocasión una riada imprevista se llevó del granero la cosecha, buena por cierto, y los hombres huyeron para librarse. ¿Quién puede confiar estar a salvo por su inocencia de las mileformes incursiones de los demonios? A fin de que nadie confíe, atormentan, por permisión de Dios, de una manera tan cruel a los niños bautizados, las criaturas más inocentes del mundo. Dios, al permitirlo, nos enseña a deplorar la miseria de esta vida y a desear la felicidad de la otra. El cuerpo está sujeto a tantas enfermedades, que ni los libros de los médicos las contienen todas. La mayor parte de los remedios y medicinas son otros tantos tormentos para librar al hombre de una pena con la ayuda de otra. Y la sed, ¿no ha obligado a algunos hombres a beber su propia orina o la ajena? ¿No ha inducido el hambre a algunos no sólo a alimentarse de cadáveres humanos, sino a matar a sus semejantes con ese fin? Y, lo que es más, ¿no ha habido madres que con increíble crueldad, fruto de un hambre canina, han comido a sus propios hijos? En fin, ¿quién explicará la inquietud del sueño, llamado propiamente quietud, cuando va acompañado de visiones espantosas, que aterran al alma, y sus imaginaciones son tan vivas, aunque falsas, que no podemos distinguirlas de las verdaderas? En ciertas enfermedades, estas visiones fantásticas atormentan con más ardor a los que están en vela. No hablo de propósito de las ilusiones de que se sirven los demonios para engañar a los hombres perfectamente sanos con el fin de turbar los sentidos con ese prurito de per-

calamitas ab orbitatibus atque luctu, a damnis et damnationibus, a deceptionibus et mendaciis hominum, a suspicionibus falsis, ab omnibus violentis facinoribus et sceleribus alienis? quandoquidem ab eis et depraedatio, et captivitas, et vincula, et carceres, et exsilia, et cruciatus, et amputatio membrorum, et privatio sensuum, et oppressio corporis ad obscenam libidinem opprimentis explendam, et alia multa horrenda saepe contingunt. Quid ab innumeris casibus qui forinsecus corpori formidantur, aestibus et frigoribus, tempestatibus, imbribus, alluvionibus, coruscatione, tonitru, grandine, fulmine, motibus hiatibusque terrarum, oppressionibus ruinarum, ab offensione et pavore vel etiam malitia iumentorum, a tot venenis fruticum, aquarum, aurarum, bestiarum, a ferarum vel tantummodo molestis vel etiam mortiferis morsibus, a rabie quae contingit ex rabido cane, ut etiam blanda et amica suo domino bestia nonnunquam vehementius et amarius quam leones draconesque metuatur, faciatque hominem, quem forte attaminaverit, contagione pestifera ita rabiosum, ut a parentibus, coniuge, filiis, peius omni bestia formidetur? Quae mala patiuntur navigantes? quae, terrena itinera gradientes? Quis ambulat ubicumque non inopinatis subiacens casibus? De foro quidam rediens domum sanis pedibus suis, cecidit, pedem fregit, et ex illo vulnere finivit hanc vitam. Quid videtur sedente securius? De sella in qua sedebat cecidit Heli sacerdos, et mortuus est [59]. Agricolae, imo vero omnes homines quot et quantos a caelo et terra, vel a perniciosis animalibus casus metuunt agrorum fructibus? Solent tamen de frumentis tandem collectis et reconditis esse securi. Sed quibusdam, quod novimus, proventum optimum frumentorum fluvius improvisus, fugientibus hominibus, de horreis eiecit atque abstulit. Contra milleformes daemonum incursus, quis innocentia sua fidit? quandoquidem ne quis fideret, etiam parvulos baptizatos, quibus certe nihil est innocentius, aliquando sic vexant, ut in eis maxime Deo sinente, ista monstretur huius vitae flenda calamitas, et alterius desideranda felicitas. Iam vero de ipso corpore tot existunt morborum mala, ut nec libris medicorum cuncta comprehensa sint. In quorum pluribus ac pene omnibus etiam ipsa adiumenta et medicamenta tormenta sunt, ut homines a poenarum exitio poenali eruantur auxilio. Nonne ad hoc perduxit sitientes homines ardor immanis, ut urinam quoque humanam vel etiam suam biberent? nonne ad hoc fames, ut a carnibus hominum abstinere se non possent, nec inventos homines mortuos, sed propter hoc a se occisos, nec quoslibet alienos, verum etiam filios matres incredibili crudelitate, quam rabida esuries faciebat, absumerent? Ipse postremo somnus, qui proprie quietis nomen accepit, quis verbis explicet saepe somniorum visis quam sit inquietus; et quam magnis, licet falsarum rerum, terroribus, quas ita exhibet, et quodammodo exprimit, ut a veris eas discernere nequeamus, animam miseram sensusque perturbet? Qua falsitate visorum etiam vigilantes in quibusdam morbis et venenis miserabilius agitantur: quamvis multimoda varietate fallaciae homines etiam sanos maligni daemones nonnunquam decipiant talibus visis, ut,

[59] 1 Reg. 4,18.

suadir la falsedad, aunque no puedan reducirlos por ese medio a su partido.

4. Sólo la gracia del Salvador, Cristo nuestro Señor, libra del infierno de esta vida miserable. Su mismo nombre Jesús significa eso, Salvador. Debemos pedirle, sobre todo, que después de la vida actual nos libre de la otra más miserable y eterna, que no es vida, sino muerte. Aquí abajo, aunque hallemos grandes solaces a nuestros males en las cosas santas y en la intercesión de los santos, sin embargo, los que piden esas gracias no siempre las obtienen. La Providencia lo quiere así a fin de que un motivo temporal no lleve a seguir una religión que es preciso abrazar más por la otra vida, donde ya no habrá males. Por eso, la gracia ayuda a los mejores en medio de los males, para que los toleren tanto más fuertemente cuanto con más fe [45].

Los sabios de este mundo pretenden que la filosofía es útil para ese punto, esa filosofía que los dioses, según Tulio, dieron en su pureza a un reducido número de hombres. Y no han dado —añade—ni podrán dar a los hombres un bien mayor. Esto prueba que los mismos adversarios se ven forzados a confesar a su modo que la gracia divina es necesaria para adquirir no una filosofía cualquiera, sino la auténtica y verdadera. Por tanto, si la verdadera filosofía, que es el único recurso contra las miserias de esta vida, fué dada a unos pocos hombres, esto prueba bastante que las miserias son las penas a que están condenados los hombres. Y así como—según confesión de ellos—no hay don más precioso que éste, así es preciso creer que no puede proceder de otro Dios que de Aquel que los adoradores de muchos dioses reconocen como el mayor de todos.

---

etiamsi eos per haec ad sua traducere non potuerint, sensus tamen eorum solo appetitu qualitercumque persuadendae falsitatis illudant.

4. Ab huius tam miserae quasi quibusdam inferis vitae, non liberat nisi gratia Salvatoris Christi, Dei ac Domini nostri. Hoc enim nomen est ipse Iesus; interpretatur quippe Salvator: maxime ne post hanc miserior ac sempiterna suscipiat, non vita, sed mors. Nam in ista quamvis sint per sancta ac sanctos curationum magna solatia; tamen ideo non semper etiam ipsa beneficia tribuuntur petentibus, ne propter hoc religio quaeratur, quae propter aliam magis vitam, ubi mala non erunt omnino ulla, quaerenda est: et ad hoc meliores quosque in his malis adiuvat gratia, ut quanto fideliore, tanto fortiore corde tolerentur. Ad quam rem etiam philosophiam prodesse dicunt docti huius saeculi, quam dii quibusdam paucis, ait Tullius, veram dederunt. Nec hominibus, inquit, ab his aut datum est donum maius, aut potuit ullum dari: usque adeo et ipsi, contra quos agimus, quoquo modo compulsi sunt in habenda, non quacumque, sed vera philosophia divinam gratiam confiteri. Porro si paucis divinitus datum est verae philosophiae contra miserias huius vitae unicum auxilium, satis et hinc apparet humanum genus ad luendas miseriarum poenas esse damnatum. Sicut autem hoc, ut fatentur, nullum divinum maius est donum, sic a nullo deo dari credendum est, nisi ab illo, quo et ipsi qui multos deos colunt, nullum dicunt esse maiorem.

CAPITULO XXIII

Las miserias propias de los justos

Amén de estos males de la vida presente comunes a buenos y a malos, los justos tienen otros propios y peculiares, que son la guerra continua contra las pasiones y una vida entre riesgos y peligros. Las rebeliones de la carne contra el espíritu y del espíritu contra la carne son más o menos fuertes, pero no cesan nunca. Y, no pudiendo hacer nunca lo que queremos y dar al traste de una vez con la concupiscencia mala, sólo nos resta luchar contra ella, en cuanto esté de nuestra parte, ayudados de la gracia divina, y vivir en continua vigilancia. Esto hará que la falsa apariencia no nos engañe, que el discurso artificioso no nos seduzca, que las tinieblas del error no cieguen nuestro espíritu, que no tomemos lo bueno por malo o lo malo por bueno. Esto hará que el temor no nos aparte de hacer lo que debemos, que el deseo no nos lleve a hacer lo que no debemos, que el sol no se ponga sobre nuestra ira, que las enemistades no nos induzcan a devolver mal por mal, que una tristeza excesiva o desordenada no nos ahogue, que no seamos ingratos por los beneficios recibidos y que los rumores maléficos no turben nuestra buena conciencia. Esto impedirá que hagamos juicios temerarios, que seamos susceptibles a los que hagan de nosotros, que el pecado reine en nuestro cuerpo mortal secundando sus deseos, que hagamos de nuestros miembros instrumentos de

---

CAPUT XXIII

De his quae, praeter illa mala quae bonis malisque communia sunt, ad iustorum laborem specialiter pertinent

Praeter haec autem mala huius vitae bonis malisque communia, habent in ea iusti etiam proprios quosdam labores suos, quibus adversus vitia militant, et in talium praeliorum tentationibus periculisque versantur. Aliquando enim concitatius, aliquando remissius, non tamen desinit caro concupiscere adversus spiritum, et spiritus adversus carnem, ut non ea quae volumus faciamus [60], omnem malam concupiscentiam consumendo; sed eam nobis, quantum divinitus adiuti possumus, non ei consentiendo subdamus, vigiliis continuis excubantes, ne opinio veri similis fallat, ne decipiat sermo versutus, ne se tenebrae alicuius erroris offundant, ne quod bonum est malum, aut quod malum est bonum esse credatur, ne ab his quae agenda sunt metus revocet, ne in ea quae agenda non sunt cupido praecipitet, ne super iracundiam sol occidat [61], ne inimicitiae provocent ad retributionem mali pro malo, ne absorbeat inhonesta vel immoderata tristitia, ne impertiendorum beneficiorum ingerat mens ingrata torporem, ne maledicis rumoribus bona conscientia fatigetur, ne temeraria de alio

[60] Gal. 5,17.
[61] Eph. 4,26.

iniquidad para el pecado, que el ojo siga los deseos desordenados, que nos venza el ansia de venganza, que detengamos nuestra imaginación en cosas ilícitas. En fin, esto impedirá que oigamos de buen grado palabras injuriosas o deshonestas, que hagamos lo ilícito aunque nos agrade, que esperemos de nuestras propias fuerzas la victoria en esa guerra tan llena de peligros y de pesares, o que, una vez lograda, la atribuyamos a nuestro poder y no a la gracia de Aquel de quien dice el Apóstol: *Demos gracias a Dios, que nos ha dado la victoria por nuestro Señor Jesucristo.* Y en otro lugar: *En medio de todo esto triunfamos por la gracia de aquel que nos amó.* Pero no olvidemos que, por más fuerza y virtud que empleemos en oponernos a los vicios y aunque triunfemos y los sometamos, mientras estemos en este cuerpo, no pueden caérsenos de la boca estas palabras por alguna ofensa hecha a Dios: *Perdónanos nuestras deudas.*

Mas en aquel reino en que permaneceremos eternamente, vestidos de cuerpos inmortales, no libraremos más guerras ni tendremos más deudas, que nunca hubieran existido si nuestra naturaleza se hubiera mantenido en la rectitud en que fué creada. Así, este nuestro combate, en el que corremos riesgo y del que deseamos vernos libres por la victoria final, integra los males de esta vida, que hemos visto, por las miserias citadas, que está condenada por decreto divino.

---

suspicio nos nostra decipiat, ne aliena de nobis falsa nos frangat, ne regnet peccatum in nostro mortali corpore ad obediendum desideriis eius, ne membra nostra exhibeantur iniquitatis arma peccato [62], ne oculus sequatur concupiscentiam, ne vindicandi cupiditas vincat, ne in eo quod male delectat, vel visio vel cogitatio remoretur, ne improbum aut indecens verbum libenter audiatur, ne fiat quod non licet, etiamsi libet, ne in hoc bello laborum periculorumque plenissimo vel de viribus nostris speretur facienda victoria, vel viribus nostris facta tribuatur, sed eius gratiae, de quo ait Apostolus: *Gratias autem Deo, qui dat nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum* [63]. Qui et alio loco, *In his,* inquit, *omnibus supervincimus per eum qui dilexit nos* [64]. Sciamus tamen quantalibet virtute praeliandi vitiis repugnemus, vel etiam vitia superemus et subiugemus, quamdiu sumus in hoc corpore, nobis deesse non posse unde dicamus Deo, *Dimitte nobis debita nostra* [65]. In illo autem regno ubi semper cum corporibus immortalibus erimus, nec praelia nobis erunt ulla, nec debita; quae nusquam et nunquam essent, si natura nostra, sicut recta creata est, permaneret. Ac per hoc etiam noster iste conflictus, in quo periclitamur, et de quo nos victoria novissima cupimus liberari, ad vitae huius mala pertinet, quam tot tantorumque testimonio malorum probamus esse damnatam.

[62] Rom. 6,12.13.
[63] 1 Cor. 15,57.
[64] Rom. 8,37.
[65] Mt. 6,12.

CAPITULO XXIV

También la vida tiene sus encantos, bienes recibidos del Creador

1. Ahora debemos alabar la justicia del Creador en las mismas miserias que afligen al género humano, al considerar la inmensidad de bienes de que ha colmado la bondad de Dios la presente vida. En primer lugar no quiso impedir después del pecado los efectos de la bendición que hizo a los hombres con estas palabras: *Creced y multiplicaos y llenad la tierra.* La fecundidad subsistió en esa raza justamente condenada. Y, aunque el pecado nos impuso la necesidad de morir, no nos ha podido quitar esta virtud admirable de los gérmenes, ni esa virtud, más admirable aún, que produce los mismos gérmenes y que está profundamente enraizada y como engastada en el cuerpo humano. Y en este río o corriente que va engrosando las generaciones humanas, corren parejas el mal, que procede del padre, y el bien, que es don del Creador. En el mal original hay dos cosas: el pecado y la pena. Y otras dos en el bien: la propagación y la conformación. Ya he hablado bastante en lo tocante a mi intención de los males, o sea del pecado, que es fruto de nuestra audacia, y de la pena, que es efecto del juicio de Dios. Ahora me he propuesto hablar de los bienes que Dios ha comunicado o comunica a la naturaleza, viciada y condena-

---

CAPUT XXIV

De bonis quibus etiam hanc vitam damnationi obnoxiam Creator implevit

1. Iam nunc considerandum est, hanc ipsam miseriam generis humani, in qua laudatur iustitia punientis, qualibus et quam multis impleverit bonis eiusdem bonitas, cuncta quae creavit administrantis. Primum benedictionem illam quam protulerat ante peccatum, dicens, *Crescite, et multiplicamini, et replete terram* [66], nec post peccatum voluit inhibere, mansitque in stirpe damnata donata fecunditas; nec illam vim mirabilem seminum, imo etiam mirabiliorem qua efficiuntur et semina, inditam corporibus humanis et quodammodo intextam, peccati vitium potuit auferre, quo nobis impacta est etiam necessitas mortis: sed utrumque simul currit isto quasi fluvio atque torrente generis humani; malum quod a parente trahitur, et bonum quod a creante tribuitur. In originali malo duo sunt, peccatum atque supplicium: in originali bono alia duo, propagatio et conformatio. Sed quantum ad praesentem pertinet intentionem nostram, de malis, quorum unum de nostra venit audacia, id est peccatum, alterum de iudicio Dei, id est supplicium, iam satis diximus. Nunc de bonis Dei, quae ipsi quoque vitiatae damnataeque naturae contulit, sive usque nunc confert, dicere institui. Neque enim damnando aut

[66] Gen. 1,28.

da. Al condenarla, ni la privó de cuanto le había dado—de otra suerte ya no sería—ni la independizó de su poder al sujetarla al demonio para castigarla, pues no ha enajenado de su imperio ni al mismo demonio. La naturaleza del diablo no subsistiría sin Aquel que es en sumo grado y es el principio de todo ser.

2. De esos dos bienes que manan de su bondad como de una fuente abundante y caen sobre la naturaleza viciada por el pecado y condenada por pena, el primero, la propagación, lo dió al bendecir al hombre después de su creación. El día séptimo descansó de esas primeras obras. La conformación radica en esa acción suya que continúa hasta ahora. Si substrae su poder eficaz a los seres, no podrán ni desarrollarse, ni completar la duración de sus medidos movimientos, ni conservar el ser que recibieron. Dios creó al hombre y le dió cierta fecundidad para propagarse, y a esto le inducía el poder, no la necesidad. El quitó este poder a los hombres que quiso, haciéndolos estériles, sin que esto vaya en menoscabo del género humano en la bendición a los dos primeros padres. No obstante, aunque esta facultad se haya dejado al hombre, a pesar del pecado, no es tal cual hubiera sido de no haber pecado. Porque, después que *el hombre, elevado a honor, delinquió, se asemejó a las bestias* y engendra como ellas, conservándose siempre en él una centellica de razón que hace aparecer la imagen de Dios en él. Mas, si la conformación no se uniera a la propagación, tampoco ella procediera como es digno de la forma substancial de su género. Si los hombres no hubieran cohabitado y Dios hubiera querido

totum abstulit quod dederat, alioquin nec esset omnino; aut eam removit a sua potestate, etiam cum diabolo poenaliter subdidit, cum nec ipsum diabolum a suo alienaverit imperio; quandoquidem ut ipsius quoque diaboli natura subsistat, ille facit qui summe est, et facit esse quidquid aliquo modo est.

2. Duorum igitur illorum, quae diximus bona etiam in naturam peccato vitiatam supplicioque damnatam de bonitatis eius quodam veluti fonte manare, propagationem in primis mundi operibus benedictione largitus est, a quibus operibus die septimo requievit. Conformatio vero in illo eius est opere, quo usque nunc operatur [67]. Efficacem quippe potentiam suam si rebus subtrahat, nec progredi poterunt et suis dimensis motibus peragere tempora, nec prorsus in eo quod creatae sunt aliquatenus permanebunt. Sic ergo creavit hominem Deus, ut illi adderet fertilitatem quamdam, qua homines alios propagaret, congenerans eis ipsam etiam propagandi possibilitatem, non necessitatem, quibus tamen voluit hominibus abstulit eam Deus, et steriles fuerunt: non tamen generi humano abstulit semel datam primis duobus coniugibus benedictionem generandi. Haec ergo propagatio quamvis peccato ablata non fuerit, non tamen etiam ipsa talis est, qualis fuisset, si nemo peccasset. Ex quo enim homo in honore positus, posteaquam deliquit, comparatus est pecoribus [68], similiter generat: non in eo tamen penitus exstincta est quaedam velut scintil-

[67] Io. 6,17.
[68] Ps. 48,13.

poblar la tierra de hombres, podía crearlos a todos como creó el primero. Al presente el hombre y la mujer pueden cohabitar, pero no engendrar, sin la acción creadora de Dios. Como dice el Apóstol de la creación espiritual que constituye al hombre en la piedad y en la justicia: *Ni el que planta es algo ni el que riega, sino Dios, que da el incremento*, así puede decirse en la unión conyugal: Ni el que cohabita es algo ni el que siembra, sino Dios, que da el ser. O también: Ni la madre que lleva en su seno lo concebido es algo, sino Dios, que le da el crecimiento. El solo, por la acción que obra hasta ahora, hace que las semillas desplieguen sus números y salgan de sus pliegues latentes e invisibles para exponer a nuestros ojos las bellezas visibles que admiramos. El solo une de un modo maravilloso la naturaleza corpórea y la incorpórea, una para mandar y otra para obedecer, y hace el ser animal. Esta obra es tan admirable y tan estupenda, que no sólo el hombre, que es un animal racional, y, por consiguiente, más excelente y noble que todos los demás animales terrenos, sino hasta la más diminuta mosquilla no puede ser atentamente considerada sin sorprender la mente y mover a alabar al Creador.

3. El es quien dió al alma humana esa mente en la que la razón y la inteligencia están como dormidas en el infante, como si no existieran, para despertar y ejercitarse con la edad. Entonces se capacitará para adquirir la ciencia y la doctrina y se habilitará para la percepción de la verdad y para el amor del bien. Con esa capacidad logrará la sabiduría y adquirirá

la rationis, in qua factus est ad imaginem Dei. Huic autem propagationi si conformatio non adhiberetur, nec ipsa in sui generis formas modosque procederet. Si enim non concubuissent homines, et nihilo minus Deus vellet implere terras hominibus; quomodo creavit unum sine commixtione maris et feminae, sic posset omnes: concumbentes vero nisi illo creante generantes esse non possunt. Sicut ergo ait Apostolus de institutione spirituali, qua homo ad pietatem iustitiamque formatur, *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat Deus* [69] ita etiam hic dici potest, Nec qui concumbit, nec qui seminat, est aliquid: sed qui format Deus. Nec mater quae conceptum portat, et partum nutrit, est aliquid; sed qui incrementum dat Deus. Ipse namque operatione, qua nunc usque operatur, facit ut numeros suos explicent semina, et a quibusdam latentibus atque invisibilibus involucris in formas visibiles huius quod aspicimus decoris evolvant. Ipse incorpoream corporeamque naturam, illam praepositam, istam subiectam, miris modis copulans et connectens, animantem facit. Quod opus eius tam magnum et mirabile est, ut non solum in homine, quod est animal rationale, et ex hoc cunctis terrenis animantibus excellentius atque praestantius, sed in qualibet minutissima muscula bene consideranti stuporem mentis ingerat, laudemque pariat Creatoris.

3. Ipse itaque animae humanae mentem dedit, ubi ratio et intelligentia in infante sopita est quodammodo, quasi nulla sit, excitanda scilicet atque exserenda aetatis accessu, qua sit scientiae capax atque doctrinae, et habilis perceptioni veritatis et amoris boni: qua capacitate hauriat sa-

[69] I Cor. 3,7.

las virtudes, la prudencia, la fortaleza, la templanza y la justicia, para combatir los errores y los demás vicios naturales. Los vencerá únicamente con el deseo del Bien inmutable y sumo [46]. Y aunque esa capacidad no consiga sus efectos, ¿quién podrá expresar o solamente concebir la grandeza del bien encerrado en esta maravillosa obra del Omnipotente?

Fuera del arte del bien vivir y de arribar a la felicidad inmortal, arte sublime que se llama virtud, y que la gracia de Dios por Jesucristo da a los hijos de la promesa y del reino, el ingenio humano, ¿no ha inventado y probado una infinidad de artes, en parte necesarias y en parte deleitosas, que hacen ver que un entendimiento tan excelente y extendido en cosas superfluas, peligrosas y hasta nocivas, tiene un gran fondo de bien con su naturaleza, pues con él ha podido inventar, aprender y ejercitar todo eso?

¡Cuánto ha progresado en la agricultura y en la navegación! ¡Cuánta imaginación y perfección derrochada en vasos de todas las formas y en la variada policromía de estatuas y pinturas! ¡Qué maravillas ha compuesto y llevado a las tablas, extrañas para los espectadores e increíbles para los oyentes! ¡Cuáles y cuántos recursos y arterías para cazar, matar y domar a las bestias salvajes! ¡Cuántas clases de venenos, de armas, de máquinas, han inventado los hombres contra los hombres mismos! ¡Cuántos remedios o medicinas para conservar o recobrar la salud! ¡Cuántos condimentos y manjares exquisitos ha preparado para el placer de la boca y para excitar el apetito! ¡Qué diversidad de signos para expresar los pensamientos,

pientiam virtutibusque sit praedita, quibus prudenter, fortiter, temperanter. et iuste, adversus errores et caetera ingenerata vitia dimicet, eaque nullius rei desiderio nisi boni illius summi atque immutabilis vincat. Quod etsi non faciat, ipsa talium bonorum capacitas in natura rationali divinitus instituta quantum sit boni, quam mirabile opus Omnipotentis, quis competenter effatur, aut cogitat? Praeter enim artes bene vivendi et ad immortalem perveniendi felicitatem, quae virtutes vocantur, et sola Dei gratia, quae in Christo est, filiis promissionis regnique donantur, nonne humano ingenio tot tantaeque artes sunt inventae et exercitae, partim necessariae, partim voluptariae, ut tam excellens vis mentis atque rationis in his etiam rebus quas superfluas, imo et periculosas perniciosasque appetit, quantum bonum habeat in natura, unde ista potuit vel invenire, vel discere, vel exercere, testetur? Vestimentorum et aedificiorum ad opera quam mirabilia, quam stupenda, industria humana pervenerit: quo in agricultura, quo in navigatione profecerit; quae in fabricatione quorumque vasorum, vel etiam statuarum et picturarum varietate excogitaverit et impleverit; quae in theatris mirabilia spectantibus, audientibus incredibilia facienda et exhibenda molita sit; in capiendis, occidendis, domandis irrationalibus animantibus quae et quanta reppererit: adversus ipsos homines tot genera venenorum, tot armorum, tot machinamentorum, et pro salute mortali tuenda atque reparanda quot medicamenta atque adiumenta comprehenderit: pro voluptate faucium quot condimenta et gulae irritamenta reppererit: ad indicandas et suadendas cogitationes, quam multitu-

entre los cuales destacan la palabra y la escritura! ¡Qué riqueza de adornos en la elocuencia y en la poesía para deleitar el espíritu! Y para agradar al oído, ¡cuántos instrumentos de música y qué diversidad de cantos ha compuesto! ¡Qué admirable conocimiento de las medidas y de los números! Y ¡qué sagacidad en el descubrimiento de las armonías y de los giros de los astros! En fin, ¿quién podría decir todos los conocimientos de que se ha enriquecido el espíritu, tocantes a las cosas naturales, sobre todo si quisiéramos insistir en cada uno en particular, no referirlas todas en general? Y ¿quién se bastará a ponderar la grandeza de ingenio que han mostrado filósofos y herejes al defender sus errores y falsedades? Al presente hablamos de la naturaleza de la mente humana, como dote de la vida mortal, no de la fe y del camino de la verdad, con las cuales se adquiere la vida inmortal. Es cierto que una naturaleza tan excelente, teniendo a Dios por autor y administrador, sumamente justo y poderoso, nunca jamás hubiera caído en estas miserias, si por estas miserias no incurriera en las eternas, exceptuados los justos que son librados, si no hubiera precedido en el primer hombre, del que procedemos los demás, un pecado enorme en demasía.

4. Si consideramos nuestro cuerpo—aunque muere como el de las bestias y es más débil que el de muchas de ellas—, ¡cuánta bondad y cuánta providencia de Dios brilla en cada una de sus partes! Los órganos de los sentidos y los demás miembros, ¿no están tan bien dispuestos, y su belleza, su forma y su modo tan bien ordenados, que indican a las claras que fueron hechos para el servicio de un alma racional? El hombre

dinem varietatemque signorum, ubi praecipuum locum verba et litterae tenent; ad delectandos animos, quos elocutionis ornatus, quam diversorum carminum copiam; ad mulcendas aures, quot organa musica, quos cantilenae modos excogitaverit: quantam peritiam dimensionum atque numerorum, meatusque et ordines siderum quanta sagacitate comprehenderit: quam multa rerum mundanarum cognitione se impleverit, quis possit eloqui, maxime si velimus non acervatim cuncta congerere, sed in singulis immorari? In ipsis postremo erroribus et falsitatibus defendendis, quam magna claruerint ingenia philosophorum atque haereticorum, quis aestimare sufficiat? Loquimur enim nunc de natura mentis humanae, qua ista vita mortalis ornatur, non de fide atque itinere veritatis, qua illa immortalis acquiritur. Huius tantae naturae conditor cum sit utique Deus verus et summus, ipso cuncta quae fecit administrante et summam potestatem summamque habente iustitiam, nunquam profecto in has miserias decidisset, atque ex his, praeter eos solos qui liberabuntur, in aeternas esset itura, nisi nimis grande peccatum in homine primo, de quo caeteri exorti sunt, praecessisset.

4. Iam vero in ipso corpore, quamvis nobis sit cum belluis mortalitate commune, multisque earum reperiatur infirmius, quanta Dei bonitas, quanta providentia tanti Creatoris apparet? Nonne ita sunt in eo loca sensuum et caetera membra disposita, speciesque ipsa ac figura et statura totius corporis ita modificata, ut ad ministerium animae rationalis se in-

no ha sido inclinado hacia la tierra como los animales irracionales, sino que la forma de su cuerpo, firme y erguida, le advierte que guste las cosas de arriba. Además, esa maravillosa agilidad dada a la lengua y a las manos para hablar, y para escribir, y para ejecutar tantas obras de arte, ¿no muestran acaso lo bastante a qué alma debe servir tal cuerpo? Aunque el hombre no tuviera necesidad de obrar, la armonía de sus partes es tan perfecta y sus proporciones tan hermosas, que es difícil definir si, al crearlo, Dios tuvo más en cuenta la utilidad que la belleza. Verdad es que en el cuerpo no hallamos nada útil que no sea a la vez bello. Esto nos resultaría más claro si conociéramos los números y las medidas que unen entre sí todas las partes. Quizá a base de esfuerzos la industria humana pudiera descubrir algo por lo que ve de fuera. Empero, los miembros ocultos y alejados de nuestra mirada, como la unión de las venas, de los nervios y de los músculos y fibras, nadie puede conocerlos. En efecto, aunque la cruel diligencia de los médicos llamados anatomistas despedacen los cadáveres o los cuerpos de quienes se les mueren entre las manos, y corten, y examinen, y busquen y rebusquen en las carnes humanas, asaz inhumanamente por cierto, todos los entresijos para saber qué, cómo y en qué lugares debe hacerse la cura, con todo, los números de que hablo, que componen interior y exteriormente esa coaptación que se llama en griego ἁρμονία, tanto del cuerpo en general como de sus órganos en particular, ¿qué diré?, nadie ha podido hallarlos, porque nadie ha osado buscarlos. Si pudieran ser conocidos en las mismas entrañas, al parecer sin

dicet factum? Non enim ut animalia rationis expertia prona esse videmus in terram, ita creatus est homo: sed erecta in caelum corporis forma admonet eum quae sursum sunt sapere. Porro mira mobilitas, quae linguae ac manibus attributa est, ad loquendum et scribendum apta atque conveniens, et ad opera artium plurimarum officiorumque complenda, nonne satis ostendit, quali animae ut serviret tale sit corpus adiunctum? Quanquam et detractis necessitatibus operandi, ita omnium partium congruentia numerosa sit, et pulchra sibi parilitate respondeat, ut nescias utrum in eo condendo maior sit utilitatis habita ratio, quam decoris. Certe enim nihil creatum videmus in corpore utilitatis causa, quod non habeat etiam decoris locum. Plus autem nobis id appareret, si numeros mensurarum, quibus inter se cuncta connexa sunt et coaptata, nossemus: quos forsitan data opera in his quae foris eminent, humana posset vestigare solertia; quae vero tecta sunt, atque a nostris remota conspectibus, sicuti est tanta perplexitas venarum atque nervorum et viscerum, secreta vitalium, invenire nullus potest. Quia etsi medicorum diligentia nonnulla crudelis, quos anatomicos appellant, laniavit corpora mortuorum, sive etiam inter manus secantis perscrutantisque morientium, atque in carnibus humanis satis inhumane abdita cuncta rimata est, ut quid, et quomodo, quibus locis curandum esset addisceret; numeros tamen de quibus loquor, quibus coaptatio, quae ἁρμονία graece dicitur, tanquam cuiusdam organi, extrinsecus atque intrinsecus totius corporis constat, quid dicam, nemo valuit invenire, quos nemo ausus est quaerere? Qui si noti esse potuissent, in interioribus quoque visceribus, quae nullum ostendant decus, ita delecta-

belleza, se descubriría algo tan bello, que la razón que usa de los ojos lo preferiría a esa belleza aparente que agrada a la vista.

Hay algunas partes en el cuerpo que solamente son para ornato y no tienen utilidad, como son las mamilas en el hombre y la barba. Y que no son para defensa, sino para ornato en el hombre, lo indican esos rostros lampiños de las mujeres, a los que en realidad, por ser más débiles, les sería más necesaria la defensa. Si, pues, no hay miembro alguno de los que vemos (y nadie duda de ello) que, siendo útil, no sea a la vez decoroso, y hay algunos sólo decorosos, no útiles, estimo que es fácil comprender que en la creación del cuerpo se antepuso la dignidad a la necesidad [47]. La necesidad pasará y vendrá el tiempo en que gocemos sólo de la belleza mutua sin ninguna concupiscencia. Este es el objeto más digno de las alabanzas del Creador, al que se dice en un salmo: *Te has revestido de gloria y de decoro.*

5. Y ¿en qué discurso podrá encarnarse esa hermosura y utilidad otorgada por la liberalidad de Dios, que sin duda no falta en el hombre, aunque arrojado entre miserias y trabajos y condenado a ellos? Yo hablaría de la variada hermosura del cielo y de la tierra y del mar; de la abundancia y majestuosidad de la luz, del sol, de la luna y de las estrellas; de las frondosidades de los bosques, de los colores y de los olores de las flores, de la diversidad y muchedumbre de aves parleras y pintadas, de esos mil géneros de animales, tanto más maravillosos cuanto más pequeños (pues admiramos más el cuerpo de las

ret pulchritudo rationis, ut omni formae apparenti quae oculis placet, ipsius mentis, quae oculis utitur, praeferretur arbitrio. Sunt vero quaedam ita posita in corpore, ut tantummodo decorem habeant, non et usum: sicut habet pectus virile mamillas, sicut facies barbam, quam non esse munimento, *sed virili ornamento, indicant purae facies feminarum,* quas utique infirmiores muniri tutius conveniret. Si ergo nullum membrum est, in his quidem conspicuis (unde ambigit nemo), quod ita sit alicui operi accommodatum, ut non etiam sit decorum; sunt autem nonnulla, quorum solum decus, et nullus est usus: puto facile intelligi in conditione corporis dignitatem necessitati fuisse praelatam. Transitura est quippe necessitas, tempusque venturum quando sola invicem pulchritudine sine ulla libidine perfruamur: quod maxime ad laudem referendum est Conditoris, cui dicitur in Psalmo, *Confessionem et decorem induisti* [70].

5. Iam caetera pulchritudo et utilitas creaturae, quae homini, licet in istos labores miseriasque proiecto atque damnato, spectanda atque sumenda divina largitate concessa est, quo sermone terminari potest? in caeli et terrae et maris multimoda et varia pulchritudine, in ipsius lucis tanta copia tamque mirabili specie, in sole ac luna et sideribus, in opacitatibus nemorum, in coloribus et odoribus florum, in diversitate ac multitudine volucrum garrularum atque pictarum, in multiformi specie tot tantorumque animantium, quorum illa plus habent admirationis, quae molis minimum (plus enim formicularum et apicularum opera stupemus, quam

[70] Ps. 103,1

hormigas y de las abejas que el inmenso cuerpo de las ballenas); del enorme espectáculo del mar cuando se viste su traje de mil colores, a veces verde con varios matices, a veces púrpura, a veces azul. ¡Con qué placer se le contempla también cuando se enfurece, y luego nace la calma, porque recrea al espectador con tal que no abata y combata al navegante! [48]. ¿Qué diré de la diversidad de manjares contra el hambre y de los diferentes condimentos que nos ofrece la liberalidad de la naturaleza contra el fastidio sin recurrir al arte culinario? ¡Cuántos remedios para conservar y recobrar la salud! ¡Cuán agradable la alternación del día y de la noche! ¡Cuán suave el oreo de las auras! ¡Cuánto material nos ofrecen los árboles y los animales para la confección de vestidos! ¿Quién puede describirlo todo? Si quiera ampliar cada una de estas cosas que he reducido y encuadrarla en estas líneas, ¿cuánto tiempo me llevaría cada una?

Todo esto son solaces de los miserables y condenados, no premios de los bienaventurados. ¿Cuáles serán, pues, los premios, si son tales y tales los solaces? ¿Qué dará Dios a los que predestinó a la vida, si dió esto a los que predestinó a la muerte? ¿De qué bienes colmará en la vida dichosa a aquellos por quienes quiso que su Hijo unigénito padeciera hasta la muerte tantos males en esta vida miserable? De aquí que el Apóstol, hablando de los predestinados al reino de los cielos, diga: *El que no perdonó a su propio Hijo, sino que lo entregó por todos nosotros, ¿cómo no nos dará con él cualquier otra cosa?* ¿Qué seremos cuando se cumpla esta promesa? ¿Cómo seremos? ¿Qué bienes recibiremos en aquel reino, habiendo recibido ya por prenda la muerte de Cristo? ¿Cómo estará el espíritu del hombre sin vicios a los que esté sometido y a los que se rinda, ni pasiones que combatir ni siquiera loablemente, en un estado de paz perfecta? ¡Cuánta, cuán hermosa y cuán cierta será la ciencia de todas las cosas sin error y sin trabajo allí donde la sabiduría sea bebida en su fuente con suma felicidad y sin dificultad! ¿Cómo será el cuerpo cuando, plenamente sometido al espíritu y suficientemente vivificado por él, no tenga necesidad de alimentos? No será ya animal, sino espiritual, conservando, es cierto, la substancia de la carne, pero exento de toda corrupción carnal [49].

immensa corpora balaenarum); in ipsius quoque maris tam grandi spectaculo, cum sese diversis coloribus induit velut vestibus, et aliquando viride, atque hoc multis modis, aliquando purpureum, aliquando caeruleum est. Quam porro delectabiliter spectatur etiam quandocumque turbatur, et fit inde maior suavitas, quia sic demulcet intuentem, ut non iactet et quatiat navigantem? Quid ciborum usquequaque copia contra famem? quid saporum diversitas contra fastidium, naturae diffusa divitiis, non coquorum arte ac labore quaesita? Quanta in tam multis rebus tuendae ac recuperandae salutis auxilia? Quam grata vicissitudo diei alternantis et noctis? Aurarum quam blanda temperies? In fructicibus et pecoribus indumentorum conficiendorum quanta materies? Omnia commemorare quis possit? Haec autem sola, quae a me velut in quemdam aggerem sunt coarctata, si vellem velut colligata involucra solvere atque discutere, quanta mihi mora esset in singulis, quibus plurima continentur? Et haec omnia miserorum sunt damnatorumque solatia, non praemia beatorum. Quae igitur illa sunt, si tot ac talia et tanta sunt ista? Quid dabit eis quos praedestinavit ad vitam, qui haec dedit etiam eis quos praedestinavit ad mortem? quae bona in illa beata vita faciet eos sumere, pro quibus in hac misera unigenitum Filium suum voluit usque ad mortem mala tanta perferre? Unde apostolus de ipsis in illud regnum praedestinatis loquens, *Qui proprio*, inquit, *Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non et cum illo omnia nobis donabit*[71]. Cum haec promissio complebitur, quid erimus? quales erimus? Quae bona in illo regno accepturi sumus, quandoquidem Christo moriente pro nobis tale iam pignus accepimus? Qualis erit spiritus hominis, nullum omnino habens vitium, nec sub quo iaceat, nec cui cedat, nec contra quod saltem laudabiliter dimicet, pacatissima virtute perfectus? Rerum ibi omnium quanta, quam speciosa, quam certa scientia, sine errore aliquo vel labore, ubi Dei sapientia de ipso suo fonte potabitur, cum summa felicitate, sine ulla difficultate? Quale erit corpus, quod omni modo spiritui subditum, et eo sufficienter vivificatum, nullis alimoniis indigebit? Non enim animale, sed spirituale erit, habens quidem carnis, sed sine ulla carnali corruptione substantiam.

[71] Rom. 8,32.

CAPITULO XXV

Pertinacia y obstinación de algunos en impugnar la resurrección de la carne contra el sentir unánime del mundo

Los más famosos filósofos están acordes con nosotros sobre los bienes que el alma dichosa gozará después de esta vida. Combaten, sin embargo, la resurrección de la carne y la niegan con todas sus fuerzas. El gran número de los que la creen hace reducir enormemente el número de los que la niegan. Doctos e indoctos, sabios e ignorantes, se convirtieron fielmente a Cristo, que ha mostrado su resurrección—verdad que a los incrédulos parece absurda—. El mundo creyó la predicción de Dios, y

CAPUT XXV

De pervicacia quorumdam, qui resurrectionem carnis, quam, sicut praedictum est, totus mundus credit, impugnant

Verum de animi bonis, quibus post hanc vitam beatissimus perfruetur, non a nobis dissentiunt philosophi nobiles: de carnis resurrectione contendunt; hanc quantum possunt negant. Sed credentes multi, negantes paucissimos reliquerunt, et ad Christum, qui hoc quod istis videtur absurdum, in sua resurrectione monstravit, fideli corde conversi sunt, docti et indocti, sapientes mundi et insipientes. Hoc enim credidit mundus, quod

la fe del mundo en esta verdad también estaba predicha. Estas predicciones no pueden atribuirse a los maleficios de Pedro, pues le han precedido muchos años [50]. Este es el Dios a quien—como he dicho ya varias veces y no me canso de repetir—, según propia confesión de Porfirio, que quería probarlo con los oráculos de sus dioses, temen las mismas divinidades. El llegó a dar a Dios el nombre de Padre y de Rey. Guardémonos de entender lo que él predijo como quieren entenderlo los que no comparten con el mundo esta fe. ¿Por qué no lo entenderán, desde luego, como lo entiende el mundo, cuya fe fué predicha tanto tiempo antes, no como la entienden estos pocos charlatanes que no han querido creer en el mundo? En efecto, si dicen que debe entenderse de otra manera, para no hacer injuria a ese Dios del que dan testimonio tan esclarecido, diciendo que su predicción es vana, la injuria que le irrogan es mayor al decir que debe entenderse de otra manera a como lo entendió el mundo, cuya fe la alabó El, la prometió y la cumplió.

¿Es que no puede hacer que resucite la carne y viva eternamente? *¿O es que ésa es una obra mala e indigna de Dios?* De su omnipotencia, que obra tantos y tan admirables milagros, ya hemos hablado largamente. ¿Queréis saber algo que no puede el Omnipotente? Helo aquí. Yo os lo diré: No puede mentir. Creamos, pues, lo que puede, no creyendo lo que no puede. No creyendo que puede mentir, creed, pues, que hará lo que prometió que había de hacer. Y creedlo como lo creyó el mundo, cuya fe la predijo, la alabó, la prometió y ha mostrado que ya creyó.

---

praedixit Deus; qui etiam hoc praedixit, quod hanc rem mundus fuerat crediturus. Neque enim Petri maleficiis eam cum laude credentium tanto ante praenuntiare compulsus est. Ille est enim Deus, quem (sicut iam dixi aliquoties, nec commemorare me piget), confitente Porphyrio, atque id oraculis deorum suorum probare cupiente, ipsa numina perhorrescunt: quem sic laudavit, ut eum et Deum patrem et regem vocaret. Absit enim, ut sic intelligenda sint quae praedixit, quomodo volunt hi qui hoc cum mundo non crediderunt, quod mundum crediturum esse praedixit. Cur enim non potius ita, sicut crediturus tanto ante praedictus est mundus, non sicut paucissimi garriunt, qui hoc cum mundo, quod crediturus praedictus est, *credere noluerunt? Si enim propterea dicunt alio modo esse* credenda, ne, si dixerint vana esse conscripta, iniuriam faciant illi Deo, cui tam magnum perhibent testimonium; tantam prorsus ei vel etiam graviorem faciunt iniuriam, si aliter dicunt esse intelligenda, non sicut mundus ea credidit, quem crediturum ipse laudavit, ipse promisit, ipse complevit. Utrum enim non potest facere ut resurgat caro, et vivat in aeternum; an propterea credendum non est id eum esse facturum, quia malum est atque indignum Deo? Sed de omnipotentia eius, qua tot et tanta facit incredibilia, iam multa diximus. Si volunt invenire quod omnipotens non potest, habent prorsus: ego dicam, Mentiri non potest. Credamus ergo quod potest, non credendo quod non potest. Non itaque credentes quod mentiri possit, credant esse facturum quod se facturum esse promisit: et sic credant, sicut credidit mundus, quem crediturum esse praedixit, quem crediturum esse laudavit, quem crediturum esse promisit,

¿Cómo demuestran que esto es malo? Allí no habrá corrupción alguna, único mal del cuerpo.

Además, ya hemos hablado del orden de los elementos y discutido las demás objeciones sobre este punto. En el libro XIII ya hemos hecho ver suficientemente cómo los movimientos del cuerpo incorruptible serán flexibles y fáciles, a juzgar por lo que vemos ahora, cuando el cuerpo está sano, si bien su salud actual no es comparable a la inmortalidad. Los que no hayan leído esta obra o los que quieran recordar lo dicho, tómense la molestia de tornar a leerla.

CAPITULO XXVI

Contradicción entre Porfirio y Platón respecto de las almas dichosas

Porfirio dice—replican éstos—que el alma, para ser dichosa, debe huir de todo cuerpo. Es, pues, vano pretender que el cuerpo será incorruptible si el alma no será dichosa sino a condición de huir todo cuerpo.

A esta objeción ya he respondido lo bastante en el libro antes citado. Añadiré aquí solamente una cosa: que corrija Platón, maestro de todos estos filósofos, sus libros, y diga que los dioses dejen sus cuerpos para ser dichosos, es decir, mueran, ya que él dijo que están encerrados en cuerpos celestes.

---

quem credidisse iam ostendit. Hoc autem malum esse, unde demonstrant? *Non erit illic ulla corruptio, quod est corporis malum. De ordine elementorum* iam disputavimus, de aliis hominum coniecturis satis diximus: quanta sit futura in corpore incorruptibili facilitas motus, de praesentis bonae valetudinis temperamento, quae utique nullo modo illi comparanda est immortalitati, in libro tertio decimo satis, ut opinor, ostendimus. Legant superiora operis huius, qui vel non legerunt, vel volunt recolere quod legerunt.

CAPUT XXVI

Quomodo Porphyrii definitio, qua beatis animis putat corpus omne fugiendum, ipsius Platonis sententia destruatur, qui dicit summum Deum diis promisisse, ut nunquam corporibus exuerentur

Sed Porphyrius ait, inquiunt, ut beata sit anima, corpus omne esse fugiendum. Nihil ergo prodest quia incorruptibile diximus futurum corpus, si anima beata non erit, nisi corpus omne effugerit. Sed iam et hinc in libro memorato quantum oportuit disputavi [72]: verum hic unum inde tantum commemorabo. Emendet libros suos istorum omnium magister Plato, et dicat eorum deos, ut beati sint, sua corpora fugituros, id est, esse morituros, quos in caelestibus corporibus dixit inclusos; quibus tamen Deus, a quo facti sunt, quo possent esse securi, immortalitatem, id est, in eisdem corporibus aeternam permansionem, non eorum natura id habente, sed

[72] C.16,17.

Además dice que Dios, su autor, les prometió, para su seguridad, la inmortalidad, es decir, una permanencia eterna en sus cuerpos, si bien esto no se debe a la naturaleza de los mismos, sino a la voluntad de Dios. Esto echa también por tierra aquello de que la resurrección de la carne no debe creerse porque es imposible [51]. En efecto, según el mismo filósofo, cuando el Dios increado prometió la inmortalidad a los dioses, les dijo que había de hacer una cosa imposible. He aquí las palabras que Platón pone en boca de Dios: «Como habéis comenzado a ser, no podéis ser inmortales e indisolubles. Pero no os disolveréis ni hado alguno de muerte os quitará la vida, porque no será más poderoso que mi voluntad, que es un lazo más fuerte para vuestra perpetuidad que el hado a que quedasteis ligados al comenzar vuestra existencia». Si no sólo son absurdos y sordos los que oyen esto, no dudarán que el Dios creador, según Platón, prometió a los dioses creados algo imposible. Quien dice: «Vosotros no podéis ser inmortales, pero seréis inmortales por voluntad mía», ¿qué otra cosa dice sino: Yo haré que seáis lo que no podéis ser?

Resucitará, por tanto, la carne incorruptible, inmortal, espiritual, aquel que, según Platón, prometió que había de hacer lo imposible. ¿A qué viene, pues, el gritar que lo que Dios ha prometido y lo que el mundo entero creyó, es imposible, máxime si se prometió también la fe del mundo en ello? Nosotros decimos además que el Dios que, según Platón, hace cosas imposibles, hará ésta. Luego, para que las almas sean dichosas, no debe huirse todo cuerpo, sino recibirse un cuerpo incorruptible. Y ¿en qué cuerpo incorruptible se alegrarán más que en el cuerpo corruptible en que gimieron? Así no será

---

suo consilio praevalente, promisit. Ubi etiam evertit illud quod dicunt, quoniam est impossibilis, ideo resurrectionem carnis non esse credendam. Apertissime quippe iuxta eumdem philosophum, ubi diis a se factis promisit Deus non factus immortalitatem, quod impossibile est, se dixit esse facturum. Sic enim eum locutum narrat Plato: «Quoniam estis orti, inquit, immortales esse et indissolubiles non potestis: non tamen dissolvemini, neque vos ulla mortis fata periment, nec erunt valentiora, quam consilium meum, quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestram, quam illa quibus estis colligati». Si, non solum absurdi, sed surdi non sunt qui haec audiunt, non utique dubitant diis factis, ab illo deo qui eos fecit, secundum Platonem, quod est impossibile fuisse promissum. Qui enim dicit, «Vos quidem immortales esse non potestis, sed mea voluntate immortales eritis»: quid aliud dicit, quam id quod fieri non potest, me faciente tamen eritis? Ille igitur carnem incorruptibilem, immortalem, spiritualem resuscitabit, qui iuxta Platonem, id quod impossibile est, se facturum esse promisit. Quid adhuc, quod promisit Deus, quod Deo promittenti credidit mundus, qui etiam ipse promissus est crediturus, esse impossibile clamant? Quandoquidem nos Deum, qui etiam secundum Platonem facit impossibilia, id facturum esse clamamus. Non ergo, ut beatae sint animae, corpus est omne fugiendum, sed corpus incorruptibile recipiendum. Et in quo convenientius incorruptibili corpore laetabuntur, quam in quo corrupti-

para ellos cárcel aquel deseo que Virgilio señala atribuyéndolo a Platón:

Y tornen a querer entrar en cárceles humanas.

Digo que no tendrán el deseo de tornar a los cuerpos cuando tengan consigo los cuerpos a que desean retornar. Y los tendrán para no dejarlos más, ni se verán obligadas a abandonarlos por la muerte ni durante el más breve espacio de tiempo.

CAPITULO XXVII

LA VERDAD EN LA CONCORDIA ENTRE PLATÓN Y PORFIRIO

Platón y Porfirio han comprendido cada uno por su cuenta algunas verdades, y si pudieran entenderse entre sí, quizá se hicieran cristianos. Platón dijo que las almas no pueden estar eternamente sin los cuerpos. Y, lógicamente, las almas de los sabios, según él, después de algún tiempo, por largo que sea, tornarán a sus cuerpos. Porfirio, en cambio, propuso que el alma perfectamente purificada, una vez que retorne al Padre, no volverá jamás a las miserias de esta vida. Si la verdad que Platón vió la hubiera ofrecido a Porfirio, a saber, que las almas plenamente purificadas de los justos y de los sabios habían de tornar a los cuerpos humanos, y a su vez la verdad vista por Porfirio la hubiera comunicado éste a Platón, es decir, que las

---

bili gemuerunt? Sic enim non in eis erit illa dira cupiditas, quam posuit ex Platone Virgilius, ubi ait:

Rursus et incipiant in corpora velle reverti [73].

Sic, inquam, cupiditatem revertendi ad corpora non habebunt, cum corpora, in quae reverti cupiunt, secum habebunt; et sic habebunt, ut nunquam non habeant, nunquam ea prorsus vel ad exiguum quamlibet tempus ulla morte deponant.

CAPUT XXVII

DE CONTRARIIS DEFINITIONIBUS PLATONIS ATQUE PORPHYRII, IN QUIBUS SI UTERQUE ALTERI CEDERET, A VERITATE NEUTER DEVIARET

Singula quaedam dixerunt Plato atque Porphyrius, quae si inter se communicare potuissent, facti essent fortasse Christiani. Plato dixit, sine corporibus animas in aeternum esse non posse. Ideo enim dixit, etiam sapientium animas post quamlibet longum tempus, tamen ad corpora redituras. Porphyrius autem dixit, animam purgatissimam, cum redierit ad Patrem, ad haec mala mundi nunquam esse redituram. Ac per hoc, quod verum vidit Plato, si dedisset Porphyrio, etiam iustorum atque sapientium purgatissimas animas ad humana corpora redituras; rursus quod verum vidit Porphyrius, si dedisset Platoni, nunquam redituras ad miserias cor-

[73] *Aeneid.* l.6 v.751.

almas santas nunca han de volver a las miserias del cuerpo corruptible, diciendo los dos ambas ideas, no cada uno la suya, estoy en que verían ser ya lógico que las almas tornarán a los cuerpos y recibirán los cuerpos para vivir dichosa e inmortalmente. Según Platón, las almas santas tornarán a los cuerpos humanos, y, según Porfirio, no tornarán a los males de este mundo. Diga, pues, Porfirio con Platón: Tornarán a los cuerpos. Y Platón con Porfirio. No tornarán a los males. Y así coincidirán en que tornan a los cuerpos, y no sufren ya males. Y esto es, ni más ni menos, lo que Dios promete que ha de dar a las almas en un cuerpo eterno la felicidad eterna. Ahora, una vez concedido que las almas de los santos tornarán a los cuerpos inmortales, pienso que no tendrán inconveniente en admitir que tornen a sus cuerpos propios, es decir, a aquellos en que soportaron los males de este mundo y en los cuales sirvieron piadosa y fielmente a Dios para verse libres de esos males [52].

CAPITULO XXVIII

Contribución a la verdadera fe en la resurrección en la concordia entre Platón, Labeón y Varrón

Algunos de los nuestros, que aman a Platón por la belleza de su estilo y por algunas verdades esparcidas por sus escritos, dicen que piensa algo semejante a nosotros sobre la resurrección de los muertos. Cicerón alude a esto en sus cuatro li-

ruptibilis corporis animas sanctas: ut non singuli haec singula, sed ambo et singuli utrumque dicerent, puto quod viderent esse iam consequens, ut et redirent animae ad corpora, et talia reciperent corpora, in quibus beate atque immortaliter viverent. Quoniam secundum Platonem, etiam sanctae animae ad humana corpora redibunt; secundum Porphyrium, ad mala mundi huius sanctae animae non redibunt. Dicat itaque cum Platone Porphyrius, Redibunt ad corpora: dicat Plato cum Porphyrio, Non redibunt ad mala: et ad ea corpora redire consentient, in quibus nulla patiantur mala. Haec itaque non erunt nisi illa quae promittit Deus, beatas animas in aeternum cum sua aeterna carne facturus. Hoc enim, quantum existimo, iam facile nobis concederent ambo, ut qui faterentur ad immortalia corpora redituras animas esse sanctorum, ad sua illas redire permitterent, in quibus mala huius saeculi pertulerunt, in quibus Deum, ut his malis carerent, pie fideliterque coluerunt.

CAPUT XXVIII

Quid ad veram resurrectionis fidem vel Plato, vel Labeo, vel etiam Varro conferre sibi potuerint, si opiniones eorum in unam sententiam convenissent

Nonnulli nostri, propter quoddam praeclarissimum loquendi genus, et propter nonnulla quae veraciter sensit, amantes Platonem, dicunt eum aliquid simile nobis etiam de mortuorum resurrectione sensisse. Quod

bros *Sobre la república*, en los que trata más de chancearse que de decir algo verdadero. En su obra introduce a un hombre resucitado que cuenta cosas conformes con el sentir de los platónicos.

Labeón refiere también que dos hombres muertos, un día se encontraron en una encrucijada y que en seguida, habiendo recibido la orden de tornar a sus cuerpos, se juraron vivir en perfecta amistad, que duró hasta que murieron de nuevo. Mas esta clase de resurrecciones narradas por estos autores son como las de aquellas personas que conocemos que han resucitado y vuelto a esta vida, pero para no morir más.

Marco Varrón profiere algo más maravilloso en sus libros *Sobre el origen del pueblo romano*. Y, para ser fiel, he aquí sus mismas palabras: «Algunos astrólogos escribieron que los hombres están destinados a un renacimiento, que los griegos llaman παλιγγενεσίαν. Y fijan su fecha cuatrocientos cuarenta años después de la muerte. En este momento, el cuerpo y el alma que un día estuvieron unidos en el hombre, tornarán a juntarse de nuevo».

Varrón y esos astrólogos (no sé quiénes, pues no da sus nombres al admitir su opinión) dicen algo que, aunque sea falso, ya que las almas, una vez unidas por segunda vez a sus cuerpos, no los abandonarán jamás, tambalea y echa por tierra muchos de los argumentos que nuestros adversarios nos proponen basados en la imposibilidad. En efecto, los que son o han sido de esta opinión no han estimado que sea imposible que los cadáveres trocados en aire, en polvo, en ceniza, en agua, en

quidem sic tangit in libris de Republica Tullius, ut eum lusisse potius, quam quod id verum esset, affirmet dicere voluisse. Inducit enim hominem revixisse, et narrasse quaedam quae Platonicis disputationibus congruebant. Labeo etiam duos dicit uno die fuisse defunctos, et occurrisse invicem in quodam compito, deinde ad corpora sua iussos fuisse remeare, et constituisse inter se amicos se esse victuros, atque ita esse factum, donec postea morerentur. Sed isti auctores talem resurrectionem corporis factam fuisse narrarunt, quales fuerunt eorum quos resurrexisse novimus, et huic quidem redditos vitae, sed non eo modo ut non morerentur ulterius. Mirabilius autem quiddam Marcus Varro ponit in libris, quod conscripsit de Gente populi Romani: cuius putavi verba ipsa esse ponenda. «Genethliaci quidam scripserunt, inquit, esse in renascendis hominibus quam appellant παλιγγενεσίαν Graeci: hanc scripserunt confici in annis numero quadringentis quadraginta, ut idem corpus et eadem anima, quae fuerint coniuncta in homine aliquando, eadem rursus redeant in coniunctionem». Iste Varro quidem, sive illi Genethliaci nescio qui (non enim nomina eorum prodidit, quorum commemoravit sententiam), aliquid dixerunt, quod licet falsum sit (cum enim semel ad eadem corpora quae gesserunt, animae redierint, nunquam ea postea sunt relicturae); tamen multa illius impossibilitatis, qua contra nos isti garriunt, argumenta convellit, et destruit. Qui enim hoc sentiunt, sive senserunt, non eis visum est fieri non posse, ut dilapsa cadavera in auras, in pulverem, in cinerem, in humores, in corpora vescentium bestiarum, vel ipsorum quoque hominum, ad id rursus redeant, quod fuerunt. Quapropter Plato et Porphyrius, vel

carne de otras bestias o de otros hombres, tornen a lo que fueron. Por ende, si los admiradores de Platón y de Porfirio que aún viven nos admiten que las almas santas volverán a los cuerpos, como dice Platón, y que no tornarán a los males, como dice Porfirio, de aquí reconstruímos la fe cristiana, que dice que recibirán los cuerpos para vivir eterna y felizmente sin mal alguno. Y acepten también con Varrón que volverán a los mismos cuerpos que tuvieron. De este modo quedará resuelta entre ellos la cuestión sobre la resurrección de la carne.

CAPITULO XXIX

La visión de Dios en la otra vida

1. Veamos ahora, cuanto el Señor se digne iluminarnos, qué han de hacer los santos en sus cuerpos inmortales y espirituales cuando su carne vivirá no carnal, sino espiritualmente. Y si he de hablar con franqueza, no sé cuál será esa acción, o mejor, esa quietud y ese ocio. Los sentidos del cuerpo nunca me lo han mostrado. Si digo que lo he visto con mi mente o mi inteligencia, ¿qué es nuestra inteligencia en comparación de tal excelencia? Es la mansión en que reinará la paz de Dios, que, según el Apóstol, *supera todo entendimiento*. ¿Cuál sino el nuestro o el de los ángeles? El de Dios, es claro que no. Si, pues, los santos vivirán en la paz de Dios, es indudable que la paz en que deben vivir sobrepuja todo entendimiento. Que sobrepuja el nuestro, no hay duda; pero que sobrepuja también el de los ángeles, me parece darlo a entender en estas palabras: *todo entendimiento*, no exceptuando ninguno. Es preciso aplicar sus palabras a la paz de Dios, que hace a Dios apacible, y decir que ni nosotros ni los ángeles la podemos conocer como Dios la conoce. *Supera*, pues, *todo entendimiento*, a excepción, claro está, del suyo. Pero, como nosotros participaremos algún día, según nuestra débil capacidad, de esa paz suma, sea en nosotros, sea entre nosotros, sea con Dios, en cuanto que es nuestro sumo Bien, así los ángeles la conocen ahora cuanto son capaces, y los hombres, pero mucho menos que ellos, por más avanzados que estén en la virtud.

¡Qué gran varón era aquel que decía: *Ahora conocemos en parte y en parte profetizamos hasta que llegue lo perfecto;* y también: *Al presente no vemos sino por espejo y en enigma, pero entonces veremos cara a cara!* De este último modo lo ven ya los santos ángeles, llamados también nuestros ángeles, porque, después de librados del poder de las tinieblas y transferidos al reino de Cristo en virtud de la prenda recibida del Espíritu Santo, comenzamos a pertenecer a aquellos ángeles con quienes poseeremos en común la santa y dulcísima Ciudad de Dios, sobre la cual hemos escrito tantos libros.

Los ángeles de Dios son nuestros ángeles, como el Cristo de Dios es nuestro Cristo. Son de Dios, porque no abandonaron a Dios, y son nuestros, porque comenzamos a ser conciudadanos suyos. Esto ha hecho decir a nuestro Señor: *Cuidado con despreciar a alguno de estos pequeñitos, porque os hago saber que sus ángeles en los cielos ven el rostro de mi Padre celestial.*

---

potius quicumque illos diligunt et adhuc vivunt, si nobis consentiunt etiam sanctas animas ad corpora redituras, sicut ait Plato, nec tamen ad mala ulla redituras, sicut ait Porphyrius; ut ex his fiat consequens quod fides praedicat christiana, talia corpora recepturas in quibus sine ullo malo in aeternum feliciter vivant; assumant etiam hoc de Varrone, ut ad eadem corpora redeant, in quibus antea fuerunt; et apud eos tota quaestio de carnis in aeternum resurrectione solvetur.

CAPUT XXIX

De qualitate visionis, qua in futuro saeculo sancti Deum videbunt

1. Nunc iam quid acturi sint in corporibus immortalibus atque spiritualibus sancti, non adhuc eorum carne carnaliter, sed spiritualiter iam vivente, quantum Dominus dignatur adiuvare, videamus. Et illa quidem actio, vel potius quies atque otium quale futurum sit, si verum velim dicere, nescio. Non enim hoc unquam per sensus corporis vidi. Si autem mente, id est intelligentia, vidisse me dicam, quantum est, aut quid est nostra intelligentia ad illam excellentiam? Ibi est enim *pax Dei, quae*, sicut ait Apostolus, *superat omnem intellectum*[74]: quem nisi nostrum, aut fortasse etiam sanctorum Angelorum? non enim et Dei. Si ergo sancti in Dei pace victuri sunt, profecto in ea pace victuri sunt, quae superat omnem intellectum. Quoniam nostrum quidem superat, non est dubium: si autem superat et Angelorum, ut nec ipsos excepisse videatur, qui ait, *omnem intellectum;* secundum hoc dictum esse debemus accipere, quia pacem Dei, qua ipse Deus pacatus est, sicut novit Deus, non eam nos sic possumus nosse, nec ulli Angeli. *Superat* itaque *omnem intellectum*, non dubium quod praeter suum. Sed quia et nos pro modo nostro pacis eius participes facti summam in nobis atque inter nos et cum ipso pacem, quantum nostrum summum est, obtinebimus: isto modo pro suo modo sciunt eam sancti Angeli, homines autem nunc longe infra, quantumlibet provectu mentis excellant. Considerandum est enim quantus vir dicebat, *Ex parte scimus, et ex parte prophetamus, donec veniat quod perfectum est*[75]; et, *Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem*[76]. Sic iam vident sancti Angeli, qui etiam nostri Angeli dicti sunt, quia eruti de potestate tenebrarum, et accepto Spiritus pignore translati ad regnum Christi, ad eos Angelos iam coepimus pertinere, cum quibus nobis erit sancta atque dulcissima, de qua iam tot libros scripsimus, Dei civitas ipsa communis. Sic sunt ergo Angeli nostri, qui sunt Angeli Dei, quemadmodum Christus Dei, Christus est noster. Dei sunt, quia Deum non reliquerunt: nostri sunt, quia suos cives nos habere coeperunt. Dixit autem Dominus Iesus, *Videte ne contemnatis unum de pusillis istis. Dico enim vobis, quia Angeli eorum in caelis semper vident faciem Patris mei,*

[74] Phil. 4,7

[75] I Cor. 13,9.10. [76] Ibid., 12.

Nosotros veremos como ven ellos, pero aún no vemos así. De aquí las palabras del Apóstol ya citadas: *Al presente no vemos sino en espejo y en enigma, pero entonces veremos cara a cara.* Esa visión se nos reserva como premio de nuestra fe, y San Juan habla así de ella: *Cuando se manifestare, seremos semejantes a él, pues le veremos como él es.* Por rostro de Dios debe entenderse su manifestación, no esa parte del cuerpo a la que nosotros damos tal nombre [53].

2. Por eso, cuando se me pregunta qué harán los santos en el cuerpo espiritual, no digo lo que veo, sino lo que creo, según aquello del salmo: *Creí, y eso me ha hecho hablar.* Digo, pues, que verán a Dios en este mismo cuerpo; pero saber si lo verán por él mismo, como ahora vemos el sol, la luna, las estrellas, el mar, la tierra y cuanto hay en ellos, no es cuestión fácil. Es duro decir que los santos no podrán entonces abrir y cerrar los ojos cuando quieran. Y es más duro decir que el que cierre los ojos allí no verá a Dios. Si el profeta Eliseo, corporalmente ausente, creyendo que nadie lo veía, vió a su criado Giezi, que recibía los presentes de Naamán el siro, a quien el profeta había curado de su lepra, ¿cuánto más fácilmente los santos verán en el cuerpo espiritual todas las cosas no sólo con los ojos cerrados, sino estando corporalmente ausentes? Ese será el tiempo de la perfección de que habla el Apóstol: *Conocemos en parte y en parte profetizamos; mas, cuando llegue lo perfecto, desaparecerá lo que era en parte.* Y luego, para

qui in caelis est [77]. Sicut ergo illi vident, ita et nos visuri sumus: sed nondum ita videmus. Propter quod ait Apostolus, quod paulo ante dixi, *Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem.* Praemium itaque fidei nobis visio ista servatur, de qua et Ioannes apostolus loquens, *Cum apparuerit*, inquit, *similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est* [78]. Facies autem Dei manifestatio eius intelligenda est, non aliquod tale membrum, quale nos habemus in corpore, atque isto nomine nuncupamus.

2. Quapropter cum ex me quaeritur, quid acturi sint sancti in illo corpore spirituali, non dico quod iam video, sed dico quod credo: secundum illud quod in Psalmo lego, *Credidi, propter quod locutus sum* [79]. Dico itaque, Visuri sunt Deum in ipso corpore: sed utrum per ipsum, sicut per corpus nunc videmus solem, lunam, stellas, mare, ac terram, et quae sunt in ea, non parva quaestio est. Durum est enim dicere quod sancti talia corpora tunc habebunt, ut non possint oculos claudere atque aperire cum volent. Durius autem, quod ibi Deum, quisquis oculos clauserit, non videbit. Si enim propheta Elisaeus puerum suum Giezi absens corpore vidit accipientem munera, quae dedit ei Naaman Syrus, quem propheta memoratus a leprae deformitate mundaverat, quod servus nequam domino suo non vidente, latenter se fecisse putaverat [80]; quanto magis in illo corpore spirituali videbunt sancti omnia, non solum si oculos claudant, verum etiam unde sunt corpore absentes? Tunc enim erit perfectum illud, de quo loquens Apostolus, *Ex parte*, inquit, *scimus, et ex parte prophetamus; cum autem venerit quod perfectum est, quod ex parte est evacuabitur.*

[77] Mt. 18,10.
[78] 1 Io. 3,2
[79] Ps. 115,10
[80] 4 Reg. 5,8-27.

mostrar con una especie de comparación cuánto se diferencia esta vida de la futura, por más que sea el avance en la virtud, añade: *Cuando era niño, jugaba como niño, hablaba como niño, pensaba como niño. Pero, cuando fuí ya hombre hecho, di de mano a las cosas de niño. Al presente vemos sólo en espejo y en enigma, pero entonces veremos cara a cara. Ahora conozco en parte, mas entonces conoceré como soy yo conocido.* Si en esta vida, donde el conocimiento de los más sobresalientes profetas no merece ser comparado a la vida futura más que como un niño es comparable a un joven, Eliseo vió a su siervo, donde no estaba, tomando los dones, ¿diremos que, cuando veamos lo que es perfecto y cuando el cuerpo corruptible no apesgará al alma, sino que será incorruptible, los santos necesitarán para ver los ojos corpóreos, de que Eliseo no tenía necesidad? Según los Setenta, éstas son las palabras del profeta a Giezi: *¿Iba acaso mi espíritu contigo cuando salió a tu encuentro y, bajando de un carro, le recibiste el dinero?* O según la versión directa del presbítero Jerónimo: *Pues ¿qué? ¿No estaba yo presente en espíritu cuando aquel hombre saltó de su coche para ir a tu encuentro?* El profeta dice que lo vió con su espíritu, ayudado, sin duda, extraordinariamente, es decir, divinamente. ¡Cuánta más razón habrá para que entonces reciban todos ese don, cuando Dios será todo en todos! No obstante, los ojos del cuerpo tendrán también su función y estarán en su lugar, y el espíritu usará de ellos por medio del cuerpo espiritual. Que el profeta Eliseo no los necesitara para ver a su

Deinde ut, quomodo posset, aliqua similitudine ostenderet, quantum ab illa quae futura est distet haec vita, non qualiumcumque hominum, verum etiam qui praecipua hic sanctitate sunt praediti: *Cum essem*, inquit, *parvulus, quasi parvulus sapiebam, quasi parvulus loquebar, quasi parvulus cogitabam; cum autem factus sum vir, evacuavi ea quae parvuli erant. Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum* [81]. Si ergo in hac vita, ubi hominum mirabilium prophetia ita comparanda est illi vitae quasi parvuli ad iuvenem, vidit tamen Elisaeus accipientem munera servum suum, ubi ipse non erat; itane cum venerit quod perfectum est, nec iam corpus corruptibile aggravabit animam, sed incorruptibile nihil impediet, illi sancti ad ea quae videnda sunt oculis corporeis, quibus Elisaeus absens ad servum suum videndum non indiguit, indigebunt? Nam secundum interpretes Septuaginta, ista sunt ad Giezi verba Prophetae: *Nonne cor meum iit tecum, quando conversus est vir de curru suo in obviam tibi, et accepisti pecuniam?* [82] et caetera. Sicut autem ex Hebraeo interpretatus est presbyter Hieronymus, *Nonne cor meum*, inquit, *in praesenti erat, quando reversus est homo de curru suo in occursum tui?* Corde suo se dixit hoc vidisse Propheta, adiuto quidem mirabiliter, nullo dubitante, divinitus. Sed quanto amplius tunc omnes munere isto abundabunt, cum Deus erit omnia in omnibus? [83] Habebunt tamen etiam illi oculi corporei officium suum, et in loco suo erunt, uteturque illis spiritus per spirituale corpus. Neque enim et ille Propheta, quia non eis indiguit ut

[81] 1 Cor. 13,11.12.
[82] 4 Reg. 5,26.
[83] 1 Cor. 15,28.

siervo ausente, no quiere decir que no los usó para ver los objetos presentes, que podía verlos también con el espíritu, aunque los cerrara, como vió los ausentes que estaban lejos de él. Lejos, pues, de nosotros decir que los santos no verán a Dios en la otra vida teniendo cerrados los ojos, pues le verán con el espíritu.

3. La cuestión es saber si lo verán también con los ojos del cuerpo cuando no los tengan abiertos. Si sus ojos espirituales, que estarán en su cuerpo espiritual, tendrán la misma virtud que tienen los nuestros ahora, es cierto que no podrán ver a Dios con ellos. Tendrán, pues, una potencia muy superior si por ellos será vista la naturaleza incorpórea que no está contenida en un lugar determinado, sino que está toda en todas partes. Aunque decimos que Dios está en el cielo y en la tierra (El mismo dice por el profeta: *Yo lleno el cielo y la tierra)*, no por eso podemos decir que tiene una parte en el cielo y otra en la tierra, sino que El está todo en el cielo y todo en la tierra, no en tiempos diversos, sino simultáneamente, cosa que no puede ninguna naturaleza corporal [54]. Los ojos de los santos tendrán una potencia mayor, no para que vean con más agudeza que lo hacen las serpientes o las águilas (pues los animales, por más aguda que sea su vista, no pueden ver más que cuerpos), sino para que vean también las cosas incorporales. Quizá esta gran potencialidad de visión fué dada por un momento al santo patriarca Job aún en el cuerpo mortal, cuando dice a Dios: *De oídas te conocía primeramente, pero ahora te veo con mis propios ojos. Por eso me desprecié a mí mismo y me deshice y me estimé polvo y ceniza.* No obstante,

videret absentem, non eis usus est ad videnda praesentia; quae tamen spiritu videre posset, etiamsi illos clauderet, sicut vidit absentia, ubi cum eis ipse non erat. Absit ergo, ut dicamus illos sanctos in illa vita Deum clausis oculis non visuros, quem spiritu semper videbunt.

3. Sed utrum videbunt et per oculos córporis, cum eos apertos habebunt, inde quaestio est. Si enim tantum poterunt in corpore spirituali eo modo utique etiam ipsi oculi spirituales, quantum possunt isti quales nunc habemus; procul dubio per eos Deus videri non poterit. Longe itaque alterius erunt potentiae, si per eos videbitur incorporea illa natura, quae non continetur loco, sed ubique tota est. Non enim quia dicimus Deum et in caelo esse, et in terra (ipse quippe ait per Prophetam, *Caelum et terram ego impleo* [84]), aliam partem dicturi sumus eum in caelo habere, et in terra aliam: sed totus in caelo est, totus in terra; non alternis temporibus, sed utrumque simul, quod nulla natura corporalis potest. Vis itaque praepollentior oculorum erit illorum, non ut acrius videant, quam quidam perhibentur videre serpentes vel aquilae (quantalibet enim acrimonia cernendi eadem quoque animalia nihil aliud possunt videre quam corpora): sed ut videant et incorporalia. Et fortasse ista virtus magna cernendi data fuerit ad horam etiam in isto mortali corpore oculis sancti viri Iob, quando ait ad Deum, *In obauditu auris audiebam te prius, nunc autem oculus meus videt te: proptera despexi memetipsum, et dista-*

[84] Ier. 23,24

pueden también entenderse aquí los ojos del corazón, de los cuales dice el Apóstol: *Tened iluminados los ojos de vuestro corazón.* Y que Dios será visto con estos ojos es una verdad que no duda ningún cristiano que acepte las palabras del divino Maestro: *Bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios.* Mas la cuestión es saber si lo veremos también con los ojos corporales.

4. Estas palabras: *Y verá toda carne la salud de Dios*, pueden entenderse, sin ningún inconveniente, de este modo: Y todo hombre verá el Cristo de Dios, que fué visto en el cuerpo y será visto en la misma forma cuando juzgare a los vivos y a los muertos. Que él es la salud de Dios lo atestiguan mil otros pasajes de las Escrituras. El más claro se halla en las palabras del venerable viejo Simeón, que, habiendo recibido a Cristo niño en sus brazos, dijo: *Ahora puedes ya, Señor, sacar a tu siervo en paz de este mundo, según tu promesa, porque han visto mis ojos tu salud.* Las palabras citadas de Job, tal como se hallan en los ejemplares hebreos: *Y en mi carne veré a Dios*, son una profecía de la resurrección de la carne. Nótese que no dijo: Por mi carne. Si lo hubiera dicho, podría entenderse Cristo Dios, que por medio de la carne será visto en carne. Sin embargo, pueden tomarse estas palabras: *En mi carne veré a Dios*, como si dijera: Estaré en mi carne cuando veré a Dios. Y aquello que dice el Apóstol: *Cara a cara*, no nos obliga a creer que veremos a Dios por esta parte del cuerpo donde están los ojos corporales, ya que veremos con el espíritu

bui, et existimavi me terram et cinerem [85]. Quamvis hic nihil prohibeat oculum cordis intelligi, de quibus oculis ait Apostolus: *Illuminatos oculos habere cordis vestri* [86]. Ipsis autem videri Deum, cum videbitur, Christianus ambigit nemo, qui fideliter accipit, quod ait Deus ille magister: *Beati mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt* [87]. Sed utrum etiam corporalibus oculis ibi videatur, hoc in ista quaestione versamus.

4. Illud enim quod scriptum est, *Et videbit omnis caro salutare Dei* [88], sine ullius nodo difficultatis sic intelligi potest, ac si dictum fuerit, Et videbit omnis homo Christum Dei: qui utique in corpore visus est, et in corpore videbitur, quando vivos et mortuos iudicabit. Quod autem ipse sit salutare Dei, multa sunt et alia testimonia Scripturarum: sed evidentius venerandi illius senis Simeonis verba declarant, qui cum infantem Christum accepisset in manus suas, *Nunc*, inquit, *dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum, in pace; quoniam viderunt oculi mei salutare tuum* [89]. Illud etiam quod ait supra memoratus Iob, sicut in exemplaribus quae ex Hebraeo sunt invenitur, *Et in carne mea videbo Deum* [90]: resurrectionem quidem carnis sine dubio prophetavit: non tamen dixit, Per carnem meam. Quod quidem si dixisset, posset Deus Christus intelligi, qui per carnem in carne videbitur: nunc vero potest et sic accipi, *In carne mea videbo Deum*; ac si dixisset, In carne mea ero, cum videbo Deum. Et illud quod ait Apostolus, *Facie ad faciem* [91], non cogit ut Deum

[85] Job 42,5 et 6, sec. LXX.
[86] Eph. 1,18.
[87] Mt. 5,8.
[88] Lc. 3,6.
[89] Ibid., 2,29.30.
[90] Iob 19,26, sec. Vulgatam.
[91] 1 Cor. 13,12.

sin interrupción. En efecto, si el hombre interior no tuviera su faz, no dijera el mismo Apóstol: *Así es que todos nosotros, contemplando a cara descubierta, como en un espejo, al Señor, somos transformados en la misma imagen de claridad en claridad como por el espíritu del Señor*. No entendemos de otra suerte las palabras del salmo: *Acercaos a El y seréis iluminados, y el rubor no cubrirá vuestro rostro*. Por la fe nos acercamos a Dios, y la fe pertenece al corazón, no al cuerpo. Como ignoramos a qué grado de perfección llegará el cuerpo espiritual (hablamos de una cosa que no hemos experimentado), cuando la Escritura en su autoridad clara no venga en nuestro socorro, es necesario que se realice en nosotros lo que se lee en la Sabiduría: *Los pensamientos de los hombres son tímidos e inciertas nuestras providencias*.

5. Si el razonamiento de los filósofos, de que los objetos inteligibles y los sensibles o corporales son de tal naturaleza que no se pueden ver los inteligibles por el cuerpo, ni los corporales puede contemplarlos la mente por sí misma, si este razonamiento, digo, fuera verdadero, cierto que no podríamos ver a Dios por los ojos del cuerpo, aunque fueran espirituales. Mas este raciocinio lo ridiculiza la verdadera razón y la autoridad profética. ¿Quién será tan poco cuerdo que se atreva a decir que Dios desconoce las cosas corporales? Y, sin embargo, El no tiene cuerpo para poder verlas. Además, lo que he citado poco ha del profeta Eliseo, ¿no indica bastante

per hanc faciem corporalem, ubi sunt oculi corporales, nos visuros esse credamus, quem spiritu sine intermissione videbimus. Nisi enim esset etiam interioris hominis facies, non diceret idem apostolus, *Nos autem revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur de gloria in gloriam, tanquam a Domini spiritu*[92]. Nec aliter intelligimus quod in Psalmo canitur, *Accedite ad eum, et illuminamini, et facies vestrae non erubescent*[93]. Fide quippe acceditur ad Deum, quam cordis constat esse, non corporis. Sed quia spirituale corpus nescimus quantos habebit accessus (de re quippe inexperta loquimur); ubi aliqua, quae aliter intelligi nequeat, divinarum Scripturarum non occurrit et succurrit auctoritas, necesse est ut contingat in nobis quod legitur in libro Sapientiae: *Cogitationes mortalium timidae, et incertae providentiae nostrae*[94].

5. Ratiocinatio quippe illa philosophorum, qua disputant ita mentis aspectu intelligibilia videri, et sensu corporis sensibilia, id est, corporalia, ut nec intelligibilia per corpus, nec corporalia per se ipsam mens valeat intueri, si posset nobis esse certissima, profecto certum esset per oculos corporis etiam spiritualis nullo modo posse videri Deum. Sed istam ratiocinationem et vera ratio et prophetica irridet auctoritas. Quis enim ita sit aversus a vero, ut dicere audeat Deum corporalia ista nescire? Numquid ergo corpus habet, per cuius oculos ea possit addiscere? Deinde quod de propheta Elisaeo paulo ante diximus, nonne satis indicat etiam spiritu, non per corpus, corporalia posse cerni? Quando enim servus ille munera

[92] 2 Cor. 3,18.
[93] Ps. 28,6.
[94] Sap. 9,14.

